

Fr. 1
Aa 9r
Bc 17ra
P 1ra
Mw 117r
Gw 2ra

CONCORDIA DISCORDANTIUM CANONUM AC PRIMUM DE IURE NATURAE ET CONSTITUTIONIS

(D.1 d.a.c.1) ¶ Humanum genus duobus regitur, naturali videlicet iure et moribus. Ius naturae est, quod in lege et evangelio continetur, quo quisque iubetur alii facere, quod sibi vult fieri, et prohibetur alii inferre, quod sibi nolit fieri. Unde Christus in evangelio: "Omnia quaecumque vultis, ut faciant vobis homines, et vos eadem facite illis. Haec est enim lex et prophetarum." Hinc Ysidorus in v libro Ethimologiarum ait:

(D.1 c.1) DIVINAE LEGES NATURA, HUMANA MORIBUS CONSTANT.

Omnes leges aut divinae sunt aut humanae. Divinae natura, humanae moribus constant. Ideoque hae discrepant, quoniam aliae aliis gentibus placent. **(§ 1)** Fas lex divina est, ius lex humana. Transire per agrum alienum fas est, ius non est.

(D.1 d.p.c.1) ¶ Ex verbis huius auctoritatis evidenter datur intelligi, in quo differant inter se lex divina vel humana, cum omne quod fas est nomine divinae vel naturalis legis accipiatur, nomine vero legis humanae mores iure conscripti et traditi intelligantur. **(§ 1)** Est autem ius generale nomen multas sub se species continens.

Unde in eodem libro Ysidorus ait:

7–9 Matt. 7:12

13 Omnes – 17 est² Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.2.1 (ed. Lindsay, 6–10)

AaBcPGwBiBmBpCdErLhMvMwPbPpPyVa

1 concordia – 2 constitutionis *BcMw BiPpPy Fr.: om. AaGw BmBpCdErMvVa, quasi ut rubricam ad D.1 c.1 locat P* **3 ante vocem regitur** *rasura septem ferme litteras P* **4 naturae** *BcP CdMmKa Fr.: naturale AaMw BiBmBpErLhMvPbPpPyVa Rom.* **8 quaecumque** *quocumque BcP. quocumque Bm* **11 divinae]** *quod divine Gw* **18 huius]** *his P Lh* **19 vel]** *et BpCdLhPyVa Fr.* **23 species – 24 continens]** *cont. spec. BmBpCdLhPbPy Fr.*

(D.1 c.2) IUS GENUS, LEX AUTEM SPECIES EIUS EST.

Ius generale nomen est. Lex autem iuris est species.
Ius autem dictum quia iustum est. Omne autem ius
legibus et moribus constat.

Bc 17rb

5 **(D.1 c.3)** QUID SIT LEX.

Lex est constitutio scripta.

(D.1 c.4) QUID MOS.

Mos autem longa consuetudo est de moribus tracta
tantumdem.

10 **(D.1 c.5)** QUID CONSUETUDO.

Fr. 2

Consuetudo autem est ius quoddam moribus
institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. **(§ 1)**
Nec differt, an scriptura, an ratione consistat, quoniam et
legem ratio commendat. **(§ 2)** Porro si ratione lex
15 constat, lex erit omne, iam quod ratione constiterit,
dumtaxat quod religioni congruat, quod disciplinae
conveniat, quod saluti proficiat. **(§ 3)** Vocatur autem
consuetudo, quia in communi est usu.

20 **(D.1 d.p.c.5)** ¶ Cum itaque dicitur “non differt, utrum
consuetudo scriptura vel ratione consistat”, apparet quod
consuetudo partim est redacta in scriptis, partim moribus
tantum utentium est reservata. Quae in scriptis redacta
est, constitutio sive ius vocatur. Quae vero in scriptis
25 redacta non est, generali nomine consuetudo videlicet
appellatur.

Aa 9v

P 1va

2 ius – 4 constat Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.3.1 (ed. Lindsay, 11-14). **6 Lex – scripta** Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.3.2 (ed. Lindsay, 14). **8 mos – 9 tantumdem** Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.3.2 (ed. Lindsay, 16-17). **11 Consuetudo – 18 usu** Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.3.3 (ed. Lindsay, 17-23). **19 non – 20 consistat** D.1 c.5 §1, *vide pag.* 2: 13.

AaBcPGwBiBmBpCdErLhMvMwPbPpPyVa **4 constat Lh]** **18 usu Bp]**

1 ius – est] *rubricam ad c. 1 hic ponat P* **genus BcP^{ac} BiCdP^{va} Fr.:**
generale *AaGw MvPy^{ac}(?)*, *om. Bm* **autem AaBcPGw BiBmMvPyVa**
Rom., *om. ErKa Fr.* **est om. Aa** **3 dictum BcP Mv orig.:** dictum est
AaMw BmBpPbPy: est dictum *BiEr Fr.* **5 quid – lex]** *rubricas ad c. 2,*
3, 4 et 5 spectantes hic locat P; ad c. 3 et 4 spectantes hic locat BiPy **7 mos]**
sit mos BpErMvPbPp Fr. **8 mos]** usus *P* **longa – est]** est l. con.
Mw Fr. **10 consuetudo]** sit con. *BmBpErMvPbPy Fr.* **13 an¹] a Bc^{ac},
om. Mw **quoniam]** quando *BcMw BpErPp* **et om. BpBiCd**
15 iam quod] quod iam *Aa* **iam add. supra lin. Bc, om. Mw**
19 itaque dicitur] autem *Mw* **22 scriptis]** scripturis *Aa^{ac}Mw*
23 ius] lex *Mw* **24 generali – videlicet]** mos *Mw***

(§ 1) Est et alia divisio iuris, ut in eodem libro testatur Ysidorus ita dicens:

(D.1 c.6) Ius aut naturale est aut civile aut gentium.

(D.1 c.7) Ius naturale est commune omnium nationum, eo quod ubique instinctu naturae, non constitutione aliqua habetur, ut viri et feminae coniunctio, liberorum successio et educatio, communis omnium possessio et omnium una libertas, acquisitio eorum quae caelo, terra marique capiuntur. Item depositae rei vel commendatae pecuniae restitutio, violentiae per vim repulsio. **(§ 1)** Nam hoc aut si quid huic simile est numquam iniustum, set naturale aequumque habetur.

(D.1 c.8) QUID IUS CIVILE.

Ius civile est quod quisque populus vel civitas sibi proprium humana divinaque causa constituit.

Fr. 3 **(D.1 c.9)** QUID IUS GENTIUM.

Ius gentium est sedium occupatio, aedificatio, munitio, bella, captivitates, servitutes, postliminia, federa pacis, induciae, legatorum non violandorum religio, conubia inter alienigenas prohibita. **(§ 1)** Hoc inde ius gentium appellatur, quia eo iure omnes fere gentes utuntur.

(D.1 c.10) QUID IUS MILITARE.

Ius militare est belli inferendi solemnitates, federis faciendi nexus, signo dato egressio in hostem vel commissio. Item signo dato receptio. Item flagitii

3 ius – 12 habetur Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.4.1-2 (ed. Lindsay, 24-8) **14 ius – 15 constituit** Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.5 (ed. Lindsay, 9-10) **17 ius – 21 utuntur** Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.6 (ed. Lindsay, 11-15). **23 ius – 4: 5 portio** Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.7.1-2 (ed. Lindsay 16-22).

AaBcPGwBiBmCdErMvMwPbPfPyVa

3 ius – est om. Bc **ius Bc:** rubricam quid ius naturale *praem. Aa^{ac}P:* que (sint *add. Fr.;* sit *add. Pf*) species iuris (sunt *add. Pb*) *praem. Aa^{pc} PbPfvA Fr.:* quid sit ius naturale et (*om. Mv*) que sint species eius iuris *praem. MvPy:* que sit species iuris. Quid sit ius naturale *praem. BiBm aut¹ add. supra lin. Aa^{pc}:* autem *BiPfvPy:* aliud *Mw* **4 ius – commune om. B** **ius rubricam** quid sit ius naturale *praem. ErPbPfvA Fr. 5 aliqua]* hominis *Mw* **7 educatio]** puerorum educatio *CdErPbPfvA* **10 violentiae – vim]** iniurie *Mw* **13 quid – 15 constituit post. D.1 c.9 locat Aa^{ac}** **quid – civile AaBcP:** quid sit ius civile *BiBmErMvPbPfvA Fr. orig.:* quid ius civile sit *Cd civile]* gentium *Aa* **15 humana divinaque]** divina humanaque *Mw CdPbPfvA Fr. 16 quid AaBcP BiMvPbVa:* quid sit *BmCdErPfvA Fr. Ls.¹²* **22 quid Aa^{ac}BcP BiCdMv:** quid sit *BmErPfvA Fr.*

militaris disciplina, si locus deseratur. Item stipendiorum
modus, dignitatum gradus, praemiorum honor, veluti cum
corona vel torques donantur. Item predae decisio et pro
personarum qualitatibus et laboribus iusta divisio ac
5 principis portio.

(D.1 c.11) IUS PUBLICUM.

Ius publicum est in sacris et sacerdotibus et
magistratibus.

(D.1 c.12) QUID IUS QUIRITUM.

Ius Quiritum est proprie Romanorum, quod nulli
tenent nisi Quirites, id est Romani. **(§ 1)** In quo agitur de
legitimis hereditatibus, de curationibus, de tutelis, de
usucapionibus, quae iura apud nullum alium populum
repperiuntur, set propria sunt Romanorum et in eos solos
15 constituta. **(D.2 d.a.c.1)** Constat autem ius Quiritum ex
legibus et plebiscitis et senatusconsultis et
constitutionibus principum et edictis sive prudentium
responsis.

Fr. 3

(D.2 c.1) QUID SIT LEX.

Lex est constitutio populi, qua maiores natu simul cum
plebibus aliquid sanxerunt.

(D.2 c.2) QUID PLEBISCITUM.

Plebiscita sunt, quae plebes tantum constituunt et
vocantur plebiscita, quod ea plebs sciat vel quod
sciscitatur et rogat, ut fiat.

P 2ra

(D.2 c.3) QUID SENATUSCONSULTUM.

7 Ius – 8 magistratibus Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.8 (ed. Lindsay 23-24).

10 Ius – 18 responsis Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.9.1-2 (ed. Lindsay 1-8).

20 Lex – 21 sanxerunt Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.10 (ed. Lindsay 9-10) **23 Plebiscita – 25 fiat** Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.11 (ed. Lindsay 11-13)

AaBcPGwBiBmCdErMvMwPbPfPyVa **5 portio Cd]** **15 constituta**
Va]

1 item] sunt *P* **6 ius** *BcP Py^{ac}*: quid ius *Aa BiBmMv*: quid sit ius
CdErPbPfv Va Fr. **9 quid** *AaBcP BiBm*: quid sit *CdErMvPfv Va Fr.*

12 de curationibus] *Aa*: vel curatoribus *add. supra lin. Aa^{pc}*: decretionibus
Bc^{ac}P: contentionibus *Pf^{ac}*: vel de curatoribus *Pb* **13 post usucapionibus**

glossam usucapio est adiectio vel acquisicio domini per possessionis
continuationem temporis lege diffiniti *add. Aa, del. Aa^{pc}* **15 ante vocem**

constat paragraphum *add. BmKaMaPy Fr.Rom., om. Aa^{ac}Bc^{ac}P Bi^{ac}MmMv*

16 et¹ Aa^{pc}: ex *Aa^{ac}BcP Bi^{pc} Pb, om. Bi^{ac}Bm(?)Mv* **et senatusconsultis**
om. Aa^{ac}BcP Mv: ex senatusconsultis *Aa^{pc}PbPf,* **17 prudentium]**

prudentum Pb Fr. **22 quid** quid sit *Gw Bm*

Senatus consultum est quod tantum senatores populis consulendo decernunt.

(D.2 c.4) QUID CONSTITUTIO VEL EDICTUM.

Constitutio vel edictum est quod rex vel imperator constituit vel edidit.

5

Fr. 4 **(D.2 c.5) QUAE SINT RESPONSA PRUDENTUM.**

Responsa sunt quae iuris consulti respondere dicuntur consulentibus. Unde et responsa Pauli dicta sunt. Fuerunt enim quidam prudentes et arbitri equitatis, qui institutiones civilis iuris compositas ediderunt, quibus dissidentium lites contentionesque sopirent.

10

Aa 10r
Bc 17vb

(D.2 c.6) QUAE SINT ETIAM TRIBUNICIAE LEGES VEL CONSULARES.

Quaedam etiam leges dicuntur ab his, qui condiderunt, ut consulares, tribuniciae, Iuliae, Corneliae. Nam et sub Octaviano Cesare subfecti consules Papius et Pompeius legem tulerunt, quae a nominibus eorum appellatur Papia Pompeia continens patrum premia pro suscipiendis liberis. Sub eodem quoque imperatore Falcidius tribunus plebis legem fecit, ne quis plus extraneis testamento legaret, quam ut quarta pars superesset heredibus, ex cuius nomine lex Falcidia nominata est.

15

P 2rb

(D.2 c.7) QUID SIT LEX SATIRA.

Satira vero lex est, quae de pluribus simul rebus eloquitur, dicta a copia rerum et quasi a saturitate. Unde et satiram scribere est poemata varia condere, ut Oratii, Iuvenalis et Persii.

25

1 consultum – **2 decernunt** Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.12 (ed. Lindsay 14-15). **4 Constitutio** – **5 edidit** Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.13 (ed. Lindsay 16-17). **7 responsa** – **11 sopirent** Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.14 (ed. Lindsay 18-22). **14 Quaedam** – **22 est** Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.15.1-2 (ed. Lindsay 23-6). **24 Satira** – **27 Persii** Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.16 (ed. Lindsay 9-12).

AaBcPGwBiBmErMvMwPbPpPy 9 enim Pb]

4 imperator] imperator vel papa vel eius consensu aliquis *Mw*
7 responsa *AaBcP BiBm^{ac}ErMvPpPy^{ac} orig.:* responsa prudentum (*vel -*
tium) Gw CdCkDiGcInKsMaMdMiPbPnSaSFTzVdVr Fr.Rom. orig
quid quid sit *GwMw BmEr* **quid** quid sit *Gw BmErPb* **sunt om.**
AaBcP ErPy^{ac}: prudentium *Gw* **8 et om. Fr.** **12 Quae** – **13**
consulares om. P **etiam om. Aa BmErMvPpPy Fr.** **leges om. Bc Bi**
17 eorum] illorum *P BiBmErMvPf* **20 extraneis]** in extraneis *AaBcP*
BiBmMv

(D.2 c.8) QUAE SINT RODIAE LEGES.

Rodiae leges navalium commerciorum sunt, ab insula Rodo cognominatae, in qua antiquitus mercatorum usus fuit.

5 **(D.3 d.a.c.1) ¶** Omnes hae species secularium legum partes sunt. Set quia constitutio alia est civilis, alia ecclesiastica. Civilis vero forense vel civile ius appellatur. Quo nomine ecclesiastica constitutio appellatur videamus.

10 **(§ 1)** Ecclesiastica constitutio canonis nomine censetur. Quid autem canon sit Ysidorus in vi libro Ethimologiarum declarat dicens:

(D.3 c.1) QUID SIT CANON.

Canon graece, latine regula nuncupatur.

(D.3 c.2) UNDE REGULA DICATUR.

15 Regula dicta est eo quod recte ducit nec aliquando aliorum trahit. Alii dixerunt regulam dictam vel quod regat vel normam recte vivendi prebeat vel quod distortum pravumque est corrigat.

20 **(D.3 d.p.c.2) ¶** Porro canonum alii sunt decreta pontificum, alii statuta conciliorum. Conciliorum vero alia sunt universalialia, alia provincialia. Provincialium alia celebrantur auctoritate Romani pontificis presente videlicet legato sanctae Romanae ecclesiae, alia vero auctoritate patriarcharum vel primatum vel metropolitanorum eiusdem provinciae. Hec quidem de generalibus regulis intelligenda sunt.

P 2va

Fr. 5

25 **(§ 1)** Sunt autem quaedam privatae leges tam ecclesiasticae quam seculares, quae privilegia appellantur, de quibus in v libro Ethimologiarum Ysidorus ait:

Bc 18ra

30 **(D.3 c.3) QUID SIT PRIVILEGIUM.**

Privilegia sunt leges privatorum, quasi privatae leges. Nam privilegium inde dictum est, quod in privato feratur.

(D.3 d.p.c.3) ¶ Officium vero secularium sive ecclesiasticarum legum est precipere quod necesse est

2 Rodiae – 4 fuit Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.17 (ed. Lindsay 13-15). **13 Canon – nuncupatur** Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 6.16.1 (ed. Lindsay 10-11). **15 Regula – 18 corrigat** Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 6.16.1 (ed. Lindsay 11-14). **31 Privilegia – 32 feratur** Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.18 (ed. Lindsay 16-18).

AaBcPGwBiBmErMvMwPfPy

9 canonis nomine nom. can. Ka Fr. **14 regula dicatur**] dic. reg. Gw **34 quod**] que P Py

fieri, prohibere quod malum est fieri, permittere vel licita, ut premium petere vel quaedam illicita, ut dare libellum repudii, ne fiant graviora. Unde in eodem libro Ysidorus scribit dicens:

(D.3 c.4) QUID SIT OFFICIUM LEGUM.

5

P 2vb Omnis autem lex aut permittit aliquid, ut vir fortis petat premium; aut vetat, ut sacrarum virginum nuptias nulli petere liceat; aut punit, ut qui cedem fecerit, capite plectatur. Eius enim premio aut pena vita moderatur humana aut precipit, ut "Diliges Dominum Deum tuum."

10

Fr. 5 **(D.4 d.a.c.1) ¶** Causa vero constitutionis legum est
Aa 10v humanam coercere audaciam et nocendi facultatem refrenare, sicut in eodem libro Ysidorus testatur dicens:

(D.4 c.1) QUARE LEGES SINT FACTAE.

Factae sunt autem leges, ut earum metu humana coerceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia et in ipsis improbis formidato supplitio refrenetur nocendi facultas.

15

(D.4 d.p.c.1) ¶ Preterea in ipsa constitutione legum maxime qualitas constituendarum est observanda, ut contineant in se honestatem, iustitiam, possibilitatem, convenientiam et cetera, quae in eodem libro Ysidorus enumerat dicens:

20

Gw 2rb **(D.4 c.2) QUALIS DEBEAT ESSE LEX.**

Erit autem lex honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum consuetudinem patrie, loco temporisque conveniens, necessaria, utilis, manifesta

25

10 Luc. 10:27 Deut. 6:5

6 Omnis – 10 humana Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.19 (ed. Lindsay 19-23).

15 Factae – 18 facultas Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.20 (ed. Lindsay 24-27).

25 Erit – 8: 3 conscripta Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.21 (ed. Lindsay 1-6). Ivo, *Decretum* 4.168; *Coll. Trip.* 3.6.10; *Panormia* 2.142.

AaBcPGwBiBmErMvMwPFPy

1 quod que P fieri² om. Bi 4 scribit dicens] dicit Bm 5 quid – legum eras. ante d.p.c. 3, add. in marg. Aa 7 premium] premia A

sacrarum] sacrorum P^{ac} 8 fecerit] fecerat P 9 eius peius P^{ac} capitem novum littera p magna rubraque picta introducens

10 diliges AaBc^{ac} BiErMvPFPy: dilige BmKa Fr.: dilig(er)e P 14 leges – factae sint facte leges Aa Mv sint] sunt P 16 coerceatur] cohercetur Bc^{ac}:

cohercet P^{ac} improbos] probos Aa^{ac} 17 refrenetur] refr. audatia (et add. Er) BiBmEr 23 enumerat] declarat Bc 24 debeat] debeant

Bc^{ac}: debet Py

quoque, ne aliquid per obscuritatem in captionem contineat, nullo privato commodo, set pro communi civium utilitate conscripta.

5 (D.4 d.p.c.2) ¶ Ideo autem in ipsa constitutione ista consideranda sunt, quia cum leges institute fuerint, non erit liberum iudicari de ipsis, set oportebit iudicare secundum ipsas. P 3ra

Unde Augustinus ait in libro de vera religione:

10 (D.4 c.3) DE LEGIBUS TUNC EST IUDICANDUM, CUM INSTITUUNTUR, NON CUM INSTITUTE FUERINT.

In istis temporalibus legibus, quamquam de his homines iudicent, cum eas instituunt, tamen cum fuerint institute ac firmate, non licebit iudici de ipsis iudicare, set secundum ipsas. Bc 18rb Fr. 6

15 (D.4 d.p.c.3) ¶ Leges instituuntur, cum promulgantur, firmantur, cum moribus utentium approbantur. Sicut enim moribus utentium in contrarium nonnullae leges hodie abrogate sunt, ita moribus utentium leges ipse confirmantur. Unde illud Telesphori papae (quo decrevit, ut clerici generaliter a quinquagesima propositum ieiunandi susciperent) quia moribus utentium approbatum non est, aliter agentes transgressionis reos non arguit. 20 (D.4 d.p.c.5) Quod similiter de eo capitulo est intelligendum, quod beatus Gregorius Augustino Anglorum episcopo scribit dicens: 25

11 In – 14 ipsas Augustinus Hipponensis, *De uera religione* 31 (ed. Daur, CCSL 32.264.40). Ivo, *Decretum* 4.169; *Coll. Trip.* 3.6.11; *Panormia* 2.143
19 illud – papae cf. *Coll. Trip.* 1.6.1; D.4 c.4 (2 rec.).

AaBcPGwBiBmErMvMwPpPy 7 **secundum** *codex Mk mutilus hoc cum verbo incipit*

1 in captionem *BiBmMv Ls.^{rs} Rom. orig.:* in captione *AaBcMwP ErPy^{pc}* (ut vid.): inconueniens *Ka Fr.:* **2 commodo**] commodo scripta *Mw*

3 civium utilitate] ut. civ. *Ka Fr.* **6 iudicari** *AaBcP BiBmEr^{ac}Mv:* iudicare *Mw Er^{pc}Pf Fr.* **9 de – 10 fuerint** *super rasuram Aa^{pc}*

10 fuerint] fuerunt *P:* sunt *Mv* **13 ac**] et *Fr.* **18 leges ipse**] ipse leges *Fr.* **19 quo**] quod *P Py:* qui *Pb* **20 propositum – 21**

susciperent *AaBcP BaBbBcKaKbMePy:* a carnibus et deliciis ieiunent *BiBmCdMaMcMiMkMmMvPbPpKsSbShTxVaVc Fr.:* a carnibus et deliciis propositum ieiunandi suscipiant *Gg:* ieiunandi propositum (prop. iei. *Er^{pc}*) susciperent et a carnibus et deliciis abstineant *BrEr^{pc}Mz* **25 scribit**] scripsit *P BiBmMkPf*

(D.4 c.6) A QUINQUAGESIMA IEIUNANDI PROPOSITUM SUMANT, QUOS ECCLESIASTICI GRADUS DIGNITAS EXORNAT.

P 3rb Denique sacerdotes et diaconi et reliqui, quos dignitas ecclesiastici gradus exornat, a quinquagesima propositum ieiunandi suscipiant, quo et aliquid ad pensum sanctae institutionis adiciant, et eorum, qui in laicali ordine consistunt, observantiam sicut loco, ita religione precellant. (§ 1) De ipsa vero die dominica hesitamus, quidnam dicendum sit, cum omnes laici et seculares illa die plus solito et ceteris diebus accuratius cibos carniū appetant, et nisi nova quadam aviditate usque ad medias noctes se ingurgitent, non aliter se huius sancti temporis observationem suscipere putant, quod utique non rationi, set voluptati, immo cuidam cecitati mentis ascribendum est. Unde nec a tali consuetudine averti possunt et ideo cum venia suo ingenio relinquendi sunt, ne forte peiores existant, si a tali consuetudine prohibeantur. Ut enim ait Salomon: "Qui multum emungit, elicit sanguinem." Et post pauca. (§ 2) Par autem est, ut qui his diebus a carne animalium abstinemus, ab omnibus quoque, quae sementivam trahunt originem carnis, ieiunemus, a lacte videlicet, caseo et ovis. Et post pauca. (§ 3) Ceterum piscium esus ita Christiano relinquitur, ut hoc ei infirmitatis solatium, non luxurie pariat incendium. Fr. 7 Denique qui a carne abstinet, nequaquam sumptuosiora marinarum beluarum convivia preparet. (§ 4) Vinum ergo ita bibere permittimur, ut ebrietatem omnino fugiamus. Alioquin restat, ut omnia, quae corpori libent, similiter faciamus.

(D.4 d.p.c.6) ¶ Haec etsi legibus constituta sint, tamen quia communi usu approbata non sunt, se non observantes transgressionis non arguunt. Alioquin his non obediētes proprio privarentur honore, cum illi, qui

19 Prov. 30:33

4 Denique – 30 faciamus Ps.-Gregorius I, Ep. (JE †1987; J³ †3158) primum in Decreto Ivonis 4.29 inventa. *Coll. Trip. 1.57.69a.

AaBcPGwBiBmErMkMvMwPFPy

11 et om. Py Fr. 13 sancti] sacri Fr. 15 cecitati mentis] mentis cec. Fr. 20 qui his] quibus Fr. 24 hoc om. Pf Fr. 27 convivia AaP Fr.: convia Bc^{pc} BiBmMv ergo] quoque Fr. 28 ebrietatem AaBcP ErPy: ebrietates BiBmMkMvPf Fr. 31 sint] sunt Aa Fr.: sit(?) Mv 33 transgressionis] transgr. reos Rom.Fr. 34 honore Bc^{pc} qui – 10: 1 canonibus Cf. C.25 q.1 c.13, pag.

sacris nesciunt obedire canonibus, penitus officio iubeantur carere suscepto, nisi forte quis dicat hec non decernendo esse statuta, set exhortando conscripta. Decretum vero necessitatem facit, exhortatio autem liberam voluntatem excitat.

(D.5 d.a.c.1) Haec quae de privilegiis et ceteris infra positae scriptae sunt, tam secularibus quam ecclesiasticis legibus conveniunt.

Nunc ad differentiam naturalis iuris et ceterorum revertamur. **(§ 1)** Naturale ius inter omnia primatum obtinet et tempore et dignitate. Cepit enim ab exordio rationalis creature nec variatur tempore, set immutabile permanet. **(§ 2)** Set cum naturale ius lege et evangelio supra dicatur esse comprehensum, quaedam autem contraria his, quae in lege statuta sunt, nunc inveniuntur concessa, non videtur ius naturale immutabile permanere. In lege namque precipiebatur, ut mulier, si masculum pareret XL, si vero feminam, octoginta diebus a templi cessaret ingressu. Nunc autem statim post partum ecclesiam ingredi non prohibetur. Item mulier, quae menstruam patitur, ex lege immunda reputabatur; nunc autem nec ecclesiam intrare nec sacre communionis misteria percipere, sicut illa, quae parit, vel illud, quod gignitur, nec statim post partum baptizari prohibetur. Unde eidem Augustino Gregorius scribit dicens:

(D.5 c.2) MULIER ENIXA GRATIAS ACTURA ECCLESIAM INTRARE HORA EADEM NON PROHIBETUR.

Si mulier eadem hora, qua genuerit, actura gratias intrat ecclesiam, nullo pondere peccati gravatur. Voluptas etenim carnis, non dolor in culpa est. In carnis autem commixtione voluptas est, in prolis partu gemitus. Unde et ipsi prime mulieri dicitur: "In doloribus paries." Si

P 3vb

Mw 117v

Fr. 8
Bc 18vb

17–19 cf. Lev. 12:2-5 **21** cf. Lev. 15:19-20 **32** Gen. 3:16

28 Si – 11: 2 culpam Gregorius I, *Ep.* 11.56a (JE 1843; J³ 2970) 8 (ed. Ewald, MGH Epp. 2.338.23-27). **Coll. Trip.* 1.57(55).70

AaBcPGwBiBmErMkMvMwPfPy **17 post mulier folio amisso deficit Bm**
9 nunc] nunc autem *BiBm^{pc}ErMv^{pc}* **12 rationalis]** rationabilis *BiM*
nec] nam nec *BiBmErMcMk* **21 menstruam]** menstrua *Pf Fr.*
26 mulier – 27 prohibetur] *AaBcPGw BiMaMcMkMvPy Rom.:* Mulier
in ipsa qua genuerit hora gratias actura ecclesiam intrare non prohibetur
Ka Fr., om. Mw Er **27 hora eadem]** eadem hora *AaP MvPy*
31 prolis partu] partu vero prolis *BiMk Fr.* **gemitus]** dolor et
gemitus *Er* **32 et om. Fr.**

itaque enixam mulierem prohibemus intrare ecclesiam,
ipsam ei penam vertimus in culpam.

(D.5 c.3) Item.

P 4ra MULIEREM ENIXAM VEL QUOD AB EA GENITUM
FUERIT EADEM HORA NICHIL PROHIBET BAPTIZARI. 5

Baptizari autem vel enixam mulierem vel hoc quod
genuerit, si periculo mortis urgetur, vel ipsa hora eadem
qua gignitur vel eadem, qua natum est id quod gignitur,
nullo modo prohibetur, ne dum adhuc tempus ad
prebendum redemptionis misterium queritur, 10
interveniente paululum mora inveniri non valeat, qui
redimatur.

(D.5 c.4) Item.

ANTEQUAM PUER ABLACTETUR VEL MATER
PURIFICETUR, AD EIUS CONCUBITUM VIR NON ACCEDAT. 15

Aa 11v Ad eius vero concubitum vir suus accedere non debet,
quousque qui gignitur ablactetur. Si autem filios suos ex
prava consuetudine aliis ad nutriendum tradunt, nisi
purgationis tempus transierit, viris suis non debent
admisceri. Quippe et sine partus causa cum in menstruis
consuetis detinentur, viris suis misceri prohibentur, ita ut
morte lex sacra feriat, si quis vir ad menstruam mulierem
accedat. (§ 1) quae tamen mulier, dum consuetudine
menstruam patitur, prohiberi ecclesiam intrare non debet,
quia ei nature superfluitas in culpam reputari non valet, et 20
per hoc, quod invita patitur, iniustum est, ut ecclesiae
ingressu privetur. Novimus namque, quod mulier, quae
fluxum patiebatur sanguinis, post tergum Domini
humiliter veniens vestimenti eius fimbriam tetigit, atque
P 4rb

6 Baptizari – 12 redimatur Gregorius I, *Ep.* 11.56a (JE 1843; J³ 2970) 8
(ed. Ewald, MGH Epp. 2.338.27-339.2). Ivo, *Decretum* 1.62; **Coll. Trip.*
1.57(55).71; *Panormia* 1.22. **16 Ad – 12: 4 intrare** Gregorius I, *Ep.*
11.56a (JE 1843; J³ 2970) 8 (ed. Ewald, MGH Epp. 2.339.3-18). **Coll.*
Trip. 1.57(55).72-73.

AaBcPGwBiErMkMvMwPfPy **14 mater Pf]**

2 vertimus – culpam] in cul. ver. *Fr.* **4 genitum – 5 fuerit]** gignitur
ErPf **6 vel¹**] et vel *BcP* **7 urgetur** *AaP KaMvPy*: urgetur *Bc BiMk*:
grauetur *MaMc* **8 natum** *Mw BiMcMkMvPy* *Fr. Trip.*: natus *AaBc*
id quod] is qui *Aa* **15 vir]** viro *Bc*: virum *Bi* **17 ablactetur]** non
abl. *Bc^{9c}* **suos om.** *AaMw BiPy^{9c}* **22 menstruam]** menstruatam *Mw*
ErPy **23 consuetudine]** consuetudinem *Fr. male* **24 debet]** valet *Ka*
Fr. **25 reputari – valet]** non debet rep. *Fr.* **27 ingressu privetur**
priv. ing. *Er Fr.* **29 vestimenti]** vestimenta *Bc^{9c}*

ab ea statim sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita laudabiliter potuit Domini vestimentum tangere, cur quae menstruum patitur sanguinis, ei non liceat ecclesiam intrare? Si enim ea bene presumpsit, quae vestimentum Domini in languore posita tetigit, quod uni persone infirmanti conceditur, cur non concedatur cunctis mulieribus, quae nature sue vitio infirmantur? (§ 2) Sancte autem communionis misterium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna percipere non presumit, laudanda est, set si perceperit, non est iudicanda. Bonarum quippe mentium est etiam ibi culpas suas agnoscere, ubi culpa non est, quia sepe sine culpa agitur, quod venit ex culpa. Unde etiam cum esurimus, sine culpa comedimus, quibus ex culpa primi hominis factum est, ut esuriamus.

(D.6 d.p.c.3) ¶ His ita respondetur: In lege et evangelio naturale ius continetur. Non tamen quaecumque in lege et evangelio inveniuntur naturali iuri coherere probantur. Sunt enim in lege quaedam moralia, ut “non occides” et cetera, quaedam mistica, utpote sacrificiorum precepta et alia his similia. Moralia mandata ad naturale ius spectant atque ideo nullam mutabilitatem recepisse monstrantur. Mistica vero quantum ad superficiem a naturali iure probantur aliena, quantum ad moralem intelligentiam inveniuntur sibi annexa. Ac per hoc, etsi secundum superficiem videantur esse mutata, tamen secundum moralem intelligentiam mutabilitatem nescire probantur.

(§ 1) Naturale ergo ius ab exordio rationalis creature incipiens, ut supra dictum est, manet immobile. Ius vero consuetudinis post naturalem legem exordium habuit, ex quo homines convenientes in unum ceperunt simul habitare. Quod ex eo tempore factum creditur, ex quo Cain civitatem edificasse legitur, quod cum diluvio

20 Ex. 20:13 34 cf. Gen. 4:17 cf. Gen. 7-9

4 Si – 15 esuriamus *Ibid.* 25-33. 30 supra cf. D.5 d.a.c.1 §1, pag. 10: 11s.

AaBcPGwBiErMkMvMwPy

1 sua infirmitas] inf. sua Fr. 9 non – 10 percipere *bis scr. sed exp. Bc*
 10 percipere – 15 esuriamus *verba verisimiliter fo. 20ra erasa et mox fo. 19va secunda manu rescripta, ut series textuum secundae recensionis servetur B*
 presumit] *presumat Bc^{ac}* 19 coherere] *coherere Bc^{ac}* 27 moralem] *mortalem Bc^{ac}* intelligentiam] *intelligentiam Bc*

- Aa 12v propter hominum raritatem fere videatur exstinctum, postea a tempore Nemroth reparatum sive potius immutatum existimatur, cum ipse simul cum aliis alios cepit opprimere. Alii sua imbecillitate eorum dicioni ceperunt esse subiecti, unde legitur de eo: “Cepit Nemroth esse robustus venator coram Domino,” id est hominum expressor et exstinctor, quos ad turrem edificandam allexit. 5
- Fr. 12 **(D.7 d.a.c.1)** Ius autem constitutionis cepit a iustificationibus, quas Dominus tradidit Moysi dicens: “Si emeris servum ebreum” et cetera. Unde Ysidorus in v libro Ethimologiarum ait: 10
- P 4vb **(D.7 c.1)** DE CONDITORIBUS LEGUM. Moyses gentis Hebreæ primus omnium divinas leges sacris litteris explicavit. Foroneus rex Grecis primus leges iudiciaque constituit. Mercurius Trismegistus primus leges Egyptiis tradidit. Solon primus leges Atheniensibus dedit. Ligurgus primus Lacedemonibus iura ex Apollinis auctoritate confinxit. Numa Pompilius, qui Romulo successit in regno, primus leges Romanis edidit. Deinde cum populus seditiosos magistratus ferre non posset, decemviros legibus scribendis creavit, qui leges ex libris Solonis in Latinum sermonem translatas xii tabulis exposuerunt. 15 20
- Bc 20rb **(D.7 c.2)** NOMINA EORUM, QUI LEGES XII TABULARUM EXPOSUERUNT. 25
- Fuerunt autem hii Appius Claudius, Genutius, Veterius, Iulius, Manilius, Sculpitius, Sextius, Curatius,

5–6 Gen. 10.8-9. 10–11 Ex. 21:2

6 id – 8 allexit Glossa ord. ad Gen. 10:9 (ed. Rusch, 1480, b3va); cf. Alcuinus, *Interrogationes et responsiones in Genesim*, interr. 145, ed. PL 100.532D. **14 Moyses – 24 exposuerunt** Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.1.1-3 (ed. Lindsay, 1-10). **27 Fuerunt – 14: 14 vocavit** Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 5.1.4-7 (ed. Lindsay, 10-5).

AaBcPGwBiErMkMvMwPy

1 exstinctum] extractum *Bc*, ut vid. **2 postea** *Bc Rom.*: postmodum *Er*: postea postmodum *Fr*. **4 dicioni]** dicioni *Bc^{ac}* **7 expressor]** oppressor *Er Fr*. **exstinctor]** extractor *Bc*, ut vid. **turrem]** turrim *Er Fr*. **11 v – 12 libro]** libro V *Fr*. **18 dedit]** edidit *Er Fr* **ligurgus]** Licurgus *Fr*. **lacedemonibus]** Lacedemoniis *Fr*. **23 solonis]** Salomonis *Bc^{ac}*: Salonis *Er* **25 tabularum]** tabulis *Er* **28 Veterius]** Veturius *Fr*: Sextus Veturius *Rom*. **manilius]** Manlius *Er Fr*. **curatius]** Curiatius *Fr*.

Romedius, Postomius. Hii decemviri legum conscribendarum electi sunt. Leges autem redigere in libris primus consul Pompeius instituere voluit, set non perseveravit obtrectatorum metu. Deinde Cesar cepit id
 5 facere, set ante interfectus est. Paulatim autem antiquae leges vetustate atque incuria obsoleverunt, quarum etsi iam nullus est usus, notitia tamen necessaria videtur. P 5ra
 Novae a Constantino Cesare ceperunt et reliquis succedentibus, erantque permixtae et inordinatae. Postea
 10 Theodosius minor Augustus ad similitudinem Gregoriani et Hermogeniani codicem factum constitutionum a Constantini temporibus sub proprio cuiusque imperatoris titulo disposuit, quem a suo nomine Theodosianum vocavit.

15 (D.8 d.a.c.1) ¶ Differt etiam ius nature a consuetudine et constitutione. Nam iure nature sunt omnia communia omnibus, quod non solum inter eos servatum creditur, de quibus legitur: "Multitudinis credentium erat cor unum et anima una" et cetera, verum etiam ex precedenti tempore
 20 a philosophis traditum invenitur. Unde apud Platonem illa civitas iustissime ordinata traditur, in qua quisque proprios nescit affectus. Iure vero consuetudinis vel constitutionis hoc meum est, illud vero alterius. Unde Augustinus ait super Iohannem: Bc 20va

25 (D.8 c.1) IURE DIVINO OMNIA SUNT COMMUNIA OMNIBUS. IURE VERO CONSTITUTIONIS HOC MEUM, ILLUD ALTERIUS EST.

Quo iure defendis villas ecclesiae, divino, an humano? Fr. 13
 Divinum ius in scripturis habemus, humanum in legibus

18–19 Act. 4:32

20 **Multitudinis** – 19 **una Platonem** *Timaeus a Calcidio translatus* 18C-D (ed. Jensen et Waszink, *Corpus Platonicum medii aevi* 4.xx; cf. Kuttner, Gratian and Plato, *Church and Government in the Middle Ages*, Cantabrigiae 1976, 93-118). 28 **Quo** – 16: 2 **possidentur** Ivo, *Decretum*

AaBcPGwBiErMkMvMwPy

1 **romedius**] Romilius *Fr.*

postomius] Posthumius *Fr.*

6 **obsoleverunt** *ErMiPaPf Fr.*: neglecte sunt (vel obsoleverunt *supra lin.Aa*) *AaMe*: obsolverunt *P Tx*: obsoluerunt *Cg^{ac} Rom.*: absolverunt *Bc GgIn^{ac}Ka^{ac}KsLbMfMmPbPkSaVcVdVr*: absoluerunt

BiGcMaMcMkMrMzPt^{ac}Sb^{ac}VaVc: aboleverunt *Kb^{ac}MvPy*: exoleverunt
orig. 13 a] ad *Bc^{ac}* **theodosianum**] theodosium *Bc^{ac}* 15 **nature**]

naturale *Er* 18 **Multitudinis** *AaBcP BiMkMvPy*: Mult. autem *Er Rom.Fr.* 24 **ait** – **Iohannem** *om. P* **super**] *supra Fr.*

P 5rb Aa 13r	<p>regum. Unde quisque possidet, quod possidet? Nonne iure humano? Nam iure divino “Domini est terra et plenitudo eius.” Pauperes et divites Dominus de uno limo fecit, et pauperes et divites una terra subportat. Iure ergo humano dicitur: “hec villa mea est, hec domus mea est, hic servus meus est.” Iura autem humana iura imperatorum sunt. Quare? Quia ipsa iura humana per imperatores et reges seculi Deus distribuit generi humano. Item. (§ 1) Tolle iura imperatoris et quis audeat dicere: “hec villa mea est, meus est iste servus, mea est hec domus”? Si autem, ut teneantur ista ab hominibus, regum iura fecerunt, vultis recitemus leges, ut gaudeatis? Item. (§ 2) Relegantur leges, ubi manifeste preceperunt imperatores, eos qui preter ecclesiae catholice communionem usurpant sibi nomen Christianum nec volunt in pace colere pacis auctorem, nichil nomine ecclesiae audeant possidere. (§ 3) Set dicitis quid nobis et imperatori? Set ut iam dixi, de iure humano agitur. Apostolus voluit serviri regibus, voluit honorari reges et dixit: “Regem reveremini.” Noli dicere: “Quid mihi et regi?” Quid tibi ergo et possessioni? Per iura regum possidentur possessiones. Dixisti “Quid mihi et regi?” Noli dicere possessiones tuas, quia ipsa iura renuntiasti humana, quibus possessiones possidentur.</p>	5 10 15 20
P 5va	<p>(D.8 d.p.c.1) ¶ Dignitate vero ius naturale similiter prevalet consuetudini et constitutioni. Quaecumque enim</p>	25

7–8 Ps. 23:1 | Cor. 10:26 3 cf. Gen. 2:7 19 | Petr. 2:17

3.194; *Coll. Trip. 3.3.26; Panormia 2.63. Quo – 13 humano Augustinus, In Iohannis Evangelium tractatus 6.25 (ed. Willems CCSL 36.66.14-23).

8 Tolle – 17 gaudeatis Ibid. (ed. 66.28-31) 12 Relegantur – 16: 2 possidentur Ibid. 6.25-26 (ed. 66.33-67.7)

AaBcPGwBiErMkMvMwPy 20 dicere Mw]

29 scripturis AaBc^{ac}P Rom. Trip. orig.: scripturis divinis BiErGgHkInMeMkPy Fr. 3 dominus BcP BiErMkMv. deus Fr., om. A

de – 9 divites om. Aa^{ac} 4 terra om. Bc^{ac}P 5 domus] servus Aa BiP servus] domus Aa BiPy 10 hec domus Aa BiMkMvPy Trip.: hec domus mea est BcP Fr.: domus haec mea est Rom. orig. ut om. Fr.

12 recitemus Aa^{ac} Bi^{ac} Trip. Ls.^{ac}: reticemus BcP: reticemus Er^{ac}MkMvPFPy^{ac} Fr.: ut reticemus Aa^{ac} Er^{ac} Rom. post gaudeatis

vocem etc. add. Fr. 17 set] set ut Fr., Bc 18 regibus legibus Bc^{ac}Trip.^{vl} 19 reges leges Pac regem – 25 regi om.

reveremini] veneremini Aa^{ac} (litterae vene supra ras.) Bc^{ac}: vel reveremini add. supra lin. Aa^{ac}: uemini Bc^{ac} (re supra lin. add. Bc^{ac}): ueremini Trip.

21 possidentur ///identur Bc^{ac} 23 possessiones possidentur possid. possess. Fr. 24 similiter AaBcP BiErMkMvPy: simpliciter Fr.

vel moribus recepta sunt, vel scriptis comprehensa, si naturali iuri fuerint adversa, vana et irrita sunt habenda.

Unde Augustinus ait Confessionum libro ii:

(D.8 c.2) ADVERSUS NATURALE IUS NULLI QUICQUAM
5 AGERE LICEAT. Bc 20vb

Quae contra mores hominum sunt flagitia, pro morum diversitate sunt vitanda, ut pactum inter se gentis aut consuetudine civitatis vel lege firmatum nulla civis aut peregrini libidine violetur. Turpis enim omnis pars
10 universo suo non congruens. (§ 1) Cum autem Deus aliquid contra morem aut pactum quorumlibet iubet, etsi numquam ibi factum est, faciendum est, etsi omissum, instaurandum, etsi statutum non erat, instituendum est.
15 (§ 2) Si enim regi licet in civitate, cui regnat, iubere aliquid, quod neque ante ipsum quisquam nec ipse umquam iusserat et non contra societatem civitatis eius obtemperatur, immo contra societatem non obtemperatur
20 (generale quippe pactum est societatis humane, obtemperare regibus suis) quanto magis Deo regnatori universe creature sue ad ea quae iusserit sine dubitatione serviendum est? Sicut enim in potestatibus societatis humane maior potestas minori ad obediendum preponitur, ita Deus omnibus. P 5vb

(D.8 c.3) Item Nicolaus Higmaro Remensi
25 archiepiscopo.

MALA CONSUETUDO RADICITUS EST EVELLENDATA.

Mala consuetudo non minus quam perniciose corruptela vitanda est, quae nisi citius radicitus evellatur,

6 Quae – 27 omnibus Augustinus, *Confessiones* 3.8.15 (ed. Skutella, Bibl. Teubneriana 48.10-28). Ivo, *Decretum* 4.178; **Coll. Trip.* 3.6.15 **27 Mala – 7 celebrari** Nicolaus I, *Ep.* 80 (JE 2823; J³ 6041; ed. Perels, MGH Epp. 6.430.3-6). Ivo, *Decretum* 4.203; **Coll. Trip.* 3.7.4; *Panormia* 2.164.

AaBcPGwBiErMkMvPy

3 confessionum *om. Fr.* **5 liceat** *Bc Gw. licet Fr.* **7 diversitate** vel consuetudine *add. supra lin. Bc^{ac}* **inter – gentis** gentis inter se *Fr.* **8 consuetudine civitatis** *BcP Py Fr.:* civ. con. *Aa BiErMkMv* **9 Turpis** *BcP Mk^{ac} Trip. orig.:* turpis est *Fr.* **10 universo suo]** suo univ. *Fr.* **16 et** set *Bc^{ac}* **17 ante non verbum** si *add. Aa ErMv Fr., om. BcP BiMkPy Trip. Rom.* **18 generale** genera *Bc^{ac}* **21 serviendum** obtemperandum *Aa supra ras.* **23 omnibus** hominibus *Er* **24 post Nicolaus** verbum papa *add. Cd Rom.Fr., om. AaBcP BiGgErMaMcMeMkMvPFPy* **Higmaro** *Bc:* Hincmaro *Fr.* **27 Mala** m/a (mea?q) *Bc^{ac}*

in privilegiorum ius ab impiis assumitur, et incipiunt prevaricationes et varie presumptiones celerrime non compresse pro legibus venerari et privilegiorum more perpetuo celebrari.

(D.8 c.4) Item Augustinus de unico baptismo libro II. 5

Aa 13v VERITATI ET RATIONI CONSUEUDO EST
POSTPONENDA.

"Veritate manifestata cedat consuetudo veritati": plane quis dubitet veritati manifestate consuetudinem cedere? Item: "Nemo consuetudinem rationi et veritati preponat, quia consuetudinem ratio et veritas semper excludit". 10

(D.8 c.5) Item Gregorius VII Guimundo Aversano episcopo.

QUAELIBET CONSUEUDO VERITATI EST
POSTPONENDA. 15

Bc 21ra Si consuetudinem fortassis opponas, advertendum est quod Dominus dicit: "Ego sum veritas." Non dixit: "Ego sum consuetudo", set "veritas." (§ 1) Et certe, ut beati Cipriani utamur sententia, quaelibet consuetudo, quantumvis vetusta, quantumvis vulgata, veritati est omnino postponenda, et usus, qui veritati est contrarius, est abolendus. 20

P 6ra

(D.8 c.6) Item Augustinus in libro de baptismo parvulorum.

8 Ioh. 14.6 17¹ Joh. 14:6

8 Veritate – **14 excludit** Ivo, *Decretum* 4.208; **Coll. Trip.* 3.7.8; *Panormia* 2.165.2 **Veritate** – **12 cedere** Augustinus, *De baptismo* 3.6.9 (ed. Petschenig, CSEL 5.203.18-19). **Veritate** – **veritati** *Sententiae episcoporum LXXXVII* (Conc. Carthaginense a. 256) 30 (ed. Diercks, CCSL 3E.55.262-263). **10 Nemo** – **14 excludit** *Sententiae episcoporum LXXXVII* 63 (ed. Diercks 87.412-414). Cf. Augustinus, *De baptismo* 3.8.11 (ed. Petschenig, CSEL 51.204.8-10) **16 Si** – **25 abolendus** Gregorius VII (JL 5277; ed. Cowdrey, *Epistolae vagantes*, 151, n. 67); Ivo, *Decretum* 4.213; **Coll. Trip.* 3.7.9; *Panormia* 2.166. *Utrum epistola falsa an genuina sit, dubitatur, cf. Gerhard Ladner, "Two Gregorian Letters: On the Sources and Nature of Gregory VII's Reform Ideology," Studi Gregoriani 5 (1956), 221-242.*

AaBcPGwBiErMkMvPy

7 postponenda post opponendam(?) Bc **9 manifestate** manifesta est Bc^{ac} **22 est abolendus** abol. est Fr.

VERITATE REVELATA CONSUECUDINEM SIBI CEDERE OPORTET.

Qui contempta veritate presumit consuetudinem sequi aut circa fratres invidus est et malignus, quibus veritas 5
revelatur, aut circa Deum ingratus est, inspiratione cuius ecclesia eius instruitur. Nam Dominus in evangelio: "Ego sum," inquit, "veritas." Non dixit: "Ego sum consuetudo." Itaque veritate manifestata cedat consuetudo, revelatione 10
igitur facta veritatis cedat veritati, quia et Petrus, qui circumcidebat, cessit Paulo veritatem predicanti. Igitur cum Christus veritas sit, magis veritatem quam consuetudinem sequi debemus, quia consuetudinem ratio et veritas semper excludit.

Fr. 15

(D.8 c.7) Idem in libro IIII de baptismo.

15 CONSUECUDO FRUSTRA RATIONI OPPONITUR.

"Frustra," inquit, "quidam, qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis obiciunt, quasi consuetudo maior sit veritate aut non sit in spiritualibus sequendum, quod melius est a Spiritu sancto revelatum." Hoc plane verum 20
est, quia ratio et veritas consuetudini preponenda est. Set si consuetudini veritas suffragatur, nichil oportet firmius retineri.

P 6rb

(D.8 c.8) Item Ciprianus.

8–9 Joh. 14:6

3 Qui – 15 excludit Ivo, *Decretum* 4.234; **Coll. Trip.* 3.7.14 **Qui – 8 instruitur** *Sententiae episcoporum LXXXVII* 28 (ed. Diercks, CCSL 3E.51.240-243); cf. Augustinus, *De baptismo* 3.5.8 (ed. Petschenig, CSEL 51.203.10-14). **6 Dominus – 10 consuetudo** 30 (ed. 55.255-263); cf. *De baptismo* 6.9 (ed. 16-18). **8 revelatione – 12 predicanti** *Sententiae* 56 (ed. 81.388-390); cf. *De baptismo* 7.10 (ed. 22-24). **10 Igitur – 14 debemus** *Sententiae* 77 (ed. 99.463-464); cf. *De baptismo* 9.12 (ed. 204.12-14). **12 quia – 15 excludit** *Sententiae* 63 (ed. 87.413-414); cf. *De baptismo* 8.11 (ed. 9-10). **16 Frustra – 24 retineri** Augustinus, *De baptismo* 4.5.7 (ed. Petschenig, CSEL 51.228.1-7). Ivo, *Decretum* 4.235; *Coll. Trip.* 3.7.15; *Coll. 3 libr.* 3.9.2 **Frustra – 21 revelatum** Cyprianus, *Ep.* 73.13.1 (ed. Diercks, CCSL 3C.543.205-208). *Coll. 3 libr.* 3.9.10.

AaBcPGwBiErMkMvPy 4 est [Bm denuo incipit 11 Christus AaP BiBmMkMvPy]

8 cedat Bc: veritati cedat Er Fr. **9 igitur** ergo Fr. **cedat** BcP Bja^cMc: cedat consuetudo Aa Bj^{pc}BmCdErPyVa^{pc}Vc^{sl} Fr.: cedat usus Mk: cedat error Trip.; hic Gratianus noster vel amanuensis eius certe dormivit **13 excludit** B^{pc}Cd: ex///dit Bc^{pc}: excedit Trip. **15 frustra rationi** rat. fru. Fr. **19 est** om. Bc

RATIONEM CONSUETUDO IMPEDIRE NON DEBET.

Consuetudo, quae apud quosdam irrepserat, impedire non debet, quo minus veritas prevaleat et vincat. Nam consuetudo sine veritate vetustas erroris est. Propter quod relicto errore sequamur veritatem scientes, quia et
Bc 21rb apud Esdram veritas vicit, ut scriptum est: “Veritas valet 5
et invalescit in eternum et vivit et obtinet in secula seculorum.” Idem. Ignosci potest simpliciter erranti, sicut de se ipso dicit beatus Paulus apostolus: “Qui primo fui blasphemus, persecutor et iniuriosus, set misericordiam 10
merui, quia ignorans feci.” Post inspirationem vero et revelationem factam, qui in eo quod erraverat perseverat, prudens et sciens iam non in venia ignorantie peccat. Presumptione enim atque obstinatione quadam nititur, cum ratione superetur. 15

Fr 16 **(D.8 d.p.c.9) ¶** Liquido igitur apparet, quod consuetudo naturali iuri postponitur. **(D.9 d.a.c.1)** Quod autem constitutio naturali iuri cedat multiplici auctoritate probatur. Ait enim Augustinus ad Bonifacium:

Aa 14r **(D.9 c.1)** LEGES PRINCIPUM NATURALI IURI 20
Gw 2va PREVALERE NON DEBENT.

P 6va **(§1)** Quicumque legibus imperatorum, quae pro Dei veritate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande supplicium. Quicumque ergo legibus imperatorum, quae contra Dei voluntatem feruntur, obtemperare non vult, 25
acquirit grande premium.

(D.9 c.3) Idem in prologo libri tercii de Trinitate.

SCRIPTURIS CANONICIS TRACTATORUM LITTERE DESERVIUNT.

Noli meis litteris quasi canonicis scripturis inservire. 30
Set in illis et quod non credebas cum inveneris,

7–9 III Ezrae 4:38 10–12 I Tim. 1:13

2 Consuetudo – 16 superetur Consuetudo – 9 seculorum Cyprianus, *Ep. 74.9.2* (ed. Diercks, CCSL 3C.575.179-185). **Coll. 3 libr. 3.9.3.* **8**

Ignosci – 16 superetur Cyprianus, *Ep. 73.13.1-2* (ed. 543.208-544.214). **Coll. 3 libr. 3.9.10.* **22 Quicumque – 27 premium** Augustinus, *Ep. 185.8* (ed. Goldbacher, CSEL 57.7.15-18). Ivo, *Decretum* 4.184; **Coll. Trip. 3.6.17; Panormia* 2.154

30 Noli – 6 tenere Augustinus, *De trinitate* 3 proem. 2, ed. Mountain et Glorie, CCSL 50.128.38-41. Ivo, *Decretum* 4.71; **Coll. Trip. 3.6.4; Panormia* 2.120

BcGwEr

9 Paulus apostolus ap. Paul. *Fr.* **10 persecutor** et pers. *Fr.* **18 iuri** iu/ri Bc^{ac} **20 iuri** om. Bc^{ac} **25 Dei voluntatem** vol. Dei *Fr.*

incunctanter crede: in istis autem, quod certum habebas, nisi certum intellexeris, noli firme tenere.

(D.9 c.4) Idem ad Vincentium Victorem libro II.

5 IN OPUSCULIS TRACTATORUM MULTA CORRIGENDA
INVENIUNTUR.

Negare non possum, nec debeo, sicut in ipsis maioribus, ita multa esse in tam multis opusculis meis, quae possunt iusto iudicio et nulla temeritate culpari.

(D.9 c.5) Idem ad Ieronimum, epistola octava.

Bc 21va

10 IN SCRIPTURIS CANONICIS MENDACIA NON
ADMITTUNTUR.

Ego solis eis scriptorum, qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque referre, ut nullum eorum scribendo errasse audeam credere, aut si aliquid in eis offendero, quod videatur contrarium veritati, nichil aliud quam vel mendosum esse codicem, vel non esse assecutum interpretem, quod dictum est, vel me minime intellexisse, non ambigam. Alios autem ita lego, ut
15 quantalibet sanctitate doctrinaque polleant, non ideo
verum putem, quia ita ipsi senserunt, set quia michi per
20 alios auctores, vel canonicas vel probabiles rationes, quod
a vero non abhorreat, persuadere potuerunt.

P 6vb

(D.9 c.7) Idem in epistola prima ad Ieronimum.

25 NICHIL AUCTORITATIS CANONICIS SCRIPTURIS
REMANEBIT, SI AD EAS MENDACIA FUERINT ADMISSA.

Si ad scripturas sanctas admissa fuerint vel officiosa mendacia, quid in eis remanebit auctoritatis? quae tandem de scripturis illis sententia proferetur, cuius pondere contentiose falsitatis obteretur improbitas?

30 (D.9 c.8) Idem de unico baptismo libro II.

6 Negare – **12 culpari** Augustinus, *De natura et origine animae* 4.1, ed. Urba et Zycha, CSEL 60.380.10-12. Ivo, *Decretum* 4.73; **Coll. Trip.* 3.6.6;
12 Ego – **26 potuerunt** Augustinus, *Epistulae* 82.3, ed. Daur, CCSL 31A.98.50-60. Ivo, *Decretum* 4.74; **Coll. Trip.* 3.6.7; *Panormia* 2.119 **26 Si** – **21: 2 improbitas** Augustinus, *Epistulae* 40. , ed. Daur, CCSL 31.160.c.33. Ivo, *Decretum* 4.215; **Coll. Trip.* 3.7.10

BcGwEr **22 potuerunt** *Er*]

4 opusculis tractatorum tract. op. *Fr.* **12 solis** solis *Bc^{ac}* **13 didici**
dici *Bc^{ac}* **14 audeam** audea/ *Bc^{ac}* **aut** ac *Fr.* **24 scripturis** – **29**
remanebit rem. scr. *Fr.* **26 Si** – **fuerint** *add. in marg. Bm*
29 obteretur conteretur *Bc Me*

LITTERIS OMNIUM EPISCOPORUM SACRA SCRIPTURA
PREPONATUR.

Quis nesciat sanctam scripturam canonicam, tam
veteris quam novi testamenti, certis terminis suis
contineri, eamque posterioribus omnibus episcoporum
litteris ita preponi, ut de illa omnino dubitari et disceptari
non possit, utrum verum vel utrum rectum sit, quicquid
in ea scriptum constiterit esse? Episcoporum autem
litteras, quae post confirmatum canonem vel scripte sunt
vel scribuntur, et per sermonem forte sapientiore
cuiuslibet in ea re peritioris et per aliorum episcoporum
graviorem auctoritatem doctioremque prudentiam, et per
concilia licere reprehendi, si quid in eis forte a veritate
deviatum est?

(D.9 c.9) Idem in epistula ad Vincentium. 15

EX DICTIS QUORUMLIBET EPISCOPORUM CONTRA
DIVINA MANDATA CALUMNIE NON SUNT COLLIGENDE.

Noli frater contra divina tam multa, tam preclara, tam
indubitata testimonia colligere velle calumpnias ex
episcoporum scriptis sive nostrorum, sicut Illarii sive
(antequam pars Donati separetur) Cypriani et Agrippini.
Primo, quia hoc genus litterarum ab auctoritate canonis
distinguendum est. Non enim sic leguntur, tamquam ita
ex eis testimonium proferatur, ut contra sentire non
liceat, sicubi forte aliter sapuerint, quam veritas postulat.
In eo quippe numero sumus, ut non dedignemur etiam
nobis dictum ab Apostolo accipere: "Et si quid aliter
sapitis, hoc quoque Deus vobis revelavit".

(D.9 c.10) Idem in epistola ad Fortunatum.

3 Quis – 17 est Ivo, *Decretum* 4.227; **Coll. Trip.* 3.7.12 **18 Noli – 22: 2**
revelavit Ivo, *Decretum* 4.236b; **Coll. Trip.* 3.7.16b

BcGw

1 Litteris – 5 preponatur Quod (p.c.) sacra scriptura litteris omnium
episcoporum (ep. o. *Gw*) est preponenda *BcGw* **11 cuiuslibet –**
peritioris *super ras. Aa^{pc}* **14 deviatum** de///atum *Bc^{pc}* **15 in epistula**
om. Fr. **ad Vincentium** avincentium *Bc^{pc}* **16 Ex – 20 colligende** *Bc:*
Contra divina mandata calumpnie non colligantur ex quorumlibet dictis
episcoporum *Fr.* **24 proferatur** propheratur *Bc* **26 dedignemur**
dedigne// *Bc^{pc}* **28 hoc** *om. Fr.* **Deus vobis** vobis Deus *Fr.*

NON DEBETUR PAR AUCTORITAS CANONICIS
SCRIPTURIS ET EARUM EXPOSITIONIBUS.

Neque quorumlibet disputationes, quamvis
catholicorum et laudatorum hominum, velut scripturas
5 canonicas habere debemus, ut nobis non liceat salva
honorificentia, quae illis debetur hominibus, aliquid in
eorum scriptis inprobare atque respuere, si forte
invenerimus, quod aliter senserint quam veritas habet,
divino adiutorio vel ab aliis intellecta vel a nobis. Talis
10 ego sum in scriptis aliorum, quales volo esse intellectores
meorum.

P 7rb

Bc 22ra

(D.9 d.p.c.11) Cum ergo naturalis iure nichil aliud
precipiatur, quam quod Deus vult fieri, nichilque vetetur,
quam quod Deus prohibet fieri. Denique cum in canonica
15 scriptura nichil aliud, quam in divinis legibus invenitur,
divine vero leges natura consistant. Patet, quod
quaecumque divine voluntati seu canonicè scripture
contraria probantur, eadem et naturali iuri inveniuntur
adversa. Unde quaecumque divine voluntati seu canonicè
20 scripture seu divinis legibus postponenda censentur,
eisdem naturale ius preferri oportet. Constitutiones ergo
vel ecclesiasticae vel seculares, si naturali iuri contrarie
probantur, penitus sunt excludende.

Mw 118r

(D.10 d.a.c.1) ¶ Constitutiones vero principum
ecclesiasticis constitutionibus non preminent, set
obsecuntur. Unde Nicolaus papa scribit episcopis in
concilio apud Convicinium congregatis:

(D.10 c.1) LEX IMPERATORUM ECCLESIASTICA IURA
DISSOLVERE NON POTEST.

30 Lege imperatorum non in omnibus ecclesiasticis
controversiis utendum est, presertim cum inveniuntur

3 Neque – 14 meorum Ivo, *Decretum* 4.237; **Coll. Trip.* 3.7.17 **30**
Lege – 5 obviare Nicolaus I, *Ep.* 57 (JE 2723; J³ 5825; ed. Perels, MGH
Epp. 6.357.21-23). Anselmus 12.33; *Polycarpus* 1.29.9; *Coll. 3 libr.* 1.9.9,
ed. Motta, 1.43-44.1-5, 15-21. *Capitulum in hisce tribus collectionibus idem*
(vel quasi) multa verba post vocem obviare addit, sicut etiam codices
editionesque secundae recensionis. Articulus lex imperatorum incipiens vacat.
Ivo, *Decretum* 4.86.1; *Coll. Trip.* 1.64.3; **Panormia* 2.138.

BcGw

1 auctoritas BcRom.: reuerentia Fr. **2 earum expositionibus** exp.
earum Fr. **13 Deus** Deus prohibet Bc^{ac} **18 contraria** contrarii Bc^{ac}
inveniuntur Bc^{ac}: inveniuntur Bc^{pc} **27 Convicinium** Bc: ConviciniumFr.
31 controversiis controversis Bc^{ac} **est esse** P976

- evangelice ac canonicè sanctioni aliquociens obviare. Idem: Lex imperatorum non est supra legem Dei, set subtus. Imperiali iudicio non possunt iura ecclesiastica dissolvi. **(§ 2)** Non quod imperatorum leges (quibus sepe ecclesia utitur contra hereticos, sepe contra tyrannos atque contra pravos quosque defenditur) dicamus penitus renuendas, set quod eas evangelicis, et apostolicis atque canonicis decretis (quibus postponende sunt) non posse inferre preiudicium asseramus.
- P 7va 5
- Bc 22rb
- (D.10 c.2)** Item Simachus in VI sinodo. 10
- NICHIL EVANGELICIS REGULIS OBVIAM, IMPERATORI AGERE LICET.
- Non licet imperatori vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra divina mandata presumere nec quicquam, quod evangelicis, propheticis aut apostolicis regulis obviet, agere.
- Fr. 20 15
- (D.10 d.p.c.6)** ¶ Ecce quod constitutiones principum ecclesiasticis legibus postponende sunt. Ubi autem evangelicis atque canonicis decretis non obviaverint, omni reverentia digne habeantur. Unde Augustinus ait in Dialogo contra Petilianum:
- Aa 15r 20
- Fr. 21
- (D.10 c.7)** LEGES IMPERATORUM IN ADIUTORIUM ECCLESIAE ASSUMI LICET.
- Si in adiutorium vestrum terreni imperii leges assumendas putatis, non reprehendimus. Fecit hoc Paulus cum adversus iniuriosos Romanum civem se esse testatur.
- 25
- (D.10 c.9)** Item Leo IIII Lotario Augusto.

2 Lex – 7 subtus Benedictus Levita, *Capitularia*, Additio 3.18 (ed. Pertz, MGH LL 2.2.140a.14-15); cf. Ambrosius, *Epistulae* 10.75.10 (ed. Zelzer, CSEL 82.3.78.70-72). Ivo, *Decretum* 4.86 (Nicolaus I) et 16.11 (Pius); *Coll. Trip.* 3.29.4; **Panormia* 2.139 (); *Polycarpus* 6.1.2 (Pius); *Coll. 3 libr.* 1.8.6 (*sine inscr.*), ed. Motta, 1.36. **3 Imperiali – 13 asseramus** Nicolaus I, *Ep.* 57 (ed. Perels, 357.31-36). Ivo, *Decretum* 4.187 (Nicolaus); *Coll. Trip.* 1.64(62).4 (Nicolaus); **Panormia* 2.140 (Nicolaus). **24 Si – 5 testatur** Ivo, *Decretum* 4.183; *Coll. Trip.* 3.6.16; **Panormia* 2.153

BcGw **24 Si** [*AaP BiBmMkMvPy*

4 Non – leges *eras., ut opinor, et in margine rescr. Bc* **7 renuendas** *renuendas Bc et Bc, om. Fr.* **8 posse** *per se Bc^{ac}* **11 Nichil** *nichil quod Fr.* **obviam** *Bc: obviet Fr.* **14 aliquid** [*aliqua Bc^{ac}* **23 assumi licet**] *lic. ass. Fr.* **25 fecit**] *nam fecit BiBmMk*

LEGES IMPERATORUM CUSTODIRI OPORTET.

De capitulis vel preceptis imperialibus vestris
 5 vestrorumque etiam pontificum predecessorum
 irrefragabiliter custodiendis et conservandis, quanto
 valuimus et valemus Christo propitio et nunc et in evum
 conservaturos modis omnibus profitemur. Et si fortasse
 quilibet vobis aliter dixerit vel dicturus fuerit, sciatis eum
 pro certo mendacem.

P 7vb

Fr. 22

(D.10 c.11) Item Gelasius Rufino et Aprilli episcopis.

10 LEGES PRINCIPUM ET REGULE PATRUM CONTEMPNI
 NON DEBENT.

Quis autem leges principum aut patrum regulas aut
 admonitiones paternas debere dicat contempni, nisi qui
 inunitum sibi tantum estimet transire commissum?

Bc 22va

15 (D.10 c.12) Item Theodorico regi.

LEGES ROMANORUM PRINCIPUM AB OMNIBUS SUNT
 SERVANDE

SERVANTUR AB OMNIBUS ROMANORUM PRINCIPUM
 LEGES.

20 Certum est magnificentiam vestram leges Romanorum
 principum, quas in negotiis hominum custodiendas esse
 precepit, multo magis circa reverentiam beati Petri
 apostoli pro sue felicitatis augmento velle servari.

(D.10 c.13) Item Leo IIII Lotario Augusto.

2 De – 14 mendacem Ivo, *Decretum* 4.176; **Panormia* 2.149 **12 Quis –**
20 commissum Gelasius I, *Ep.* 22 (JK 658; J³ 1302; ed. Thiel, *Epistolae*
 1.389); cf. *Ewald in Neues Archiv* 5 (1880), 516, n. 22. Ivo, *Decretum* 6.104;
Coll. Trip. 1.48(46).28; **Panormia* 2.150 **20 Certum – 8 servari**
 Gelasius I, *Fragm.* 12 (JK 722; J³ 1378; ed. Thiel, *Epistolae* 1.489-490; ed.
 Mommsen, MGH Auct. ant. 12.391, n. 6); cf. *Ewald in Neues Archiv* 5
 (1880), 522, n. 47. Ivo, *Decretum* 4.180; *Coll. Trip.* 48(46).38; **Panormia*
 2.151

AaBcPGwBiBmMkMvPy

3 vestrorumque] nostrorumque *Pan.* **etiam** *Bc, om. Fr.* **4 et om.**
BcP MvPy, incl. B^{pc} Pan. **7 dixerit** *BiMvPy Fr. Pan.:* dixit *AaBcP*
BmLdMk **10 regule** *Bc:* regulas *Fr.* **patrum om. Bc** **11 debent** *Bc:*
deceat Fr. **12 aut²** *om. Bc^{ac}* **13 dicat om. Bc** **14 sibi]** *se BmM*
tantum *Fr.:* tamen *Bc^{ac}:* non *Bc^{pc}* **estimemet** *timet Me* **commissum** *Aa*
BmPy Fr. Pan.: commissam *Bi* **16 leges – 2**
servande *Serventur* ab omn. Rom. princ. leg. *BiBmMvPy* *post*
principum *verba* observande sunt *add. Aa* **sunt – 2 servande]**
serventur Mk, om. Aa

ROMANA LEX NULLIUS TEMERITATE DEBET
CORRUMPI.

Vestram flagitamus clementiam, ut sicut actenus
Romana lex viguit absque universis procellis, et quod pro
nullius persona hominis reminiscitur esse corrupta, ita
nunc suum robur proprium et vigorem obtineat.

5

(D.11 d.a.c.1) ¶ Quod vero legibus consuetudo cedat,
Ysidorus testatur in Sinonimis, libro ii:

P 8ra **(D.11 c.1)** PRAVUS USUS LEGE ET RATIONE
SUPERATUR.

10

Fr. 23 Usus auctoritati cedat. Pravum usum lex et ratio
vincat.

(D.11 c.2) Item Nicolaus papa Michaeli imperatori.

STATUTIS PONTIFICUM CONSUETUDO CUIUSQUAM
REFRAGARI NON POTEST.

15

Consequens est, ut quod ab huius sedis rectoribus
plena auctoritate sancitur nullius consuetudinis
prepediente occasione, proprias sequendo tantum
voluntates removeatur set firmiter atque inconcusse
teneatur.

20

(D.11 c.4) Item Codicis libro VII titulo II.

3 Vestram – 15 obtineat Leo IV, *Ep.* (JE 2638; J³ 5474; ed. de Hirsch-
Gereuth, MGH Epp. 5.608.27-29); cf. *Ewald in Neues Archiv 5 (1880),*
392, n. 43b. Ivo, *Decretum* 4.181b; **Panormia* 2.152 **11 Usus – 21 vincat**
Ivo, *Decretum* 4.207; **Coll. Trip.* 3.7.7; *Panormia* 2.165.1 **16 Consequens**
– **26: 2 teneatur** Nicolaus I, *Ep.* 86 (Photio; JE 2691; J³ 5769; ed. Perels,
MGH Epp. 6.448.5-7). Ivo, *Decretum* 4.211a; *Coll. Trip.* 1.64(62).14

AaBcPGwBiBmMkMvPy

4 quod *om. Aa Py* **pro** *om. P* **9 lege – 19 superatur]** *rat. sup. et*
lege MvPy Fr. **13 papa]** *papa I Fr.* **21 item – ii iulius** *papa Gw*

USUS ET CONSUETUDO LEGEM ET RATIONEM VINCERE
NON POTEST.

Consuetudinis ususque longevi non vilis auctoritas est:
verum non usque adeo valituram memento, ut aut
5 rationem vincat aut legem scriptam.

Fr. 24

(D.11 d.p.c.4) ¶ Cum vero nec sacris canonibus, nec
humanis legibus consuetudo obviare monstratur,
inconcussa servanda est. Unde Augustinus ait vel ex
dictis Basilii:

Bc 22vb

**(D.11 c.5) INVIOABILIS EST CONSUETUDO, QUAE NEC
HUMANIS LEGIBUS NEC SACRIS CANONIBUS OBVIARE
MONSTRATUR.**

Ecclesiasticarum institutionum quasdam scripturis,
quasdam vero apostolica traditione per successores in
15 ministerio confirmatas accipimus; quasdam vero
consuetudine roborata approbavit usus, quibus par ritus
et idem utriusque pietatis debetur affectus; unde quis vel
aliquantulum sacrarum expertus scripturarum esitaverit?
Si enim attenderimus consuetudines ecclesiae non per
20 scripturas a patribus traditas nichil extimare, quantum
religio detrimenti latura sit, intentivum despicientibus
liquido constabit. **(§ 1)** Quae enim (ut inde ordiamur)
scriptura salutiferae crucis signaculo fideles docuit
insigniri? quae vel triphariam digesta super panem et
25 calicem prolixè orationis vel consecrationis verba
commendavit? Nam non modo, quod in evangelio

Aa 15v

P 8rb

3 Consuetudinis – 8 scriptam *Cod. Iust.* 8.52.2. Ivo, *Decretum* 4.202;
Coll. Trip.* 3.7.3; *Panormia* 2.163; *Polycarp.* 3.23.5; *Coll. 3 libr.* 3.9.8 **13
Ecclesiasticarum – 27: 15 scripto Ivo, *Decretum* 4.69; *Coll. Trip.* 3.6.2;
**Panormia* 2.159

AaBcPGwBiBmMkMvPy

1 Usus – 27: 28 sunt *om. Py* **4 valituram memento** sui momento
valitura *MrPk* **valituram** *AaBcMwP B^{iac}(?)CgGgMvMmMz^{ac}Sb*
acVcWj^{ac} Trip.: valitura *BmCuErLbPfv^{rac}(?):* sui (suo *Fa*) valituram
FaG^{ac}Ka^{ac}Kb: sui valitura *BrCdCu^{pc}G^{pc}HkInKsLdMdMeMiPbSaVdVdWo*
Fr. orig.: valitura sui *Aa^{pc} GtMaMcMk^{pc}Tx:* valitura ui *Mk^{ac}* **memento**
AaBcMw B^{iac} Cu^{ac}CgGgMeMmMvMz^{ac}VcWj^{ac} Trip.: momento *P BmBrCd*
ErGcHkInKaKbKsLbLdMaMcMdMiMkPbPfsaSbTxVaVc^{pc}VdVr(?)Wo *Fr.*
Huguccio orig.: momento sui *Vo* **5 rationem]** id est ius nature *add. Aa*
CdGgInMdMeMivdWo, adi. ut glossa Vo: id est ius naturale *Tx:* id est
equitatem rudem et incompositam *add. KaKbMvVc* **scriptam]** id est
constitutionem *add. Aa CdGgInMdMeMivdWo:* id est ius constitutionis
Tx, adi. ut glossa Vo: id est in preceptis redactam *add. KaKbMvVc*
21 latura sit] sit latura *Mv Fr.:* lata sit *P* **intentivum** *om. Bc^{ac}P Py^{ac}:*
incentivum *Aa* **24 quae vel** *Bc:* que per *Aa^{ac}:* vel que *Fr.*

continetur vel ab apostolo insertum secretis dicimus, set et alia plura adicimus magnam quasi vim comendantia misteriis. Quae orientem versus nos orare litterarum forma docuit? Benedicimus fontem baptismatis oleo unctionis. Huc accedit, quod ter oleo inungimus quos 5
Fr. 25 baptizamus, verbis abrenuntiare satanae et angelis eius informamus. Unde et haec et alia in hunc modum non pauca, nisi tacita ac mistica traditione a patribus ecclesiastico more ac reverentiori diligentia sunt in ministeriis observata magis silentio quam publicata 10
scripto?

(D.11 c.6) Idem ad Casulanum presbiterum.

Gw 2vb LAUDABILIS EST CONSUECUDO, QUAE NICHIL FIDEI
P 8va CONTRARIUM USURPAT.
Bc 24ra Consuetudinem laudamus, quae tamen contra fidem 15
catholicam nil usurpare dinoscitur.

(D.11 c.7) Item ad eundem.

MOS POPULI ET MAIORUM INSTITUTA PRO LEGE
TENENDA SUNT.

In his rebus, de quibus nichil certi statuit divina 20
scriptura, mos populi Dei et instituta maiorum pro lege tenenda sunt. Et sicut prevaricatores legum divinarum, ita contemptores consuetudinum ecclesiasticarum coercendi sunt.

(D.12 c.3) Item Nicholaus Michaeli imperatori. 25

NON EST RESISTENDUM CONSUECUDINI, CUI
CANONICA NON OBSISTAT AUCTORITAS.

Fr. 28 Scit sancta Romana ecclesia, quod nichil obsunt saluti
credentium diverse pro loco et tempore consuetudines, si

15 Consuetudinem – 20 dinoscitur Ivo, *Decretum* 3.66; *Panormia 2.157 **20 In – 28 sunt** Ivo, *Decretum* 3.68; *Coll. Trip.* 3.6.1; *Panormia 2.158 **28 Scit – 6 resisti** Ivo, *Decretum* 4.223/5.44g; *Panormia 2.155

AaBcPGwBiBmMkMvPy

1 dicimus dicimus *Bc^{ac}* **5 inungimus]** inungimus *Bc*
6 abrenuntiare abrenuntiamre *Bc^{ac}* **et om. Fr. 7 informamus**
infermamus(?) *Bc^{ac}* **et¹ om. Fr. 10 magis om. BcP Mv 13 est om.**
Bc **fidei – 18 usurpat** *P:* contra fidem usurpare videtur *Aa Gw*
18 ante mos verba ubi auctoritas deficit *add. Fr. populi* romanorum
Gw **maiorum om. Gw 19 tenenda sunt** *AaBcP B^{ac}:* servantur *Fr.*
26 resistendum restituendum *Bc* **cui – 2 auctoritas** non obstat
canonicam auctoritas *Aa* **27 obsistat** *P BiBmMkMvPy:* obsistit *Fr.:*
obstat *AaBc Rom., fortasse recte*

illis canonica non obsistat auctoritas, pro qua eis obviare debeamus, unde nil iudicamus eis debere vel posse resisti.

(D.12 c.5) Item Nicholaus Igmara archiepiscopo.

5 TRADITIONES A PATRIBUS INSTITUTE NON SUNT INFRINGENDE.

Ridiculum est et satis abhominabile dedecus, ut traditiones, quas antiquitus a patribus suscepimus, infringi patiamur.

(D.12 c.6) Constitutionum libro i titulo i.

10 MORES DIUTURNI PRO LEGE SUNT HABENDI.

Diuturni mores consensu utentium approbati legem imitantur. P 8vb

(D.12 c.7) Item Codicum libro viii capitulo quinquagesimo ii titulo i.

15 QUICQUID FIT CONTRA LONGAM CONSUETUDINEM REVOCARI OPORTET.

20 Consuetudo precedens et ratio, quae consuetudinem suasit, tenenda est. Et quicquid contra longam consuetudinem fiet, ad sollicitudinem suam revocabit preses provincie. Aa 16r

(D.12 c.8) Item Gregorius universis episcopis Numidiis.

INMOTA PERMANEAT CONSUETUDO, QUAE CONTRA FIDEM CATHOLICAM NICHIL USURPARE DIGNOSCITUR.

6 Ridiculum – 12 patiamur Nicolaus I, *Ep.* 100 Hincmaro archiepiscopo Remensi (JE 2879; J³ xxx), ed. Perels, MGH Ep. 6.604.14-16. Ivo, *Decretum* 4.212; **Panormia* 2.156.2 **11 Diuturni – 16 imitantur** *Inst. Iust.* 1.1.9. Ivo, *Decretum* 4.194a; *Coll. Trip.* 3.29.117a; **Panormia* 2.160a; *Coll. 3 libr.* 2.28.14a **17 Consuetudo – 29: 2 provincie** *Cod. Iust.* 8.52(53).1 (ed. Krueger (1877), 792.12-14). Ivo, *Decretum* 4.201; *Coll. Trip.* 3.7.2; *Panormia* 2.162

AaBcPGwBiBmMkMvPy

1 obsistat *BmMk Rom. Pan.*^{vi}: obsistit *AaBcP BiMv Fr. Pan.*: obstat *PyPan.*^{vi} **3 archiepiscopo]** episcopo *MvPy*^{oc} *Fr.* **9 i¹]** ii *Mk i²] ii *Aa Bi*, om. *Mk* **11** Item Iustinianus *praem. Fr.*, om. *AaBcP BmP mores AdBcP BaBbBmBr*^{oc} *CdCgCkDIeRgCgGtInMdPbPy*^{oc} *Sa Sf*: mores nisi legi sint adversi *AbBbBhBr*^{oc} *BpCdGrInMaMcMvSaV*^{oc} *Vx Fr.*: mores si legi non sunt adversi *AaBc*^{oc}; cf. Brendan J McManus, An interpolation at D.12 c.6, *BMCL* 18 (1988), 55-57. **13 codicum** *Pan.*: codicis *BiBmPy Fr.* **capitulo – 18 ii** *Pan.*, om. *BmMk* **14 quinquagesimo ii** 52 *Fr.*: lii *Pan.* **quinquagesimo** I *Aa BiPy* **i** 2 *Fr.* **23 permaneat** *BcP*: maneat *BiBm Fr.**

Bc 24rb Nos consuetudinem, quae contra fidem catholicam
 nihil usurpare dignoscitur, inmotam permanere
 concedimus, sive de primatibus constituendis, sive de
 ceteris capitulis, exceptis his, qui ex Donatistis ad
 episcopatum perveniunt, quos provehi ad primatus
 Fr. 29 dignitatem (etiam cum ordo eos deferat ad locum
 eundem) modis omnibus prohibemus. Sufficiat autem illis
 commisse sibi plebis curam gerere, non autem illos
 antistites, quos catholica fides in ecclesiae sinu et edocuit
 et genuit, ad obtinendum culmen primatus anteire. 10

(D.12 c.9) Item Gregorius.

NON NEGENTUR QUAE CONSUETUDINIS SUNT.

Quemadmodum illicita perpetrare non patimur, sic
 quae sunt consuetudinis non negamus.

P 9ra **(D.12 c.11)** Item Augustinus ad Ianuarium. 15

QUOD NEQUE CONTRA FIDEM NEQUE CONTRA BONOS
 MORES ESSE CONVINCITUR, INDIFFERENTER EST
 HABENDUM.

Illa autem, quae non scripta, set tradita custodimus,
 quae quidem toto orbe terrarum observantur, datur
 intelligi vel ab ipsis apostolis, vel plenariis conciliis,
 (quorum est in ecclesia saluberrima auctoritas),
 commendata atque statuta retineri: sicuti id quod Domini
 passio et resurrectio et ascensio in caelum, adventus
 Spiritus sancti anniversaria solemnitate celebratur: et si
 quid aliud tale occurrerit, quod servetur ab universis,
 quacunque se difundit ecclesia. (§ 1) Alia vero, quae per
 loca terrarum regionesque variantur, sicuti est quod alii
 ieiunant sabbatum, alii non: alii vero cotidie communicant
 corpori et sanguini domini, alii certis diebus accipiunt: et
 si quid aliud huiusmodi animadverti potest, totum hoc
 genus rerum liberas habet observationes; quod enim
 neque contra fidem, neque contra bonos mores esse

1 Nos – **16 anteire** Ivo, *Decretum* 4.204; *Coll. Trip.* 3.7.5; *Coll. 3 libr.* 3.9.1
13 Quemadmodum – **20 negamus** **Coll. 3 libr.* 3.9.5 **19 Illa** – **30: 17**
est *Polycarp.* 3.23.5; **Coll. 3 libr.* 3.9.7

AaBcPGwBiBmMkMvPy **25 solemnitate** *AaP BiBmMkMvPy]*

1 Nos *Bc Fr., om. AaP* **2 inmotam** nos inmotam *Aa* **4 ceteris**
ce//teris Bc^{ac} **his** *iis Fr.* **6 eos deferat** eosdem ferat *Bc^{ac}*
8 commisse *comississ// (-et?) Bc^{ac}* **14 sunt consuetudinis** *Fr*
sunt *om. Bc* **16 contra**² *om. AaBcP Bi* **19 scripta** scripta sunt *Aa*
Bi^pcMk^{pc} **20 orbe terrarum** terr. orbe *Fr.* **25 anniversaria**
anniversario(?) Bc^{ac} **27 difundit** difund/ *Bc^{ac}* **29 vero** *om. Bc*

convincitur, indifferenter habendum, et pro eorum, inter
 quos vivitur, societate servandum est. Mater Bc 24va
 Mediolanum me secuta invenit ecclesiam sabbato non
 ieiunantem; ceperat fluctuare quid ageret. Tunc ego Fr. 30
 5 consului de hac re beatissimae memoriae Ambrosium
 episcopum; at ille ait: cum Romam venio, sabbato ieiuno,
 cum Mediolani sum, non ieiuno. Sic et tu, ad quam forte P 9rb
 ecclesiam veneris, eius morem conserva, si cuiquam non vis
 esse scandalum, nec quemquam tibi. Hoc cum matri
 10 renuntiassem, libenter amplexa est.

(D.12 d.p.c.11) ¶ Hoc autem de consuetudine illa
 intelligendum est, quae vel universalis ecclesiae usu, vel
 temporis prolixitate roboratur. Ceterum, si pro varietate
 15 temporum vel animorum varie consuetudines
 introducantur, inventa oportunitate, resecande sunt
 potius quam observande.

(D.12 c.12) Unde Augustinus scribit ad inquisitiones
 Ianuarii:

RESECANDA SUNT, QUES NEQUE AUCTORITATE, NEQUE
 20 MORIBUS UNIVERSITATIS COMPROBANTUR.

Omnia talia, quae neque sanctarum scripturarum
 auctoritatibus continentur, nec in conciliis episcoporum
 statuta inveniuntur, nec consuetudine universe ecclesiae
 25 roborata sunt, set diversorum locorum diversis moribus
 innumerabiliter variantur, ita ut vix aut numquam
 omnino inveniri possint causae, quas in eis constituendis
 homines secuti sunt, ubi facultas tribuitur, sine ulla
 dubitatione resecanda existimo. Quamvis enim neque hoc
 30 inveniri possit, quomodo contra fidem sint, ipsam tamen
 religionem, quam paucissimis et manifestissimis
 celebrationum sacramentis misericordia Dei esse voluit
 liberam, ideo servilibus oneribus premunt, ut tollerabilior
 sit conditio Iudeorum, qui etiamsi tempus libertatis non
 35 cognoverint, legalibus tamen sacramentis, non humanis
 presumptionibus subiciuntur. Bc 24vb P9va

(D.13 d.a.c.1) ¶ Item adversus naturale ius nulla
 dispensatio admittitur, nisi forte duo mala ita urgeant ut

21 Omnia – 31: 5 subiciuntur Ivo, *Decretum* 4.206; *Coll. Trip. 3.7.6;
Panormia 2.168

BcGw

9 quemquam nec quemquam *Fr.* **20 universitatis** universitatibus(?)
Bc^c **28 existimo** extimo *Bc* **32 ideo** *om. Bc* **34 cognoverint**

alterum eorum necesse sit eligi. Unde in Tolletano concilio VIII legitur:

(D.13 c.1) MINUS MALUM DE DUOBUS EST ELIGENDUM.

Mw 118v Duo mala, licet cautissime omnino sint precavenda tamen si periculi necessitas unum ex his temperare compulerit, id debemus resolvere, quod minori nexu noscitur obligari. Quid autem levius ex his, quidve gravius sit, pure rationis acumine investigemus. Etenim dum peierare compellimur, creatorem quidem offendimus, set nos tantummodo maculamur. Cum vero noxia promissa complemus et Dei iussa contempnimus et proximis impia crudelitate nocemus, et nos ipsos crudeliori mortis gladio trucidamus. Illic enim duplici culparum telo perimimur, hic tripliciter iugulamur.

(D.13 c.2) Item Gregorius in Moralibus parte VI^a, libro XXXV, capitulo XIII.

DE EODEM.

Nervi testiculorum Leviathan perplexi sunt, quia suggestionum illius argumenta implicatis inventis alligantur, ut plerosque ita peccare faciant, quatinus si fortasse fugere peccatum appetant, hoc sine alio peccati laqueo non evadant, et culpam faciant dum vitant, ac nequaquam se ab una valeant solvere, nisi in alia se consentiant ligare. Quod melius ostendimus, si qua ex conversatione hominum alligationis huius exempla proferamus. (§ 1) Ecce quidam, dum mundi huius amicitias appetit, cuilibet alteri similem sibi vitam ducenti, quod secreta illius omni silentio contegat, se iureiurando constringit. Sed his, cui iuratum est, adulterium perpetrare cognoscitur, ita ut etiam maritum adulterae occidere conetur. Is autem, qui iusiurandum prebuit, ad mentem revertitur et diversis hinc inde cogitationibus impugnatur, atque hoc silere formidat, ne

5 Duo – 22 iugulamur Conc. Toletanum VIII (a. 653) 2 (ed. Vives, 273). Ivo, *Decretum* 12.16; *Coll. Trip.* 3.22.15; *Panormia* 8.119

BcGw

cogoverunt *Bc* **36 naturale** naturales(?) *Bc^{9c}* **37 dispensatio**
dispensatione(?) *Bc^{9c}* **1 Tolletano – 9 concilio** conc. Toll. *Fr.*
5 Duo Quo *Bc^{9c}* **omnino** *Bc Rom.*, om. *Fr.* **9 investigemus**
vestigemus *Bc* **10 peierare** periurare *Bc* **15 perimimur**
perimitur(?) *Bc^{9c}* **23 ac** *Bc*: atque *Fr.* **26 alligationis** *Fr.*:
/ligationis *Bc^{9c}*: ligationis *Bc^{9c}* **30 his** *Bc*: is *Fr.* **32 Is** hi(?) *Bc^{9c}*

silentio adulterii simul et homicidii particeps fiat, prode-
 trepidat, ne reatu se periurii obstringat. Perplexis ergo
 testiculorum nervis ligatus est, qui in quamlibet partem
 declinet, metuit, ne a transgressionis contagione liber non
 5 sit. (§ 2) Alius cuncta, quae mundi sunt, deserens, ac per
 omnia frangere proprias voluntates querens, alieno se
 subdere regimini appetit, set eum, qui sibi ad Deum
 preesse debeat, minus cauta inquisitione discernit: quia Aa 17r
 fortasse is, qui sine iudicio eligitur, cum preesse iam
 10 ceperit, agere quae Dei sunt prohibet, quae mundi sunt
 iubet. Pensans itaque subditus, vel quae sit culpa P 10ra
 inobedientiae, vel quod contagium secularis vitae, et
 obedire trepidat, et non obedire formidat, ne aut obediens
 Deum in suis preceptis deserat, aut rursus non obediens
 15 Deum in electo priore contempnat. (§ 3) Alius pensare
 pondus honoris ecclesiastici negligens id locum regiminis
 premiis ascendit. Set quia omne, quod hic eminet, plus
 meroribus afficitur, quam honoribus gaudet, dum cor
 tribulatione premitur, ad memoriam culpa revocatur,
 20 doletque se ad laborem cum culpa pervenisse, et quam sit
 iniquum, quod admiserit, ex ipsa fractus difficultate
 cognoscit. Reum se igitur cum impensis premiis
 agnoscens, vult apte sublimitatis locum deserere, set Bc 25rb
 timet, ne grauius delictum sit suscepti gregis custodiam
 25 reliquisse; vult suscepti gregis curam gerere, set formidat,
 ne deterior culpa sit, regimina pastoralis gregis empta
 possidere. Per honoris ergo ambitum ligatum culpa hinc
 inde se conspicit. Esse quippe sine reatu criminis neutrum
 30 videt, si aut susceptus semel grex relinquitur, aut rursus
 sacra accio seculariter empta teneatur. Undique metuit et
 suspectus latus omne pertimescit, ne aut stans in empto
 regimine non digne, luceat quod non etiam deserens P 10rb
 emendat, aut certe regimen deserens, dum aliud flere
 nititur, rursus aliud de ipsa gregis destitutione committat.
 35 (§ 4) Est tamen, quod ad destruendas Behetmoth
 versucias subtiliter fiat, ut cum mens inter minora et
 maxima peccata constringitur, si omnino nullus sine

BcGw

1 adulterii adulteri/ *Bc^{ac}* **3 testiculorum nervis** nerv. test. *Fr*
quamlibet] quamlib// *Bc^{ac}* **4 transgressionis** – **12 sit** *supra ras. Bc*
5 Alius – **mundi** (*litteris di exceptis*) *add. in marg. Bc* **ac** *hac Bc^{ac}*
6 omnia omnia// *Bc^{ac}* **7 subdere** *subde Bc* **12 vel** – **21 deserat**
supra rasuram Bc **14 rursus** *rursum Bc* **16 id** *ad Bc* **26 gregis** *gre*
(scil. gracie) Bc **35 Behetmoth** *behet moth Bc*

- peccato aditus patet, minora semper eligantur; quia et qui murorum undique ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi se in fugam precipitat, ubi brevior murus ingeritur. Hinc Paulus, cum quosdam in ecclesia incontinentes aspiceret, concessit minima, ut maiora declinarent, dicens: "Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat." Et quia tunc solum coniuges in admixtione sunt sine culpa, cum non pro explenda libidine, set pro suscipienda prole miscentur, ut hoc etiam, quod concesserat sine culpa (quamvis minima) non esse monstraret, illico adiunxit: "Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium." Non enim est sine vitio, quod ignoscitur, non precipitur. Peccatum profecto vidit, quod posse indulgeri previdit. Set cum in dubiis constringimur, utiliter minimis subdimur, ne in magnis sine venia peccemus. (§ 5) Itaque plerumque nervorum Behemoth istius perplexitas solvitur, dum ad virtutes maximas per commissa minora transitur.
- Fr. 33 5
- Bc 25va 10
- P 10va 15
- Aa 17v (D.14 d.p.c.1) ¶ Consuetudinis autem vel constitutionis rigor nonnumquam relaxatur. Unde Leo papa ait: 20
- (D.14 c.2) QUAE CONSTITUTIONES VALEANT TEMPERARI, VEL QUAE NON.
- Sicut quaedam sunt, quae nulla ratione convelli possunt, ita multa sunt, quae aut pro necessitate temporum, aut pro consideratione aetatum oporteat temperari; illa semper conditione servata, ut in his, quae vel dubia fuerint aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec preceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum Patrum inveniatur adversum. 25
- Fr. 34 (D.15 d.a.c.1) ¶ De naturali iure et constitutione vel consuetudine hactenus disseruimus, differentiam, qua ab invicem discernuntur, assignantes: nunc ad ecclesiasticas constitutiones stilum vertamus, earumque originem et 30

24 Sicut – 34: 2 adversum Anselmus 2.76; Coll. Trip. 1.45(43).46; Polycarp. 7.13.1; Coll. 3 libr. 1.17.1

BcGw

1 aditus additus Bc^{ac} 7 admixtione admixtione Bc 8 pro² pro/ Bc^{ac}
 11 dico om. Bc secundum² s//// Bc^{ac} 13 vidit vid/ Bc^{ac}
 15 Itaque ita Bc 19 Consuetudinis] consuetudines Bc^{ac}
 20 constitutionis] constitutiones Bc^{ac} 24 ratione – 32 possunt pos.
 rat. conv. Bc

auctoritatem, prout ex libris sanctorum patrum colligere possumus, breviter assignantes.

(D.15 c.1) QUO TEMPORE CEPERINT CANONES GENERALIUM CONCILIORUM.

5 Canones generalium conciliorum (ut Ysidorus ait libro
VI libro Ethimologiarum cap. xvii) a temporibus
Constantini ceperunt. In precedentibus namque annis P 10vb
persecutione fervente docendarum plebium minime
dabatur facultas. Inde Christianitas in diversas hereses
10 scissa est, quia non erat episcopis licentia conveniendi in
unum, nisi tempore supradicti imperatoris. Ipse enim
dedit facultatem Christianis libere congregari. Sub hoc
etiam sancti patres in concilio Niceno de omni orbe Bc 25vb
terrarum convenientes iuxta fidem evangelicam et
apostolicam secundum post apostolos symbolum
15 tradiderunt. (§ 1) Inter cetera autem concilia quatuor
sunt venerabiles sinodi, quae totam principaliter fidem
complectuntur, quasi quatuor evangelia, vel totidem
paradisi flumina. (§ 2) Harum prior Nicena sinodus ccc xv
20 iii episcoporum Constantino Augusto imperante peracta
est: in qua Arrianae perfidiae condempnata est
blasphemia, quam de inaequalitate sanctae Trinitatis idem
Arrius asserebat, et consubstantialem Deo patri Dei
filium eadem sancta sinodus per symbolum diffinivit. (§ 3)
25 Secunda sinodus c I patrum sub Theodosio seniore
Constantinopolim congregata est, quae Macedonium,
Spiritus sanctum Deum esse negantem, condempnans,
consubstantialem Patri et Filio Spiritum sanctum
demonstravit, dans simboli formam, quam tota Grecorum
30 et Latinorum confessio in ecclesiis predicat. (§ 4) Tertia
sinodus Ephesina prima cc episcoporum sub iuniore
Theodosio Augusto edita est, quae Nestorium, duas
personas asserentem in Christo, iusto anathemate
condempnavit, ostendens manere in duas naturas unam
35 Domini Iesu Christi personam. (§ 5) Quarta sinodus
Calcedonensis DCXXX sacerdotum sub Martino
principe habita est, in qua Euticem Constantinopolitanum
abbatem verbi Dei et carnis unam naturam

5 Canones – 35: 31 appellatur Isidore, Etym., c. 16

BcGw

1 patrum *om. Bc* **6 libro** *om. Fr.* **xvii]** *16 Fr.* **23 Arrius]** *arrianus*
Bc **et** *om. Bc* **25 c I** *centum quinquaginta Aa* **seniore – 33**
Spiritus *supra ras. Bc* **27 Deum** *supra ras. Bc* **32 est** *om. Bc*

pronuntiantem, et eius Dioscorum defensorem, quondam Alexandrinum episcopum, et ipsum rursus Nestorium episcopum cum reliquis hereticis, una Patrum sententia dampnavit; predicans eadem sinodus Christum Dominum sic natum de Virgine, ut in eum substantiam et divine et humane confiteamur nature. (§ 6) Hae sunt quatuor sinodi principales, fidei naturam plenissime predicantes. Set et si qua sunt concilia, quae sancti Patres spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor auctoritates omni manent stabilita vigore: quorum gesta in hoc opere condita continentur. (§ 7) Sinodus autem ex greco interpretatur comitatus vel cetus. Concilii vero nomen tractum est ex more Romano. Tempore enim, quo causa agebatur, conveniebant omnes in unum, communique intentione tractabant. Unde et concilium a communi intentione dictum quasi consilium; consilium quasi considium, d in I literam transeunte; vel concilium dictum est ex communi intentione, eo quod in unum dirigant omnem mentis obtutum: supercilia enim oculorum sunt; unde qui sibimet dissentiant, non agunt concilium, quia non sentiunt in unum. Cetus vero conventus est vel congregatio, a coeundo, id est a conveniendo in unum. Hinc et conventus est nuncupatus, quod ibi homines conveniunt; sicut conventus cetus sic et concilium a societate multorum in unum appellatur.

(D.15 c.2) De quatuor quoque conciliis scribit beatus Gregorius, ita dicens:

DE AUCTORITATE QUATUOR CONCILIORUM.

Sicut sancti evangelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere et venerari me fateor. Nicenum scilicet, in quo perversum Arrii dogma destruitur: Constantinopolitanum quoque, in quo Eunomii et Macedonii error convincitur: Ephesinum etiam primum, in quo Nestorii impietas iudicatur: Calcedonense vero, in quo Euticetis Dioscorique prauitas est reprobata; haec tota devotione amplector, integerrima approbatione

29 Sicut – **36: 18 absolvunt** Anselmus 6.50; *Coll. Trip.* 2.11(10A).3; *Polycarp.* 3.20.4; *Coll. 3 libr.* 1.16.6

BcGw **7 predicantes** [*AaBcP BiBmMkMvPy*

9 auctoritates] auctoritatem *AaBcP* **19 omnem** *BcP*: communem *A obtutum* *Bc*: obtutum *Pac BiacBmMkMvPy* **enim** et enim *AaBcP Bm* **20 unde** – **30 conventus** *supra ras. Bc* **35 Dioscorique** et Dioscori *AaBc BmPy*

custodio, quia in his velut in quadrato lapide sanctae fidei
 structura consurgit, et cuiuslibet vite atque actionis
 norma existit. (§ 1) Quintum concilium quoque veneror,
 in quo epistola, quae Ibi dicitur, erroris plena reprobatur;
 5 Theodorus personam mediatoris Dei et hominis in duabus
 substantiis separans, ad impietatis perfidiam cecidisse
 convincitur, scripta quoque Theodori, per quae beati
 Cirilli fides reprehenditur, ausu dementiae prolata,
 refutantur. Cunctas vero quas prefata veneranda concilia
 10 personas respuunt, respuo, quas venerantur, amplector:
 quia dum universali sunt consensu constituta, se et non
 illa destruit, quisquis presumit aut absolvere quos
 religant, aut ligare quos absolvunt.

(D.15 c.3) De eisdem scribit etiam Gelasius Papa
 15 dicens:

QUAE CONCILIA SANCTA ROMANA ECCLESIA SUSCIPIAT.
 Sancta Romana ecclesia post illas veteris et novi
 testamenti scripturas, quas regulariter suscipimus, etiam
 has suscipi non prohibet: Sanctam sinodum Nicenam
 20 CCCXVIII patrum, mediante Maximo Constantino
 Augusto, in qua Arrius hereticus condempnatus est;
 sanctam sinodum Constantinopolitanam, mediante
 Theodosio seniore Augusto, in qua Macedonius hereticus
 debitam dampnationem excepit; sanctam sinodum
 25 Ephesinam primam, in qua Nestorius dampnatus est
 consensu beatissimi papae Celestini, mediante Cirillo
 Alexandrine sedis antistite, et Arcadio episcopo ab Italia
 destinato; sanctam sinodum Calcedonensem, mediante
 Martiano Augusto et Anatolio Constantinopolitano
 30 episcopo, in qua Nestoriana et Euticiana heresis simul
 cum Dioscoro eiusque complicibus dampnate sunt; sed et
 si qua sunt concilia a sanctis Patribus hactenus instituta,
 post istorum quatuor auctoritatem et custodienda, et
 recipienda decernimus. (§ 1) Iam nunc subiciendum est de
 35 opusculis sanctorum patrum, quae in ecclesia catholica
 recipiuntur. (§ 2) Opuscula beati Cipriani martiris et
 Cartaginensis episcopi. (§ 3) Item opuscula beati Gregorii
 Nazanzeni episcopi. (§ 4) Item opuscula beati Athanasii
 Alexandrini episcopi. (§ 6) Item opuscula beati Iohannis

17 Sancta – 37: 24 sunt Ivo, *Decretum* 4.64; *Coll. Trip.* 1.48(46).1a;
Panormia 2.91

AaBcPGwBiBmMkMvPy 15 dicens *BiMv]*

4 Ibi] Ibe *Fr.* 5 hominis *AaBcP BmMkPy*: hominum *Bi Fr.*

- Constantinopolitani episcopi. (§ 9) Item opuscula beati Ylarii Pictaviensis episcopi. (§ 10) Item opuscula beati Ambrosii Mediolanensis episcopi. (§ 11) Item opuscula beati Augustini episcopi Ipponensis. (§ 12) Item opuscula beati Ieronimi presbiteri. (§ 13) Item opuscula beati Prosperi viri religiosissimi. (§ 14) Item opuscula beati Leonis papae ad Flavianum episcopum destinata, cuius textum si quisquam usque ad unum iota disputaverit, et non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit. (§ 15) Item opuscula atque tractatus omnium patrum orthodoxorum, qui in nullo a sanctae Romane ecclesiae consortio deviaverunt, nec ab eius fidei predicatione seiuncti sunt, sed communionis ipsius gratia Dei usque ad ultimum diem vite sue participes fuerunt, legenda decernimus. (§ 16) Item decretales epistolae, quas beatissimi papae diversis temporibus ab urbe Romana pro diversorum patrum consolatione dederunt, venerabiliter suscipiende sunt.
- Fr. 37 5
- Fr. 41 (D.16 d.a.c.1) ¶ Apostolorum canones, qui per Clementem Romanum pontificem, sicut quidam asserunt, dicuntur esse translati, sunt L. Hos non recipiendos, set inter apocripha deputatos Ysidorus scribit dicens: 20
- Aa 19r (D.16 c.1) CANONES APOSTOLORUM APOSTOLICA AUCTORITATE REICIUNTUR.
- Canones, qui dicuntur apostolorum, seu quia eosdem nec sedes apostolica recipit nec sancti patres illis consensum prebuerunt, pro eo quod ab hereticis sub nomine apostolorum compositi dinoscuntur, quamvis in eis inveniantur utilia, auctoritate tamen canonica atque apostolica eorum gesta constat esse remota et inter apocripha deputata. 25
- Bc 26vb (D.16 c.2) Zeferinus autem econtra scribit episcopis per Siciliam constitutis: 30
- Fr. 42 (D.16 c.2) Zeferinus autem econtra scribit episcopis per Siciliam constitutis:
- P 12rb APOSTOLORUM CANONES SUNT RECIPIENDI.

25 Canones – 38: 2 deputata *Coll. Trip. 2 Praefatio

AaBcPGwBmMkPy

6 opuscula AaBcP BiBmMvPy: epistola Mk^{pc} Trip.: epistolam Fr.

7 destinata AaBcP BiBmMkMvPy Trip.: destinatum Fr. Trip.^{vl}

26 recipit Aa BrCdHkInKaKbMcMeMzPFSaSb^{pc}Tr Fr.: recepit

BiMkMmPkSb^{pc} Gu. 29 tamen] tam Bc^{pc} 30 constat constant

Bi^{ac}BrCdInMmMzPFPkSa

Sexaginta sententias apostoli prescripserunt cum aliis quam plurimis episcopis et servandas esse censuerunt.

(D.16 c.3) Item Leo papa VIII contra epistolam Nicete abbatis.

5 EXCEPTIS QUINQUAGINTA CAPITULIS CANONES romanra
APOSTOLORUM INTER APOCRIFA DEPUTANTUR.

Clementis librum, id est Petri apostoli itinerarium et canones apostolorum, numerant patres inter apocrypha, exceptis capitulis L, quae decreverunt orthodoxe fidei adiungenda.

10

(D.16 c.4) Sexta synodus, cap. II.

Placuit huic sanctae synodo, ut amodo confirmata et rata sint canonum apostolorum LXXXV capitula.

Epistola Ysidori in capite canonum.

15 Ysidorus servus Christi lectori suo conservo. **(§ 1)**
Propter eorum auctoritatem ceteris conciliis preponimus canones, qui dicuntur apostolorum, licet a quibusdam apocryphi dicantur, quoniam populares eos recipiunt et sancti patres eorum sententias synodali auctoritate roboraverunt et inter canonicas posuerunt constitutiones. Item. **(§ 2)** Primus ordo, ut predictum est, de celebrando concilio insertus habetur et postmodum canonum apostolorum ac primorum apostolicorum (id est, a sancto
20 Clemente usque ad sanctum Silvestrum) decretorum
atque diversorum conciliorum breviarium est interpolatum sequens ordinem suum.

25

P 12va

(D.16 d.p.c.4) ¶ Item cum Adrianus papa VI synodum recipiat cum omnibus canonibus suis, cum etiam sancta VIII universalia concilia professione Romani pontificis sint

1 Sexaginta – 7 censuerunt Ivo, *Decretum* 4.107.2; **Panormia* 2.105; *Polycarp.* 3.20.10 **7 Clementis – 15 adiungenda** Ivo, *Decretum* 4.105; **Panormia* 2.124 **12 Placuit – 39: 3 suum** *Panormia* 2.125. **Placuit – 18 capitula** Ivo, *Decretum* 4.106-107; *Coll. Trip.* 2.13.1b; **Panormia* 2.125a-b **15 Ysidorus – 39: 3 suum?** **Ysidorus – conservo** Ps.-Isidorus, *Praefatio* 1 (ed. Hinschius, 17). **16 Propter – 25 constitutiones** Ps.-Isidorus, *Praefatio* 4 (ed. Hinschius, 17). **27 Adrianus**

AaBcPGwBmMkPy

7 et a *Aa^{ac}*: ac *Aa^{pc}* **8 apocrypha** *Fr.*: apocrypha scripta *Bp* **9 capitulis I**
quinquaginta cap. *Fr.*

apocrypha *Aa^{ac}BcP Me* **18 populares** *BcP BiHkKaMkMzSa Pan.*: plures
Aa Cd^{ac}MePyTr.: *Rom. orig.*: per plures *Fr.*

- Bc 27ra roborata, in VI autem sinodo sive in VI concilio,
 apostolorum canones sint recepti et approbati. Patet quod
 Fr. 43 non sunt inter apocrypha deputandi. Scribit Adrianus papa
 Tharasio patriarchae:
- (D.16 c.5) SEXTA SINODUS AUCTORITATE ADRIANI 5
 CORROBORATUR.
 Sextam sanctam sinodum recipio cum omnibus
 canonibus suis.
- (D.16 d.p.c.5) ¶ Set dubitatur de ea, an canones 10
 conscripserit, quod ex quarta actione sextae sinodi facile
 absolvitur. Ait enim Petrus episcopus Nicomediae:
- (D.16 c.6) SEXTA SINODUS CANONES CONSCRIPSIT.
 Habeo librum continentem canones sancte sinodi
 sexte. Patriarcha dixit: (§ 1) Quidam per ignorantiam
 scandalizantur pro canonibus istis dicentes: “Numquid 15
 sexta sinodus canones fecit?” Sciant ergo, quoniam sancta
 sinodus sexta sub Constantino congregata est contra eos,
 P 12vb qui dicebant unam operationem esse et voluntatem in
 Aa 19v Christo, in qua sancti patres illos utpote hereticos
 anathematizaverunt, et orthodoxam fidem explanaverunt. 20
- (§ 2) Soluta est haec sinodus Constantini XIV anno. Post
 quatuor vero aut quinque annos idem sancti patres
 congregati sunt sub Iustiniano, filio Constantini, et
 predictos canones promulgaverunt, de quibus nullus 25
 dubitet. Qui enim sub Constantino in sinodo fuerunt,
 idem ipsi sub Iustiniano istis canonibus subscripserunt.
 Oportebat enim, ut sinodus universalis canones
 ecclesiasticos promulgaret. Item. (§ 3) Sancta sinodus
 sexta post promulgatam ab ea diffinitionem contra
 Bc 27rb Monoscelitas Constantino imperatore, qui eam 30
 congregaverat, non post multo defuncto Iustiniano filio

7 Sextam – 14 suis Ivo, *Decretum* 4.122; **Coll. Trip.* 2.12.3(2.10A.6) **11**
Ait – 40: 2 promulgaret Ivo, *Decretum* 4.121.1a-b; **Coll. Trip.* 2.12.1a-
 b(2.10A.4). **28 Item – 9 promulgavit** Ivo, *Decretum* 4.121.2b; **Coll.*
Trip. 2.12.2b(2.10A.5). *De prima pars canonis, vide Gujer, Concordia, 66.*

AaBcPGwBmMkPy **26 Iustiniano** [*BiMv*

1 vi¹ *BcP Py*: vii *Aa Bi*: septima *Fr.* **in**² *om. Bc vi*²] vii *Py* **2 sint**
 sunt *Bc* **3 Scribit – 10 patriarchae** *Fr.*: Item scribit Adrianus papa
 tharsio patriarche : Item Hadrianus **10 sextae** *Aa*^{pc}
GtPySb^{pc} *TrVaVrWi*: septimae *BcPAa*^{ac} *BmMcMe*: vii *BiCdHkInMcMzSa*.
Cf. Summa Parisiensis (ed. McLaughlin, p. 15): “Hic Bolonienses
emendaverunt sextae synodi, quia septima synodus facta post illam
sextam.” **26 idem**] *idem Fr.* **30 monoscelitas**] *monothelitas Fr.*

eius regnante pro eo. (§ 4) Eadem sancta sinodus Fr. 44
divinitus inspirata iterum Constantinopolim quarto aut
quinto anno congregata est et canones cii numero ad
correctionem ecclesiae promulgavit.

5 (D.16 d.p.c.6) ¶ Ex his ergo colligitur, quod sexta
sinodus bis congregata est, primo sub Constantino et
nullos canones constituit, secundo sub Iustiniano filio eius
et prefatos canones promulgavit. Unde sancti patres in
eadem sinodo secundo congregati dixerunt:

10 (D.16 c.7) CONSTITUTIONES SINODI SEXTE.

Quoniam sancte et universales sinodi, quinta sub P 13ra
Iustiniano Augusto, sexta sub Constantino patre tuo
Augusto, de misterio fidei plenissime disputantes canones
non fecerunt, sicut cetera quatuor universales sinodi.
15 Propterea nos convenientes in hanc imperialem urbem
sacros canones conscripsimus. (§ 1) Item. Placuit huic
sancte sinodo, ut amodo confirmata et rata sint canonum
apostolorum LXXXV capitula. (§ 2) Item. Confirmamus et
ceteros sanctorum canones et sinodos, id est, Nicenam,
20 Anchiritanam, Neocesariensem, Gangrensem,
Antiocenam, Laudicensem, Constantinopolitanam,
Ephesinam primam, Calcedonensem, Sardicensem et
Cartaginensem, et opuscula Theophili Alexandrini
episcopi et Dionisii Alexandrini episcopi et martiris,
25 Gregorii Thimastragi Neocesariensis episcopi, Athanasii

11 Quoniam – 41: 6 suam * Coll. Trip. 2.13.1a-c(2.10A.8) **Quoniam –**
21 conscripsimus Ivo, *Decretum* 4.123. **16 Placuit – 23 capitula** Ivo,
Decretum 4.106. **18 Confirmamus – 41: 6 suam** Ivo, *Decretum* 4.134.

AaBcPGwBiBmMkMvPy

11 quinta Trip.: sexta *AaBcP BiKaKb* **12 sexta** Trip.: quinta *AaBcP M*
patre tuo *BcP Hk^{pc}Mz Pk^{ac}Trip., add. supra lin. Aa^{pc}: patre suo*
Bi^{pc}BmHk^{ac}MkMvPy Fr. **17 et rata]** errata *BcP* **23 Theophili**
Alexandrini *super ras. Aa^{pc}* **24 dionisii – et²** *AaBc BiMkMvPy Rom.,*
om. BmBrKaKbMm^{ac}Mz Fr. **25 gregorii thimastragi** Trismegisti
Gregorii *Fr.* **gregorii]** *gieti(?) P* **thimastragi]** *thimastragi Ma:*
thimagistri M^{pc}: t(h)imegistri Er^{ac}InPbPkSa: thimagisti Mm: et
thimagisti Bm: thimegisti BrMzPaTr: thimegesti Vr: thimastragi
KaKbPFPy: thinastrai Bc: thinastrai(?) P: et thinastragi Mk: strinasthai Aa
Me: et thimagisti Bm: thinatragii Sb^{ac}: trimegistri Cd: trimegistri Er^{pc}Hk:
trimegister 1471: thi-/// Bi: thiunastragi Trip.: thumastragi
Trip.^{var}.magistri Mv: thaumaturgi Rom. Cf. Gujer, Concordia, pag. 372.
Vox thaumaturgi Gratiano nostro et scribis eius evidenter ignota erat.
Gratianus thumastragi vel thiunastragi, ut videtur, in Collectione tripartita
invenit, sed dubito an thimastragi vel aliud scribere vellet.

Fr. 45
Bc 27va
episcopi Alexandrini, Basili Cesareae Cappadociae
episcopi, Gregorii Misceni episcopi, Gregorii theologi,
Amphilogii Iconiensis episcopi, Timothei Alexandrini
episcopi, Germani Constantinopolitani episcopi, Cirilli
Alexandrini episcopi, Cipriani Cartaginensis episcopi et
sinodum suam. 5

(D.16 c.8) Item ex Libro diurno professio Romani pontificis.

P 13rb
Aa 20r
SANCTA OCTO CONCILIA AUCTORITATE ROMANI
PONTIFICIS ROBORANTUR. 10
Sancta octo universalia concilia, primum Nicenum,
Constantinopolitanum, Ephesinum, Calcedonense,
quintum et sextum Constantinopolitanum, item Nicenum,
octavum quoque Constantinopolitanum usque ad unum
apicem immutilata servare et pari honore et veneratione 15
digna habere et, quae predicaverunt et statuerunt,
omnibus modis sequi et predicare, quaecumque
condempnaverunt, ore et corde condempnare profiteor.

(D.16 c.9) Quo autem tempore sexta sinodus et
secunda et prima et quarta et quinta congregatae sunt, 20
Beda in libro de temporibus scribit, dicens:

DE TEMPORIBUS CONCILIORUM.
Sexta sinodus universalis Constantinopolim celebrata
est et greco sermone conscripta temporibus papae
Agathonis exequentis piissimo principe Constantino intra 25

11 Sancta – 18 profiteor *Liber diurnus* V83, ed. Foerster, 146. Ivo, *Decretum* 4.132; **Coll. Trip.* 2.11.1(2.10A.1); *Panormia* 2.103. Cf. Christoph Rolker, xxx, p. . **23 Sexta – 15 ordinatus** Ivo, *Decretum* 4.125a; **Coll. Trip.* 2.11.2(2.10A.2)

AaBcPGwBiBmMkMvPy **8 pontificis** *BiMv]* **18 profiteor** *AaBcP BiBmMkPy]*

1 cesareae *BrMz: cesarie AaBc BmMk* **2 misceni** *BcP BmHkMkMmMvPk: miseni Aa CdKaKbMeMzSb: misseni Bi: miceni McPf: Niseni Fr.: Nyseni Rom.* **3 amphilogii** *BiBrCdInMz: amphilogii KaKbMcMk^{pc}PfSbTr: amphiloerii Fr.Rom.: anphiloy P: anphilo Bc^{ac}: antiphilologii Aa Me* **iconiensis** *eonensis P* **7 libro diurno** *diurno libro BmMkPy* **9 Sancta – 10 pontificis]** *auc. rom. pont. s. octo conc. Fr. auctoritate – 10 roborantur s. viii conc. auct. rom. pont. corroborantur AaBcP* **11 universalia concilia** *conc. univ. B universalia principalia Aa concilia om. Bc^{ac}* **12 Calcedonense** *-sem P* **13 constantinopolitanum** *item const. AaBcP BiBmPy item]* *et item Aa^{ac}: et P: et septimum item Aa^{ac}BcP BiBm: septimum item Py* **15 immutilata** *inviolata Aa* **16 digna** *om. Bm^{ac}* **17 quaecumque** *Bi: que AaBcP BmPy*

palatium suum, simulque legatis Apostolice sedis, et
 episcopis CL residentibus. (§ 1) Prima universalis synodus
 in Nicea congregata est contra Arrium CCCXVIII patrum,
 temporibus Iulii papae, sub Constantino principe. (§ 2)
 5 Secunda in Constantinopolim CL patrum, contra
 Macedonium et Eudoxium, temporibus Damasi papae et
 Gratiani principis, quando Nectarius eiusdem urbis
 episcopus est ordinatus. (§ 4) Quarta in Calcedone DCXXX
 10 patrum, sub Leone papa temporibus Martiani principis
 contra Euticen nefandissimorum monachorum presulem.
 (§ 5) Quinta in Constantinopolim temporibus Iulii papae
 sub Iustiniano principe contra Theodorum et omnes
 hereticos.

(D.16 c.10) Prima autem synodus in Nicea, CCCXVIII
 15 patrum, contra Arrium Alexandrinum presbiterum, qui
 tres gradus in trinitate asserebat, Patrem maiorem,
 Filium minorem, Spiritum sanctum creaturam,
 temporibus Constantini principis Silvestri papae Romani,
 Macharii Ierosolimitani, Alexandri Alexandrini, qui
 20 condempnata eadem heresi statuerunt canones XX,
 quorum auctor maxime prefatus Alexander episcopus fuit.
 (§ 1) Secunda in Constantinopolim CL. patrum, contra
 Macedonium Constantinopolitanum episcopum, qui
 negabat Spiritum sanctum Deum esse, temporibus
 25 Gratiani Theodosii principum, Damasi papae Romani,
 Cirilli Ierosolimitani, Nectarii Alexandrini, qui
 condempnata prefata heresi statuerunt canones III,
 quorum auctor maxime beatus Nectarius
 Constantinopolitanus episcopus fuit. (§ 2) Tertia in
 30 Epheso CCC Patrum, contra Nestorium
 Constantinopolitanum episcopum, qui dicebat, beatam
 Virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo
 genitricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret
 Deitatis, temporibus Theodosii principis imperatoris
 35 iunioris, Celestini papae Romani, Iuvenalis
 Constantinopolitani episcopi, Cirilli Alexandrini; qui xv
 capitula contra Nestorii blasphemias totidem capitula,
 auctore eodem sancto Cyrillo, anathematizando
 40 conscripserunt. (§ 3) Quarta in Calcedone DCXXX
 Patrum, contra Euticen Constantinopolitanum abbatem,
 qui asserebat, Christum post humanam assumptionem

Fr. 46

 Gw

 5 cl cc.I.Aa^{ac} 37 totidem capitula lineis canc. Aa^{pc}

Aa 20v non ex duabus naturis existere, sed solam in eo divinam naturam permanere, temporibus Martiani principis, Leonis papae Romani, Iuvenalis Ierosolimitani, Anatholii Constantinopolitani, qui condempnata prescripta heresi statuerunt canones xxvii, quorum auctor maxime idem sanctus Anatholius Constantinopolitanus episcopus fuit. 5
(§ 4) Quinta in Constantinopolim, contra Theodorum Mosophenum et omnes hereticos, qui Theodorus dicebat alium esse Dei verbum, et alium Christum, et sacram Mariam Virginem negabat genitricem Dei fuisse, temporibus Iustiniani principis, Vigilii papae Romani, Domnini Antioeni, Eutichii Constantinopolitani; qui xiv capitula anathematizando scripserunt contra Theodori et sociorum eius blasphemias. **(§ 5)** Sexta in Constantinopoli CL Patrum, contra Macharium Antioenum episcopum et socios eius, qui unam voluntatem et operationem in Christo falsa suspitione astruebant, temporibus Constantini principis, Agatonis papae Romani Gregorii Constantinopolitani; qui condempnata prefata heresi anathematizando scripserunt novem capitula interius annexa. 10
 Fr. 47 15
 20

(D.16 c.11) Prima annotatio Anquiritanae sinodi, quae ante Nicenam fertur fuisse, sed propter auctoritatem maiorem postponitur; in qua Patres xviii statuerunt canones xxiv quorum auctor maxime Vitalis Antioenus episcopus extitit. 25

(§ 1) Secunda Neocesariensis, quae post Anquiritanam, et Antioenam legitur fuisse; in qua Patres xviii statuerunt canones xiv quorum auctor maxime Vitalis Salaminus extitit. **(§ 2)** Tertia Gangrensis, quae post Nicenam legitur fuisse, in qua Patres xvii statuerunt canones xx propter quasdam necessitates ecclesiasticas, maxime contra Eustasium, qui dicebat, quod nullus in coniugali gradu positus, nec ullus fidelis, qui non omnibus renuntiaret quae possideret, spem ad Dominum haberet, et multa alia venenosa, quae enumerare longum est. **(§ 3)** Quarta Sardicensis, in qua Patres lx statuerunt canones xxi quorum auctor maxime Osius Cordubensis episcopus, et Vincentius Capuanus episcopus, et Ianuarius Beneventanus, et Calepodius Neapolitanus sanctae Romane ecclesiae legati extiterunt. **(§ 4)** Quinta Antioena, in qua Patres xxx statuerunt canones xxv 30
 35
 40

Gw

quorum auctor maxime Eusebius Palestinensis episcopus
 extitit. (§ 5) Sexta Laudicensis, in qua Patres xxii
 statuerunt canones lviii, quorum auctor maxime
 Theodosius episcopus extitit. (§ 6) Septima
 5 Cartaginensis, in qua Patres ccviii statuerunt canones
 xxxiii, quorum auctor maxime Aurelius Cartaginensis
 episcopus extitit. Etiam sanctus Augustinus Yponensis
 episcopus in eadem sinodo legitur fuisse, temporibus Aa 21r
 Honorii Augusti. (§ 7) Octava Africana sub Theodosio
 10 minore Augusto, in qua Patres ccxxiv recitaverunt et
 firmaverunt canones cv, qui per diversa concilia Africane
 provincie temporibus Aurelii Cartaginensis episcopi
 leguntur esse conscripti. (§ 8) Nona Arelatensis, in qua
 15 Patres dc statuerunt canones, quorum auctores maxime
 Silvester urbis Rome episcopus, et S. Maurinus
 Arelatensis episcopus extiterunt, temporibus Constantini
 Augusti, sicut quidam asserunt. (§ 9) Decima item
 Arelatensis, in qua Patres xix statuerunt canones,
 20 quorum auctor maxime Cesarius Arelatensis episcopus
 extitit. (§ 10) Undecima item Arelatensis, in qua Patres
 xviii statuerunt canones. (§ 11) Duodecima item
 Arelatensis in Vico Ortensico, in qua Patres xi
 constituerunt canones, quorum auctor maxime S.
 25 Cesarius episcopus extitit. (§ 12) Tertiadecima item
 Arelatensis, in qua Patres xix statuerunt canones,
 quorum auctor maxime Sarpidius Arelatensis episcopus
 extitit. (§ 13) Quartadecima Aurasicensis, in qua Patres
 xvi statuerunt canones, quorum auctor maxime Ilarius
 episcopus extitit. (§ 14) Quintadecima Epaunensis, in qua
 30 Patres xxvi statuerunt canones xl, quorum auctor
 maxime Cesarius episcopus extitit. (§ 15) Sextadecima
 Agathensis, in qua Patres xxxiii statuerunt canones,
 quorum auctor maxime Cesarius extitit. (§ 16) Septima
 35 decima Aurelianensis, in qua Patres lxxii statuerunt
 canones, quorum maxime auctor Aurelianus Arelatensis
 episcopus extitit. (§ 17) Octavadecima item Aurelianensis,
 in qua Patres xxxi statuerunt canones, quorum auctor
 maxime Melanius Rodonensis episcopus extitit. (§ 18)
 40 Nona decima item Aurelianensis, in qua Patres xxv
 statuerunt canones, quorum auctor maxime S. Albinus
 Andegavensis episcopus extitit. (§ 19) Vicesima
 Arvernensis, in qua Patres xv statuerunt canones,
 quorum auctor maxime Honoratus Breutensis episcopus

Aa 21r

Fr. 48

P 13va

P 13vb

 GW

- Fr. 49 extitit. (§ 20) Vicesima prima Maticensis, in qua Patres XXI statuerunt canones, quorum auctor maxime Priscus Lugdunensis episcopus extitit. (§ 21) Vicesima secunda item Maticensis, in qua Patres LXVII statuerunt canones, quorum auctor maxime idem Priscus Lugdunensis episcopus extitit. (§ 22) Vicesima tertia Lugdunensis, in qua Patres XVII statuerunt canones, quorum auctor maxime Philippus Viennensis episcopus extitit. (§ 23) Vicesima quarta item Lugdunensis, in qua Patres XX constituerunt canones, quorum auctor maxime Priscus Lugdunensis episcopus extitit. 5
- Bc 28vb
- Aa 21v **(D.16 c.12)** EPISTOLA ATHANASII POSTULANTIS CAPITULA NICENI CONCILII. 10
- P 14ra Septuaginta Niceni capitula, quae de prefata synodo, iubente domino meo Alexandro, decreta omnium episcoporum attuli quae sunt igne combusta, optamus, ut a sede sanctae ecclesiae vestra auctoritate percipere per presentes legatos mereamur. Item: **(§ 1)** Presentibus nobis septuaginta in memorata synodo capitula tractata sunt: triginta a Grecis, greca edita lingua; et triginta a Latinis, similiter latina edita lingua. Sed visum est CCCXVIII episcopis Spiritu sancto repletis, et maxime iam dicto Alexandro, et apostolice sedis apocrisiariis, ut decem capitula adunarentur, aliis atque congruis locis insererentur, et ad formam LXX discipulorum, vel totius orbis terre linguarum, septuaginta tanti et tam excellentis concilii fierent capitula, quae omnem Christianorum informarent orbem. 15
- Bc 32ra **(D.16 d.p.c.12)** ¶ Quomodo ergo viginti tantum capitula in Nicena synodo statuta dicuntur, cum septuaginta capitula (ut Athanasius scribit) in ea statuta monstrentur? His ita respondetur: Capitula Nicenae synodi quaedam in desuetudinem abierunt: viginti tantum in Romana ecclesia habentur. Unde Stephanus papa scribit, dicens Luitberto episcopo Maguntino: 20
- Fr. 50 25
- (D.16 c.13)** NICENI CONCILII VIGINTI TANTUM CAPITULA HABENTUR. 30
- 35

14 Septuaginta – 37 orbem Ivo, *Decretum* 4.108; **Panormia* 2.106

Gw

7 xvii] xvii Bc **32 monstrentur** *super ras. Aa^{pc}*

Viginti tantum capitula Nicenae sinodi in sancta Romana ecclesia habentur; sed quo neglectu alia defecerint, ambiguum est. Plurimi arbitrantur Antiocono ea esse concilio inserta.

P 14rb
Mw 119r

5 (D.17 d.a.c.1) ¶ Generalia concilia quorum tempore celebrata sint, vel quorum auctoritas ceteris premineat sanctorum auctoritatibus, supra monstratum est. Auctoritas vero congregandorum conciliorum penes apostolicam sedem est.

10 Unde Marcellus papa scribit Maxentio:

(D.17 c.1) ABSQUE ROMANI PONTIFICIS AUCTORITATE CONGREGARI SINODUS NON DEBET.

Sinodum episcoporum absque huius sanctae sedis auctoritate (quamquam quosdam episcopos possitis congregare) non potestis regulariter facere.

15

(D.17 c.6) Item Simachus papa.

Aa 22r

PROVINCIALIA CONCILIA SINE ROMANI PONTIFICIS PRESENTIA PONDERE CAREBUNT.

20 Concilia sacerdotum ecclesiasticis legibus quotannis decreta per provincias, quia presentiam papae non habent, valetudinem perdiderunt. Legite insanissimi, aliquando in illis preter apostolici apicis sanctionem aliquid constitutum, et non de maioribus negotiis ad consultationem, si quid occurrerit, prefatae sedis arbitrio fuisse servatum?

25

(D.19 d.a.c.1) ¶ De epistolis vero decretalibus queritur, an vim auctoritatis obtineant, cum in corpore canonum non inveniuntur. De his ita scribit Nicolaus papa archiepiscopis et episcopis per Gallias constitutis.

P 15va
Aa 22v

30 (D.19 c.1) DECRETALES EPISTOLAE VIM AUCTORITATIS HABENT.

Si Romanorum pontificum decreto ceterorum opuscula tractatorum approbantur vel reprobantur, ita ut, quod vere sedes apostolica probavit, hodie teneatur acceptum, et quod illa repulit, hactenus inefficax habeatur: quanto

Bc 32rb

35

Fr. 59

1 Viginti – 10 inserta Ivo, *Decretum* 4.232; **Panormia* 2.107 **13 Sinodum – 21 facere** Anselmus 2.62; Ivo, *Decretum* 2.240; **Coll. Trip.* 1.29.2(1) **19 Concilia – 31 servatum** Ivo, *Decretum* 4.242; **Coll. Trip.* 1.50(48).3 **32 Si – 48: 44 probauimus** Ivo, *Decretum* 5.33a-b; **Coll. Trip.* 1.64(62).10-11

Gw 12 debet Gw]

potius, quae ipsa pro catholica fide, pro sanis dogmatibus,
 pro variis et multifariis ecclesiae necessitatibus et fidelium
 moribus diverso tempore scripsit, omni debent honore
 preferri, et ab omnibus prorsus in quibuslibet
 oportunitatibus discretione vel dispensatione magistra
 reverenter assumi? Quamquam quidam vestrum
 scripserint, haud illa decretalia priscorum pontificum in
 toto canonum codicis corpore esse descripta et ideo inter
 canones esse assumenda, cum ipsi, ubi sue intentioni haec
 suffragari conspiciunt, illis indifferenter utantur, et solum
 nunc ad imminutionem sedis apostolice potestatis, et ad
 suorum argumentum privilegiorum minus accepta esse
 perhibeant. Item: **(§ 1)** Si ideo non esse decretales
 epistolas priscorum pontificum Romanorum admittendas
 dicunt, quia in codice canonum non habentur adscripte,
 ergo nec Gregorii sancti nec ullius alterius, qui ante fuit
 vel post ipsum est, aliquod institutum vel scriptum est
 recipiendum, eo quod in codice canonum non habeatur
 adscriptum. Ergo doctrinam eorum et sanctiones, quae ab
 omni lingua venerantur, quia in codice canonum non
 habentur adscripte, de codicibus suis eradant. Ut quid vel
 membranas occupant, postquam non habentur accepte?
 Sed quare multum immoremur, cum nec ipsas divinas
 scripturas veteris et novi testamenti iam recipiemus, si
 istos dixerimus audiendos? Etenim neutrum horum in
 codice canonum ecclesiasticorum habetur insertum. Sed
 responsuri sunt isti, qui ad resistendum potius quam ad
 obediendum parati sunt, aientes quod inter canones
 inveniatur capitulum sancti papae Innocenti, cuius
 auctoritate doceatur, a nobis utrumque testamentum esse
 recipiendum, quamquam in ipsis paternis canonibus
 nullum eorum ex toto contineatur insertum. Quibus ad
 haec asserendum est, quoniam si vetus novumque
 testamentum sunt recipienda, non quod codici canonum
 ex toto habeantur annexa, sed quod de his recipiendis S.
 papae Innocentii prolata videatur esse sententia, restat
 nimirum quod decretales epistolae Romanorum
 pontificum sunt recipiende, etiamsi non sint codici
 canonum compaginate, quoniam inter ipsos canones
 unum beati Leonis capitulum constat esse permixtum,
 quo ita omnia decretalia constituta sedis apostolice
 custodiri mandantur, ut si quis in illa commiserit, noverit
 sibi veniam denegari. Dicendo vero: "omnia decretalia
 constituta," nullum de decretalibus constitutis

P 15vb

Bc 32va

Fr. 60

pretermisit, quod non mandaverit esse custodiendum. Et
 rursus asserendo: "omnium predecessorum nostrorum,"
 nullum pontificum Romanorum, qui ante se fuerunt,
 excepit, cuius ita non preceperit decretalia constituta ab
 5 omnibus custodiri, ut si quis in illa commiserit veniam
 sibi deinceps noverit denegari. Itaque nihil interest,
 utrum sint omnia necne decretalia sedis apostolice
 constituta inter canones conciliorum immixta, cum omnia
 in uno corpore compaginari non possint, et illa eis
 10 intersint, quae firmitatem his, quae desunt, et vigorem
 suum assignant, presertim cum sinodalia gesta inter quae
 ipsi canones statuti sunt, in codice canonum non
 habeantur, sed a nobis omni cultu debito venerentur.
 Consonat autem huic beatissimo Leoni papae sanctus et
 15 facundissimus in decretis suis papa Gelasius, ita inquires:
 "Decretales epistolas, quas beatissimi papae diversis
 temporibus ab urbe Roma pro diversorum Patrum
 consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendas
 decernimus." In quo notandum est, quod "Decretales,"
 20 non dixit, "epistolas, quae inter canones habentur," vel
 tantum: "quas moderni pontifices ediderunt;" sed: "quas
 beatissimi papae diversis temporibus ab urbe Roma
 dederunt." Dicens autem: "diversis temporibus" etiam illa
 tempora vir sanctus comprehendit, quae crebrescentibus
 25 paganorum persecutionibus ad sedem apostolicam deferri
 causas episcoporum difficillime permittebant. His ita
 divina favente gratia prelibatis ostendimus, nullam
 differentiam esse inter illa decreta, quae in corpore
 canonum habentur, sedis apostolice presulum, et ea, quae
 30 pre multitudine vix per singula voluminum corpora
 reperiuntur; cum omnia et omnium decessorum suorum
 decretalia constituta atque decretales epistolas, quas
 beatissimi papae diversis temporibus ab urbe Roma
 dederunt, fore venerabiliter suscipiendas et custodiendas,
 35 eximios presules, Leonem scilicet et Gelasium, mandasse
 probauimus.

Bc 32vb

P 16ra

(D.19 c.2) Item Agato papa omnibus episcopis.

OMNES SANCTIONES APOSTOLICE SEDIS
 IRREFRAGABILITER SUNT OBSERVANDE.

P 16va

40 Sic omnes apostolice sedis sanctiones accipiende sunt,
 tanquam ipsius voce divina Petri firmate.

40 Sic – 5 firmate xxxx. Ivo, *Decretum* 4.238; **Coll. Trip.* 3.8.1;
Panormia 2.101; *Polyc.* 1.19.6; *Coll. 3 libr.* 1.10.2 (ed. Motta, 1.45). Cf.
 Dusil, *Wissensordnungen*, 360.

Aa 23v	(D.19 d.p.c.7) ¶ Hoc autem intelligendum est de illis sanctionibus vel decretalibus epistolis in quibus nec precedentium Patrum decretis, nec evangelicis preceptis aliquid contrarium invenitur. Anastasius enim secundus favore Anastasii imperatoris, quos Acatius post sententiam in se prolatam sacerdotes vel Levitas ordinaverat, acceptis offitiis rite fungi debere decrevit, ita inquiens:	
Bc 33ra		5
Fr. 63		
	(D.19 c.8) NULLA LESIONIS PORTIO ATTINGAT QUI AB HERETICIS IAM DAMPNATIS ORDINATUR.	10
	Secundum ecclesiae catholice consuetudinem sacratissimum serenitatis tue pectus agnoscat, quod nullum de his, quos baptizavit Acatius, vel quos sacerdotes sive Levitas secundum canones ordinavit aliqua ex nomine Acatii portio lesionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma videatur. (§ 1) Nam et baptisma (quod procul sit ab ecclesia) sive ab adultero sive a fure datum fuerit, ad percipientem munus pervenit illibatum, quia vox illa, quae sonuit per columbam omnem maculam humane pollutionis excludit quod declaratur cum dicitur: "Hic est, qui baptizat in Spiritu sancto et igne." Nam si visibilis solis istius radii, cum per loca faedissima transeunt, nulla contactus inquinatio maculantur, multo magis illius, qui istum visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate constringitur. Nam et Iudas, cum fuerit sacrilegus atque fur, quicquid egit inter apostolos pro dignitate commissa, beneficia per indignum data nulla ex hoc detrimenta senserunt, declarante hoc ipsum Domino manifestissima voce: "Scribe, inquit, et Pharisei super cathedra Moysi sedent; quae dicunt, facite: quae autem faciunt, nolite facere; dicunt enim et non faciunt." (§ 2) Quicquid ergo ad hominum profectum quilibet in ecclesia ministri pro officio suo videntur operari, hoc totum contineri implente divinitatis effectum. Ita ille, per quem loquitur Christus, Paulus affirmat: "Ego plantavi, Apollo rigavit: sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat, est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus." (§ 3) A Deo autem non queritur, quis, vel qualis predicet, sed quae predicet, ut invidios etiam bene Christum confirmet predicare, quo malo diabolus ipse deiectus est, et hoc ipse predicare non desinit. Ideo ergo et hic, cuius nomen	15
P 16vb		20
		25
Bc 33rb		30
		35
P 17ra		40

11 Secundum – 50: 18 videantur *Coll. Trip. 1.49(47).1-2; Coll. 3 libr. 3.7.55

dicimus reticendum, male bona ministrando sibi tantum nocuit. Nam inviolabile sacramentum, quod per illum datum est aliis, perfectionem sue virtutis obtinuit. (§ 4) Quod quidem verum est generaliter, aliquorum nisi tantum se extenderit curiosa suspicio, ut imaginetur, prolato a papa Felice iudicio, postea ineffaciter in sacramentis, quae Acatius usurpavit, egisse; ac proinde eos oportet metuere, qui vel in consecrationibus, vel in baptisate ministeria tradita susceperunt, ne irrita beneficia videantur.

Aa 24r

Fr. 64

(D.19 d.p.c.8) ¶ Quia ergo illicite et non canonice, sed contra decreta Dei, predecessorum et successorum suorum haec rescripta dedit, (ut probat Felix et Gelasius, qui Acatium ante Anastasium excommunicaverunt, et Hormisda, qui ab ipso Anastasio tertius eundem Acatium postea dampnavit), ideo ab ecclesia Romana repudiatur, et a Deo percussus fuisse legitur hoc modo:

(D.19 c.9) ANASTASIUS A DEO REPROBATUS, NUTU DIVINO PERCUSSUS EST.

Anastasius ii, natione Romanus, fuit temporibus Teoderici regis. Eodem tempore multi clerici se a communione ipsius abegerunt, eo quod communicasset sine concilio episcoporum vel presbiterorum et clericorum cuncte ecclesiae catholice diacono Tessalonicensi, nomine Fotino, qui communicaverat Acatio; et quia occulte voluit revocare Acatium et non potuit, nutu divino percussus est.

P 17rb

Bc 33va

(D.20 d.a.c.1) ¶ Decretales itaque epistolae canonibus conciliorum pari iure exequantur. Nunc autem queritur de expositoribus sacre scripture, an exequantur, an subiciantur eis? Quo enim quisque magis ratione nititur, eo maioris auctoritatis eius verba esse videntur. Plurimi autem tractatorum, sicut pleniori gratia Spiritus sancti, ita ampliori scientia aliis precellentes, rationi magis adhesisse probantur. Unde nonnullorum pontificum constitutis Augustini, Ieronimi atque aliorum tractatorum dicta eis videntur esse preferenda. (§ 1) Sed aliud est causis terminum imponere aliud scripturas sacras diligenter exponere. Negotiis diffiniendis non solum est necessaria scientia, sed etiam potestas. Unde Christus

20 P – 35 est Ivo, *Decretum* 14.40.2; *Algerus 3.59

1 dicimus ducimus Aa

P 17va	dicturus Petro: “Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis” et cetera, prius dedit sibi claves regni caelorum: in altera dans ei scientiam discernendi inter lepram et lepram, in altera dans sibi potestatem eiciendi aliquos ab ecclesia, vel recipiendi. Cum ergo quaelibet negotia finem accipiant vel in absolutione innocentium, vel in condemnatione delinquentium, absolutio vero vel condemnatio non scientiam tantum, sed etiam potestatem presidentium desiderant: a patet, quod divinarum scripturarum tractatores, etsi scientia pontificibus premineant, tamen, quia dignitatis eorum apicem non sunt adepti, in sacrarum scripturarum expositionibus eis preponuntur, in causis vero diffiniendis secundum post eos locum merentur. Unde Leo IV scribit Britanniae episcopis:	5
Bc 33vb		10
Aa 24v	(D.20 c.1) ALIORUM SCRIPTURAE ROMANORUM PONTIFICUM DECRETIS NON SUNT PREPONENDAE. De libellis et commentariis aliorum non convenit aliquos iudicare, et sanctorum conciliorum canones relinquere vel decretalium regulas, quae habentur apud nos simul cum canonibus. Quibus in omnibus ecclesiasticis utimur iudiciis, id est apostolorum, Nicenorum, Anciranorum, Neocesariensium, Gangrensiensium, Sardicensium, Cartaginensium, Africanensium, et cum illis regule presulum Romanorum, Silvestri, Siricii, Innocentii, Zosimi, Celestini, Leonis, Ylarii, Gelasii, Ormisde, et Gregorii iunioris. Isti omnino sunt, et per quos iudicat episcopi, et per quos episcopi simul et clerici iudicantur. Nam si tale emerit vel contigerit inusitatum negotium, quod minime possit per istos finire tunc illorum quorum meministi dicta Ieronimi, Augustini, Ysidori vel ceterorum similiter sanctorum doctorum similium si reperta fuerint, magnanimitate sunt retinenda ac promulganda, vel ad apostolicam sedem referatur de talibus. (§ 1) Quam ob causam luculentius et magna voce pronuntiare non timeo: quia, qui illa, quae diximus sanctorum patrum statuta, quae apud nos canones pretitulatur (sive sit episcopus, sive clericus, sive laicus), non indifferenter recipere convincitur, nec catholicam et apostolicam fidem, nec	15
		20
P 17vb		25
Fr. 66		30
		35
		40

18 De – 52: 8 probatur Ivo, *Decretum* 4.72; ° *Coll. Trip.* 1.61.9/3.6.5; ° *Panormia* 2.118; *Polycarp.* 3.20.5; *Coll. 3 libr.* 1.16.13

sancta quatuor evangelia utiliter et efficaciter ad effectum suum retinere vel credere probatur.

(D.21 d.a.c.1) ¶ Decretis ergo Romanorum pontificum et sacris canonibus conciliorum ecclesiastica negotia, et supra monstratum est, terminantur. Ministri vero sacrorum canonum et decretorum pontificum sunt summi pontifices et infra presules atque reliqui sacerdotes, quorum institutio in veteri testamento est inchoata, et in novo plenius consummata. (§ 1) Summi enim pontifices et minores sacerdotes a Deo sunt instituti per Moysen, qui ex precepto Domini Aaron in summum pontificem, filios vero eius unxit in minores sacerdotes. Postea David, cum ministeria domus Domini ampliaret, ianitores et cantores instituit. Porro Salomon quendam modum exorzandi invenit, quo demones adiurati ex obsessis corporibus pellebantur; huic offitio mancipati exorciste vocati sunt, de quibus Dominus in evangelio: “Si ego in Beelzebub eicio demonia, filii vestri (exorciste videlicet) in quo eiciunt?” Hec omnia in novo testamento ecclesia imitata habet suos ianitores, quos hostiarios appellamus. Pro cantoribus lectores simul et cantores instituit. Exorcistas autem nomine antiquo et offitio permanente recepit. Pro filiis vero Aaron omnes infra summum pontificem sacerdotium administrantes sunt consecrati. (§ 2) Inter eos quaedam discretio servata est, ut alii appellentur simpliciter “sacerdotes,” alii “archipresbiteri,” alii “corepiscopi,” alii “episcopi,” alii “archiepiscopi” seu “metropolitae,” alii “primates,” alii “patriarche,” alii “summi pontifices.” (§ 3) Horum discretio a gentilibus maxime introducta est, qui suos flamines alios simpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines appellabant. Simpliciter vero maiorum et minorum sacerdotum discretio in novo testamento ab ipso Christo sumpsit exordium, qui XII apostolos tanquam maiores sacerdotes, et LXXII discipulos quasi minores sacerdotes instituit. Petrum vero quasi in summum sacerdotem elegit, dum ei pre omnibus et pro omnibus claves regni celorum tribuit, et a se petra petri sibi nomen imposuit, atque pro eius fide se specialiter rogasse, testatus est, et ut ceteros confirmaret subiunxit dicens: “Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.” Hanc eandem formam

Bc 34ra

Fr. 67

P 18ra

Aa 25r

Bc 34rb

P 18rb

2 probatur conprobatur Aa

apostoli secuti in singulis civitatibus episcopos et presbiteros ordinaverunt. Levitas autem ab apostolis ordinatos legimus, quorum maximus fuit beatus Stephanus: subdiaconos et acolithos procedente tempore ecclesia sibi constituit. De his etiam scribit beatus Ysidorus libro VII Ethimologiarum c.12. nomina illorum et nominum causas exponens, ita inquires:

(D.21 c.1) UNDE NOMEN ECCLESIASTICORUM GRADUUM SUMATUR.

P 18va	Cleros et clericos hinc appellatos credimus, quia Mathias sorte electus est, quem primum per apostolos legimus ordinatum. KLEROS enim grece, latine sors vel hereditas dicitur. Propterea ergo dicti sunt clerici, quia de sorte sunt Domini, vel quia Domini partem habent. Generaliter autem clerici nuncupantur omnes, qui in ecclesia Christi deserviunt, quorum gradus et nomina sunt hec: Hostiarius, psalmista, lector, exorcista, acolithus, subdiaconus, diaconus, presbiter, episcopus. (§ 1) Ordo episcoporum quadripartitus est, id est in patriarchis, archiepiscopis, metropolitanis atque episcopis.	10
Aa 25v	(§ 2) Patriarcha summus Patrum greca lingua interpretatur: quia primum, id est apostolicum retinet locum, et ideo, quia summo honore fungitur tali nomine censetur, sicut Romanus, Antiochenus, Alexandrinus. (§ 3)	15
Bc 34va	Archiepiscopus greco vocabulo quod sit summus episcoporum: tenet enim vicem apostolicam, et presidet tam metropolitanis quam ceteris episcopis. (§ 4)	20
Fr. 68	Metropolitani autem a mensura civitatum vocantur; singulis enim provinciis preminent, quorum auctoritati et doctrine ceteri sacerdotes subiecti sunt, sine quibus nihil reliquis episcopis agere licet; sollicitudo enim totius provincie ipsis commissa est. (§ 5) Omnes autem superius designati ordines uno eodemque vocabulo episcopi nominantur; sed ideo privato nomine quidam utuntur, propter distinctionem potestatum quam singulariter acceperunt. (§ 6) Patriarcha Patrum princeps: ARCHON enim princeps: archiepiscopus princeps episcoporum, metropolitanus a mensura civitatum. (§ 7) Episcopatus autem vocabulum inde dictum est, quod ille, qui episcopus efficitur, superintendat, curam scilicet subditorum gerens: SKOPEIN enim grece, latine intendere dicitur. Episcopi autem grece, latine speculatores interpretantur; nam	25
P 18vb		30
		35
		40

10 et vel Aa 12 KLEROS clericos AaP

speculator est prepositus in ecclesia dictus, eo quod speculetur atque perspiciat populorum infra se positorum mores et vitam. (§ 8) pontifex princeps sacerdotum est, quasi via sequentium. Ipse et summus sacerdos, ipse et pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim sacerdotes et Levitis efficit: ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit: ipse quid unusquisque facere debeat ostendit. Ante autem pontifices et reges erant. Nam maiorum hec erat consuetudo, ut rex esset et sacerdos et pontifex. Unde et Romani imperatores pontifices dicebantur. (§ 9) Vates a vi mentis appellatus cuius significatio multiplex est: nam modo sacerdotem, modo prophetam significat, modo, poetam. (§ 10) Antistes sacerdos dictus est ab eo, quod antestat: primus enim est in ordine ecclesiae; ut supra se nullum habeat. Sive latine sacerdos dux. (§ 11) Sacerdos autem nomen habet compositum ex greco et latino, quod est sacrum dans; sicut enim rex a regendo, ita sacerdos a sacrificando dictus est: consecrat enim et sacrificat. Sacerdotes autem gentilium flamines dicebantur. Hi in capite habebant pileum, in quo erat brevis virga, desuper habens lane aliquid quod cum propter estum ferre non possent filum tantum in capite religare ceperunt; nam nudis eos penitus capitibus incedere nefas erat. Unde et a filo quo utebantur flamines dicti sunt, quasi filamines. Verum festis diebus filo deposito pileum imponebant pro sacerdotii eminentia. (§ 12) Presbiter grece, latine senior interpretatur: non modo pro etate vel decrepita senectute, sed propter honorem et dignitatem, quam acceperunt presbiteri nominantur: ideo autem et presbiteri sacerdotes vocantur, quia sacrum dant, sicut episcopi; qui licet sint sacerdotes, tamen pontificatus apicem non habent quia nec crismate frontem signant, nec paraclitum spiritum dant, quod solis deberi episcopis, lectio actuum apostolorum demonstrat. Unde et apud veteres idem episcopi et presbiteri fuerunt, quia illud nomen dignitatis est, et non etatis. (§ 13) Levitate ex nomine auctoris vocati. De Levi enim Levite exorti sunt, a quibus in templo Dei mistici sacramenti ministeria explebantur. Hi grece diaconi, latine ministri dicuntur, quia sicut in sacerdote consecratio, ita in diacono ministerii dispensatio habetur. (§ 14) Ypodiacones grece, quos nos subdiaconos dicimus, qui ideo sic appellantur, quia subiacent preceptis et offitiis Levitarum. Oblationes enim in templo Dei a fidelibus ipsi suscipiunt, et Levitis altaribus

Bc 34vb

P 19ra

Aa 26r

Fr. 69

P 19ra

Bc 35ra

	superponendas deferunt; hi apud Ebreos Nathinei vocantur. (§ 15) Lectores a legendo, psalmiste a psalmis canendis vocati; illi enim predicant populis, quid sequantur; isti canunt, ut excitent ad compunctionem animos audientium; licet quidam lectores ita miserabiliter pronuntient, ut quosdam ad luctum lamentacionemque compellant. Idem etiam pronuntiatores vocantur, quod porro annuntient. Tanta enim et tam clara erit eorum vox, ut quamvis longe positorum aures adimpleant. (§ 16) Cantor autem vocatus qui vocem modulatur in cantu.	5
P 19va	Huius duo genera dicuntur in arte musica, sicut ea doctissimi homines latine dicere potuerunt, precentor et succentor: precentor scilicet, qui vocem premitit in cantu, succentor autem, qui subsequenter canendo respondet. Concenter autem dicitur, quia consonat; qui autem non consonat nec concinit, nec concenter erit. (§ 17) Acolithi grece, latine ceroferarii dicuntur a deportandis cereis, quando legendum est evangelium, aut sacrificium offerendum; tunc enim accenduntur luminaria ab eis, et deportantur, non ad effugandas tenebras, dum sol eodem tempore rutilat, sed ad signum leticie demonstrandum, ut sub tipo luminis corporalis illa lux ostendatur, de qua in evangelio legitur: "Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum." (§ 18) Exorciste ex greco in latinum adiurantes sive increpantes vocantur, invocant enim super cathecuminos, vel super eos, qui habent spiritum immundum, nomen Domini Iesu, adiurantes per eum, ut egrediatur ab eis. (§ 19) Hostiarii, idem et ianitores, qui in veteri testamento electi sunt ad custodiam templi, ut non ingrederetur in illud immundus in omni re. Dicti autem hostiarii, quod presint hostiis templi. Ipsi enim tenentes clavem omnia intus, extraque custodiunt, atque inter bonos et malos habentes iudicium, fideles recipiunt et respuunt infideles.	10
Bc 35rb		15
Aa 26v		20
		25
		30
		35
P 19vb	(D.21 d.p.c.3) ¶ In his omnibus, quanto celsior gradus, tanto maior auctoritas invenitur. In maioribus siquidem est regendi et iubendi potestas, in minoribus obsequendi necessitas. Unde Nicolaus papa scribit Constantinopolitano episcopo dicens:	40

16 nec¹ non Aa^{ac}

(D.21 c.4) INFERIORES A SUPERIORIBUS IUDICANDI SUNT.

Inferior sedes potiozem absolvere non potest. Sola enim potior inferiorem convenienter absolvit. Hinc liquido providetur, quia quem non potest absolvere, nec potest iudicio inferior potiozem ligare. Unde Propheta ait: "Numquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum, qui trahit eam?" His ita ex divina scriptura commemoratis, sole clarius exhibuimus, non posse quemquam, qui minoris auctoritatis est, eum, qui maioris est potestatis, iudiciis suis addicere, aut propriis diffinitionibus subiugare.

(D.21 c.5) Idem.

DE EODEM.

Nolite nos existimare cuiuscumque proximorum nostrorum, ea quae sunt digna reprehensione, velle defendere, sed quod ita velim filios circa patrem spiritualem, et discipulos erga magistrum devotos esse ac sobrios, ut nulla penitus temeritate ad eorum vitam, ut non dicamus diiudicandam, sed nec saltem tenuiter reprehendendam prosiliant.

Bc 35va

Fr. 71

(D.22 d.a.c.1) ¶ Quia ergo maior a minori iudicari non debet videndum est, quae inter ceteras ecclesias primum locum, quae secundum, vel tertium obtineat. Romana ecclesia (sicut supra dictum est) primum locum inter ceteras obtinet, Alexandrina ecclesia secundum, Antiocena ecclesia tertium ab ea locum accepit. Unde Nicolaus papa scribit Mediolanensibus:

P 20ra

Fr. 73

(D.22 c.1) ROMANA ECCLESIA CETERARUM PRIMATUM OBTINUIT.

Gw 3rb

Omnes sive patriarche in cuiuslibet apicem sive metropoleon primatus, aut episcopatum cathedras, vel ecclesiarum cuiuslibet ordinis dignitatem instituit Romana ecclesia. Illam vero solus ipse fundavit, et super petram fidei mox nascentis erexit, qui beato eterne vite clauigero terreni simul et celestis imperii iura commisit. Non ergo quelibet terrena sententia, sed illud verbum, quo constructum est celum et terra, per quod denique

3 Inferior – 17 subiugare *Coll. Trip. 1.64(62).69 **15 Nolite – 26 prosiliant** *Coll. Trip. 1.64(62).68 **31 Omnes – 57: 18 ecclesiam**
*Anselmus 1.63

15 nos vero A^{2a}c **16 ante nostrorum litteras** no (ut vid.) eras. Aa

omnia condita sunt elementa, Romanam fundavit ecclesiam. Illius certe privilegio fungitur, illius auctoritate fulcitur. Unde non dubium est, quia, quisquis cuilibet ecclesiae ius suum detrahit, iniusticiam facit. (§ 1) Qui autem Romane ecclesiae privilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic proculdubio in heresim labitur; et cum ille notetur iniustus, hic est dicendus hereticus. Fidem quippe violat, qui adversus illam agit, quae est mater fidei: et illi contumax invenitur, qui eam cunctis ecclesiis pretulisse cognoscitur. Et infra: (§ 2) Unde et ipse S. Ambrosius se in omnibus sequi magistram sanctam Romanam profitetur ecclesiam.

(D.22 c.2) Item Anacletus servus Christi Iesu.

NON AB APOSTOLIS, SED AB IPSO DOMINO ROMANA ECCLESIA PRIMATUM OBTINUIT.

Sacrosancta Romana et apostolica ecclesia non ab apostolis, sed ab ipso Domino salvatore nostro primatum obtinuit, sicut beato Petro apostolo dixit: "Tu es Petrus," et reliqua usque: "soluta et in celo." (§ 1) Adhibita est societas in eadem Romana urbe beatissimi Pauli apostoli, vasis electionis, qui uno die unoque tempore cum Petro gloriosa morte coronatus est, et ambo sanctam Romanam ecclesiam consecraverunt, atque aliis omnibus urbibus in universo mundo tam sua presentia quam venerando triumpho pretulerunt. Et licet pro omnibus assidua apud Deum omnium sanctorum effundatur oratio, his tamen verbis Paulus beatissimus Romanis proprio cirographo pollicetur, dicens: "Testis enim mihi est Deus, cui servio in spiritu meo in evangelio Filii eius, quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis." (§ 2) Prima ergo sedes est caelesti beneficio Romana ecclesia, quam (ut memoratum est)

24–25 1–4 Rom. 1:9

17 Sacrosancta – 58: 27 reguntur Ps.-Anacletus, *Ep.* 3 (J³ +17), 6-8, ed. Hinschius, 83-84. Anselmus 1.66 (ed. Thaner, 34); cf. Anselmus 1.2 (ed. Thaner, 7-8); *Panormia* 4.2; *Polyc.* 1.2.1 et 1.1.5a; *Coll. 3 libr.* 1.1.2 (ed. Motta 1.5-6). V. etiam Dusil, *Wissensordnungen*, 360.

4 ius [AaBcP BiBmMkMvPy

20 et² AaBcP BiBmMcMvPy Ans., om. Fr.

22 unoque AaBcP

BiCgInMaMrMvPbPfpKPtSaVa Rom. Ans.: eodemque BmKaMkMmPaPy Fr.

23 Romanam – 29 ecclesiam AaBcP BiBmMkMvPy, eccl. Rom. Fr. 24 omnibus urbibus AaBcP BiBmMv, urb. omn. Fr. 27 omnium fundatur omnium AaBcP effundatur om. AaBcP

beatissimi Petrus et Paulus suo martirio consecrarunt. (§ 3) Secunda autem sedes apud Alexandriam beati Petri nomine a Marco, eius discipulo atque evangelista, consecrata est. (§ 4) Tercia vero sedes apud Antiochiam eiusdem, beati Petri habetur honorabilis: quia illic, priusquam Romam veniret, habuit, et Ignatium episcopum constituit; et illic primum nomen Christianorum exortum est. Et post pauca. (§ 5) Inter beatos apostolos quaedam fuit discretio, et post licet omnes essent apostoli, Petro tamen a Domino concessum est (et ipsi inter se voluerunt id ipsum), ut reliquis omnibus preesset apostolis, et Cephas, id est caput et principium teneret apostolatus. Qui et eandem formam suis successoribus et reliquis episcopis tenendam tradiderunt. Et non solum hoc in novo testamento est constitutum, sed etiam in veteri fuit; unde scriptum est: “Moyses et Aron in sacerdotibus eius,” id est primi inter eos fuerunt. Et post pauca: (§ 6) Hec vero apostolica sedes caput et cardo (ut prefatum est) a Domino, et non ab alio constituta est; et sicut cardine ostium regitur, sic huius sanctae apostolice sedis auctoritate omnes ecclesiae Domino disponente reguntur.

Bc 37ra

Fr. 75

(D.22 d.p.c.2) ¶ Hac auctoritate Alexandrina ecclesia secundum a prima locum habere censetur. Sed postea in Constantinopolitana sinodo ecclesia Constantinopolitana secundum a sede apostolica locum accepit. Unde in eadem Sinodo constitutum est ita:

P 20vb

(D.22. c.3) SECUNDUM A ROMANO PONTIFICE CONSTANTINOPOLITANUS OBTINET LOCUM.

Constantinopolitane civitatis episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum episcopum, propter quod sit nova Roma.

(D.22 d.p.c.6) ¶ Hinc datur intelligi, quod Alexandrina ecclesia de secunda facta sit tertia, et Antiocena de tertia sit facta quarta: nisi forte quis duas contendat esse secundas, ut Constantinopolitanam et Alexandrinam parem sue dignitatis velit locum obtinere.

Aa 27v

30 Constantinopolitane – 37 Roma Coll. Trip. 2.8.3; Polycarp. 2.21.3; Coll. 3 libr. 1.1.9

AaBcP BiBmMkMvPy 15 Et AaBcP BiBmMkMvPy]

5 Petri petri apostoli BcP BiMk Ans: petri apostoli nomine AaMv 15 Et – 23 fuerunt om. Ans., incl. orig.

Fr. 77	(D.23 d.a.c.1) ¶¶Breviter quae inter ecclesiastica officia sit differentia monstravimus. Nunc a summo incipientes, et iisque ad ultimum gradum descendentes, qualiter quisque eorum debeat ordinari, sanctorum auctoritatibus ostendamus.	5
	(D.23 c.1) DECRETUM NICOLAI PPAE DE ELECTIONE ROMANI PONTIFICIS.	
Bc 37rb	In nomine Domini nostri et salvatoris Iesu Christi. Ab incarnatione eius anno MLIX mense aprili, indictione XII, propositis sacrosanctis evangeliiis, presidente quoque	10
P 21ra	reverendissimo ac beatissimo Nicolao papa, in basilica Lateranensis patriarchii, quae cognominatur Constantiniana, consentibus etiam reverendissimis episcopis, abbatibus, presbiteris, diaconibus, idem venerabilis pontifex apostolica auctoritate decernens de electione summi pontificis, inquit: (§ 1) Novit beatitudo vestra, dilectissimi fratres et coepiscopi, inferiora quoque membra non latuit, defuncto pie memorie domino Stephano predecessore nostro hec apostolica sedes, cui auctore Deo deservio, quot adversa pertulerit, quot denique per simoniace heresis trapezitas repetitis malleis crebrisque tusionibus subiacuerit, adeo ut columna Dei viventis iam pene videretur nutare, et sagena summi piscatoris procellis intumescens cogere in naufragii profunda submergi. Unde, si placet fraternitati vestre, debemus auxiliante Deo futuris casibus prudenter occurrere, et ecclesiastico statui, ne rediviva mala (quod absit) prevaleant, in posterum providere. (§ 2) Quapropter instructi predecessorum nostrorum aliorumque sanctorum Patrum auctoritate, decernimus atque statuimus, ut, obeunte huius Romane ecclesiae universalis pontifice, inprimis cardinales episcopi diligentissima simul consideratione tractantes, mox sibi clericos cardinales adhibeant: sicque reliquus clerus et populus ad consensum nove electionis accedant, nimirum precaventes, ne venalitatis morbus aliqua occasione subrepat. Religiosissimi viri preduces sint in promovenda pontificis electione, reliqui autem sequaces. (§ 3) Certus vero atque legitimus hic electionis ordo perpenditur, si, perspectis diversorum patrum regulis sive gestis, etiam illa beati predecessoris nostri Leonis sententia recolatur. "Nulla," inquit, "ratio sinit, ut inter episcopos habentur, qui nec a clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti, nec a	15 20 25 30 35 40

comprovincialibus episcopis cum metropolitani iudicio consecrati." Quia sedes apostolica cunctis in orbe terrarum preferitur ecclesiis atque ideo super se metropolitanum habere non potest, cardinales episcopi proculdubio metropolitani vice funguntur, qui videlicet electum antistitem ad apostolici culminis apicem provehant. (§ 4) Eligatur autem de ipsius ecclesiae gremio, si reperitur idoneus; vel si de ipsa non invenitur, ex alia assumatur; salvo debito honore et reverentia dilecti filii Henrici, qui in presentiarum rex habetur, et futurus imperator Deo concedente speratur, sicut iam sibi concessimus et successoribus illius, qui ab hac apostolica sede hoc ius personaliter impetraverint. (§ 5) Quod si pravorum atque iniquorum hominum ita perversitas invaluerit, ut pura, sincera atque gratuita fieri in Urbe non possit electio, cardinales episcopi cum religiosis clericis catholicisque laicis, licet paucis, ius potestatis obtineat, eligere apostolice sedis pontificem, ubi congruerit. (§ 6) Plane, postquam electio fuerit facta, si bellica tempestas vel qualiscumque hominum conatus malignitatis studio restiterit, ut is, qui electus est, in apostolica sede iuxta consuetudinem inthronizari non valeat, electus tamen, sicut vere papa, auctoritatem obtineat regendi Romanam ecclesiam, et disponendi omnes facultas illius; quod beatum Gregorium ante consecrationem suam fecisse cognovimus. (§ 7) Quod si quis contra hoc nostrum decretum sinodali sententia promulgatum per seditionem, vel presumptionem, aut quolibet ingenio electus aut etiam ordinatus, seu inthronizatus fuerit, auctoritate divina et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, perpetuo anathemate cum suis auctoribus, fautoribus et sequacibus a liminibus sanctae Dei ecclesiae separatus abiciatur sicut antichristus, et invasor et destructor totius Christianitatis; nec aliqua super hoc audientia aliquando reservetur ei: sed ab omni ecclesiastico gradu, in quocumque fuerat prius, sine retractatione deponatur: cui quisquis adhererit, vel qualemcumque tamquam pontifici reverentiam exhibuerit, aut in aliquo eum defendere presumpserit, pari sententia sit mancipatus. (§ 8) Quisquis huius nostre decretalis sententiae temerator extiterit, et Romanam ecclesiam sua presumptione confundere et perturbare contra hoc statutum temptaverit, perpetuo anathemate atque excommunicatione dampnetur, "et cum impiis, qui non

Aa 28r

Fr. 78

P 21va

Bc 37vb

P 21vb	resurgent in iudicio," deputetur, omnipotentis contra se sentiat iram, et sanctorum apostolorum Petri et Pauli (quorum presumit ecclesiam confundere), in hac vita et in futura furorem sentiat "fiat habitatio eius deserta, et non sit, qui inhabitet in tabernaculis eorum, fiant filii eius orphani et uxor eius vidua, commotus amoveatur ipse et eius filii, et mendicent, et eiciantur de habitationibus suis, scrutetur fenerator omnem substantiam eius, et diripiant alieni labores eius, orbis terrarum pugnet contra eum, et cuncta elementa sint ei contraria," et omnium sanctorum quiescentium merita illum confundant, et in hac vita super eum apertam vindictam ostendant. (§ 9) Observatores autem huius nostri decreti omnipotentis gratia protegat, et auctoritas beatorum, apostolorum Petri et Pauli ab omnium vinculis peccatorum absolvat.	5
Aa 28v Fr. 79		
P 22ra Bc 39ra		10
		15
	(D.23 d.p.c.1) ¶ Episcopi vero et ceteri ordinem infra constituti qualiter ordinari debeant, ex auctoritate Cartaginensis concilii IV, cui interfuit Augustinus tempore Honorii Augusti, ostendamus, ab eorum examinatione incipientes:	20
	(D.23 c.2) QUOMODO SIT EXAMINANDUS, QUI IN EPISCOPUM ELIGITUR.	
	Qui episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus si vita castus, si sobrius, si semper suis negociis cavens si humilis, si affabilis, si misericors, si litteratus, si in lege Domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus; et ante omnia, si fidei documenta verbis simplicibus asserat, id est Patrem et Filium et Spiritum sanctum unum Deum esse confirmans, totamque trinitatis deitatem coessentialem et consubstantialem et coeternalem et coomnipotentem predicans; si singulas quasque in trinitate personas plenum Deum, et totas tres personas unum Deum, si incarnationem divinam non in Patre, neque in Spiritu sancto factam, sed in Filio tantum credat, ut, in divinitate qui erat Dei Patris Filius, Deus verus ex Patre esset et homo verus ex matre, carnem ex matris visceribus habens, et animam humanam rationabilem, simul in eo utriusque nature, id est Deus et homo, una persona, unus Filius, unus Christus, unus Dominus, creator omnium	25
P 22rb		30
		35
Bc 39rb		40

23 Qui – 62: 32 acquiescat *Statuta ecclesiae antiquae* 1 (ed. Munier, CCSL 148.164.1-166.41). Ivo, *Decretum* 5.62; **Coll. Trip.* 2.21(18).1; *Polycarpus* 2.8.5; *Coll. 3 libr.* 2.1.52

quae sunt et auctor, Dominus et rector cum Patre et Spiritu sancto omnium creaturarum; qui passus sit pro salute nostra vera carnis passione, mortuus vera corporis sui morte, resurrexit uera carnis sue receptione et vera anime resumptione, in qua veniat iudicare vivos et mortuos. (§ 1) Querendum est etiam ab eo, si novi et veteris testamenti, id est legis et prophetarum et apostolorum unum eundemque credat auctorem Deum, si diabolus non per conditionem, sed per arbitrium factus sit malus. (§ 2) Querendum etiam ab eo, si credat huius, quam gestamus, et non alterius carnis resurrectionem, si credat iudicium futurum, et recepturos singulos pro his, quae in hac carne gesserunt, vel penas, vel premia, si nuptias non prohibeat, si secunda matrimonia non dampnet, si carniū perceptionem non culpet, si penitentibus reconciliatis communicet, si in baptismo omnia peccata, id est tam illud originale peccatum contractum, quam illa, quae voluntarie admissa sunt, dimittantur, si extra ecclesiam catholicam nullus salvetur. (§ 3) Cum in his omnibus examinatus inventus fuerit plene instructus, tunc cum consensu clericorum et laicorum et conventu totius provincie episcoporum, maximeque metropolitani vel auctoritate, vel presentia ordinetur episcopus. Suscepto in nomine Christi episcopatu, non sue delectationi, nec suis moribus, sed his patrum definitionibus acquiescat.

Fr. 80

Aa 29r

P 22va

(D.23 c.5) Item ex concilio Cartaginensi IV

SI ELECTO IN EPISCOPUM ALIQUA OBICIUNTUR, QUINQUE VEL SEX EPISCOPI AD EIUS PURGATIONEM PERVENIANT.

Illud statuendum est, ut, quando ad eligendum episcopum convenerimus, si qua contradictio oborta fuerit (quia talia sunt facta apud nos), non presumant ad purgandum eum, qui ordinandus est, tres tantum, sed postulentur ad numerum supradictorum duo vel tres, et in eadem plebe, cui ordinandus est, discutiantur primo persone contradicentium, postremo etiam illa, quae obiciuntur, pertractentur, et, cum purgatus fuerit sub

Bc 39va

31 Illud – 63: 10 placet Conc. Carthaginense III (a. 397) = *Reg. eccl. Carthag. excerpta* 50 (a. 397), ed. Munier, CCSL 149.188.202-212; 322.105110; 336.259-337.268. Ivo, *Decretum* 5.60; **Coll. Trip.* 2.20(17).29.

2 pro – 9 nostra om. *Aa^{ac}* **3 corporis** carnis et corpore *Aa^{ac}* **8 ante Deum** *unam litteram eras. Aa* **10 Querendum** querendum est *Aa*

conspectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cum vestre sanctitatis animo concordat, roboretur vestre dignitatis responsione. Ab universis episcopis dictum est: “Satis placet”.

P 22vb Dehinc disponitur qualiter ecclesiastica officia ordinentur. 5

(D.23 c.7) QUALITER ORDINETUR EPISCOPUS.

Episcopus cum ordinatur, duo episcopi ponant et teneant evangeliorum codicem super caput et cervicem eius, et uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant. 10

(D.23 c.8) QUALITER ORDINETUR PRESBITER.

Presbiter cum ordinatur, episcopo eum benedicente et manum super caput eius tenente, etiam omnes presbiteri, qui presentes sunt, manus suas iuxta manus episcopi super caput illius teneant. 15

(D.23 c.11) QUALITER ORDINETUR DIACONUS.

Mw 119v Diaconus cum ordinatur, solus episcopus, qui eum benedicit, manus super caput illius ponat quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur. 20

(D.23 c.15) QUALITER ORDINETUR SUBDIACONUS

Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de manu episcopi accipiat vacuam et calicem vacuum; de manu vero archidiaconi accipiat urceolum cum aquamanile et manutergium. 25

(D.23 c.16) QUALITER ORDINETUR ACOLITUS.

P 23ra Acolitus cum ordinatur, ab episcopo quidem doceatur, qualiter in officio suo debeat agere: sed ab archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, ut sciat se ad accendenda ecclesiae luminaria mancipari; accipiat et urceolum vacuum ad suggerendum vinum in eucharistiam sanguinis Christi. 30

Bc 39vb

Aa 29v

8 Episcopus – 18 tangant Anselmus 6.47; Ivo, *Decretum* 5.124; **Coll. Trip.* 2.21(18).2; *Polycarpus* 2.9.1; *Coll. 3 libr.* 3.26.2 **14 Presbiter – 23 teneant** Anselmus 7.55; Ivo, *Decretum* 6.12; **Coll. Trip.* 2.21(18).3; *Panormia* 3.33; *Polycarpus* 2.32.1; *Coll. 3 libr.* 3.26.3 **19 Diaconus – 27 consecratur** Anselmus 7.52; Ivo, *Decretum* 6.13; **Coll. Trip.* 2.21(18).4; *Panormia* 3.34; *Polycarpus* 2.32.1 **23 Subdiaconus – 32 manutergium** Anselmus 7.51; Ivo, *Decretum* 6.14; *Panormia* 3.35; **Coll. Trip.* 2.21(18).5; *Panormia* 3.35; *Polycarpus* 2.32.1 **28 Acolitus – 7 Christi** Anselmus 7.50; Ivo, *Decretum* 6.15; **Coll. Trip.* 2.21(18).6; *Panormia* 3.36; *Polycarpus* 2.32.1

(D.23 c.17) QUALITER ORDINETUR EXORCISTA.

Exorcista cum ordinatur, accipiat de manu episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo: "Accipe, et commenda memorie, et habeto potestatem inponendi manus super energuminum, sive baptizatum, sive catecuminum."

(D.23 c.18) QUALITER ORDINETUR LECTOR.

Lector cum ordinatur, faciat de illo verbum episcopus ad plebem, indicans eius fidem ac vitam atque ingenium; post hoc spectante plebe tradat ei codicem, in quo lecturus est, dicens: "Accipe et esto relator verbi Dei, habiturus, si fideliter et utiliter impleveris offitium, partem cum eis, qui verbum Dei ministraverint."

Fr. 85

(D.23 c.19) QUALITER HOSTIARIUS.

Hostiarius cum ordinatur, postquam ab archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conversari, ad suggestionem archidiaconi tradat ei episcopus claves ecclesiae de altario, dicens ei: "Sic age, quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quae his clavibus recluduntur."

P 23rb

(D.23 c.20) QUALITER PSALMISTA.

Psalmista, id est cantor, potest absque scientia episcopi, sola iussione presbiteri offitium suscipere cantandi, dicente sibi presbitero: "Vide, ut, quod ore cantas, corde credas, et quod corde credis, operibus comprobes."

(D.23 c.24) QUIBUS VESTIBUS INDUTA SANCTIMONIALIS EST CONSECRANDA.

Sanctimonialis virgo, cum ad consecrationem suo episcopo offertur, in talibus vestibus applicetur, qualibus semper usura est, sanctimonie et professioni aptis.

Bc 40ra

2 Exorcista – 13 catecuminum Anselmus 7.47; Ivo, *Decretum* 6.16; **Coll. Trip.* 2.21(18).7; *Panormia* 3.37; *Polycarpus* 2.32.1 **8 Lector – 20 ministraverint** Anselmus 7.48; Ivo, *Decretum* 6.17; **Coll. Trip.* 2.21(18).8; *Panormia* 3.38; *Polycarpus* 2.32.2 **15 Hostiarius – 27 recluduntur** Anselmus 7.47; Ivo, *Decretum* 6.18; **Coll. Trip.* 2.21(18).9; *Panormia* 3.39; *Polycarpus* 2.32.1 **22 Psalmista – 33 comprobes** Anselmus 7.46; Ivo, *Decretum* 6.19; **Coll. Trip.* 2.21(18).10; *Panormia* 3.40; *Polycarpus* 2.32.1; *Coll. 3 libr.* 3.26.5 **29 Sanctimonialis – 5 aptis** Ivo, *Decretum* 7.32; **Coll. Trip.* 2.21(18).11; *Panormia* 3.188; *Polycarpus* 4.36.12; *Coll. 3 libr.* 2.30.6

10 in quo unde *Aa^{ac}*, ut vid.

(D.23 c.33) QUALITER SPONSUS ET SPONSA SINT BENEDICENDI.

Sponsus et sponsa cum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus suis vel a paranimphis offerantur, qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant.

5

Fr. 87 **(D.24 d.a.c.1)** ¶ Qualiter episcopus sit examinandus, qualiter ipse simul cum reliquis infra ipsum constitutis sit ordinandus, breviter monstratum est. Nunc autem videndum est de sacerdotibus et reliquis, an sine examinatione sint promovendi. De his ita scribit Paulus Apostolus ad Timotheum: “Manus cito nemini imposueris, et nichil sine preiudicio facias in alteram partem declinando.”

10

P 23va

(D.24 c.2) Item ex concilio Cartaginensi III, c. 22.

15

ANTE PROBATIONEM NULLUS ORDINETUR CLERICUS.

Nullus ordinetur clericus, nisi probatus vel episcoporum examine, vel populi testimonio.

Fr. 88

(D.24 d.p.c.4) ¶ Cum itaque sine examinatione nullus sit ordinandus, quemadmodum, et quo tempore sacerdotum et ceterorum infra positorum examinatio fieri debeat, considerandum est. De his in concilio Nannetensi sic statutum legitur:

20

Aa 30r

(D.24 c.5) QUI ORDINANDI SUNT, FERIA QUARTA AD EXAMINATIONEM CONVENIANT.

25

Quando episcopus ordinationes facere disponit, omnes, qui ad sacrum ministerium accedere volunt, feria quarta ante ipsam ordinationem evocandi sunt ad civitatem, una cum presbiteris, qui eos representare debent; et tunc episcopus a latere suo eligere debet sacerdotes et alios prudentes viros, gnaros divine legis et exercitatos in ecclesiasticis sanctionibus, qui ordinandorum genus, vitam, patriam, etatem, institutionem, locum, ubi educati sunt, si sint bene litterati, si in lege Domini instructi, ante omnia diligenter investigent; si fidem catholicam firmiter

30

Bc 40rb

P 23vb

35

Fr. 89 **3 Sponsus – 11 permaneant** Ivo, *Decretum* 8.6.2; **Coll. Trip.* 2.21(18).12; *Panormia* 6.20; *Coll. 3 libr.* 3.11.43 **17 Nullus – 23 testimonio** Conc. Cartaginense (a. 397); *Breviarium Hipponense* 20 (ed. Munier, CCSL149.39.122-123). **Coll. Trip.* 2.20(17).14; *Coll. 3 libr.* 2.1.46 **26 Quando – 66: 18 represententur** Ivo, *Decretum* 6.21; **Coll. Trip.* 3.10.2; *Panormia* 3.21; *Polycarpus* 2.29.1

13 preiudicio iudicio Aa^{pc}

teneant et verbis simplicibus asserere queant. (§ 1) Ipsi autem, quibus cura committitur, cavere debent, ne aut favoris gratia, aut cuiuscumque muneris cupiditate illecti a vero deviant, ut indignum et minus idoneum ad sacros gradus suscipiendos episcopi manibus applicent. Quod si fecerint, et ille, qui indigne accesserit, ab altari removebitur, et illi, qui donum sancti Spiritus vendere conati sunt, coram Deo iam condemnati, ecclesiastica dignitate carebunt. (§ 2) Igitur per tres dies continuos diligenter examinentur, et sic sabbato qui probati sunt episcopo represententur.

(D.24 d.p.c.5) ¶ Alias autem, sine clericorum concilio videlicet et populi testimonio, nullum episcopus ordinare presumat. Unde in concilio Cartaginensi iv legitur:

(D.24 c.6) SINE CLERICORUM SUORUM CONSILIO EPISCOPUS CLERICOS NON ORDINET.

Episcopus sine consilio clericorum suorum clericos non ordinet, ita ut civium conniventiam et testimonium querat.

(D.24 d.p.c.6) ¶ Queritur, quid fieri debeat de his, qui sine examinatione proveci sunt. De his ita legitur in concilio Martini papae:

(D.24 c.7) DE HIS, QUI SINE EXAMINATIONE ORDINANTUR, ET POSTEA PECCATA SUA CONFITENTUR.

Si quis presbiter aut diaconus sine aliqua examinatione ordinati sunt, aut certe, cum discuterentur, criminosa peccata sua confessi sunt, aut post ordinationem ab aliis detecti, abiciantur ex clero. (§ 1) Similiter vero et de universo clericorum ordine servetur; nam hoc sibi, quod irreprehensibile est, sancta ecclesia catholica defendit.

P 24ra

Bc 40va

(D.25 d.a.c.1) ¶ Quod nullus sine examinatione ordinandus sit, breviter probatum est. Quid autem ad episcopum, quid ad unumquemque inferiorem pertineat, Ysidorus Ispalensis episcopus in epistola ad Ludifredum scribit, ita dicens:

17 Episcopus – 26 querat *Statuta ecclesiae antiqua* 10 (ed. Munier, CCSL 148.168.24-26). **Coll. Trip.* 2.21(18),21; *Coll. 3 libr.* 3.26.6 **25 Si – 37 defendit** Martinus Bracarensis, *Capitula* 24 (ed. Vives, 93). Anselmus 8.13; **Coll. Trip.* 2.53(47),24

(D.25 c.1) QUOD EPISCOPI ET CETERORUM SIT IN ECCLESIA OFFITIUM.

Aa 30v	Perlectis sanctitatis tue litteris gavisus sum, quod optatam salutem tuam earum relatu cognovi. De his	
Fr. 90	autem, quae in consequentibus insinuare eloquii tui sermo studuit, gratias ago Deo, quod sollicitudinem offitii pastoralis impendis, qualiterque ecclesiastica offitia ordinentur, perquiris; et licet omnia prudentie tue sint cognita, tamen quia affectu fraterno me consulis, ex parte, qua valeo, expediam, et de omnibus ecclesiae gradibus quid ad quemque pertineat eloquar. (§ 1) Ad hostiarium namque pertinent claves ecclesiae, ut aperiat et claudat templum Dei et omnia, quae sunt intus extraque, custodiat; fideles recipiat, excommunicatos et infideles excipiat. (§ 2) Ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere, manusque super energuminos et catecuminos in exorzizando imponere. (§ 3) Ad acolitum pertinet preparatio luminariorum in sacrario; ipse cereum portat, ipse suggesta pro eucharistia calicis preparat. (§ 4) Ad psalmistam pertinet offitium canendi, dicere benedictiones, laudes, sacrificium, responsoria, et quicquid pertinet ad canendi peritiam. (§ 5) Ad lectorem pertinet lectiones pronunciare, et ea, quae prophete vaticinaverunt, populis predicare. (§ 6) Ad subdiaconum pertinet calicem et patenam ad altare Christi deferre et Levitis tradere, eisque ministrare; urceolum quoque et aquamanile et manutergium tenere; episcopo et presbiteris et Levitis pro lavandis ante altare manibus aquam prebere. (§ 7) Ad diaconum pertinet assistere sacerdotibus, et ministrare in omnibus, quae aguntur in sacramentis Christi: in baptismo scilicet, in crismate in patena et calice; oblationes quoque inferre et disponere in altari; componere etiam mensam Domini atque vestire, crucem ferre, et predicare evangelium et Apostolum. Nam sicut lectoribus vetus testamentum, ita diaconibus novum predicare preceptum est. Ad ipsum quoque pertinet offitium precum et recitatio nominum; ipse premonet aures habere ad Deum, ipse hortatur clamare ipse donat pacem et ipse annuntiat. (§ 8) Ad presbiterum pertinet sacramentum corporis et sanguinis Domini in altario conficere, orationes dicere, et benedicere dona Dei. (§ 9) Ad episcopum pertinet basilicarum consecratio, unctio	5 10 15 20 25 30 35 40
P 24rb		
Bc 40vb		
P 24va		

3 Perlectis – 69: 12 sacrificiis Ivo, *Decretum* 6.20; **Coll. Trip.* 3.10.1; *Panormia* 3.41

altaris et confectio crismatis. Ipse predicta officia distribuit et ordines ecclesiasticos, ipse sacras virgines benedicit, et, dum precessit in singulis unusquisque, iste tamen est preordinator in cunctis. (§ 10) Hi sunt ordines et ministeria clericorum, quae tamen auctoritate pontificali in archidiaconi cura, et primicerii ac thesaurarii sollicitudine dividuntur. (§ 11) Archidiaconus enim imperat subdiaconibus et Levitis; ad quem pertinent ista ministeria: ordinatio vestiendi altaris a Levitis, cura incensi et sacrificii necessaria sollicitudo, quis Levitarum Apostolum et evangelium legat, quis preces dicat, seu responsoria in dominicis diebus aut solemnitatibus decantet. Sollicitudo quoque parrochiarum et ordinatio et iurgia ad eius pertinent curam, pro reparandis diocesanis basilicis ipse suggerit sacerdoti; ipse inquirit parrochias cum iussione episcopi et ornamenta vel res basilicarum vel parrochiarum, gesta libertatum ecclesiasticarum episcopo idem refert, collectam pecuniam de communionem ipse accipit et episcopo defert, et clericis partes proprias idem distribuit. Ab archidiacono nuntiantur episcopo excessus diaconorum, ipse denuntiat sacerdoti in sacrario ieiuniorum dies atque solemnitatum, et ab ipso publice in ecclesia predicatur; quando vero archidiaconus absens est, vicem eius diaconus sequens adimplet. (§ 12) Archipresbiter vero se esse sub archidiacono, eiusque preceptis, sicut episcopi sui, obedire sciat, et (quod ad eius specialiter ministerium pertinet), supra omnes presbiteros in ordine positos curam agere, et assidue in ecclesia stare, et, quando episcopi sui absentia contigerit, ipse eius vice missarum sollempnia celebret et collectas dicat, vel cui ipse iniunxerit. (§ 13) Ad primicerium pertinent acoliti, exorciste, psalmiste atque lectores; signum quoque dandum pro offitio clericorum, pro vite honestate, et offitium cantandi et peragendi sollicite, lectiones, psalmum, laudes, offertorium responsoria quis clericorum dicere debeat. Ordo quoque et modus psallendi in choro pro solemnitatem temporum, ordinatio quoque pro luminaribus deportandis. Si quid etiam necessarium fuerit pro reparatione basilicarum, quae sunt in urbe, ipse denuntiet sacerdoti; epistolas episcopi pro diebus ieiuniorum parrochianis per hostiarios ipse dirigat; clericos, quos delinquere cognoscit, ipse distringat quos vero emendare non valet, eorum excessus ad agnitionem

Aa 31r

Bc 41ra

Fr. 91

P 24vb

P 25ra

Bc 41rb

38 fuerit est Bc

episcopi deferat; basilicarios ipse constituat, et matriculas ipse disponat. Quando autem primicerius absens est, ea, quae dicta sunt, ipse exquirat, qui ei aut lege est proximus aut eruditione. (§ 14) Ad thesaurarium pertinent hostiarum basilicarum ordinatio, incensi preparatio, cura crismatis conficiendi, cura baptisterii ordinandi, preparatio luminarium in sacrario et sacrificiis.

	(D.25 d.p.c.1) ¶ Ex hac epistola liquet, quid cuiusque offitii sit. (D.25 d.p.c.3) Nunc autem per singulos gradus ordine recurrentes, qui ex quibus ordinibus, in quem gradum conscendere possint; qui post lapsum valeant reparari, vel non; quibus culpis a proprio gradu mereantur deici; quo accusante, quibus testificantibus possint convinci; cuius sententia sint solvendi vel dampnandi, breviter consideremus. (§ 1) Ac primum a pontificali gradu incipientes, qualem oporteat eum esse, qui in episcopum ordinandus est, diligenter investigemus, Apostoli regulam secuti, quam in huiusmodi re Timotheo et Tito scribit dicens: “Oportet episcopum esse inreprehensibilem”: id est, non obnoxium reprehensioni. Hoc ad Timotheum. Ad Titum autem: “Oportet episcopum esse sine crimine”: quod (ut Ieronimus scribit ad Oceanum) idem est. (§ 2) Nomine autem criminis quodlibet peccatum intelligitur; unde in eadem epistola Ieronimus dicit: “Res pene contra naturam est, ut sine peccato aliquis sit: sed talis eligatur, cuius comparatione ceteri grex dicantur.” In epistola vero ad Titum crimen vocatur criminale peccatum vel criminalis infamia: unde ibi legitur: “Crimen est querela, id est peccatum accusatione et dampnatione dignum.” (§ 3) Quod autem sine crimine iubetur esse qui in episcopum eligitur, non ante baptismum, sed post baptismum intelligendum est, ut a tempore videlicet baptismatis nullius criminis conscientia mentem eius remordeat.	5
P 25rb		10
Aa 31v		15
Bc 41va		20
		25
P 25va		30
Aa 32v	Unde Ieronimus scribit in epistola eadem ad Tytum.	35

24–25 I Tim. 3:2

Tit. 1:7

20 non – reprehensioni Glossa ord. ad I Tim. 3:2. **21 Oportet – 27 crimine** **22 Ieronimus – 28 Oceanum** D.25 c. 6; cf. Glossa ord. ad I Tim. 3:2. **25 Res – 32 dicantur** **29 Crimen – 35 dignum**

9 Nunc cum paragrapho praecedenti super ras. Aa^{pc} **autem om. Aa^{ac}**

(D.25 c.6) A DIE BAPTISMI SINE CRIMINE DEBET INVENIRI, QUI IN EPISCOPUM EST ORDINANDUS. Gw 3va

Primum itaque sine crimine iubetur esse episcopus, quod alio verbo ad Timotheum inreprehensibilem nominatum puto: non quod eo tantum tempore, quo ordinandus est, sit sine crimine ullo, et preteritas maculas nova conversatione diluerit, sed quod ex eo tempore, quo in Christum renatus est, nulla peccati conscientia mordeatur. Quomodo enim potest preses ecclesiae auferre malum de medio eius, qui in delictum simile corrue- rit? aut qua libertate peccantem corripere, cum tacitus ipse sibi respondeat, eadem se admisisse, quae corripit? Mw 120r

(D.25 d.p.c.6) ¶ Ecce, quod ordinandus in episcopum, non solum tempore sue ordinationis, sed etiam omni tempore post baptisma a crimine debet esse immunis. Fr. 95

(D.26 d.a.c.1) ¶ Sequitur in utraque epistola: “unius uxoris virum” post baptisma videlicet, non ante baptismum. Unde Ieronimus scribit ad Oceanum: P 25vb

(D.26 c.1) POST BAPTISMUM DEBET ESSE MONOGAMUS, QUI EPISCOPUS EST ORDINANDUS. 20

Unius uxoris virum, id est monogamum, post baptismum. Si enim et ante coniugem habuerit, quae obierit, non ei imputatur, cui prorsus novo nec stupra, nec alia, quae ante fuerunt, iam obsunt. Bc 41vb

(D.26 c.2) Augustinus vero econtra testatur, scribens in epistolam ad Titum. 25

QUI ANTE BAPTISMUM HABUERIT UNAM, ET POST BAPTISMUM ALTERAM, ORDINANDUS NON EST.

Acutius intelligunt, qui nec eum, qui catecuminus vel paganus habuerit alteram, ordinandum censuerunt, quia de sacramento agitur, non de peccato. Propter sacramenti sanctitatem sicut femina, si catecumina vitiata est, non potest post baptisma inter Dei virgines consecrari, ita non absurde visum est bigamum non peccasse, sed normam sacramenti amisisse non ad vite meritum, sed ad ordinationis signaculum. Unius uxoris vir, episcopus significat ex omnibus gentibus unitatem uni viro Christo subditam. (§ 1) Sicut duobus dominis servire, sic ab uno 30 35

3 Primum – 15 corripit Hieronymus, *Comm. in epistolam ad Titum* 1:6 (ed. PL 26.563D-564A). **Coll. 3 libr.* 2.14.60 **29 Acutius – 71: 5 licet** Anselmus 9.49; Ivo, *Decretum* 8.294; *Coll. Trip.* 3.15.108; *Panormia* 6.65; *Polycarpus* 2.31.32; *Coll. 3 libr.* 2.14.34

Deo apostatare, atque in alterius superstitionem ire non licet.

Fr. 96 Aa 33r	(D.26 c.3) Item Innocentius Rufo et Eusebio, et ceteris episcopis Macedonibus.	
P 26ra	BIGAMUS PROBATUR, QUI ANTE BAPTISMUM HABUERIT UNAM ET POST BAPTISMUM ALTERAM.	5
	Deinde ponitur, non dici oportere bigamum eum, qui catecuminus habuerit uxorem atque amiserit, si post baptismum fuerit aliam sortitus, eamque primam videri, quae novo homini copulata sit, quia illud coniugium per baptismi sacramentum cum ceteris criminibus sit ablatum. Quod cum de una utique dicitur certe, si tres habuerit in vetere positus homine uxores, erit ei, quae post baptismum quarta est, sic interpretantibus prima virginis eque nomen accipiet, quae quarto ducta est loco.	10
Bc 42ra	Quis (oro) istud non videat contra Apostoli esse preceptum, qui ait: "unius uxoris virum oportere fieri sacerdotem?" Sed obicitur, quod in baptismo totum, quicquid in veteri homine gestum est, sit solutum. Dicite mihi (ut cum pace vestra loquar), crimina tantum dimittuntur in baptismo, an et illa, quae secundum Domini precepta ac Dei instituta complentur? Uxorem ducere crimen est, an non est crimen? Si crimen est, ergo (ut prefata venia dixerim) erit auctor in culpa, qui, ut crimina committerentur, in paradiso precepit, cum ipse eos benedixit. Si vero non est crimen, quia quod Deus instituit nefas est crimen appellari, et Salomon addidit: "Etenim a Deo preparatur viro uxor," quomodo creditur inter crimina esse dimissum quod Deo auctore legitur consummatum? Quid de talium filiis percensetur? Numquid non erunt admittendi in hereditatis consortium, qui ex ea suscepti sunt, quae ante baptismum fuit uxor, eruntque appellandi vel naturales, vel spurii, quia non est legitimum matrimonium, nisi illud (ut vobis videtur), quod post baptismum assumitur? Ipse Dominus, cum interrogaretur a Iudeis, si liceret dimittere uxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit: "Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet." Ac ne de his locutus esse credatur, quae post baptismum sortiuntur, meminerint hoc et a Iudeis interrogatum et Iudeis esse responsum. (§	15
P 26rb		20
		25
		30
		35
Fr. 97		40

7 Deinde – 72: 32 completum Ivo, *Decretum* 1.292; *Coll. Trip.* 1.40(38).15; *Polycarpus* 6.4.52; *Coll. 3 libr.* 3.11.33

31 hereditatis *bis scr. Aa^{ac}*

2) Quero, et sollicitus quero, si una eademque sit uxor
 eius, qui ante catecuminus, postea fit fidelis, filiosque ex
 ea, cum esset catecuminus suscepit, ac postea, cum fidelis,
 alios: utrum sint appellandi fratres, an non habeant postea
 defuncto patre heriscunde hereditatis consortium, quibus
 filiorum nomen regeneratio spiritualis creditur
 abstulisse? Quod cum ita sentire absurdum est, quae ratio
 est hoc defendi, et vacua magis opinione iactari, quam
 aliqua auctoritate roborari, cum non possit inter peccata
 deputari, quod lex precepit et Deus adiunxit? (§ 3)
 Numquid qui catecuminus virtutibus studuit humilitatem
 secutus est, patientiam tenuit, elemosinas fecit, morti
 destinatos qualibet ratione eripuit, adulteria exhorruit,
 castitatem tenuit, quero, si hec, cum fuerit factus fidelis,
 amittit, quia per baptismum totum, quod vetus homo
 gesserat, putatur auferri? Aspicias gentilem hominem
 Cornelium orationibus atque elemosinis vacantem,
 angelum audientem per revelationem ipsumque Petrum
 videntem; numquid per baptismum hec illi ablata sunt,
 propter quae ei baptisma videtur esse concessum? Si ita
 creditur, mihi credite, non modicum erratur, quia
 quicquid bene gestum fuerit et secundum precepta legalia
 custoditum, non potest facientibus deperire. (§ 4)
 Nuptiarum ergo copula, quia Dei mandato perficitur, non
 potest dici peccatum, et quod peccatum non est, solvi
 inter peccata credi non debet, eritque, integrum estimare
 aboleri non posse nomen prioris uxoris, cum non sit
 dimissum pro peccato, quod ex Dei voluntate sit
 completum.

30 (D.26 c.4) Item Ambrosius in libro de offitiis.

IN BAPTISMATE CULPA DIMITTITUR, NON LEX
 CONIUGII ABOLETUR.

Una tantum, nec repetita nobis copula permittitur, et
 in ipso coniugio lex est, non iterare coniugium, nec
 secunde coniugis coniunctionem. Quod plerisque mirum
 videtur, cum etiam ante baptisma iterata coniugia
 electioni muneris et prerogative ordinationis
 impedimenta generent, cum etiam delicta obesse non
 soleant si lavacri remissa fuerint sacramento. Sed
 intelligere debemus, quia baptismo culpa dimitti potest,
 lex aboleri non potest. In coniugio non culpa, sed lex est.

33 Una – 73: 6 frequentaverit Ivo, *Decretum* 8.291; *Coll. Trip.* 3.15.107;
Panormia 6.64

Quod culpe est igitur, in baptismo relaxatur: quod legis, in coniugio non solvitur. Quomodo autem potest hortator esse viduitatis, qui ipse coniugia frequentaverit?

Fr. 98 (D.26 d.p.c.4) ¶ Iohannes etiam Baptista, dum
5
habere uxorem fratris tui," evidenter ostendit, inter
infideles coniugia esse. Unde datur intelligi, quod bigami
P 27ra dicuntur non solum qui post baptismum coniugia
frequentant, sed etiam qui ante baptismum unam, et post
baptismum alteram habuisse probantur. (D.27 d.a.c.1) 10
Quod autem unius uxoris vir episcopus iubetur eligi,
queritur, an de tempore ordinationis hoc sit accipiendum,
ut tempore sue administrationis eius copula possit fungi,
quam unicam et virginem sibi desponsavit. Hoc Martinus
papa prohibet dicens: 15

(D.27 c.1) NON ORDINETUR DIACONUS, NISI
CASTITATEM PROFESSUS FUERIT.

Diaconus qui eligitur, si contestatus fuerit pro
accipiendo matrimonio, et se dixerit in castitate
permanere non posse, hic non ordinetur. Quod si in
ordinatione tacuerit et ordinatus fuerit, et postea
Bc 42vb matrimonium desideraverit, alienus sit a ministerio et
vacet a clero.

Aa 34r (D.27 d.p.c.1) ¶ Hac auctoritate datur intelligi, quod
illi, qui habent uxores vel accipere volunt, nec diacones,
nec sacerdotes fieri possunt, nisi continentiam
profiteantur. (§ 1) Si vero diaconus a ministerio cessare
voluerit, contracto matrimonio licite potest uti. Nam etsi
in ordinatione sua castitatis votum obtulerit, tamen tanta
P 27rb est vis in sacramento coniugii, quod nec ex violatione voti
potest dissolvi coniugium ipsum. 30

Sg 3a Unde Augustinus in libro de bono coniugali ad
Iulianum:

(D.27 c.2) NUBENTES POST VOTUM NON SUNT
ABINVICEM SEPARANDI. 35

Quidam nubentes post votum adulteros asserunt. Ego
autem dico, quod graviter peccant qui tales dividunt.

18 Diaconus – 26 clero Martinus Bracarenensis, *Capitula* 39 (ed. Vives, 97). Ivo, *Decretum* 6.376; *Coll. Trip.* 2.53(47).39; *Panormia* 3.97 36

Quidam – 4 dividunt *Caput incertum*.

32 bono – 36 Iulianum]

(D.27 c.3) Item Theodorus.

Fr. 99

DE EODEM.

Si vir votum virginitatis habens adiungitur uxori,
postea non dimittat uxorem, sed tribus annis peniteat.

5 **(D.27 c.4)** DAMPNABILE EST VOVENTIBUS VELLE
NUBERE.

Voventibus virginitatem non solum nubere, sed etiam
velle dampnabile est.

(D.27 c.5) Idem contra Iovinianum.10 DAMPNATIONEM HABEBIT, SI NUPSERIT, QUAE
VIRGINITATEM VOVIT.

Si nupserit virgo, non peccat: non illa virgo, quae
semet cultui divino dedicavit. Harum enim si qua
nupserit, habebit dampnationem, quia primam fidem
15 irritam fecit.

(D.27 c.6) Item Nicolaus.

QUAE SANCTIMONIALEM SE ESSE FINGIT NON VALET
NUBERE.

20 Quod interrogasti de femina, quae post obitum mariti
sui sacrum velamen super caput suum inposuit, et finxit
se sub eodem velamine sanctimoniam esse, postea vero
ad nuptias rediit: bonum mihi videtur, quia per ypocrisim
ecclesiasticam regulam conturbare voluit, et non legitime
in voto suo permansit, ut penitentiam agat de illusionem
nefanda, et revertatur ad id, quod spondit, et in sacro
25 ministerio permaneat, quod inchoavit.

P 27va

Bc 43ra

Sg 3b

(D.27 c.8) Item Calixtus papa.

IN SACRIS ORDINIBUS CONSTITUTI, NON DUCANT
UXORES: ET SI DUXERINT, SEPARANTUR.

30 Presbiteris diaconibus, subdiaconibus et monachis
concubinas habere, seu matrimonium contrahere penitus
interdicimus; contracta quoque matrimonia ab huiusmodi

3 Si – 8 peniteat (ed. Finsterwalder, *Canones*). **7 Voventibus – 12 est**
Caput incertum. **12 Si – 19 fecit** Hieronimus, *Adversus Iovinianum* 1.13
(ed. PL 23.229C). Ivo, *Decretum* 7.124; *Coll. Trip.* 3.13(15).8(a); *Panormia*
3.192(a). **19 Quod – 30 inchoavit** Nicolaus I, *Ep.* 146 (J³ 6117; JE
2844; ed. 47.663.29-34). Ivo, *Decretum* 7.65/7.152; *Coll. Trip.* 3.12.6;
Panormia 3.205 **30 Presbiteris – 7 iudicamus** Conc. Lateranense I (a.
1123) 21 (ed. Gresser, COGD 2.1.94.116-119). Anselmus A' 4.62

19 Quod – de om. P

personis disiungi, et personas ad penitentiam debere redigi, iuxta sacrorum canonum diffinitionem iudicamus.

(D.27 d.p.c.8) ¶ Hic distinguendum est, quod voventium alii sunt simpliciter voventes, de quibus Augustinus et Theodorus locuti sunt, alii sunt, quibus post votum accedit benedictio consecrationis, vel propositum religionis, de quibus Ieronimus et Nicolaus et Calixtus scripserunt. Unde contra eundem Iovinianum Ieronimus scribens, ait:

(D.27 c.9) INCESTE SUNT VIRGINES, QUAE POST CONSECRATIONEM NUBUNT.

Aa 34v
P 27vb Virgines, quae post consecrationem nupserint, non tam adultere sunt, quam inceste.

(D.28 d.a.c.1) ¶ Ecce ostensum est, quod nolentes continentiam, nec ad subdiaconatum, nec ad superiores gradus conscendere possunt. Unde ad subdiaconatum accedentes, non sine voto castitatis iubentur admitti, auctoritate beati Gregorii, qui scribens Petro subdiacono ait:

(D.28 c.1) NON FIAT SUBDIACONUS, QUI SE CASTE VICTURUM NON PROMITTIT.

Bc 43rb Nullum facere subdiaconum presumant episcopi, nisi qui se victurum caste promiserit: quia nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.

Fr. 101 **(D.28 c.6)** Item ex concilio Arelatensi II

IN CONIUGIO CONSTITUTUS AD SACERDOTIUM ASSUMI NON DEBET.

Assumi aliquem ad sacerdotium in coniugii vinculo constitutum non oportet, nisi fuerit promissa conversio.

(D.28 c.7) Item ex eodem III

12 Virgines – **18 inceste** Ivo, *Decretum* 7.124; *Coll. Trip.* 3.13.8; *Panormia* 3.192 **22 Nullum** – **30 approbata** Gregorius I, *Registrum* 1.42 (J³ 2128; JE 1112; ed. Norberg, CCSL 140.54.173-174, 55.181-182; ed. Ewald, MGH Epp. 1.67.25, 31-32). Anselmus(AD) 8.14; **Coll. Trip.* 1.57(55).60; *Panormia* 3.89; *Coll. 3 libr.* 3.26.11 **29 Assumi** – **35 conversio** Conc. Arelatense (a. 442-506) 2 (ed. Munier, CCSL 148.114.3-4). **Coll. Trip.* 2.27(24).2

NON ORDINENTUR DIACONI, QUI CASTITATEM NON PROFITENTUR.

Preterea placuit, ut deinceps non ordinentur diacones coniugati, nisi qui prius conversionis proposito confessi fuerint castitatem.

(D.28 d.p.c.7) ¶ Verum illa priori auctoritate diaconibus videtur permitti coniugium, cum ad sacerdotium tantum coniugati prohibentur assumi. Porro sequenti videtur permitti subdiaconibus, cum de diaconibus specialiter precipitur, ut sine probatione castitatis non ordinentur. Hoc idem in Anchiritana Sinodo videtur esse permissum, in qua sic statutum est:

Sg 4a

(D.28 c.8) DIACONI NON PROHIBEANTUR A MINISTERIO PRO NUPTIIS, SI IN ORDINATIONE DICUNT, SE CONTINERE NON POSSE.

P 28ra

Gw 3vb

Diaconi quicumque ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt, dicentes, se velle habere uxores, nec posse se continere, hi, si postea ad nuptias venerint, maneat in ministerio, propterea quod his licentiam dederit episcopus. Quicumque sane tacuerint, et susceperint manus inpositionem professi continentiam, si postea ad nuptias convenerint, a ministerio cessare debent.

Fr. 103

(D.28 c.9) Item ex concilio Neocesariensi.

PRESBITER DUCENS UXOREM, AB ORDINE DEPONATUR.

Presbiter si uxorem duxerit, ab ordine illum deponi debere. Quod si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, extra ecclesiam abici et ad penitentiam inter laicos redigi oportet.

Bc 43va

(D.28 c.10) Item Gregorius.

DE EO, QUI RELICTAM CUIUSDAM DIACONI DUXIT UXOREM.

Quia sunt culpe, in quibus culpa est relaxare vindictam, querenda est semper veritas, ut inquiri debeat,

3 Preterea – 6 castitatem Conc. Arausicanum (a. 441) 21 (ed. Munier, CCSL 148.84.90-92). *Coll. Trip. 2.29(26).10 **16 Diaconi – 23 debent** Conc. Ancyritanum (a. 314) 10 (*Isidori vulgata*; ed. Turner, EOMIA 2.1.80.1-12, col. IV). *Coll. Trip. 2.2.1; cf. *Panormia* 3.87; *Polycarpus* 4.32.73 **25 Presbiter – 29 oportet** Conc. Neocaesariensi (a. 314-325) 1 (*Isidori vulgata*; ed. Turner, EOMIA 2.1.118.1-6, col. IV). *Coll. Trip. 2.3.1; *Panormia* 3.91; *Polycarpus* 6.8.15; *Coll. 3 libr.* 3.12.4; cf. Ivo, *Decretum* 6.185 **32 Quia – 25 pregravet** Gregorius, *Registrum* 14.5 (J³ 3072: JE 1918; ed. Norberg, CCSL 140A.xx.xx-xx; ed. Ewald, MGH Epp.

utrum accusatum noxa condempnet, an a pena innocentia patefacta subducat. Itaque pervenit ad nos, Fantinum defensorem ultionem exercere in Petrum latorem presentium voluisse, pro eo, quod (quantum dicitur) relictam cuiusdam diaconi, tempore quo conductor fuerit, marito tradiderit. Sed quoniam iste coniugem diaconi asserit non fuisse, dicens, nec eam virginem ad eum venisse, denique nec religiosam vestem mutasse, postquam ille in sacro ordine promotus est, adiciens etiam, priusquam ad diaconem veniret et postea, illam prava opinione vixisse: Ideo fraternitatem tuam his hortamur affatibus, ut cum Dei, sicut decet, timore causam hanc subtili omnino investigatione perquiras et, si in coniugio diaconi mulierem, de qua agitur, fuisse constiterit, et suprascriptus lator memorato defensori et rectori patrimonii ad vindictam modis omnibus tradatur, et cum competenti emendatione hi, qui male sociati sunt, disiungantur. Si vero in eius coniugio non fuerit, memoratum Fantinum ex nostro mandato commonere te volumus, ut ei facere nil presumat, nec falsa illum accusatione in aliquo pregravet.

(D.28 c.13) Item Pelagius Cetego patricio.

CUIUSDAM EPISCOPI ORDINATIO DIFFERTUR, QUIA UXOREM HABET ET FILIOS.

De Siracusane urbis antistite optaveramus in ipso initio glorie vestre desideriis obedire, nisi nos multiplex ratio ipsius non paucis temporibus ordinationem differre sacerdotii coegisset, ob hoc, quod vel persone qualitas (sicut et vos nostis melius), vel superstes uxor aut filii (per quos ecclesiastica solet periclitari substantia), nostros animos diutius ab eius ordinatione suspenderet. Et quantum ad cautelam humanam pertinet, integro anno pene distulimus, opinantes, quod in melius Siracusanorum provenire posset electio. Sed quia in voluntatis sue proposito inrevocabiliter perstiterunt, et nullus est alius repertus in ecclesia eadem, nisi longioribus adhuc temporum differretur spatiis; ne paulo amplius insanirent (sicut filii vestri viri magnifici pretoris testificatione didicimus), inter huiusmodi ambiguitates illud consultius

2.423.28-424.12). Ivo, *Decretum* 9.126.1; **Coll. Trip.* 1.57(55).68; *Coll. 3 libr.* 2.32.163

25 De – 78: 19 relicturus Pelagius I, *Ep.* 33.2-5 (J³ 1931; JK 922; ed. Gassó et Batlle, 90.5-91.30). **Coll. Trip.* 1.56(54).12 **De – 78: 18 sociaret** Anselmus 6.40 (ed. Thaner, 287-288).

iudicavimus faciendum, ut congrua providentia causam, propter quam principalis constitutio habentem filios et uxorem ad episcopatus ordinem promoveri prohibet, salva dispositione concilii muniremus. Qua de re summo studio
 5 ab eodem Siracusane urbis episcopo priusquam a nobis contingeret ordinari, huiusmodi exegimus cautionem, per quam et suam fateretur, quantula esset, presentis temporis habita rerum descriptione substantiam, et nichil umquam per se, aut per filios et uxorem, sive quamlibet
 10 propinquam aut domesticam vel extraneam forte personam de rebus audeat usurpare ecclesiae, et universa sui episcopatus quesita tempore ecclesiae sue dominio sociaret, nichil ultra id, quod modo descriptum est, suis filiis vel heredibus relicturus.

15 **(D.28 d.p.c.13)** ¶ Ecce hac auctoritate electus in episcopatum prohibetur habere uxorum et filios. Eligi autem ad episcopatum non debet, nisi aut sacerdos aut diaconus; subdiaconus vero non, nisi necessitate cogente. Sive ergo presbiter sive diaconus sive subdiaconus fuerit,
 20 apparet, quod in prefatis ordinibus constituti licite matrimonio possunt uti. **(§ 1)** Quia ergo auctoritate Gregorii, qui relictam diaconi marito tradidit, puniendus est; item in Neocesariensi concilio presbiter ducens uxorem, non diaconus, iubetur deponi; item in Anchiritana sinodo diaconi, qui in ordinatione sua dicunt, se velle habere uxores, si postea ad nuptias venerint, non prohibentur a ministerio: patet, quod nec diaconi, nec subdiaconi sunt prohibendi a coniugio. Sed quod de electione obicitur, verum quidem est in episcopatum non eligendum, nisi in sacris ordinibus constitutum; sed ipsum uxorem habere et filios, non repugnat premissis auctoritatibus de continentia clericorum. **(§ 2)** In laicali enim habitu, vel in minoribus ordinibus constitutus potuit habere uxorem et filios: postea ex consensu uxoris continentiam professus subdiaconatum vel diaconatum vel presbiterii gradum adeptus fuerat, et tamen uxori et filiis ipsum necessaria subministrare oportebat. **(§ 3)** Illud autem Gregorii duobus modis solvitur: vel quia ecclesia illa, cui diaconus ille militaverat, nondum continentie
 35 votum susceperat in diaconibus et reliquis ministris; vel

Aa 35v

P 28vb

Bc 44ra

Fr. 105

Fd 1ra

P 29ra

Sg 5a

Bc 44rb

20 **constituti** //stituti *codex Fd mutilus his cum litteris incipit*
 21 **matrimonio** *Fd]*

19 **post subdiaconus** *litt. una duaeve eras. Aa*

- quia (sicut de electo in episcopum supra scriptum est) ante subdiaconatum memoratus diaconus eam in uxorem duxerat. (§ 4) Illud autem Neocesariensis et Anchiritane sinodi vel ex tempore, vel ex loco intelligitur: ex tempore, quia nondum introducta erat continentia ministrorum altaris; ex loco quia utraque synodus orientalis est, et orientalis ecclesia non suscipit generale votum castitatis. Hoc tamen diligenti observatione custodit, ut post adeptum sacerdotium, defuncta priore uxore, cum qua sacerdos factus fuerat, si alteram duxerit, deponatur. Item opponitur illud, quod legitur in canone Apostolorum:
- P 29rb
- Aa 36r **(D.28 c.14)** PRESBITER CAUSA RELIGIONIS NON CONTEMNAT PROPRIAM UXOREM.
Si quis docuerit, sacerdotem sub obtentu religionis propriam uxorem contempnere, anathema sit.
- 15
- (D.28 c.15)** Item ex concilio Gangrensi.
ANATHEMA SIT, QUI PRESBITERUM CONIUGATUM OCCASIONE NUPTIARUM DISCERNIT.
Si quis discernit presbiterum coniugatum, tanquam occasione nuptiarum quod offerre non debeat, et ab eius oblatione ideo abstinet, anathema sit.
- 20
- (D.28 c.16)** Item ex VI Sinodo.
AB OFFITIO ABSTINEAT PRESBITER NON LEGALIBUS NUPTIIS DETENTUS.
Presbiterum, non legalibus nuptiis detentum, cathedram quidem habere, sed ab offitio abstinere precipimus. Sufficit enim huiusmodi ei indulgentia, quia benedicere aliis eum, qui vulnera sua debet curare, consequens non est. Benedictio enim sanctificationis traditio est. Qui vero hanc non habet propter delictum ignorantie, quomodo aliis tradet? Non enim publice neque private benedicat, nec corpus Domini dispenset aliis, nec alio modo ministret; sed sufficiat ei, quod presidet, et inploret a Deo, ut dimittatur ei iniquitas ignorantie sue. Manifestum est autem, quod et huiusmodi non legitime nuptie solventur, et nullatenus vir accessum habeat ad eam, propter quam sacro ministerio privatus est.
- Fr. 106
- Bc 44va
- P 29va
- Sg 5b
- 25
- 30
- 35
- 14 Si – 20 sit** cf. *Canones apostolorum* 6 (ed. Turner, EOMIA 1.10-11); cf. *Berardi* 1.12. Ivo, *Decretum* 5.184; *Panormia* 3.113; *Polycarpus* 4.6.3; *Coll. 3 libr.* 2.17.16/3.48.3 **19 Si – 26 sit** Conc. Grangrense (a. 342) 4 (ed. COGD); Ivo, *Decretum* 2.128; **Coll. Trip.* 2.4.4; *Coll. 3 libr.* 2.17.21. **25 Presbiterum – 80: 5 est** Concilium in Trullo (a. 692) 4 (ed. xxxx, COGD 1.233 CHECK!). **Coll. Trip.* 2.13(11).12(11)

(D.28 c.17) Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum.

DE PRESBITERIS NON EST LAICIS IUDICANDUM.

5 Consulendum decernitis utrum presbiterum habentem uxorem debeatis sustentare et honorare, an a vobis proicere. In quo respondemus: Quoniam licet ipsi sint valde reprehensibiles, vos tamen Deum convenit imitari, qui solem suum facit oriri super bonos et malos. Deicere enim a vobis ideo non debetis, quoniam nec Iudam Dominus, cum esset mendax discipulus, a numero apostolorum deiecit. Verum de presbiteris vobis, qui laici estis, nec iudicandum est, nec de vita eorum quicquam investigandum; sed episcoporum iudicio, quicquid illud sit, est reservandum.

15 **(D.29 d.a.c.1)** ¶ Sed notandum est, quod secundum Ysidorum pleraque capitula ex causa, et loco, et tempore, considerata sunt. **(D.30 d.a.c.1)** Illud autem, quod in canone apostolorum, et in Gangrensi concilio, et in VI sinodo legitur, ex causa consideratur et ex tempore. Causa fuit heresis Manicheorum, quae coniugium detestabatur. **(D.31 d.a.c.1)** Tempus quia nondum erat institutum, ut sacerdotes continentiam servarent. Unde Gregorius scribit Petro subdiacono Sicilie:

Fr. 106

Fd 1rb

P 29vb

(D.31 c.1) QUI CASTITATEM NON PROMISIT, AB UXORE SUA SEPARARI NON COGATUR.

25 Ante triennium omnium ecclesiarum subdiaconi Sicilie prohibiti fuerant, ut more Romane ecclesiae suis uxoribus nullatenus misceantur. Quod mihi durum atque incompetens videtur, ut, qui usum continentie non invenit, neque castitatem promisit, compellatur a sua uxore separari, atque per hoc (quod absit) in deterius cadat. Inde videtur mihi, ut a presenti die episcopis omnibus dicatur, ut nullum facere diaconum presumant, nisi qui se victurum caste promiserit, quatenus et preterita mala quae proposito mentis appetita non sunt, violenter non exigantur et futura caute caveantur. **(§ 1)** Qui vero post eandem prohibitionem, quae ante triennium facta est, continenter cum suis coniugibus vixerint, laudandi atque remunerandi sunt, atque ut in bono suo permaneant exhortandi. **(§ 2)** Eos autem, qui post

Bc 44vb

Sg 6a

3 Consulendum – 18 reservandum Nicolaus I, *Ep.* 99.70 (J³ 6021; JE 2812; ed. Perels, MGH Epp. 6.592.3-10). Ivo, *Decretum* 2.82; **Coll. Trip.* 1.64(62).60; *Panormia* 5.12 **25 Ante – 81: 9 approbata** **Panormia* 3.89; *Polycarpus* 4.32.39

prohibitionem factam a suis se uxoribus continere noluerint, ad sacrum ordinem nolumus promoveri, quia nullus debet ad altaris ministerium accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.

P 230ra **(D.31 d.p.c.1)** ¶ Causa vero huius institutionis mundicia fuit sacerdotalis ut libere cunctis diebus orationi possent vacare. Si enim (ut Apostolus ait) ab uxoribus est cessandum, ut expeditius orationi vacemus, ministris itaque altaris, quibus cotidiana necessitas orandi incumbit, numquam coniugali offitio vacare permittitur. Unde Beda super Lucam ait: 5 10

(D.31 c.2) SACERDOTIBUS SEMPER CASTITAS OBSERVANDA PRECIPITUR.

Sacerdotibus, ut semper valeant altari assistere semper ab uxoribus continendum, semper castitas observanda precipitur. 15

Fr. 112 **(D.31 c.3)** Item in concilio Cartaginensi II

QUI DIVINIS SACRAMENTIS DESERVIUNT, CONTINENTES ESSE OPORTET.

Episcopos, presbiteros diacones ita ut placuit, et decet sacrosanctos antistites aut sacerdotes, aut Levitas, vel qui sacramentis divinis inserviunt, continentes esse decet in omnibus. 20

(D.31 c.4) Item Innocentius I Victricio Rotomagensi episcopo. 25

SACERDOTES ET LEVITE SUIS NON MISCEANTUR UXORIBUS.

Tenere debet ecclesia omni modo, ut sacerdotes et Levite cum uxoribus suis non misceantur, quia ministerii quotidiani necessitatibus occupantur. Scriptum est enim: "Sancti estote, quoniam sanctus sum, Dominus Deus vester." Nam priscis temporibus anno vicis sue de templo non discedebant (sicut de Zacharia legimus, nec domum suam omnino tangebant, quibus utique propter sobolis successionem usus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu et preterquam ex semine Aaron ad sacerdotium nullus accedere precipiebatur: quanto magis hi sacerdotes et Levite pudicitiam ex die ordinationis sue observare 30 35

14 Sacerdotibus – 21 precipitur *Panormia 3.92 **20 Episcopos – 28 omnibus** Conc. Cartaginense (a. 390) 2 (ed. Munier, CCSL 149.13.29-33). *Coll. Trip.* 2.19(16).1; *Panormia 3.93 **28 Tenere – 82: 8 vacent** Ivo, *Decretum* 6.94; *Coll. Trip.* 1.40(38).21; *Panormia 3.94

debent, quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est, nec preterit dies, qua vel a sacrificiis divinis, vel a baptismatis officio vacent?

(D.31 c.6) Idem Exsuperio Tolletano episcopo.

5 QUI AB UXORIS OFFITIIS ABSTINENT, AD SACRIFICIA ADMITTANTUR.

Eos ad sacrificia admitti fas sit, qui vel cum uxore non exerceant officium carnale.

(D.31 c.7) Item Ieronimus contra Iovinianum.

Fr. 113

10 SACERDOTI, CUI SEMPER EST ORANDUM, SEMPER EST MATRIMONIO CARENDUM.

Si laicus et quisque fidelis non potest orare, nisi careat officio coniugali, sacerdoti, cui semper offerenda sunt sacrificia, semper orandum est; si semper orandum est, semper ergo matrimonio carendum.

15

(D.31 d.p.c.7) ¶ Quod autem Manicheorum causa de coniugio sacerdotum illud supra dictum sit, ex Gangrensi concilio apparet, in quo sic statutum legitur:

(D.31 c. 8) ANATHEMA SIT, QUI NUPTIAS VITUPERAT.

20

Si quis vituperat nuptias, et dormientem cum viro suo fidelem ac religiosam detestatur aut culpabilem estimat, velut quae regnum Dei introire non possit, anathema sit.

(D.31 c.9) Item ex eodem.

DE EODEM.

25

Quicumque virginitatem custodiens aut continentie studens, velut horrescens nuptias, nec propter hoc, quod bonum et sanctum est, nomen virginitatis assumit, anathema sit.

30

(D.31 d.p.c.9) ¶ Potest et aliter intelligi illud, quod in canone apostolorum legitur, ut iste sit sensus capituli: "Si quis docet sacerdotem uxorem suam contempnere," non uxorem quam in sacerdotio accepit, sed quam, dum esset adhuc laicus vel in minoribus ordinibus constitutus, sibi copulavit, cum qua continentiam professus est, cum ad sacros ordines conscenderet quam nullus debet contempnere, hoc est, ab animo et cura sua abicere, quin ei necessaria provideat. Probatur autem hec interpretatio

35

7 Eos – 13 carnale *Panormia 3.95 12 Si – 20 carendum *Panormia 3.96

auctoritate Leonis papae, qui scribens Rustico Narbonensi episcopo ait:

(D.31 c.10) MINISTRIS ALTARI EPISCOPIS ET PRESBITERIS EADEM LEX EST CONTINENTIE.

Lex continentie eadem est altaris ministris, quae 5
episcopis aut presbiteris, qui cum essent laici sive lectores,
licite et uxores ducere, et filios procreare potuerunt; sed
cum ad predictos pervenerunt gradus, cepit eis non licere
quod licuit. Unde, ut de carnali fiat spirituale coniugium, 10
oportet eos nec dimittere uxores, sed qui habent sic
habere videantur quasi non habeant, quo et salva sit
caritas conubiorum, et cessent opera nuptiarum.

Fr. 114 **(D.31 c.11)** Item Leo IX contra epistolam Nicete abbatis.

Gw 4ra EPISCOPUS VEL PRESBITER UXOREM PROPRIAM A SUA 15
CURA NON ABICIAT.

Omnino confitemur, non licere episcopo, presbitero,
diacono, propriam uxorem causa religionis abicere a cura
sua, sed ut ei victum et vestitum largiatur, sed non ut cum
illa ex more carnaliter iaceat. Sic et sanctos apostolos 20
legimus egisse, beato Paulo apostolo dicente: "Numquid
non habemus potestatem sororem mulierem
circumducendi, sicut frater Domini et Cephas?" Vide
insipiens, quia non dixit: numquid non habemus
potestatem sororem mulierem "amplectendi?" sed 25
"circumducendi," scilicet ut mercede predicationis
sustentaretur ab eis, nec tamen deinceps foret inter eos
ulterius carnale coniugium.

(D.31 d.p.c.11) ¶ (§ 1) Ut igitur ex his auctoritatibus
apparet, sacerdotes, uxoribus, quas in laicali habitu vel in 30
minoribus ordinibus constituti sibi legitime copularunt,
necessaria subministrare, debita vero reddere non valent.
(§ 2) Sed obicitur illud Tripartite ystorie:

(D.31 c.12) DISSUASU PAHFNUCII NICENA SINODUS
NON CONSTITUIT, NE PRESBITERI CUM SUIS UXORIBUS 35
DORMIRENT.

Nicena sinodus volens corrigere vitam hominum in
ecclesiis commorantium, posuit leges, quas canones

5 Lex – 16 nuptiarum Anselmus 6.185; Ivo, *Decretum* 6.68; *Coll. Trip.* 1.45(43).10; **Panormia* 3.106; *Polycarpus* 4.32.23; *Coll. 3 libr.* 2.14.46 **17**
Omnino – 32 coniugium **Panormia* 3.115.2 **37 Nicena – 18 permisit**
**Panormia* 3.85

vocamus, in quorum tractatu videbatur aliquibus
introducere legem, ut episcopi, presbiteri, diaconi,
subdiaconi cum coniugibus, quas ante consecrationem
duxerunt non dormirent. Surgens autem Pahfnucius
5 confessor contradixit, honorabiles confessus nuptias, et
castitatem dicens esse cum propria coniuge concubitu,
suasitque concilio, ne talem ponerent legem, gravem esse
asserens causam, quae aut ipsis aut eorum iugalibus
10 occasio fornicationis existeret. Et hoc quidem Pahfnucius
(licet nuptiarum esset inexpertus) exposuit, sinodusque
laudavit sententiam eius, et nichil ex hac parte sancivit,
sed hoc in uniuscuiusque voluntate, non necessitate
permisit.

(D.31 c.13) Item VI Sinodus.

15 NON IN PERPETUUM, SED TEMPORE OBLATIONIS A
COMPLEXU SUARUM UXORUM SACERDOTES ABSTINEANT.

Quoniam in Romani ordine canonis esse traditum
cognovimus, eos, qui ordinati sunt diaconi vel presbiteri,
confiteri, quod iam non suis copulentur uxoribus:
20 antiquum sequentes canonem apostolice diligentie et
constitucionis, sacrorum virorum legales nuptias amodo
valere volumus, nullo modo cum uxoribus suis eorum
conubia dissolventes, aut privantes eos familiaritate ad
invicem in tempore oportuno. Quicumque ergo dignus
25 inventus fuerit subdiaconali ordinatione, aut diaconali, aut
sacerdotali, hi nullo modo prohibeantur ad talem
ascendere gradum pro uxoris sue cohabitatione; nec in
tempore ordinationis sue profiteri cogantur, quod
abstinere debeant a legalis uxoris familiaritate. Item: **(§ 1)**
30 Oportet eos, qui altari ministrant, in tempore oblationis
sanctorum continentes esse in omnibus, ut a Deo possint
consequi quae simpliciter postulant. **(§ 2)** Si quis igitur
presumpserit contra apostolicos canones aliquos
presbiterorum, diaconorum privare a contactu et
35 communionem legalis uxoris sue, deponatur. **(§ 3)** Similiter
et presbiter aut diaconus, qui religionis causa uxorem
suam expellit, excommunicetur; si vero in hoc
permanserit, deponatur.

Fr. 115

40 **(D.31 d.p.c.13)** ¶ Hoc autem ex loco intelligendum est.
Orientalis enim ecclesia, cui VI sinodus regulam vivendi

17 Quoniam – 85: 3 deponatur *Panormia 3.86

29 legalis legalibus *Aa^{ac}*

prescripsit, votum castitatis in ministris altaris non suscepit. Unde Stephanus papa ait:

(D.31 c.14) OCCIDENTALIS NON ORIENTALIS ECCLESIA CASTITATIS OBTULIT VOTUM.

Aliter se habet orientalium ecclesiarum traditio, aliter huius sanctae Romane ecclesiae. Nam eorum sacerdotes, diaconi atque subdiaconi matrimonio copulantur; istius autem ecclesiae vel occidentalium nullus sacerdotum a subdiacono usque ad episcopum licentiam habet coniugium sortiendi. 5 10

(D.31 d.p.c.14) ¶ Similiter et capitulum Nicolai ex loco consideratur, quia gens Bulgarorum noviter conversa ad fidem propositum sacre religionis ex integro assumere nondum didicerat. **(§ 1)** Quod autem in c. VI synodi presbiter non legitimis nuptiis detentus punitur, non legales nuptie secunde intelligende sunt, a quibus auctoritate canonica quilibet sacerdos debet esse immunis. Illud autem Gangrensis concilii: “Si quis discernit presbiterum coniugatum” et cetera. similiter intelligendum est vel localiter traditum, vel coniugatum ab ea appellatum, quam ante tempus sue ordinationis duxerat. **(§ 2)** Illud quoque Martini papae: “Si subdiaconus secundam duxerit uxorem,” non dissimiliter intelligendum est. primam enim uxorem ante subdiaconatum habere permittitur, qua defuncta vel castitatem professa promovetur iste ad subdiaconatum. Promotus autem, si secundas desideraverit nuptias, sententiae Martini papae subiacebit. **(D.32 d.a.c.1)** Servanda est ergo continentia ab omnibus in sacris ordinibus constitutis. Unde Leo papa ait: 15 20 25 30

(D.32 c.1) NEQUE ETIAM SUBDIACONIS CONUBIUM CONCEDITUR.

Cum sacerdotum tam excellens est electio, ut hec, quae in aliis membris ecclesiae non vocantur ad culpam in illis tamen habeantur illicita. Cum enim extra clericorum ordinem constitutis nuptiarum societati et filiorum procreationi studere sit liberum, ad exhibendam tamen perfecte continentie puritatem nec subdiaconibus carnale quidem conubium conceditur, ut et qui habent sint tamquam non habentes, et qui non habent permaneant singulares. Quod si in hoc ordine, qui quartus extat a 35 40

5 Aliter – 15 sortiendi *Panormia 3.84 **33 Cum – 86: 10 detegitur**
Ivo, *Decretum* 6.98; *Coll. Trip. 1.45(43).48

capite, dignum est custodiri, quanto magis in primo, vel secundo tertiove servandum est, ne aut levitico aut presbiterali honore, aut episcopali excellentia quisquam idoneus existimetur qui se a voluptate luxurie nec dum refrenasse detegitur.

(D.32 c.3) Item Gregorius Augustino Anglorum episcopo

EXTRA SACROS ORDINES CONSTITUTI DUCANT UXORES ET AB ECCLESIA STIPENDIA ACCIPIANT.

Si qui vero sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui se non possunt continere, sortiri uxores debent, et stipendia sua exterius accipere, quia et de eisdem Patribus novimus scriptum, quod dividebatur singulis, prout cuique opus erat. De eorum ergo stipendio cogitandum atque providendum est, et sub ecclesiastica regula tenendi sunt, ut bonis moribus vivant, et canendis psalmis invigilent, et ab omnibus illicitis et cor et linguam et corpus Deo auctore conseruent.

(D.32 c.4) Item Nicolaus papa Adoni Viennensi Archiepiscopo.

SUBDIACONO UXOREM DUCERE NON LICET.

De illo clerico Alwico nomine, quem per ordines ecclesiasticos usque ad subdiaconatum vixisse dicitis, cur vestra auctoritate uxorem duxerit, miramur, eo quod nulli umquam (exceptis illis, quibus ecclesiastica regula habere permittit) uxorem ducendi licentiam damus.

(D.32 c.6) Item Alexander II

NON EST AUDIENDA MISSA PRESBITERI, QUI CONCUBINAM HABET.

Preter hoc autem precipiendo mandamus, ut nullus missam audiat presbiteri, quem scit concubinam habere indubitanter vel subintroductam mulierem. Unde etiam sancta synodus hec a capite sub excommunicatione statuit, dicens: **(§ 1)** Quicumque sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum post constitutum beate memorie predecessoris nostri sancti papae Leonis aut Nicolai de castitate clericorum, concubinam palam duxerit, vel ductam non reliquerit, ex parte omnipotentis Dei et auctoritate apostolorum principum Petri et Pauli

Fr. 118

10 Si – 23 conseruent Ivo, *Decretum* 6.86; **Coll. Trip.* 1.57(55).87 **22 De – 31 damus** Ivo, *Decretum* 6.119; **Coll. Trip.* 1.64(62).45 **30 Preter – 87: 18 separentur** **Coll. Trip.* 1.68(66).3

precipimus et omnino contradicimus, ut missam non cantet, nec evangelium legat nec epistolam ad missam neque in presbiterio cum his ad divina offitia, qui prefate constitutioni obedientes fuerint, maneat, neque partem ab ecclesia suscipiat. **(§ 2)** Precipientes etiam statuimus, ut hi predictorum ordinum, qui eisdem predecessoribus nostris obedientes castitatem servaverint, iuxta ecclesias (sicut oportet religiosos clericos) simul manducent et dormiant, et quicquid eis ab ecclesia competit, hoc communiter habeant. Deinde, ut decime et primitie seu oblationes vivorum et mortuorum ecclesiis Dei fideliter reddantur a laicis, et ut in dispositione episcoporum sint, quas qui retinuerint, a sanctae ecclesiae communione separentur.

(D.32 c.7) Item ex VI Sinodo.

QUI UXOREM DUCERE VOLUERIT, ANTE ORDINEM SUBDIACONATUS HOC FACIAT.

Fr. 120 Si quis eorum, qui ad clerum accedunt, voluerit nuptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinem subdiaconatus faciat.

(D.32 c.8) Item ex concilio Cartaginensi III

LECTORES AUT UXORES DUCANT, AUT CONTINENTIAM PROFITEANTUR.

Lectores cum ad annos pubertatis veniunt, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri.

(D.32 c.9) Item Gregorius Bonifatio episcopo Regitano.

SUBDIACONOS CONTINENTIAM OBSERVARE OPORTET.

Subdiaconibus tuis hoc, quod de singulis statuimus, decrevimus observari, nec illam diffinitionem nostram cuiusquam contumacia sinas aut temeritate corrumpi.

(D.32 c.10) Item Urbanus II in Sinodo apud Melfiam.

BENEFICIO ET OFFITIO CAREANT, QUI POST DIACONATUM UXORIBUS VACANT.

Eos, qui post diaconatum uxoribus vacare voluerint, ab omni sacro ordine removemus, offitio atque beneficio ecclesiae carere decrevimus. Quod si ab episcopo

17 Si – 24 faciat *Coll. Trip.* 2.13(11).3; **Panormia* 3.102 **23 Lectores – 29 profiteri** Conc. Cartaginense (a. 397) 18 (ed. Munier, CCSL149.38.114-116). Anselmus 7.133; *Coll. Trip.* 2.20(17).11; **Panormia* 3.111; *Coll. 3 libr.* 2.17.19 **28 Subdiaconibus – 35 corrumpi** **Panormia* 3.99 **34 Eos – 9 mulctentur** **Panormia* 3.101

commoniti non se correxerint, principibus indulgemus licentiam, ut eorum feminas mancipent servituti. Si vero episcopi consenserint eorum pravitatibus, ipsi offitii interdictione mulctentur.

5 (D.32 c.11) Item Dominico Grandensi patriarche.

EXCLUDENDI SUNT A SUORUM GRADUUM DIGNITATE SUBDIACONI, ET DEINCEPS, SI CONTINENTES ESSE NOLUERINT.

10 Erubescant impii, et aperte intelligant iudicio Spiritus sancti eos, qui in tribus sacris gradibus, presbiteratu, diaconatu, subdiaconatu positi, mulierculas non abiecerint et caste non vixerint, excludendos ab eorundem graduum dignitate. De manifestis quidem loquimur: secretorum autem cognitor et iudex est Deus.

15 (D.32 c.12) AD SACROS ORDINES NON ACCEDAT, NISI VIRGO, AUT PROBATE CASTITATIS.

Nemo ad sacrum ordinem permittatur accedere, nisi aut virgo, aut probate castitatis, et qui usque ad subdiaconatum unicam et virginem uxorem habuerit.

20 (D.32 c.13) Item in Cartaginensi concilio.

IN TRIBUS GRADIBUS CONSTITUTI ETIAM AB UXORIBUS ABSTINEANT.

25 Placuit episcopos, presbiteros, diaconos, subdiaconos secundum priora instituta etiam abstinere ab uxoribus. Quod nisi fecerint ab ecclesiastico removeantur officio, ceteros vero clericos ad hoc non cogi sed uniuscuiusque ecclesiae consuetudinem observari debere.

Fr. 121

(D.32 c.14) Item Leo contra epistolam Nicete Abbatis.

30 IN MINORIBUS ORDINIBUS CONSTITUTI UXORES DUCANT, NISI VOTO ET RELIGIOSO HABITU PROHIBEANTUR.

35 Seriatim et aperte prosequamur, quod sancta Romana ecclesia in gradibus clericorum ait. Clericos hostiarios, lectores, exorcistas, acolitos, si extra votum et habitum monachi inveniantur et continentiam profiteri noluerint, uxorem ducere virginem cum benedictione sacerdotali permittit, non autem viduam aut repudiatam, quia propter

9 Erubescant – 19 Deus *Panormia 3.103 **17 Nemo – 24 habuerit** *Panormia 3.104 **23 Placuit – 32 debere** Cf. D.84 c.4 (2 rec.). Conc. Carthaginense (a. 401) 3 (ed. Munier, CCSL 149.201.652-657; cf. 126.255-259, 142.274-278 et 356.22-26). *Coll. Trip.* 2.22(19).3; *Panormia 3.105. **32 Seriatim – 17 illius** *Panormia 3.107.

hoc deinceps nec ad subdiaconatum provehi poterunt, nec laicus nisi virginem sortitus uxorem aut bigamus ad clericatum, vel si quis ex prefatis ordinibus desiderat, ad subdiaconatum ascendere non potest sine consensu uxoris sue, ut fiat de carnali deinceps spirituale coniugium, nemine eos cogente. Neque permittitur postea uxor iungi eidem marito suo carnaliter, nec cuiquam nubere in vita aut post mortem illius. 5

(D.32 c.15) Item ex concilio Calcedonensi.

NON LICEAT CLERICIS ALTERIUS SECTE UXOREM ACCIPERE. 10

Quoniam in quibusdam provinciis concessum est lectoribus et psalmistis uxores ducere, constituit sancta synodus, non licere cuiquam ex his accipere secte alterius uxorem. 15

(D.32 c.16) Item Niceni Concilii.

NON HABITENT CUM CLERICIS MULIERES, NISI QUAE NATURALI FEDERE OMNEM SUSPICIONEM EXCLUDUNT.

Interdixit per omnia sancta synodus, non episcopo, non presbitero, non diacono, non subdiacono non alicui omnino, qui in clero est, licere subintroductam mulierem habere, nisi forte aut matrem, aut sororem, aut amitam, aut etiam eas idoneas personas, quae fugiant suspiciones. 20

(D.32 c.18) Item Gregorius in Dialogorum libro IV.

PRESBITER UXOREM SUAM QUASI SOROREM DILIGAT ET QUASI HOSTEM FUGIAT. 25

Bc 47va Presbiter quidam commissam sibi regebat ecclesiam cum magno timore Domini, qui ex tempore accepti ordinis presbiteram suam ut sororem diligens, sed quasi hostem cavens, ad se propius non sinebat accedere, eamque sibi appropinquare nulla occasione permittens, ab ea sibi communionem funditus familiaritatis abscidit. 30

(D.33 d.a.c.1) ¶ Ecce, quod in sacris ordinibus constituti uxores habere non possunt, vel si bigami aliqui inventi fuerint, ad sacros ordines ascendere non valent. Sed queritur, si quis preter uxorem concubinam habuerit, utrum in sacerdotem promoveri valeat? Talis a sacris 35

12 Quoniam – **24 uxorem** *Coll. Trip.* 2.10.25; **Panormia* 3.110 **19**
Interdixit – **32 suspiciones** Anselmus 6.183; Ivo, *Decretum* 6.186;
Panormia* 3.112 **27 Presbiter – **90: 3 abscidit** **Panormia* 3.114

ordinibus auctoritate canonum Apostolorum prohibetur, in quibus sic statutum legitur:

5 (D.33 c.1) SECUNDIS NUPTIIS POST BAPTISMA COPULATUS, AUT CONCUBINAM HABENS, AD SACRUM ORDINEM CONSCENDERE NON VALET.

Si quis post acceptum sacrum baptisma secundis fuerit nuptiis copulatus aut concubinam habuerit, non potest fieri episcopus, nec sacerdos, nec diaconus, aut prorsus ex numero eorum, qui ministerio sacro deserviunt.

10 (D.33 d.p.c.1) ¶ Deservientes sacro ministerio intelliguntur subdiaconi, qui calicem diacono offerunt, et acoliti, qui cum cereis diacones precedunt, unde ceroferarii dicuntur, qui etiam vinum et aquam preparando calici subministrant. Concubina intelligenda
15 est preter uxorem, ut iste sit sensus capituli: "Si quis post acceptum sacrum baptisma secundis fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam habuerit": distinguendum est, antequam uxorem duxerit, sive post mortem uxoris. Unde beatus Gregorius ait:

Fr. 123

20 (D.33 c.2) DUARUM MATRONARUM MARITUS POST BAPTISMUM CLERICUS NON ORDINETUR.

Maritum duarum matronarum post baptismum clericum non ordinandum censuimus; neque eum, qui unam quidem concubinam, vel meretricem in matrimonio
25 assumpsit; nec illum, qui semetipsum abscidens quodlibet membrum indignatione aliqua vel iusto, vel iniusto tenore superatus truncaverit; nec illos qui usuras accepisse convincuntur, aut in scena luisse noscuntur; nec eum, qui
30 publica penitentia mortalia crimina deflevit; neque illum, qui in furiam aliquando versus insanivit, vel afflictione diabolica vexatus est; neque eum, qui per emptionem ad imitationem Simonis Magi pecuniam obtulerit.

Bc 47vb

(D.33 c.6) Item Innocentius papa.

35 QUI TEMPORE BAPTISMI UXORES HABENT, SI POSTEA RELIGIOSE VIXERINT, CLERICI FIERI NON PROHIBENTUR.

Laici, qui habentes uxores baptizati sunt, ac sic se instituerunt ut in nullo opinio eorum vacillet, aut clericis

6 Si – 17 deserviunt Canones apostolorum 17 ("mod." MB; ed. Turner, EOMIA 1.xxx.xx-xx). Anselmus 6.137; Ivo, *Decretum* 8.287; **Coll. 3 libr.* 2.14.44 **22 Maritum – 91: 2 obtulerit** Anselmus 7.22; Ivo, *Decretum* 8.295; *Polycarpus* 2.31.33; **Coll. 3 libr.* 2.14.33 **36 Laici – 11 assumi** Anselmus 7.39; Ivo, *Decretum* 6.95; *Coll. Trip.* 1.40(38).25; *Panormia* 3.45; *Polycarpus* 2.31.39; **Coll. 3 libr.* 2.14.23

iuncti sunt, aut monasteriis, ex quo baptizati sunt, adheserunt, si non concubinam, si non pellicem norunt, si in bonis operibus vigilaverint, non prohibentur huiusmodi ad clericatus sortem assumi.

(D.34 d.p.c.3) ¶ Concubina autem hic ea intelligitur, quae cessantibus legalibus instrumentis unita est, et coniugali affectu asciscitur; hanc coniugem facit affectus, concubinam vero lex nominat. De hac dicitur in concilio Tolletano: 5

(D.34 c.4) QUI NON HABET UXOREM, LOCO ILLIUS CONCUBINAM LICET HABERE. 10

Is qui non habet uxorem et pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur: tamen ut unius mulieris aut uxoris aut concubine sit coniunctione contentus. 15

(D.34 c.5) Item Ysidorus de distantia veteris et novi testamenti.

DE EODEM.

Christiano non dicam plurimas, sed nec duas simul habere licitum est, nisi unam tantum aut uxorem, aut certe loco uxoris (si coniux deest) concubinam. 20

Fr. 127
Bc 48ra **(D.34 d.p.c.6)** ¶ Ceterum, si non talis concubina fuerit, et etas illius, de quo agitur, future incontinentie suspicionem auferre dignoscitur, apostolica concessione ad ordinem diaconatus provehi potest. Unde Pelagius papa scribit Florentino episcopo: 25

(D.34 c.7) QUI POST MORTEM UXORIS DE ANCILLA FILIOS HABUERIT DIACONUS FIERI PERMITTITUR.

Fraternitatis tue relatione suscepta, eius latorem secundas quidem nuptias expertum non fuisse didicimus, castitatem tamen eum priori non servasse coniugio designasti. Et quamvis multa sint, quae in huiusmodi casibus observari canonice iubeat sublimitatis auctoritas: tamen quia defectus nostri temporis, quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, 30 35

12 Is – 22 contentus Conc. Toletanum I (a. 397-400) 17 (ed. Vives, 24). Ivo, *Decretum* 8.64; *Coll. Trip.* 2.38(35).9; *Panormia* 6.49 **19 Christiano – 28 concubinam** Ivo, *Decretum* 8.66; *Panormia* 6.50. Cf. Berardi 3.481-482. **29 Fraternitatis – 16 tradatur** Pelagius I, *Ep.* 47 (J³ 1946; JK 1007; ed. Gassó et Batlle, 127.1-128.19). Anselmus 7.63; *Coll. Trip.* 1.56(54).18; *Polycarpus* 2.1.13; *Coll. 3 libr.* 1.17.5

22 non talis natalis *Aa^{ac}* **28 permittitur** non perm *Aa^{ac}*

districtio illius non patitur manere censuram, et etas istius, de quo agitur, future incontinentie suspicionem auferre dignoscitur, ut ad diaconatus ordinem possit provehi, concessisse nos noveris. (§ 1) Micinam vero ancillam eius, de qua se post uxoris transitum filios habere confessus est, iubemus, ut tua dispositione cuicumque monasterio continentiam professura tradatur.

(D.34 d.p.c.8) ¶ Quod ergo de pellice et meretrice apud Gregorium et Innocentium scribitur, propter spem future incontinentie constitutum esse creditur, quia difficile continentiam servat, qui se illicito concubitu maculare non metuit. Vel prohibetur ordinari, qui pellicem vel meretricem cognoverit maritali affectu, vel quia corrupta florem virginitatis amiserat vel quia meretricari non desinit, licet in uxorem ducatur. Utrumque enim impedimentum cuilibet prestat, quo minus ad sacros ordines pertingere valeat. Unde Ylarius papa scribit, dicens:

(D.34 c.9) QUI VIRGINEM NON DUXIT UXOREM, AD SACROS ORDINES NON ACCEDAT.

Curandum ergo inprimis est, ne ad sacros ordines (sicut gestis prioribus ante prescriptum est) quisquam, qui uxorem virginem non duxerit, aspiret.

(D.34 c.10) Item Gregorius urbis Rome Presul Scillacino episcopo.

BIGAMUS, VEL PENITENS, CORPORE VITIATUS, LITTERAS IGNORANS, CURIE VEL CONDITIONI OBNOXIUS, CLERICUS NON FIAT.

Precipimus, ne umquam illicitas ordinationes facias, nec bigamum aut qui virginem sortitus non est uxorem, aut ignorantem litteras, vel qualibet parte corporis vitiatum, vel penitentem, vel curie aut cuilibet conditioni obnoxium, ad sacros ordines permittas accedere: sed si quos huiusmodi repereris, non audeas promovere.

(D.34 c.11) Item in Neocesariensi concilio.

9 Innocentium Cf. D.33 c. 6. 21 Curandum – 32 aspiret *Anselmus 7.12; Panormia 3.50; Polycarpus 2.31.7 29 Precipimus – 9 promovere *Anselmus 7.35; Ivo, Decretum 8.288; Coll. 3 libr. 2.14.26

NON FIAT SACERDOS, CUIUS EVIDENTER UXOREM
CONSTAT ADULTERIUM ADMISISSE.

Si cuius uxorem adulterium commisisse, cum esset
laicus, evidenter fuerit comprobatum, hic ad ministerium
ecclesiasticum admitti non potest. Quod si in clericatu eo
iam constituto adulteravit, dato repudio dimittere eam
debet. Si vero retinere eius consortium velit, non potest
suscepto ministerio perfrui.

5

(D.34 d.p.c.12) ¶ Premissis auctoritatibus bigami et qui
virgines non sunt sortiti uxores a sacris ordinibus
prohibentur. Sed queritur, si quis ante baptismum
viduam duxerit uxorem, an propterea sit prohibendus a sacris
ordinibus? De his ita scribit Innocentius papa Victricio
Rotomagensi episcopo:

Fr. 129

Bc 48va

10

(D.34 c.13) QUI ANTE BAPTISMA, SEU POST BAPTISMA
VIDUAM UXOREM DUXERIT, NON ADMITTATUR AD
CLERUM.

15

Si quis viduam (licet laicus) duxerit uxorem, sive ante
baptismum, sive post baptismum, non admittatur ad
clerum, quia eodem vitio videtur exclusus. In baptismo
enim crimina dimittuntur, non accepte uxoris consortium
relaxatur. **(§ 1)** Quod si non putatur uxor esse
computanda, quae ante baptismum ducta est, ergo nec
filii, qui ante baptismum geniti sunt, pro filiis habeantur.

20

(D.34 d.p.c.13) ¶ Prohibentur etiam bigami a quolibet
ordine clericatus, iuxta illud Ambrosii ad Vercellenses.

25

(D.34 c.14) QUI SECUNDA CONIUGIA SORTITUR,
CLERICUS NON FIAT.

Cognoscamus, non solum de episcopo et presbitero
Apostolum statuuisse, sed etiam Patres in concilii Niceni
tractatu addidisse, clericum quemquam non debere esse,
qui secunda coniugia sit sortitus.

30

(D.34 d.p.c.14) ¶ Similiter etiam viduarum mariti, vel
ancillarum, vel meretricum, clerici fieri non possunt.
Unde in canonibus Apostolorum legitur:

35

3 Si – 18 perfrui Anselmus(AG) 7.19; *Coll. Trip.* 2.3.4; *Polycarpus*
2.31.47; *Coll. 3 libr.* 2.14.43 **18 Si – 34 habeantur** *Anselmus 7.8;
Polycarpus 2.31.37; *Coll. 3 libr.* 2.14.15 **29 Cognoscamus – 6 sortitus**
Ivo, Decretum 8.290b; *Panormia* 6.63

(D.34 c.15) SPECTACULIS PUBLICIS MANCIPTAM, VEL EIECTAM, VEL ANCILLAM DUCENS UXOREM, DIACONUS NON FIAT.

5 Si quis viduam aut eiectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, vel aliquam de his, quae publicis spectaculis mancipantur, non potest esse episcopus, aut presbiter, aut diaconus, aut ex eorum numero, qui ministerio sacro deserviunt.

10 (D.34 d.p.c.16) ¶ Sed postea temporum defectui condescendens papa Martinus in minoribus ordinibus eos constitui permisit, dicens:

(D.34 c.17) INTER LECTORES VEL HOSTIARIOS DEPUTETUR SUBDIACONUS, SECUNDAM DUCENS UXOREM.

15 Si subdiaconus secundam uxorem duxerit, inter lectores vel hostiarios habeatur, ita ut Apostolum non legat. Bc 48vb

(D.34 d.p.c.17) ¶ Necessitate tamen exigente bigami usque ad subdiaconatum possunt promoveri. Unde Martinus papa ait: Fr. 130

20 (D.34 c.18) VIDUAM DUCENS UXOREM, SUBDIACONUS FIERI POTEST.

Lector, si viduam uxorem alterius acceperit, in lectoratu permaneat, aut si necessitas fuerit, subdiaconus fiat, nichil autem supra. Similiter et si bigamus fuerit.

25 (D.34 d.p.c.19) ¶ Vidua vero intelligenda est, si post solempne fedus nuptiarum morte interveniente a viro suo divisa fuerit. Ceterum si antequam convenient fatali necessitate ab alterutro divisi fuerint, licet ex sponsalibus uxor sit appellata, non tamen post mortem sponsi, et si in proprio sit ducta, et cum eo velata, vidua appellatur, nec ex eius copula a sacris ordinibus aliquis prohibetur. Unde Pelagius papa scribit:

30

(D.34 c.20) QUI CUM ALIO VELATAM, NON TAMEN ILLI NUPTAM, UXOREM DUXIT, SACERDOS FIERI NON PROHIBETUR.

35

Valentino clerico, cui mulier cum alio ante velata, non tamen illi nupta, sed virgo permanens, post mortem eius,

4 Si – 17 deserviunt Polycarpus 2.31.2 14 Si – 25 legat Martinus Bracarenensis, *Capitula* 44 (ed. Vives, 98). *Coll. Trip. 2.53(47).44 22 Lector – 33 fuerit Martinus Bracarenensis, *Capitula* 43 (ed. Vives, 98). *Coll. Trip. 2.53(47).43 36 Valentino – 14 constitutis Pelagius I, *Ep.*

- Aa 42r cum quo velata erat sponso, coniugali est copula sociata, quia iterum velamen accepit, nullum in promovendo generetur obstaculum, quia nichil est (quantum ad hunc articulum pertinet) quod ei de canonicis obuiet constitutis. 5
- (D.35 d.a.c.1) ¶ A quibus ordinibus bigami prohibeantur, et utrum reputentur bigami, qui ante baptismum habuerunt unam, et post baptismum alteram, et an liceat sortiri uxores in sacris ordinibus constitutis, multorum auctoritatibus breviter monstratum est. (§ 1) 10
- Bc 49ra Sequitur autem in descriptione illa apostolica: “ut sit sobrius,” qui ordinandus est, “non vinolentus,” quod ex auctoritate veteris testamenti introductum est. Ministri enim templi prohibentur vinum et siceram libere, ne ebrietate graventur corda eorum, ut sensus eorum vigeat 15
- Fr. 131 semper et tenuis sit, vel quia venter mero estuans facile despumat in libidines. Unde Noe in ebrietate nudavit femora; Loth, quem Sodoma non vicit, una vicerunt. (§ 2) 20
- Quod autem vinolentus esse prohibetur, non semel, sed frequenter vino repletus debet intelligi. Hinc etiam in canonibus Apostolorum legitur:
- (D.35 c.1) DIACONUS, PRESBITER ET EPISCOPUS EBRIETATI ET ALEE DESERVIENTES, NISI DESIERINT, DEPONANTUR.
- Episcopus, aut presbiter, aut diaconus, alee atque ebrietati deserviens, aut desinat, aut certe dampnetur, Subdiaconus autem, aut lector, aut cantor similia faciens, aut desinat, aut communionem privetur. Similiter et laicus. 25
- Fr. 133 (D.36 d.a.c.1) ¶ Oportet etiam esse ordinandum prudentem. Quod contra eos notandum est, qui sub nomine simplicitatis excusant stulticiam sacerdotum. Prudentem autem oportet episcopum intelligi non solum litterarum peritia, verum etiam secularium negotiorum dispensatione. Unde in epistola Gelasii papae: 30
- (D.36 c.1) ILLITTERATI ET CORPORE VITIATI NON PROMOVEANTUR AD CLERUM. 35
- Illitteratos aut aliqua parte corporis imminutos, nullus presumat ad clerum promovere, quia litteris carens sacris

57.1 (J³ 1955; JK 1016; ed. Gassó et Batlle, 151.3-152.8). Ivo, *Decretum* 6.113; *Coll. Trip. 1.56(54).22

3 ante quia paragraphus videtur erasum esse Aa^{ac}

non potest esse aptus offitiis, et vitiosum nichil Deo prorsus offerri legalia precepta sanxerunt. (§ 1) Similiter, qui se ipsos abscidunt.

(D.36 c.2) Item Zosimus papa.

Fr. 134

5 AD SUMMUM SACERDOTIUM NON ASPIRET, QUI DIVINIS STIPENDIIS NON EST ERUDITUS.

10 Qui ecclesiasticis disciplinis per ordinem non est inbutus, et temporum approbatione divinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum ecclesiae sacerdotium aspirare presumat; et non solum in eo ambitio inefficax habeatur, verum etiam ordinatores eius careant eo ordine, quem contra precepta Patrum crediderant presumendum.

Bc 49ra

15 (D.36 d.p.c.2) ¶ Ecce, quod sacrarum litterarum oportet episcopum habere peritiam: unde in veteri testamento inter cetera ornamenta pontifex rationale ferebat in pectore, in quo scribebatur manifestatio et veritas, quia in pectore pontificis manifesta debet esse cognitio veritatis. (§ 1) Hinc etiam vectes, quibus archa portabatur, iugiter annulis erant inserti, ut, cum archa esset portanda, nulla fieret mora de intromittendis vectibus, quia predicatorum, per quos ecclesia circumfertur, sacris litteris semper debent insistere, ne tunc querant discere, cum ex officio alios docere debeant. (§ 2) Hinc etiam David prius ex gratia Spiritus sancti donum scientie percepit, et postea regni administrationem assecutus est. (§ 3) Salomon quoque non divitias, non longa tempora huius vite, sed sapientiam a Deo petiit et inpetravit. (§ 4) Hinc etiam Dominus prius ponit verba sua in ore prophete, et postea constituit eum super gentes et regna, dicens ad Ieremiam: "Ecce, dedi verba mea in ore tuo. Ecce, constitui te hodie super gentes et super regna etc." (§ 5) Hinc etiam Malachias ait: "Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem exquirunt de ore eius, quia angelus Domini exercituum est." (§ 6) Hinc idem salvator noster prius in medio doctorum sedit, audiens illos et interrogans, et postea predicare cepit, quia prius quisque debet discere, et postea predicandi officium usurpare. (§ 7) Hinc et Salomon prius ait: "tempus tacendi," et postea: "loquendi," quia veritas prius tacendo

Bc 49va

25 **Episcopus – 37 laicus** *Panormia* 3.170; *Coll. 3 libr.* 2.22.30 **37**

Illiteratos – 13 abscidunt Ivo, *Decretum* 6.37; **Panormia* 3.47

7 Qui – 22 presumendum Anselmus 6.24; Ivo, *Decretum* 5.102; *Coll. Trip.* 1.41(39).1

discitur, et postea loquendo predicatur. (§ 8) Hinc idem Dominus ait: "Qui audit, dicat, veni." (§ 9) Hinc etiam prius apostolos docuit, deinde eos ad predicandum misit, dicens: "Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbe." Sic etiam post resurrectionem prius illis sensum aperuit et scripturas explanavit, et postea dixit eis: "Euntes in mundum universum, etc." Unde cum de quinque panibus quinque milia hominum vellet reficere, prius panes accipiens fregit, et postea discipulis dedit, et per eos demum turbis apposuit, quia sacramenta legis et prophetarum prius disserendo exposuit, et postea eorum scientiam discipulis dedit, et tandem per eos illam fidelibus dispensavit. (§ 10) Et hinc Petrus cum rectoribus ecclesiae scriberet ait: "Parati reddere rationem omniposcenti vos satisfactionem de ea fide et spe, quae in vobis est." (§ 11) Hinc etiam Paulus scribens ad Timotheum ait: "Attende lectioni et exhortationi et doctrine."

Fr. 135 (§ 12) Ex quibus omnibus liquido colligitur, quod non sufficit prelati bona conversatio et morum honestas, nisi addatur scientia doctrine. (§ 13) Unde sacerdotes ingressuri tabernaculum prius lavabantur in labro eneo, quod fecerat Moyses ex speculis mulierum. (§ 14) Hinc etiam in Canticis Canticorum oculi, per quos prelati ecclesiae intelliguntur, assimilantur columbis, quae resident iuxta fluentia plenissima. Hinc etiam Ieronimus in Levitico:

Fr. 135 (D.37 d.a.c.1) Sed queritur, an secularibus litteris oporteat eos esse eruditos. De his ita scribitur in concilio Bc 49vb Cartagin. IV.

(D.37 c.1) LIBROS GENTILIIUM NON LEGAT EPISCOPUS. Episcopus libros gentilium non legat, hereticorum autem pro necessitate aut tempore.

(D.37 c.2) Item Ieronimus ad Damasum de prodigo filio.

REPREHENDUNTUR SACERDOTES, QUI OMISSIS EVANGELIIS LEGUNT COMEDIAS.

Sacerdotes Dei omissis evangeliiis et propheciis videmus comedias legere, amatoria bucolicorum versuum

31 Episcopus – 3 tempore *Statuta ecclesiae antiquae* 5 (ed. Munier, CCL 148.167.12-13). Anselmus 7.204; Ivo, *Decretum* 4.160/5.197; *Coll. Trip.*

18 ante Ex paragraphum eras. Aa^{ac}

verba cantare, tenere Virgilium, et id, quod in pueris est causa necessitatis, crimen in se facere voluptatis.

(D.37 c.7) Beatus Ieronimus ab angelo verberatur, quia Ciceronis libros legebat.

5 Item Rabanus de pressuris ecclesiasticis.

Legimus de beato Ieronimo, quod, cum librum legeret Ciceronis, ab angelo correptus est, eo quod vir Christianus paganorum figmentis intenderet.

(D.37 d.p.c.7) ¶ Hinc etiam filius prodigus ille in evangelio reprehenditur, qui de siliquis, quas porci manducabant, ventrem suum replere cupiebat. **(§ 1)** Hinc etiam Origenes cinifes et ranas, quibus Egiptii percussi sunt, vanam dialecticorum garrulitatem et sphistica argumenta intellegit. Ex quibus omnibus colligitur, quod non est ab ecclesiasticis secularium litterarum querenda peritia. **(§ 2)** Sed econtra legitur, quod Moyses et Daniel omni scientia Egiptiorum et Caldeorum eruditi fuerint. Legitur etiam, quod percepit Dominus filiis Isrel, ut spoliarent Egiptios auro et argento, moraliter insruens, ut sive aurum sapientie, sive argentum eloquentie apud poetas inveniremus, in usum salutifere eruditionis vertamus. **(§ 3)** In Levitico etiam primitias mellis, id est dulcedinem eloquentie humane Domino iubemur offerre. **(§ 4)** Magi quoque tria munera Domino obtulerunt, in quibus nonnulli tres partes philosophie volunt intelligi. **(§ 5)** Denique, ut in expositione psalterii Cassiodorus testatur, omnis splendor rethorice eloquentie, omnes modi poetice locutionis, quelibet varietas decore pronuntiationis a divinis scripturis spsit exordium. **(§ 6)** hinc etiam Ambrosius ait super epistol. Colosensium: "Omnis ratio superne scientie vel terrene creature in eo est, qui est caput earum et auctor, ut, qui hunc novit, nichil ultra querat, quia hic est perfecta virtus et sapientia; quicquid alibi queritur, hic perfecte invenitur. In Daniele et Salomone ostendit infidelibus esse se auctorem totius sapientie. Quod infideles non putant, quia non legunt in evangeliis et prophetis astrologiam, et alia huiusmodi, quae despecta sunt, quia nichil valent ad salutem, sed mittung in errorem, et, dum his student, curam anima non habent. Qui vero Christum novit,

Bc 50ra

2.21(18).15; *Panormia 2.130 **37 Sacerdotes – 11 voluptatis** Ivo, *Decretum* 4.162; *Panormia 2.131

6 Legimus – 17 intenderet Ivo, *Decretum* 4.164; *Panormia 2.132

thesaurum sapientie et scientie invenit, quia id novit, quod utile est." Hinc etiam Beda ait in Lib. II Regum:

(D.37 c.8) NON PROHIBEANTUR CLERICI SECULARES LITTERAS LEGERE.

Turbat acumen legentium et deficere cogit, qui eos a legendis secularibus libris omnibus modis existimat prohibendos, in quibus si qua inventa sunt utilia, quasi sua sumere licet. Alioquin Moyses et Daniel sapientia et litteris Egiptiorum Caldeorumque non paterentur erudiri, quorum tamen supersticiones simul et delicias horrebant. Nec ipse magister gentium aliquot versus poetarum suis vel scripturis indidisset, vel dictis.

(D.37 d.p.c.8) ¶ Cur ergo legi prohibentur, quae tam rationabiliter legenda probantur? Sed seculares litteras quidam legunt ad voluptatem, poetarum figmentis et verborum ornatu delectati; quidam vero ad eruditionem eas addiscunt, ut errores gentilium legendo detestentur, ut utilia, quae in eis invenerint, ad usum sacre eruditionis devote invertant. Tales laudabiliter seculares litteras addiscunt. Unde beatus Gregorius quendam episcopum non reprehendit, quia eas didicerat, sed quia contra episcopale officium pro lectione evangelica grammaticam populo exponebat.

(D.37 c.9) Hinc etiam Ambrosius scribit super Lucam:

SECULARES LITTERE LEGENDE SUNT, UT NON IGNORENTUR.

Legimus aliqua, ne legantur; legimus, ne ignoremus; legimus, non ut teneamus, sed ut repudiemus.

(D.37 c.10) Item Ieronimus super epistolam ad Titum.

GRAMATICA LEGENDA EST, UT PER EAM SACRE SCRIPTURE INTELLIGANTUR.

Si quis gramaticam artem novit vel dialecticam, ut recte loquendi rationem habeat, et inter falsa et vera diiudicet, non inprobamus. (§ 1) Geometria autem et aritmetica et musica habent in sua scientia veritatem, sed non est scientia illa pietatis. Scientia autem pietatis est legere scripturas et intelligere prophetas, evangelio credere, apostolos non ignorare. (§ 2) Gramaticorum

5 Turbat – 24 dictis Ivo, *Decretum* 4.85; *Panormia 2.133 27 Legimus – 40 repudiemus *Panormia 2.134 32 Si – 12 assumpta *Panormia 2.135-36; *Coll. 3 libr.* 2.34.49?

autem doctrina potest proficere ad vitam, dum fuerit in meliores usus assumpta.

(D.37 c.15) Item Ysidorus in lib. III Sententiarum.

5 QUARE PROHIBETUR CHRISTIANUS POETICA
FIGMENTA LEGERE.

Ideo prohibetur Christianus legere figmenta poetarum, quia per oblectamenta fabularum nimium mentem excitant ad incentiva libidinum. Non enim solum thura offerendo demonibus immolant, set etiam eorum dictalibentius capiendo.

Bc 50va

(D.37 d.p.c.15) ¶ Ut itaque ex premissis auctoritatibus apparet, inperitia sacerdotibus semper debet esse adversa, quoniam, cum per ignorantiam cecati aliis ducatum prestate ceperint, ambo in foveam cadunt; unde dicitur in Psalmo: "Obscurentur oculi eorum, ne videant, et dorsum eorum semper incurva." Cum enim obscurantur illi, qui preeunt, ad ferenda onera peccatorum facile sequentes inclinantur. Elaborandum est itaque sacerdotibus, ut ignorantiam a se quasi quandam pestem abiciant. Licet enim servus nesciens voluntatem domini sui, et non faciens, dicatur vapulare paucis, non tamen hoc de omnibus generaliter intelligitur. Ut enim ait Apostolus. "Qui ignorat, ignorabitur." Quod de eo intelligendum est, "qui noluit intelligere, ut bene ageret."

25 Unde Augustinus ait in libro Quest.

(D.37 c.16) Non omnis ignorans est immunis a pena. Ille enim ignorans potest excusari a pena, qui quod disceret non invenit. Illis autem hoc ignosci non poterit, qui, habentes a quo disceren, operam non dederunt.

30 (D.38 d.a.c.1) Cum itaque voluntaria ignorantia omnibus sit noxia sacerdotibus est periculosa. Unde in Tolletano concilio legitur:

(D.38 c.1) SACERDOTIBUS MAXIME IGNORANTIA EST VITANDA.

35 Ignorantia mater cunctorum errorum maxime in sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi offitium in

6 Ideo – 20 capiendo Ivo, *Decretum* 4.167a; **Panormia* 2.137; *Coll. 3 libr.* 2.34.35 35 Ignorantia – 16 disciplina Conc. Toletanum IV (a. 633) 25

8 solum eras. Aa, ut vid. 9 etiam] rasura Aa

Bc 50vb populo Dei susceperunt. Sacerdotes enim legere sanctas scripturas admonentur, Paulo apostolo dicente ad Timotheum: "Adtende lectioni, exhortationi, doctrine," et: "semper permane in his." Sciant ergo sacerdotes scripturas sacras et canones, et omne opus eorum in predicatione et doctrina consistat, atque edificent cunctos tam fidei scientia quam operum disciplina. 5

(D.38 c.3) Item Leo episcopis Constantinopolitanis.

INSCIENTIA SACERDOTUM NEC EXCUSATIONE DIGNA EST NEC VENIA. 10

Si in laicis videtur intolerabilis inscientia, quanto magis in his qui presunt, nec excusatione est digna, nec venia?

(D.38 c.4) Item Celestinus omnibus orthodoxis episcopis. 15

CANONES NON LICET SACERDOTIBUS IGNORARE.

Nulli sacerdotum liceat canones ignorare, nec quicquam facere, quod possit Patrum regulis obviare.

(D.38 c.5) Item ex dictis S. Augustini.

QUAE SACERDOTIBUS NECESSARIA SUNT AD DISCENDUM. 20

quae ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum, id est sacramentorum liber, lectionarius, antiphonarius, baptisteriam, computus, canones penitentiales, psalterium, omelie per circulum anni dominicis diebus et singulis festivitatis apte. Ex quibus omnibus si unum defuerit, sacerdotis nomen vix in eo constabit, quia valde periculose sunt evangelice mine, quibus dicitur: "Si cecus ceco ducatum prestet, ambo in foveam cadunt." 25

(D.38 c.8) Item Zepherinus papa. 30

SACRE SCRIPTURE INHERENTES NON OBSCURANTUR INIQUITATE MUNDANA.

Sicut stellas celi non extinguit nox, sic mentes fidelium inherentes firmamento sacre scripture non obscurat mundana iniquitas. 35

(ed. Vives, 202). *Anselmus 7.100; Ivo, *Decretum* 5.202; *Coll. Trip.* 2.40(37).5

11 Si – **22 venia** *Anselmus 7.101; *Polycarpus* 4.5.2; *Coll. 3 libr.* 3.19.48

17 Nulli – **27 obviare** *Anselmus 7.102; *Polycarpus* ?; *Coll. 3 libr.* 2.1.2

22 quae – **102: 3 cadunt** *Anselmus 7.103; Ivo, *Decretum* 6.22; *Panormia* 3.24; *Polycarpus* 4.32.52; *Coll. 3 libr.* 3.26.20

33 Sicut – **9 iniquitas** **Coll. 3 libr.* 2.34.1

(D.38 c.9) Item Ieronimus in Isaia.

IGNORANTIA SCRIPTURARUM EST IGNORANTIA
CHRISTI.

5 Si iuxta apostolum Paulum Christus Dei virtus est et
Dei sapientia est, ignorantio scripturarum est ignorantio
Christi.

Bc 51ra

Mw 121v

(D.38 c.16) Item Clemens papa.

EPISCOPUS PROPTER OBPROBRIUM SENECTUTIS A
PARVULIS ET A MINIMIS DISCERE NON ERUBESCAT.

10 Nullus episcopus propter obprobrium senectutis vel
nobilitatem generis a parvulis vel minimis eruditus, si quid
forte est utilitatis aut salutis, inquirere negligat. Qui enim
rebelliter vivit, et discere atque bona agere recusat, magis
diaboli quam Christi membrum esse ostenditur, et potius
15 infidelis quam fidelis monstratur.

(D.39 d.a.c.1) ¶ Ecce plenarie monstratum est, quod
sacerdotes oportet litterarum tam sacrarum quam
secularium esse peritos. Nunc queritur, an secularium
negotiorum oporteat eos habere peritiam? Hanc prelati
20 esse necessariam, multis rationibus probatur. Debent
namque prelati subditis non solum spiritualia, sed etiam
carnalia subsidia ministrare, exemplo Christi, qui turbas
sequentes non solum verbo docebat, sed etiam virtute
sanabat et corporalibus alimentis reficiebat. Ut autem
25 prelati hec omnia plene perficere possint, secularium
negotiorum oportet eos habere sollertiam, ut eorum
cautela et ecclesiae serventur indempnes, et cuique
necessaria pro suo modo subministrentur. Unde quidam
in episcopum electus a beato Gregorio pro sua
30 simplicitate repellitur, ne eius occasione res ecclesiae
dilapidarentur. Unde idem scribit nobilibus civibus
Neapolim:

(D.39 c.1) SECULARIUM NEGOTIORUM INPERITI NON
SUNT IN EPISCOPOS ORDINANDI.

35 Petrus diaconus, quem a vobis electum asseritis,
omnino (ut dicitur) simplex est, et nostis, quia hoc
tempore talis in regiminis debet arce constitui, qui non
solum de salute animarum, verum etiam de extrinseca
utilitate et cautela sciat esse sollicitus.

Bc 51rb

4 Si – 15 Christi *Coll. 3 libr. 2.34.3 10 Nullus – 24 monstratur *Coll.
3 libr. 2.34.4 35 Petrus – 9 sollicitus *Anselmus 6.10; Polycarpus 2.1.26;
Coll. 3 libr. 2.1.35

(D.40 d.a.c.1) ¶ Oportet quoque episcopum esse ornatum et hospitem. Ornamenta episcopalia virtutes debent intelligi, quae a Domino eis repromittuntur, dum dicitur: “Sacerdotes eius induam salutari.” Unde in veteri testamento variis vestibus ex precepto Domini sacerdotes ornati leguntur, quia multimodis virtutibus splendere debet vita pontificis, ut gradui conferat decorem, quem ab eo non accepit. Non enim loca, sed vita et mores sanctum faciunt sacerdotem. Unde ex officio suscepto non licentiam peccandi, sed necessitatem bene vivendi se noverint assecutos. Unde Simacus papa ait:

(D.40 c.1) OFFITIUM SACERDOTII NON CONFERT, SED ADIMIT LICENTIAM DELINQUENDI.

Non nos beatum Petrum (sicut dicitis) a Domino cum sedis privilegio, vel successores eius, peccandi iudicamus licentiam suscepisse. Ille perhennem meritorum dotem cum hereditate innocentie transmisit ad posteros. Quod illi concessum est per actuum lucem, ad illos pertinet, quos par conversationis splendor illuminat. Quis enim sanctum esse dubitet, quem apex tante dignitatis attollit? In quo si desint bona acquisita per meritum, sufficiunt, quae a loci predecessore testantur. Aut enim claros ad hec fastigia erigit, aut qui eriguntur, illustrat.

(D.40 c.2) Item Ieronimus.

FILII SANCTORUM SUNT, QUI EXERCENT OPERA EORUM.

Bc 51va Non est facile stare in loco Petri et Pauli et tenere cathedram regnantium cum Christo, quia hinc dicitur: non sanctorum filii sunt, qui tenent loca sanctorum, sed qui exercent opera eorum.

(D.40 c.3) Item Gregorius.

MORUM NOBILITAS, NON LOCI VEL GENERIS, SACERDOTES NOTIFICET.

Fr. 146 Nos, qui presumus, non ex locorum vel generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debemus, nec urbium claritate, sed fidei puritate.

(D.40 c.4) Idem Anastasio Presbitero.

14 Non – 32 illustrat Polycarpus 3.8.3; *Coll. 3 libr. 2.22.47 **27 Non – 39 eorum** Ivo, *Decretum* 5.321; *Coll. 3 libr. 2.22.48 **34 Nos – 6 puritate** Ivo, *Decretum* 5.322; Polycarpus 3.8.2; *Coll. 3 libr. 2.22.49

NON LOCA VEL ORDINES, SED MERITA NOS DEO
CONIUNGUNT.

Non loca vel ordines creatori nostro nos proximos
faciunt, sed nos aut merita bona coniungunt, aut mala
5 disiungunt.

(D.40 c.9) Item Ambrosius.

GRATIA, NON LOCUS SALVAT ANIMAM.

Illud autem adverte, quia extra paradysum vir factus
est, mulier intra paradysum, ut advertas, quod non loci,
10 non generis nobilitate, sed virtute unusquisque gratiam
sibi comparat. Denique extra paradysum, hoc est in
inferiori loco, vir factus melior invenitur, et illa, quae in
meliori loco, hoc est in paradiso, facta est, inferior
invenitur.

15 (D.40 c.12) Item Iohannes Crisostomus.

NON EST VERE SACERDOS OMNIS, QUI NOMINATUR
SACERDOS.

Multi sacerdotes, et pauci sacerdotes; multi nomine, et
pauci in opere. Videte ergo quomodo sedeatis super
20 cathedram, quia non cathedra facit sacerdotem, sed
sacerdos cathedram; non locus sanctificat hominem, sed
homo locum; non omnis sacerdos sanctus, sed omnis
sanctus sacerdos est. Qui bene sederit super cathedram
honorem accipit cathedre; qui male sederit, iniuriam facit
25 cathedre; ideoque malus sacerdos de sacerdotio suo
crimen acquirit, non dignitatem. In iudicio enim sedens,
si quidem bene vixeris et bene docueris, populum instruis;
si vero bene docueris et male vixeris, tui solius
condempnator eris. Nam bene vivendo et bene docendo
30 populum instruis, quomodo vivere debeat: bene autem
docendo et male vivendo Deum instruis, quomodo te
debeat condempnare. Idem: (§ 1) Quicumque
desideraverit primatum in terra, inveniet confusionem in
celo, nec inter servos Christi computabitur, qui de
35 primatu tractaverit, nec unusquisque eorum festinet,
quomodo appareat aliis maior, sed quomodo omnibus
inferior videatur, quoniam non qui maior fuerit in honore,
ille est iustior, sed qui fuerit iustior, ille maior est.

Fr. 148

Bc 51vb

3 Non – 12 disiungunt *Coll. Trip.* 1.57(55).109; *Polycarpus* 3.8.1; **Coll. 3*
libr. 2.22.50 **8 Illud – 21 invenitur** **Coll. 3 libr.* 2.22.51 **18 Multi –**
105: 7 est² **Coll. 3 libr.* 2.22.53-54

(D.41 d.a.c.1) ¶ Ecce, quibus oporteat sacerdotem esse ornatum moribus. Scilicet preterea oportet illum esse ornatum in exterioribus, habitu videlicet et incessu: habitu, ut nec fulgidis, nec sordidis se vestibus ornet. Ut enim ait Ieronimus nec affectate sordes, nec exquisite deliciae laudem pariunt, quod tam de vestibus, quam de cibis intelligendum est. Unde Augustinus ait in libro de doctrina Christiana:

5

(D.41 c.1) PRO MORIBUS EORUM, CUM QUIBUS VIVIMUS, ALIMENTIS UTI DEBEMUS.

10

Quisquis rebus pretereuntibus restrictius utitur quam sese habent mores eorum, cum quibus vivit, aut intemperans, aut supersticiosus est. Quisquis vero sic eis utitur, ut metas consuetudinis bonorum, inter quos versatur, excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus non usus rerum, sed libido in culpa est. **(§ 1)** Quid igitur locis, et temporibus, et personis conveniat, diligenter attendendum est, nec temere flagitia reprehendamus. Fieri enim potest, ut sine aliquo vitio cupidinis vel voracitatis preciosissimo cibo sapiens utatur, insipiens autem fedissima gule flamma in vilissimum ardescat, et sanius quisque maluerit more Domini pisce vesci, quam lenticula more Esau, nepotis Abraham, aut hordeo more iumentorum. Non enim propterea continentiores sunt nobis plerumque bestie, quia vilioribus escis aluntur. Nam in omnibus huiusmodi rebus non ex earum rerum natura, quibus utimur, sed ex causa utendi et modo appetendi vel probandum est, vel improbandum quod facimus.

15

Bc 52ra

20

Fr. 149

25

(D.41 d.p.c.8) ¶ Sicut ergo in cibis mores eorum, cum quibus vivimus, observare monemur, sic et de indumentis intelligendum est. Ut enim alibi dicitur: "quisquis contemptis his, cum quibus vivit, lautiora sibi vel austeriora pre ceteris indumenta vel alimenta querit, aut intemperans sui est, aut supersticiosus." Incessu autem debet esse sacerdos ornatus, ut gravitate itineris mentis maturitatem ostendat. Incompositio enim corporis (ut Augustinus ait) qualitatem indicat mentis. Unde istoriographus ille, cum mutabilitatem eius describeret, cuius conscientia excita curis vastabat mentem, inter

30

35

Fr. 151

40

11 Quisquis – 36 facimus Ivo, *Decretum* 4.24; *Coll. Trip.* 3.5.2; *Panormia* 2.195

cetera etiam hoc notabile indicavit: “Incessus eius modo citus modo tardus”.

(D.42 d.a.c.1)¶ Hospitalem vero sacerdotem esse oportet, ne sit in numero eorum, quibus in iudicio dicitur: “Hospes eram non suscepistis me.” Qui enim Apostolum secutus alios ad hospitalitatem debet invitare, quomodo hospitalitatis exhortator poterit esse, qui domum propriam hospitibus claudit? Si enim sacerdos primum a se ipso et a domestica sua ecclesia debet exigere quod postea populis imperet; si primum, imitando Christum, ipse debet facere quae postea populum doceat: necesse est, ut pauperes hospitio recipiat, quo ad hospitalitatem facilius suo exemplo subditos attrahat. (§ 1) Ordinandus itaque sacerdos ad memoriam revocet, quomodo Abraham et Loth per hospitalitatis opera Deo placere, et angelos hospitio recipere meruerunt; quomodo angeli, Sodomis hospitalem domum ingressi, Loth cum familia sua liberaverint; quomodo clausas domos cum hospitibus ignis ingressus perdidit; quomodo etiam secundum Ieronimum aliena rapere convincitur, qui ultra necessaria sibi retinere probatur; ac sic per opera pietatis instituat ut etiam presentis vita subsidia, et eterne claritatis premia a Domino percipiat: utrumque enim pietati promittitur. (§ 2) Unde Apostolus scribens ad Timotheum ait: “Exerce te ipsum ad pietatem. Nam corporalis quidem exercitatio ad modicum utilis est; pietas autem utilis est ad omnia, habens promissionem vite, quae nunc est, et future.” Ab hac quisquis alienus fuerit, in sacerdotem ordinari non poterit (§ 3) Si enim vidua in ecclesia recipi prohibetur, quae pauperes non recipit in hospitio, quae pedes sanctorum non lavit, quae omne opus bonum non est executum: multo magis sunt prohibendi a sacerdotio, qui ab opere pietatis probantur alieni. (§ 4) Unde quidam hospitalitatis opera despicientes in Gangrensi concilio excommunicantur. Sic enim in eo statutum est:

(D.42 c.1) NON SINT DESPICIENDI, QUI CONVIVIA PAUPERIBUS EXHIBENT.

Si quis despicit eos, qui fideliter agapas, id est convivias, pauperum exhibent et propter honorem Domini convocant fratres, et noluerit communicare huiusmodi vocationibus, paruipendens quod geritur, anathema sit.

38 Si – 6 sit Anselmus(AD) 5.76; Ivo, *Decretum* 15.136

(D.42 d.p.c.1)¶ Hinc etiam Iohannes evangelista in epistola sua quendam Diotrepem excommunicat, qui nec pauperes recipiebat, et recipientes de ecclesia eiciebat.

(D.43 d.a.c.1)¶ Pudicus quoque debet esse sacerdos, ut et moribus, et verbis pudorem indesinenter exhibeat. 5
Unde in Canticis Cantorum gene sponse, id est predicatorum, turturi comparantur. **(§ 1)** Debet etiam gratiam docendi habere, quia ut Ieronimus ait: “Innocens absque sermone conversatio, quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. Nam latratu canum et baculo lupi 10
sunt arcendi.” In ipsa autem doctrina discretum oportet esse rectorem, ne aut tacenda proferat, aut dicenda taceat. Unde Gregorius in XV capitulo sui Pastoralis ait:

(D.43 c.1) DE DISCRETIONE PREDICATIONIS, ET SILENTII. 15

Sit rector discretus in silentio, utilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium hos, qui erudiri poterant, in errorem derelinquit. Sepe namque rectores improvidi, humanam 20
amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimescunt, et iuxta veritatis vocem nequaquam iam gregis custodie pastorum studio, sed mercenariorum vice deserviunt, quia veniente lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt. Hinc namque eos per prophetam 25
Dominus increpans ait in Ysaia: “Canes muti, non valentes latrare.” Hinc rursus queritur dicens in Ezechiele: “Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Isrel, ut staretis in prelio in die Domini.” Ex adverso quippe ascendere est pro defensione 30
gregis voce libera huius mundi potestatibus contraire. Et in die Domini in prelio stare est pravis decertantibus ex iustitie amore resistere. Pastori enim recta timuisse dicere, quid est aliud quam tacendo terga prebuisse? qui nimirum, si pro grege se obicit, murum pro domo Isrel 35
hostibus opponit. Hinc rursus delinquenti populo dicitur in Hieremia: “Prophete tui viderunt tibi falsa et stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad penitentiam provocarent.” Prophete quippe in sacro eloquio nonnunquam doctores vocantur, qui dum fugitiva esse 40
presentia indicant, quae sunt ventura manifestant; quos divinus sermo falsa videre redarguit, quia, dum culpas

Bc 52vb

1 Hinc *PaPbPy*:Sicut *Cd* **26** increpans ait increpat dicens *Bc*

corripere metuunt, incassum delinquentibus promissa
 securitate blandiuntur, qui iniquitatem peccantium
 nequaquam aperiunt, quia ab increpationis voce
 conticescunt. Clavis quippe apertionis est sermo
 5 correctionis quia increpando culpam detegit, quam sepe Fr. 154
 nescit ipse etiam qui perpetravit. Hinc Paulus ait ad
 Titum: "Ut potens sit ad exhortandum in doctrina sana et
 eos qui contradicunt, redarguere." Hinc per Malachiam
 dicitur: "Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem
 10 requirunt ex ore eius, quia angelus Domini exercituum
 est." Hinc per Ysaïam Dominus ammonet dicens: "Clama,
 ne cesses, sicut tuba exalta vocem tuam." Preconis quippe
 offitium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit, ut ante
 adventum iudicis, qui terribiliter sequitur, ipse scilicet
 15 clamando gradiatur. Sacerdos ergo, si predicationis est
 nescius, quam clamoris vocem daturus est preco mutus?
 In Actibus Apostolorum: hinc est enim, quod super
 pastores primos in linguarum specie Spiritus sanctus
 insedit, quia nimirum, quos repleverit, de se protinus
 20 loquentes facit. Hinc Moysi precipitur in Exodo, ut
 tabernaculum sacerdos ingrediens tintinnabulis ambiatur,
 ut videlicet predicationis voces habeat, ne superni
 inspectoris iudicium ex silentio offendat. Scriptum quippe
 est: "Ut audiatur sonitus, quando ingreditur sanctuarium
 25 in conspectu Domini, et non moriatur." Sacerdos namque
 ingrediens vel egrediens moritur, si de eo sonitus non
 audiatur, quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine
 predicationis sonitu incedit. Apte autem tintinnabula
 vestimentis illius describuntur inserta. Vestimenta etenim
 30 sacerdotis quid aliud quam recta opera debemus accipere?
 Propheta attestante, qui ait in Psalmo CXXXVI:
 "Sacerdotes tui induantur iusticia." Vestimentis itaque
 illius tintinnabula inherent, ut vite viam cum lingue
 sonitu ipsa quoque opera sacerdotis clament. Sed cum
 35 rector se ad loquendum preparat, sub quanto cautele
 studio loquatur, attendat, ne, si inordinate ad loquendum
 rapitur, erroris vulnere audientium corda feriantur, et
 cum fortasse sapientem se videri desiderat, unitatis
 compagem insipienter abscidat. Hinc namque veritas dicit
 40 in Marco: "Sal in vobis, et pacem habete inter vos." Per
 sal quippe verbi sapientia designatur. Qui ergo sapienter
 loqui nititur, magnopere metuat, ne eius eloquio
 audientium unitas confundatur. Hinc Paulus ait ad
 Romanos: "Non plus sapere, quam oportet sapere, sed

Bc 53ra

Bc 53rb

sapere ad sobrietatem.” In Exodo in sacerdotis veste iuxta divinam vocem tintinnabulis mala Punica coniunguntur. Quid enim per mala Punica nisi fidei unitas designatur? Nam sicut in malo Punico uno exterius cortice multa interius grana muniuntur, sic innumeros sanctae ecclesiae populos unitas fidei contegit, quos intus diversitas meritorum tenet. Ne igitur rector incautus ad loquendum prouat, hoc, quod iam premisimus, per semetipsam discipulis clamat veritas in Marco: “Habete sal in vobis, et pacem habete inter vos”: ac si figurate per habitum sacerdotis dicat: Mala Punica tintinnabulis iungite, ut per omne, quod dicitis, unitatem fidei cauta observatione teneatis. (§ 1) Providendum quoque est sollicita intentione rectoribus, ut ab eis nullo modo non solum prava, sed nec recta quidem nimie et inordinate proferantur, quia sepe dictorum virtus perditur, cum apud corda audientium loquacitatis incauta inopportunitate levigatur, et auctorem suum hec eadem loquacitas inquinat, quae servire auditoribus ad usum profectus ignorat. Unde bene per Moysen dicitur in Levitico: “Vir, qui fluxum seminis patitur, immundus erit.” In mente quippe audientium semen secuturæ cogitationis est audita equalitas locutionis, quia, dum per aurem sermo concipitur cogitatio in mente generatur. Unde ab huius mundi sapientibus in Actibus Apostolorum predicator egregius semiverbius vocatus est. Qui ergo fluxum seminis sustinet, immundus asseritur, quia multiloquio subditus ex eo se inquinat; quod si ordinate promeret, prolem recte cogitationis edere in audientium corde potuisset, dumque incautus per loquacitatem diffluit, non ad usum generis, sed ad immundiciam semen fundit. Unde Paulus quoque, cum de instancia predicationis discipulum admoneret, dixit ad Timotheum Ep. II: “Testificor coram Deo et Christo Iesu, qui iudicaturus est vivos et mortuos et adventum ipsius et regnum eius, predica verbum, insta oportune, inopportune.” Dicturus: “inopportune,” premisit: “oportune,” quia scilicet apud auditoris mentem ipse sua vilitate se destruit, si habere inopportunitas oportunitatem nescit.

(D.43 d.p.c.5)¶ Pariter quoque observare debet sacerdos, ne indignis et non intelligentibus secreta mysteria sua predicatione reserare incipiat. Qui enim ea docet, quae ab auditoribus intelligi non valent, non eorum utilitatem, sed sui ostentationem facit. Unde in

Fr. 155
Bc 53va

Bc 53vb

expositione: "Beati immaculati," dicitur: "Viciū animi est, indignis secreta vulgare, quod fit vel loquacitate incauta, dum sine iudicio volat irrevocabile verbum, vel adulatione, ut ei placeat, cui secreta revelat, vel iactatione scientie, ut plura scire videatur." In quibus omnibus profecto datur intelligi, quanta debeat esse discretio in predicatione sacerdotis, qua si forte caruerit, tanquam torto naso, sacerdotalis officii iudicatur indignus.

(D.44 d.a.c.1) Cum autem vinolentus esse prohibetur, gule intemperantiam nequaquam habere permittitur; neque enim ebrietas prohibetur, et voracitas permittitur. Utrumque enim inter opera tenebrarum Apostolus connumerat, scribens Romanis: "Non in comessionibus et ebrietatibus." Ventris namque ingluvies ad luxuriam facile provocat, et omne bonum opus dissolvit. Unde venter et genitalia sibimetipsis vicina sunt, ut ex vicinitate membrorum confederatio intelligatur vitiorum. Hinc etiam Nabusardan princeps cocorum muros Ierusalem destruxisse legitur, quia venter, cui multitudo cocorum deservit, edificia virtutum ad solum redigit. Sacerdos itaque de altario vivere, non luxuriari querat. Unde Ieronimus ait: "Tibi o sacerdos de altario vivere, non luxuriari permittitur." (§ 1) Sunt autem comessiones non solum sacerdotibus, sed etiam laicis noxie qui festivos et solempnes dies non aliter se digne celebrare putant, nisi comessionibus deserviant. Unde Augustinus scribit ad Aurelium episcopum:

(D.44 c.1) NON EST VACANDUM COMESSATIONIBUS ET EBRIETATIBUS.

Comessiones et ebrietates ita concesse putantur et licite, ut in honorem beatissimorum martirum non solum per dies solempnes, (quod unus quisque non lugendum videat, qui hec non carnis oculis inspicit?), sed etiam cotidie celebrentur. Et post pauca: Non ergo aspere, quantum estimo, non duriter, non modo imperiose ista tolluntur: magis docendo quam iubendo, magis monendo quam minando. Sic enim agendum est cum multitudine. Severitas autem exercenda est in peccata paucorum. Et si quidem minamur, cum dolore fiat, de scripturis comminando vindictam futuram, ne nos ipsi in nostra

30 Comessiones – 111: 11 frangatur Ivo, *Decretum* 3.68; *Coll. Trip. 3.26.3

34 ante Et paragraphum eras. Aa^{ac}

potestate, sed Deus in nostro sermone timeatur. Ita prius movebuntur spirituales vel spiritualibus proximi, quorum auctoritate et lenissimis quidem, sed instantissimis admonicionibus cetera multitudo frangatur.

Fr. 160 (D.44 d.p.c.12)¶ Si ergo laicis comessationes dampnabiles sunt, multo magis sacerdotibus inputantur ad gehennam. Venter enim pinguis (ut ait Ieronimus) crassum sensum generat, cum sacerdotalis sensus econtra vigil debeat esse et tenuis; atque ideo edacitatis vitio obnoxii in sacerdotes ungi non debent. Hi enim (ut ait Gregorius in Moralibus), qui adhuc viciorum bello subiacent, nequaquam per predicationis usum preesse magisterio ceterorum debent. 5 10

Bc 54rb (D.45 d.a.c.1)¶ Sequitur: “non percussorem”. Non enim oportet episcopum ita esse irascibilem et perturbati sensus, ut percutiat, qui debet esse patiens: sed sequatur eum, qui dorsum posuit ad flagella. Unde Gregorius scribit Iohanni episcopo Constantinopolitano: 15

(D.45 c.1) VERBORUM CORRECTIONE, NON VERBERIBUS TIMERI DEBENT EPISCOPI. 20

Quid autem de episcopis, qui verberibus volunt timeri, canones dicant, bene fraternitas vestra novit. Pastores enim facti sumus, non percussores. Egregius predicator dicit: “Argue, obsecra, increpa cum omni patientia et doctrina.” Nova vero atque inaudita est ista predicatio, quae verberibus exigit fidem. 25

(D.45 c.2) Item in quodam concilio.

Neminem quisquam peccantem clericum cede attingat, non presbiter diaconum, non episcopus clericum vel servitorem ecclesiae ad cedem perducatur. Quod si ita causa exigit, id est, si incorrigibilis extiterit clericus, triduo privetur honore, ut penitens redeat ad matrem ecclesiam. 30

(D.45 c.6) Item Leo episcopus.

BENIVOLENTIA PLUS QUAM SEVERITAS ERGA CORRIGENDOS AGAT. 35

Licet nonnumquam accidant, quae in sacerdotalibus sunt reprehendenda personis, plus tamen erga corrigendos agat benivolentia quam severitas, plus

21 Quid – 33 fidem Polycarpus 4.10.3; *Coll. 3 libr. 2.22.44 28
Neminem – 112: 2 ecclesiam *Coll. 3 libr. 2.22.45 36 Licet – 13
noxam Polycarpus 4.30.3; *Coll. 3 libr. 2.22.46

cohortacio quam commotio, plus karitas quam potestas. Sed ab his, qui quae sua querunt, non quae Iesu Christi, facile ab hac lege disceditur; et dum dominari magis quam consulere subditis placet honor inflat superbiam, et quod
5 provisum est ad concordiam, tendit ad noxam.

(D.45 c.7) Item ex canone Apostolorum.

DEICIATUR AB OFFITIO DIACONUS PRESBITER ET EPISCOPUS VERBERIBUS TIMERI QUERENS.

Episcopum, aut presbiterum, aut diaconum percutientem fideles delinquentes aut infideles inique agentes, et per huiusmodi volentem timeri, ab offitio suo
10 deici precipimus, quia numquam nos Dominus hoc docuit. E contrario vero ipse, "cum percuteretur, non reppercutiebat, cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur."
15

Bc 54va

(D.45 d.p.c.8)¶ Salomon vero econtra ammonet, dicens: "Percute filium tuum virga, et liberabis animam eius a morte." Hinc etiam beatus Gregorius scribit in Dialogo, beatum Benedictum quendam monachum virga percutiendo sanasse, quem crebra ammonitione curare non poterat. Hinc etiam Dominus flagello facto de resticulis male versantes in templo flagellavit et de orationis domo eiecit. Hinc etiam Apostolus fornicatorem illum satane corporaliter vexandum tradidit, et magum
20 illum corporali cecitate dampnavit. Hinc etiam in canonibus pueri, qui ante rationales annos irrationabiliter versantur, verberibus castigari iubentur. Virgines quoque, si religionis veste deposita aliis se copulaverint, ergastulis retrudi precipiuntur. Hinc etiam Gregorius in Moralibus scribit libro XX parte 4. capitulo 11.:
25
30

(D.45 c.9) DISCIPLINA NON EST SERVANDA SINE MISERICORDIA, NEC MISERICORDIA SINE DISCIPLINA.

Disciplina vel misericordia multum destituitur, si una sine altera teneatur. Sed circa subditos inesse debet
35 rectoribus et iuste consulens misericordia, et pie seviens disciplina. Hinc est, quod semivivi illius vulneribus, qui a Samaritano in stabulum ductus est, et vinum adhibetur et oleum, ut per vinum mordeantur vulnera, per oleum foveantur: quatinus unusquisque, qui sanandis vulneribus preest, in vino morsum districtiois adhibeat, in oleo
40 molliciem pietatis; per vinum mundantur putrida, per

9 Episcopum – 23 comminabatur Anselmus(AE) 6.159; *Polycarpus* 4.10.1

Bc 54vb oleum sananda foveantur. Miscenda ergo est lenitas cum
severitate, faciendum est quoddam ex utroque
temperamentum, ut neque multa asperitate exulcerentur
subditi, neque nimia benignitate solvantur. Hoc nimirum
illa tabernaculi archa significat, in qua cum tabulis virga
simul et manna est, quia cum scripture sacre scientia est
in boni rectoris pectore si est virga districtio, sit et
manna dulcedinis. Hinc etiam David ait: "Virga tua et
baculus tuus ipsa me consolata sunt." Virga enim
percutimur, et baculo sustentamur. Si ergo est districtio
iusticie, quae feriat, sit et consolatio baculi, quae
sustentet. Sit itaque amor, sed non emolliens, sit vigor
sed non exasperans, sit zelus, sed non imoderate sevens;
sit pietas, sed non plus quam expediat parcens. Intueri
libet in Moysi pectore misericordiam simul cum
severitate sociatam. Videamus amantem pie et districte
sevientem. (§ 1) Certe cum Isreliticus populus ante Dei
oculos pene inveniabilem contraxisset offensam, ita ut
eius rector audisset: "Descende, peccavit populus tuus," ac
si ei divina vox diceret: "qui in tali peccato lapsus est,
meus non est," atque subiungeret: "Dimitte me, ut
irascatur furor meus contra eos, et deeam eos, faciamque
te in gentem magnam," ille semel et iterum pro populo,
cui preerat, obicem se ad impetum Dei irascentis
opponens ait: "Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non
facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti." Pensem
ergo, quibus visceribus eundem populum amavit, pro
cuius vita de libro vite deleri se petiit. Sed tamen iste, qui
tanto amore eius populi constringitur, contra eius culpas
ensem quanto zelo rectitudinis accendatur. Mox enim,
ut culpe venia delerentur obtinuit zelo rectitudinis
succensus ait: "Ponat vir gladium super femur suum, ite et
redite de porta usque ad portam per medium castrorum,
et occidat unusquisque fratrem et amicum et proximum
suum; cecideruntque in die illo quasi viginti tria milia
hominum." Ecce, qui vitam hominum etiam cum sua
morte petiit, paucorum vitam gladio extinxit. Intus arsit
igne amoris: foris accensus est zelo severitatis. Tanta fuit
pietas, ut se pro illis coram Domino morti offerre non
dubitaret; tanta severitas, ut eos, quos divinitus feriri
timuerat, ipse iudicii gladio feriret. Sic amavit eos, quibus
prefuit, ut pro eis nec sibi parceret, et tamen delinquentes
sic persecutus est, quos amavit, ut eos etiam parcente

1 foveantur foveantur Bc

Domino prosterneret. Utrobique legatus fortis, utrobique mediator admirabilis, causam populi apud Deum precibus, causam Dei apud populum gladiis allegavit. Intus amans divine ire supplicando obstitit: foris seviens culpam
 5 feriendo consumpsit. In regimine ergo utrumque Moyses miscuit, ut nec discipline deesset misericordia, nec misericordie disciplina. Unde hic quoque iuxta utramque virtutem dicitur: “Cumque sederem quasi rex
 10 circumstante exercitu, eram tamen merentium consolator.” Sedere quippe circumstante exercitu vigor est discipline regiminis: merentium vero corda consolari ministerium pietatis.

(D.45 d.p.c.13)¶ Ex his omnibus apparet, quod nec lenitas mansuetudinis sine rectitudine severitatis, nec
 15 zelus rectitudinis sine mansuetudine in prelati debet inveniri. Percussores ergo, qui premissis auctoritatibus ab episcopali offitio removentur, non quilibet corporaliter flagellantes, sed pretermissa mansuetudine ad verbera semper parati intelligendi sunt, qui per flagella non vicia
 20 corrigere, sed timeri appetunt; quibus Petrus scribit: “Ne sitis dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo.” Hinc etiam Gregorius scribit in *Moralibus*, libro XIX parte 4. capitulo 23.:

(D.45 c.14) MANSUETUDO ET DISTRICTIO AB INVICEM
 25 NON SEPARANTUR.

Sunt namque nonnulli ita districti, ut omnem etiam mansuetudinem benignitatis amittant; et sunt nonnulli ita mansueti, ut perdant districti iura regiminis. Unde cunctis rectoribus utraque summopere sunt tenenda, ut nec in
 30 discipline vigore benignitatem mansuetudinis, nec rursum in mansuetudine distictionem deserant discipline, quatinus nec a compassione pietatis obdurescant, cum contumaces corrigunt nec discipline vigorem molliant, cum infirmorum animos consolantur. Regat ergo
 35 discipline vigor mansuetudinem, et mansuetudo ornet sermone vigorem, et sic alterum commendetur ex altero, ut nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo sit dissoluta.

Fr. 166

(D.45 d.p.c.17)¶ Hinc etiam alibi dicitur: “Rectorem subditis pietas matrem, disciplina vero patrem exhibeat.”

- Bc 55va **(D.46 d.a.c.1)¶** Sequitur: “Non litigiosum.” Nichil est enim impudentius arrogancia rusticorum, qui garrulitatem auctoritatem putant, et parati ad lites in subiectos tumide intonant, quod ex arrogancia superbie provenire manifestum est. Unde Gregorius scribit in Moralibus, libro XXIII parte 5. capitulo 12.: 5
- (D.46 c.1) ARROGANTES NESCIUNT HUMILITER INFERRE QUAE DOCENT.**
- Hoc habet proprium doctrina arrogantium, ut humiliter nesciant inferre quod docent, et recta, quae sapiunt, recte ministrare non possunt. In verbis enim eorum proditur, quod, cum docent, quasi in quodam sibi videntur summitatis culmine residere, eosque, quos docent, ut longe infra se positos velut in imo respiciunt, quibus non consulendo, sed vix dominando dignantur loqui. Recte autem his per Prophetam Dominus dicit: “Vos autem cum austeritate inperabatis eis et cum potentia.” Cum austeritate enim et potentia inperant, qui subditos suos non tranquille corrigere ratiocinando, sed aspere inflectere dominando festinant. At contra doctrina vera tanto vehementius hoc elationis vicium fugit per cogitationem, quanto ardentius suorum verborum iaculis ipsum magistrum elationis insequitur. Cavet enim, ne eum moribus elatis predicet, quem in cordibus audientium sacris sermonibus insectatur. 10
15
20
25
- Bc 55vb **(D.46 d.p.c.1)¶** Ecce quare litigiosi prohibentur in episcopos ordinari. Est et alia causa huius prohibitionis. Litigiosi namque vel adulationibus animos principum sibi conciliant, vel fratribus suis detrahendo infamie notam ingerunt, vel inter fratres discordiam seminando seditiones numquam facere cessant; quae omnia in prelatibus dampnabilia esse probantur. Unde Gregorius scribit in Moralibus, in libro XVIII parte 4. capitulo 3.: 30
- Fr. 168 **(D.46 c.2) DE HIS, QUI PECCANTIBUS ADULANTUR.**
- Sunt nonnulli, qui, dum malefacta hominum laudibus efferunt, augent quae increpare debuerunt. Hinc enim per Prophetam dicitur: “Ve qui consuunt pulvillos sub omni cubito manus, et faciunt cervicalia sub capite universe etatis.” Ad hoc quippe sub cubito pulvillus vel cervical sub capite iacentis ponitur, ut molliter quiescatur. Quisquis ergo male agentibus adulatur, pulvillum vel cervical sub 35
40

2 arrogancia *Mw litteris ar // deficit]*

capite vel cubito iacentis ponit, ut qui corripit ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quiescat. (§ 1) Hinc rursum scriptum est: "Ipse edificabat parietem, illi autem linebant eum." Parietis quippe nomine peccati duricia designatur. Edificare ergo parietem est contra se quempiam obstacula peccati construere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, ut, quod illi perverse agentes edificant, ipsi adulantes quasi nitidum reddant. (§ 2) Sed sanctus vir sicut mala de bonis non estimat, ita iudicare bona de malis recusat, dicens: "Absit a me, ut iustos vos iudicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea."

(D.46 c.3) ADULATOR VEL PRODITOR CLERICUS AB OFFITIO DEGRADATUR.

Clericus, qui adulationibus et prodicionibus vacare deprehenditur, degradetur ab offitio.

(D.46 c.4) Item.

EXCOMMUNICENTUR AB EPISCOPO, QUI FRATRIBUS NON PROBANDA OBICIUNT.

Accusatores fratrum episcopus excommunicet, et si emendaverint vicium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum.

Bc 56ra

(D.46 c.8) Item.

NON SUNT ORDINANDI, QUI SEDICIONIBUS VACANT.

Sedicionarios statuimus numquam ordinandos clericos, sicut nec usurarios, vel iniuriarum suarum ultores.

(D.47 d.a.c.1)¶ Quod autem in fine huius capituli usurarii ordinari prohibentur, inde est, quia usuram exercentes cupiditati deservire probantur; cupidi autem ab Apostolo ordinari prohibentur, quia tales facile a iusto deviant. Unde in canonibus Apostolorum legitur:

(D.47 c.1) DIACONUS, PRESBITER ET EPISCOPUS EXIGENS USURAS, NISI DESIERIT, DEONATUR.

Episcopus aut presbiter aut diaconus usuras a debitoribus exigens, aut desinat, aut certe deponatur.

(D.47 c.2) Item ex concilio Niceno 17.

15 Clericus – 24 offitio Ivo, *Decretum* 6.267; *Coll. Trip. 2.21(18).55; Panormia 3.173; Coll. 3 libr. 2.22.25 20 Accusatores – 30 clerum *Coll. Trip. 2.21(18).54 25 Sedicionarios – 34 ultores Ivo, *Decretum* 6.36; *Coll. Trip. 2.21(18).66/2.31(28).68; Coll. 3 libr. 2.14.54 34 Episcopus – 6 deponatur Ivo, *Decretum* 13.73; Panormia 3.170a; Polycarpus 6.17.6

USURAS EXIGENS SIVE CLERICUS, SIVE REGULE
SUBIECTUS, DEICIATUR.

Fr. 170 Quoniam multi sub regula constituti avaritiam et
turpia lucra sectantur, oblitique divine scripture, dicentis:
"Qui pecuniam suam non dedit ad usuram," mutuuum 5
dantes centesimas exigunt: iuste censuit sancta et magna
sinodus, ut, si quis inventus fuerit post hanc diffinitionem
usuras accipiens, aut aliquam adinventionem vel quolibet
modo negotia transigens, aut emiolia, id est sescupla 10
exigens vel aliquid tale prorsus excogitans turpis lucri
gratia, deiciatur a clero et alienus existat a regula.

(D.47 c.3) Hinc etiam Gregorius in XVIII libro
Moralium, parte IIII, capitulo XXXV de dilectoribus seculi
scribit dicens:

Bc 56rb TEMPORALIBUS LUCRIS DESERVIENTES DEO 15
NEQUAQUAM MILITARE PROBANTUR.
Omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes
sunt, in celestibus debiles. Nam pro temporali gloria
usque ad mortem desudare appetunt et pro spe perpetua,
ne parum quidem in labore subsistunt. Pro terrenis lucris 20
quaslibet iniurias tollerant et pro celesti mercede vel
tenuissimi verbi ferri contumelias recusant. Terreno
iudici toto etiam die adsistere fortes sunt. In oratione vero
coram Domino vel unius horae momento laxantur. Saepe
nuditatem, deiectionem, famem pro acquirendis divitiis 25
atque honoribus tollerant et earum rerum se per
abstinentiam cruciant atque adipiscendam festinant.
Superna autem laboriose querere tanto magis dissimulant,
quanto ea retribui tardius putant. (§ 1) Hii itaque quasi
aliarum arborum more deorsum vasti sunt, sursum 30
angusti, quia fortes in inferiora subsistunt, set ad
superiora deficiunt. At contra ex qualitate palmarum
designatur proficiens vita iustorum, qui nequam sunt in
terrenis desideriis fortes et in celestibus debiles. Set
longius atque distantius studiosos se Deo exhibet, quam 35
seculo fuisse meminerint. (§ 2) Nam cum quibusdam per
predicatorem nostrum dicitur: "Humanum dico propter
infirmiorem carnis vestrae. Sicut exhibuistis membra

7–11 Rom. 6:19

3 Quoniam – 18 regula Anselmus(AD) 7.153; Ivo, *Decretum* 6.196;
Polycarpus 4.32.59

22 ferri Bc: ferre Fr. 24 laxantur Bc: lassantur Fr. 27 atque Bc: ad
quas Fr. 31 angusti Bc: augusti Fr. 33 nequam Bc: nequaquam Fr.

vestra inservire inmunditiae et iniquitati ad iniquitatem,
 ita nunc exhibete membra vestra servire iustitiae in
 sanctificationem.” Eorum procul dubio infirmitate
 condescenditur, ac si eis apertius diceretur: Si nequaquam
 5 amplius potestis, saltem tales estote in fructu bonorum
 operum, quales fuistis dudum in actione vitiorum, ne
 debiliores vos habeat sancta libertas aeris, quos in carne
 validos habuit, usus terrene voluptatis. Bc 56va

(D.47 d.p.c.8)¶ Necesse est etiam, ut ille, qui
 10 ordinandus est, “sue domui sit bene prepositus,” id est, si
 in laicali habitu uxorem habuerit vel filios, a viciis ad
 virtutum studia et verbo et exemplo provocet, ut quod
 postea precepturus est populis, prius exigat a domesticis.
 Unde Apostolus Ephesiis scribit, ut uxores suas sicut sua
 15 corpora diligant, et filios suos non ad iracundiam
 provocent, sed enutrient illos in omni disciplina et
 correctione Domini. Unde cum ad Timotheum scribens,
 dixisset: “sue domui bene prepositus,” statim subiunxit:
 “habentem sibi subditos filios in omni castitate, non in
 20 accusatione luxurie.” Non enim talium cohabitator
 frontem habet alios redarguendi. Unde de beato Iob
 legitur, quod pro filiis suis cotidiana Deo offerrebat
 sacrificia, offerrens olocausta per singulos, quos tanta
 karitatis perfectione in unum constrinxit, ut quisque
 25 eorum in suo die convivium fratribus pararet, et ad
 epulandum secum tres sorores suas pariter invitaret.
 Quod quia Heli facere dissimulavit, ac falsa pietate
 superatus filios delinquentes ferire noluit, (sicut in libro
 Regum legitur) apud districtum iudicem semetipsum cum
 30 filiis crudeli dampnatione percussit, unde ei divina voce
 dicitur: “Honorasti filios tuos plus, quam me.” Hinc etiam
 David erga filios bonitatem, non discipline severitatem
 exercens, eorum iventutem experimento didicit
 perniciosam, quorum puericiam vaga licentia permisit
 35 esse voluptuosam. Unus quippe eorum sororem suam
 stupro corrumpens, a fratre eius, Absalone videlicet, inter
 epulas, quas fratribus suis fraudulenter paraverat,
 obtruncatus est. Absalon vero, postquam veniam a patre
 obtinuit, regno illum expulit; ad concubinas eius
 40 ingressus est; demum per invia deserti patrem
 persequens, quercui inhesit, atque ita suspensus interiit.
 Hinc etiam Paulus ad Timotheum scribit, dicens: “Qui

1 **inservire** servire *B^{9c} Fr.*

suorum et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit et est infideli deterior.” Iure ergo, qui domui sue preesse nescit in episcopum ordinari prohibetur, quia qui in re minima, et de qua sibi familiarior debet cura inesse, fidelis non est, quomodo in ecclesia Dei (ubi tot sunt et alieni) sollicitam diligentiam exhibebit? 5

(D.48 d.a.c.1)¶ Prohibentur etiam “neophiti” in episcopos ordinari, ut qui heri erat catecuminus, hodie non fiat episcopus, qui heri erat in teatro, hodie non sedeat in ecclesia, qui vespere erat in circo, hodie non ministret altario, qui dudum fuerat fautor istrionum, hodie non sit consecrator virginum. Causa autem huius prohibitionis est secundum Apostolum, ne elatus in superbiam tamquam religio Christiana plurimum eo egeret, incidat in ruinam diaboli. Momentaneus namque sacerdos nescit humilitatem, modos personarum vel se contempnere; non ieiunavit, non flevit non se correxit non pauperibus erogavit. In arrogantiam (quae est ruina diaboli) incidunt, qui puncto hore necdum discipuli fiunt magistri, et sicut Innocentius ait, “miserum est, eum fieri magistram, qui necdum didicit esse discipulus.” Unde de eisdem in Niceno concilio legitur: 10 15 20

Fr. 174
P 46rb
Bc 57ra

(D.48 c.1) NEOPHITUS IN EPISCOPUM NON EST ORDINANDUS.

Quoniam multa sive per necessitatem, sive ex quacumque causa, contra regulam gesta sunt, ita ut homines ex vita gentili nuper adhuc catecumini vel instructi statim ad spirituale baptismum venissent, et continuo, cum baptizati sunt etiam ad episcopatum vel presbiterium proveci sunt: recte igitur visum est, de cetero nil tale fieri. Nam et tempore opus est, ut sit catecuminus, et post baptismum multa probatione indiget, evidens namque est apostolicum preceptum, dicens: “Non neophitum, ne forte elatus in superbiam in iudicium incidat et in laqueum diaboli.” Si vero precedente tempore mortale aliquod peccatum admiserit, et convictus duobus vel tribus testibus fuerit, cessabit a clero qui huiusmodi est. Si quis vero preter hec fecerit, tanquam contraria 25 30 35

25 Quoniam – 120: 11 cleri *Coll. Trip. 2.1.2; Coll. 3 libr. 2.14.7*

25 Quoniam [MkMvPPyGw

7 Prohibentur – 20 vespere *supra ras. Bc* **27 catecumini**] catetizati
P MkMv^{ac}Py **33 apostolicum preceptum** prec. ap. Fr. **37 qui** qui in
P Mv^{ac}Py

statuti sancti concilii gerens, etiam ipse periclitabitur de statu sui cleri.

(D.48 d.p.c.1)¶ Neophiti vero hodie appellantur ad propositum sacre religionis noviter accedentes. Unde
5 beatus Gregorius scribit, dicens:

(D.48 c.2) QUI DICANTUR NEOPHITI.

Sicut neophitus dicebatur, qui in initio sanctae fidei erat erudicione plantatus, sic modo neophitus habendus est, qui repente in religionis habitu plantatus ad
10 ambiendos sacros ordines irrepserit. (§ 1) Ordinate ergo ad ordines ascendendum est. Nam casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta querit ascensum.

(D.49 d.a.c.1)¶ Ecce a quibus viciis debeant esse
15 immunes qui in episcopum sunt ordinandi. Qui enim intercessores pro populo ad Deum parantur necesse est ut eius gratiam bene vivendo mereantur. Ut enim ait Gregorius in Pastoralis. (§ 1) "Sollicite formidandum est, ne, qui placare posse iram Dei creditur, hanc ipse ex
20 proprio reatu mereatur. Cuncti enim liquido novimus quia is, qui displicet, cum ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur. Qui ergo desideriis terrenis astringitur, caveat, ne districti iram iudicis gravius accendens, dum loco delectatur glorie, fiat subditis auctor ruine. Sollerter ergo se quisque metiatur,
25 nec locum regiminis assumere audeat, si adhuc in se vicium dampnabiliter regnat; nec is, quem crimen depravat proprium, intercessor fieri appetat pro culpulis aliorum."

Fr. 175
Bc 57rb

(D.49 c.1) QUI VICIIS MACULATUS EST SACRIFICIUM DEO OFFERRE NON DEBET.

Hinc etenim superna voce ad Moysen dicitur in Levitico: "Loquere ad Aaron: homo de semine tuo per

9–11 Lev. 21:17

7 Sicut – 22 ascensum Gregorius I, *Registrum* 9.219 (JE 1747; ed. Norberg, CCSL 147A.787.115-121; ed. Ewald, MGH Ep. 2.208.9-14). Anselmus 6.25; Polycarpus 2.1.30; *Coll. 3 libr.* 2.1.16 18 Sollicite – 124: 12 demonstramus Gregorius, *Cura pastoralis* 1.10-11, ed. xxx.

PGwMkMvPy

1 statuti Mk: statutis P Py Trip.: statuta Mv 4 accedentes assumentes BcP MkMv 6 dicantur neophiti dicatur neophitus BcP MkPy 7 in om. P Mk 14 Ecce – 26 mereantur incl. Gw 20 quia quia cum P MkMvPy 21 cum om. P MkMvPy 27 nec ne P MkMvPy

familias, qui habuerit maculam, non offerat panes Deo suo, nec accedat ad ministerium eius." Ubi et repente subiungitur; "Si cecus fuerit, si claudus, si vel parvo vel grandi et torto naso, si fracto pede, si mancus, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel ponderosus." (§ 1) Cecus quippe est, qui superne lumen contemplationis ignorat, qui presentis vite tenebris pressus, dum lucem venturam nequaquam diligendo conspicit, quo gressus operis porrigat nescit. Hinc etenim prophetante Anna dicitur in libro Regum: "Pedes sanctorum suorum servabit, et impii in tenebris conticescent." (§ 2) Claudus vero est, qui quidem quo pergere debeat aspicit, sed per infirmitatem mentis vite viam perfecte non valet tenere quam videt; quia videlicet quis ad virtutis statum dum fluxa consuetudine non erigitur, quo desiderium innititur, illuc gressus operis efficaciter non sequitur. Hinc etenim Paulus dicit ad Ebreos: "Remissas manus et dissoluta genua erigite, et gressus rectos facite pedibus vestris, ut non claudicans erret, magis autem sanetur". (§ 3) Parvo autem naso est, qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus non est. Naso quippe odores fetoresque discernimus. Recte ergo per nasum discretio exprimitur, per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus. Unde et in laude sponse dicitur in Canticis canticorum: "Nasus tuus sicut turris, quae est in Libano," quia nimirum sancta ecclesia quae ex causis singulis temptamenta prodeant per discretionem conspicit, et ventura viciorum bella ex alto deprehendit. Sed sunt nonnulli, qui, dum estimari hebetes nolunt, sepe se in quibusdam inquisitionibus plus quam necesse est exercentes ex nimia subtilitate falluntur. Unde hic quoque subditur: "uel grandi vel torto naso." Nasus etenim grandis et tortus est discretionis subtilitas inmoderata, quae, dum plus quam decet excreverit, actionis sue rectitudinem ipsa confundit. (§ 4) Fracto autem pede vel manu est, qui viam Domini pergere omnino non valet, atque a bonis actibus funditus exors vacat, quatenus hec non ut claudus saltem cum infirmitate teneat, sed ab his omnimodo alienus existat. (§ 5) Gibbus

Bc 57va

Fr. 176

Bc 57vb

12–15 Lev. 21:18-20 20–21 I Sam. 2:9 27–29 Hebr. 12:12-13
34–35 Cant. 7:4 32 Lev. 21:18

PGwMkMvPy

1 qui – 11 suo *incl. Gw* panes] panem *Fr.* 3 Si – claudus *incl. Gw*
4 et *P MkMv:* vel *Fr.*

vero est, quem terrene sollicitudinis pondus deprimit, ne
 umquam ad superna respiciat, sed solis his, quae in infimis
 calcantur, intendat, quid et si quando aliquid ex bono
 patrie celestis audierit ad hoc, nimirum perverse
 5 consuetudinis pondere pregravatus, cordis faciem non
 attollit, qui cogitationis statum erigere non valet, quem
 terrene usus sollicitudinis curvum tenet. Ex horum
 quippe specie psalmista dicit in Psalmo xxxvii:
 10 "Incurvatus et humiliatus sum usquequaque." Quorum
 culpam quoque per semetipsam veritas reprobans ait in
 Luca: "Semen autem, quod in spinis cecidit, hi sunt, qui
 audierunt et a sollicitudinibus et divitiis et voluptatibus
 vite euntes suffocantur, et non referunt fructum." (§ 6)
 15 Lippus vero est, cuius quidem ingenium ad cognitionem
 veritatis emicat, sed tamen hoc carnalia opera obscurant.
 In lippis quippe oculis pupille sane sunt, sed humore
 defluenti infirmantes palpebre grossescunt, quorum quia
 infusione crebra atteritur, etiam acies pupille vitiatur. Et
 20 sunt nonnulli, quorum sensum carnalis vite operatio
 sauciat, qui videre recta subtiliter per ingenium poterant,
 sed usu pravorum actuum caligant. Lippus itaque est,
 cuius sensum natura exacuit, sed conversationis pravitas
 confundit, cui bene per Angelum dicitur in Apocalypsi:
 25 "Colirio inunge oculos tuos, ut videas." Colirio quippe
 oculos ut videamus inungimus, cum ad cognoscendam
 veri luminis claritatem intellectus nostri aciem
 medicamine bone operationis adiuvamus. (§ 7) Albuginem
 vero habet in oculo, qui veritatis lucem videre non sinitur,
 quia arrogantia sapientie seu iusticie cecatur. Pupilla
 30 namque oculi nigra videt, albuginem, tollerans nichil
 videt, quia videlicet sensus humane cogitationis, si
 stultum se peccatoremque intelligit, cognitionem intime
 claritatis apprehendit. Si autem candorem sibi iusticie seu
 sapientie tribuit, a luce se superne cognitionis excludit, et
 35 eo claritatem veri luminis nequaquam penetrat, quo se
 apud se per arrogantiam exaltat, sicut de quibusdam
 dicitur ad Romanos: "Dicentes enim se esse sapientes,
 stulti facti sunt." (§ 8) Iugem vero habet scabiem, cui
 40 carnis petulantia sine cessatione dominatur. In scabie
 etenim fervor viscerum ad cutem trahitur, per quam recte

Bc 58ra

9 Ps. 118:10 21–23 Luc. 8:14 24¹ Apoc. 3:18 7–8 Rom. 1:22

PGwMkMvPy

8 xxxvii] xxxvi *MkPy*: xxxviii *Mv*

18 crebra crebro *P MvPy*

9 *Incurvatus* inc. sum *Fr.*

luxuria designatur, quia si cordis temptatio usque ad operationem prosilit, nimirum fervor intimus usque ad cutis scabiem prorumpit, et foris iam corpus sauciat, quia dum in cogitatione voluptas non reprimitur, etiam in actione dominatur. Quasi enim cutis pruriginem Paulus curabat abstergere, cum dicebat ad Corinthios: "Temptatio non apprehendat vos, nisi humana," ac si aperte diceret: Humanum quidem est in corde temptationem perpeti, demoniacum vero est temptationis certamine et operatione superari. (§ 9) Impetiginem quoque habet in corpore quisquis avaricia vastatur in mente, quae si in parvis non compescitur, nimirum sine mensura dilatatur. Inpetigo quippe sine dolore corpus occupat et absque occupati tedio excrescens membrorum decorem fedat, quia et avaritia capti animum, dum quasi delectat, exulcerat, dum adipiscenda queque cogitationi obicit, ad inimicicias accendit, et dolorem in vulnere non facit, quia estuanti animo ex culpa habundantiam promittit. Sed decor membrorum perditur, quia aliarum quoque virtutum per hanc pulcritudo depravatur, et quasi totum corpus exasperat, quia per universa animum subplantat, Paulo adtestante, qui ait ad Timotheum: "Radix omnium malorum est cupiditas." (§ 10) Ponderosus vero est, qui turpitudinem non exercet opere, sed tamen ab hac cogitatione continua sine moderamine gravatur in mente; qui nequaquam quidem usque ad opus nefarium rapitur, sed eius animus voluptate luxurie sine ullo repugnationis stimulo delectatur. Viciium quippe est ponderis, cum humor viscerum ad virilia labitur, quae profecto cum molestia dedecoris intumescunt. Ponderosus ergo est, qui totis cogitationibus ad lasciviam defluens, pondus turpitudinis gestat in corde; et quamvis prava non exercent opera, ab his tamen non elevatur mente, nec ad usum boni operis in aperto valet assurgere, quia gravat hunc in abditis pondus turpe. (§ 11) Quisquis ergo quolibet horum vitio subigitur, panes Domino offerre prohibetur, ne profecto aliena delicta valeat diluere is, quem adhuc propria devastant. (§ 12) Quia igitur paucis ad pastorale magisterium dignus qualiter veniat, atque hoc indignus qualiter pertimescat, ostendimus, nunc is,

7 | Cor. 10:13 23 | Tim. 6:10

PGwMkMvPy

10 et et in *BcPMk*: in *Py* 40 hoc indignus] ind. hoc *Fr*.

qui ad illud digne pervenerit, in eo qualiter vivere debeat, demonstramus.

(D.49 c.2) Item Ieronimus super Malachiam.

5 INDOCTUS, TERRENA LUCRA QUERENS, VITIOSUS
ORDINARI NON DEBET.

Sacerdotes nomen Domini despiciunt, et, quantum ad se, panem pollutum offerunt, qui ad altare indigne accedunt, quique dato munere sacerdotium presumunt. Panem quoque polluit, qui doctrinam Domini in populo male dispertit, et qui honorat potentem et despicit pauperem. Et infra: **(§ 1)** "Si offeratis cecum ad immolandum, nonne malum est?" etc. Superius accusati de panibus nunc accusantur de victimis. Cecum animal offert, qui ordinat indoctum in loco docti, magistrumque
10 facit, qui vix discipulus esse poterat. Claudum offert, qui lucra terrena querentem locat, utpote pedem in diversa ponentem, unum in divinis, alterum in carnalibus, cui potest inferri illud de libro Regum: "Usquequo claudicas in duas partes?" Languidum offert, qui vitiosum pro religioso habet, quique tardum et pigrum probat patientem, dicens illum negligentie redarguendum.
15 Indignum est enim dare Deo quod dedignatur homo.

(D.50 d.a.c.1)¶ Ex premissis auctoritatibus liquido demonstratum est, quod variis criminibus irretiti in sacerdotes ordinari non possunt. Nunc autem de eisdem queritur, utrum post actam penitentiam, vel in propriis ordinibus remanere, aut ad maiores gradus conscendere valeant? Multorum auctoritatibus deiciuntur variis criminibus irretiti a propriis ordinibus, et ab accessu maiorum prohibentur. Unde Gregorius ait Constantino Mediolanensi episcopo:

Fr. 178

25 **(D.50 c.1)** LAPSI IN SUUM ORDINEM REPARARI NON POSSUNT.

Si lapsis ad suum ordinem revertendi licentia conceditur vigor canonice proculdubio frangitur discipline, dum pro reversionis spe prave actionis desideria quis concipere non formidat. Et post pauca: **(§ 1)** Illud pre omnibus studete, ut lapsos in sacro ordine
30

34 Si – 12 vindicta Anselmus 8.32/8.22; Ivo, *Decretum* 6.80a-b; *Coll. Trip.* 1.57(55).56a-b; **Panormia* 3.145a-b; *Coll. 3 libr.* 2.18.5

PGwMkMvPy

24 quod qui Mv, om. P Py **25 eisdem]** hisdem Fr. **30 ait** om. PSg Py

nullius vobis supplicatio aliquo modo revocare studeat, ne huiusmodi non statuta, sed temporaliter dilata credatur esse vindicta.

- Sg 15a (D.50 c.2) Item Martinus papa Amando episcopo. 5
 QUI POST ORDINATIONEM LABITUR, DEPOSITUS PERMANEBIT.
 Qui semel post suam ordinationem in lapsum ceciderit deinceps iam depositus erit, nullumque gradum sacerdotii poterit adipisci.
- (D.50 c.3) Item Gregorius papa Sabino episcopo. 10
 PRESBITER POST LAPSUM NULLA RATIONE IN SACRO ORDINE REPARARI VALET.
 Presbiterum, de quo nos fraternitas tua latoris presentium legatione consuluit, nulla ratione in sacro ordine post lapsum aut permanere, aut revocari posse cognoscat. Circa quem tamen mitius agendum est, quia commissum facinus facili dicitur professione confessus. 15
- (D.50 c.4) Item Iohannes VIII Cenomantico Venetensi episcopo. 20
 POST PERACTUM HOMICIDIUM SACERDOTALE OFFITIUM AMMINISTRARI NON POTEST.
 Miror minus doctam scientiam tuam sacerdotem putare et post perpetratum homicidium posse in sacerdotio ministrare, immo (quod est ineptius) nobis suadere velle, ut ipsi tali presumptioni preberemus assensum. Quis enim tam demens tamque perversi sensus tale quid existimaret vel post quantamcumque penitentiam concedendum, cum omni sit canonice discipline contrarium? Debet ergo sacerdotio privatus lacrimarum fonte flagitium tam immane diluere, ut talibus saltem remediis curatus salutis possit invenire suffragium. 25
- Fr. 179 (D.50 c.5) Item Nicolaus papa. 30

7 Qui – 18 adipisci *Panormia 3.141; Coll. 3 libr. 2.18.12 **13**
Presbiterum – 26 confessus Anselmus 8.23; *Panormia 3.146; Coll. 3 libr. 2.18.7 **22 Miror – 126: 8 suffragium** Iohannes VIII, Ep. 51 (JE 3010; J³ 7024; ed. Caspar, MGH Epp. 7.304.2-8). Ivo, *Decretum* 6.114/10.51; Coll. Trip. 1.65(63).6; Panormia 3.153

PGwMkMvPy 19 episcopo PGwMkMvPySg]

1 nullius nullus P: nulla MkMvPy **10 papa** om. MkMvPy **sabino**
 sabiano P^{9c}: sabiniano P^{9c}Sg MvPy

AD MAIOREM GRADUM PROVEHI NON POTEST CLERICUS, QUI PAGANUM OCCIDERIT.

Clericum, qui paganum occiderit, non oportet ad maiorem gradum provehi, qui carere debet etiam
5
acquisito, homicida enim est. Nam cum discreti sint milites seculi a militibus ecclesiae, non convenit militem ecclesiae militare seculo, per quod ad effusionem sanguinis necesse sit pervenire.

(D.50 c.6) Idem Osbaldo Corepiscopo Quadrantino.

10 QUI SE DEFENDENDO PAGANUM OCCIDERIT, SACERDOTALI CAREAT OFFITIO.

De his clericis, pro quibus consuluistis, scilicet, qui se defendendo paganum occiderunt, si postea per penitentiam emendati ad pristinum possint gradum
15
redire, aut ad altiorem ascendere, scito, nos nullam occasionem dare nec ullam tribuere licentiam eis quemlibet hominum quolibet modo occidendi. Verum si contigerit, ut clericus sacerdotalis ordinis saltim paganum occiderit, multum sibi consulit, si ab offitio sacerdotali recesserit; satiusque illi est in hac vita Domino sub inferiori habitu inreprehensibiliter famulari, quam alta
20
indebite appetendo in profundum dampnabiliter dimergi.

(D.50 c.7) Item ex concilio Agatensi.

25 EPISCOPUS, PRESBITER, AUT DIACONUS CAPITALE CRIMEN COMMITTENS CADAT AB OFFITIO.

Si episcopus, presbiter, aut diaconus capitale crimen commiserit, aut cartam falsaverit, aut falsum testimonium dixerit, ab offitii honore depositus in monasterio detrudatur et ibi quamdiu vixerit laicam tantummodo
30
communione accipiat.

(D.50 c.8) Item ex concilio Martini papae.

QUI HOMICIDII FACTO AUT PRECEPTO, AUT CONSILIO POST BAPTISMUM CONSCIUS FUERIT, CLERICUS NON ORDINETUR.

35 Si quis viduam aut ab alio relictam duxerit, non admittatur ad clerum. Quod si irreperit, deiciatur. Similiter si homicidii aut facto, aut precepto, aut consilio, aut defensione post baptismum conscius fuerit et per

3 Clericum – 17 pervenire Ivo, *Decretum* 6.120; **Coll. Trip.* 1.64(62).48
12 De – 31 dimergi **Coll. Trip.* 1.64(62).44 **26 Si – 39 accipiat** **Coll. Trip.* 2.31(28).49; *Coll. 3 libr.* 2.18.20 **35 Si – 10 accipiat** Martinus Bracarenensis, *Capitula* 26 (ed. Vives, 94). **Coll. Trip.* 2.53(74).26

Fr. 180 aliquam subreptionem ad clericatum venerit, deiciatur, et in fine vite sue communionem accipiat.

Sg 15b **(D.50 c.9)** Item Gregorius Ianuario episcopo Caralitano.

DE SACRIS ORDINIBUS LAPSI REPARARI NON POSSUNT. 5

Pervenit ad nos, quosdam de sacris ordinibus lapsos vel post penitenciam, vel ante penitenciam ad ministerii sui officium revocari; quod omnino prohibemus, et in hac re sacratissimi quoque canones contradicunt. Qui igitur post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccatum fuerit carnis, sacro ordine careat, et ad ministerium altaris non accedat. 10

(D.50 c.10) Idem Venantio Lunensi episcopo.

DE EODEM.

Accedens ad Gorgonam insulam fraternitas vestra discutiat id, quod ad nos de Saturnino expresbitero est perlatum. Pervenit namque ad nos, quia postquam de sacris ordinibus lapsus a sui sacerdotii ordine deiectus est, ad explendum ministerium presbiterii presumpsit accedere, et omnipotenti Deo hostias immolare. Quod si ita factum vestra fraternitas repererit, eum sacri corporis et sanguinis domini participatione privatum in penitenciam redigat, ita ut usque ad diem ultimum in eadem excommunicatione permaneat et viaticum tantummodo exitus sui tempore percipiat. Sin autem talem penitenciam agere fraternitas vestra cognoverit, ut ei iuste ad recipiendam inter laicos communionem etiam ante exitum debeat misereri, hoc in tue fraternitatis ponimus potestate. Et infra: **(§ 1)** Preterea ad fraternitatis tue consulta respondentes statuimus, diaconem et abbatem, quem de portu Veneris indicas cecidisse, ad sacrum ordinem non debere vel posse aliquo modo revocari. Quem quidem sacro ordine privatum in penitenciam deputare te convenit; cuius si postea actus conversatioque meruerit, priorem inter alios monachos, ubi decreveris, standi locum obtineat. Subdiaconi quoque, quos similis culpa constringit, ab officio suo irrevocabiliter depositi, inter laicos communionem accipiant. In portu autem Veneris loco lapsi diaconi alium, 15 20 25 30 35

6 Pervenit – 20 accedat *Anselmus 8.19; Ivo, *Decretum* 6.78; *Coll. Trip.* 1.57(55).54; *Panormia* 3.133; *Polycarpus* 4.41.5; *Coll. 3 libr.* 2.18.2 **15**

Accedens – 128: 16 permisimus *Anselmus 8.20-21; Ivo, *Decretum* 6.83; *Coll. Trip.* 1.57(55).66; *Polycarpus* 4.41.7-8; *Coll. 3 libr.* 2.18.3-4

qui hoc offitium implere debeat, ordinabis. Saturninum
 vero expresbiterum, ut numquam ad sacri ordinis
 ministerium presumat accedere, scriptis cavere
 decrevimus; sed eum in insula Gorgona atque Capraria
 5 sollicitudinem de monasteriis gerere, et in quo est statu
 sine cuiusquam adversitate manere permisimus.

Fr. 181

(D.50 c.11) Idem.

LOCO LAPSI ALIUS ORDINANDUS EST.

Postquam quemquam criminaliter cadentem in locum,
 10 quo lapsus est, nulla permittit ratio revocari, et ultra tres
 menses ecclesiam vacare pontifice statuta sacrorum
 canonum non permittunt, ne cadente pastore dominicum
 gregem hostis (quod absit) antiquus insidiando dilaniet,
 fraternitas vestra deprecationi eorum consentire et in
 15 lapsi loco debet episcopum ordinare.

(D.50 c.12) Item Martinus papa.

QUI POST ORDINATIONEM IN LAPSUM CECIDERIT,
 SACRA MISTERIA NON DEBET TRACTARE.

Si post ordinationem suam quispiam in lapsum
 20 ceciderit, et prevaricationis peccato fuerit deprehensus
 obnoxius omnimodo prohibendum est, eum manibus
 lutulentis atque pollutis misteria nostre salutis tractare.

(D.50 d.p.c.12) ¶Econtra exemplis et auctoritate
 25 probatur, post actam penitentiam proprios gradus licite
 posse administrare, et ad maiores conscendere. Maria
 enim, soror Aaron, postquam lepra percussa est, quia in
 Moysen murmuraverat, acta penitencia mundata est, et
 pristinam gratiam prophetandi recepit. Aaron post
 conflatum vitulum etiam in summum sacerdotem est
 30 consecratus. David post adulterium et homicidium
 spiritum prophetie recepit, et in proprio gradu permansit.
 Achab post mortem Nabuthe viri sanctissimi per
 penitentiam humiliatus in regia sede remansit. Et, ut
 pretereamus multa exempla veteris testamenti, Petrus
 35 negavit Christum, et tamen postea princeps apostolorum
 factus est; Paulus Stephanum lapidavit, et tamen a Deo in
 apostolum electus est. Multi quoque ab heresi ad
 unitatem catholice fidei revertentes in suis ordinibus

9 Postquam – 25 ordinare *Anselmus 8.22; *Coll. 3 libr.* 2.18.6 **19 Si – 32 tractare** Martinus I, *Ep.* 2 (JE 2059; ed. PL 87.136B). Algerus 2.42 can. d, ed. Kretzschmar, 288.18-21. **Coll. 3 libr.* 2.18.13

recepti sunt, alii vero ad episcopalem etiam gradum sunt promoti, utpote Augustinus et alii quam plures.

(D.50 c.14) CLERICI POST LAPSUM IN SUIS ORDINIBUS REPARARI POSSUNT.

Ponderet unusquisque sermones suos, et quod sibi loqui non vult alteri non loquatur. Unde bene sacra scriptura ait: "Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias". Nos enim tempore indigemus, ut aliquid maturius, agamus, ne precipitemus consilia et opera nostra, neque ordinem corrumpamus. (§ 1) Sed si aliquis lapsus quo modo fuerit, portemus eum et fraterno corripimus affectu, sicut ait beatus Apostolus: "Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi." (§ 2) Porro S. David de mortiferis criminibus penitentiam egit, et tamen in honore permansit. (§ 3) Beatus quoque Petrus amarissimas lacrimas fudit, quando Dominum negasse penituit, sed tamen apostolus permansit. Et Dominus per Prophetam pollicetur, dicens: "Peccator in quacumque die conversus fuerit et ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius." Errant itaque, qui putant, sacerdotes post lapsum, si condignam egerint penitentiam, Domino non posse ministrare, et suis honoribus frui, si bonam vitam deinceps duxerint, et suum sacerdotium digne custodierint. Et ipsi, qui hoc putant, non solum errant, sed etiam traditas ecclesiae claves despiciere videntur, de quibus dicitur: "Quecunque solveritis in terra, erunt soluta et in celo." Alioquin hec sententia aut Domini non est, aut vera est. (§ 4) Nos vero indubitanter tam Domini sacerdotes quam reliquos fideles post dignam satisfactionem posse redire ad honores credimus, testante Domino per Prophetam: "Numquid qui dormit, non adiciet, ut resurgat"? Et propheta David penitentiam agens dixit: "Redde mihi leticiam salutaris tui, et spiritu principali confirma me." Ipse namque post penitentiam et alios docuit, et sacrificium Deo obtulit, dans exemplum doctoribus sanctae ecclesiae, si lapsi fuerint et condignam penitentiam Deo gesserint, utrumque facere posse. Docuit enim, quando dixit: "Docebo iniquos vias tuas, et inpii ad te convertentur." Sacrificium Deo obtulit pro se, dum

5 Ponderet – 130: 22 sacrificiis Ivo, *Decretum* 6.48-49; *Coll. Trip.* 1.14.11; *Panormia* 3.148; *Polycarpus* 4.41.1; **Coll. 3 libr.* 2.18.27-28

dicebat: "Sacrificium Deo spiritus contribulatus". Videns enim Propheta scelera sua mundata per penitentiam, non dubitavit predicando et Domino libando curare aliena. (§ 5) Mutatur ergo homo a peccato et gratia Dei resurgit a lapsu et in pristino manet officio iuxta predictas auctoritates. Videat, ne amplius iaceat, sed evangelica sententia in eo maneat quae ait: "Vade et amplius noli peccare." Unde ait Apostolus: "Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediat concupiscentiis eius". (§ 6) Sententiam, quae misericordiam vetat, non solum tenere, fratres, sed etiam audire refugite, quia potior est misericordia omnibus holocaustomatibus et sacrificiis.

(D.50 c.16) Item Gregorius Secundino.

15 LAPSI REPARARI POSSUNT.

Tua sanctitas requisivit, ut tibi de sacerdotali officio post lapsum resurgendi auctoritatem scriberemus, dum dicis de hoc canonum diversorum te legisse diversas sententias, alias resurgendi, alias nequaquam: ideo nos generaliter a Nicena sinodo incipientes, cum reliquis quatuor veneramus, quia in cunctis sententiis unanimiter concordant. Nos vero precedentes Patres sequimur quia (auctore Deo) a sacra doctrina illorum non discordamus. A capite itaque incipientes usque in quartum altaris ministerium, hanc formam servandam cognovimus, ut sicut minorem maior precedit honore, ita et crimine, et quem maior sequitur culpa, maiori implicetur vindicta et post penitentia credatur esse fructuosa. (§ 1) Quid enim prodest triticum seminare, et fructum illius non colligere? aut domum construere, et non illic habitare? Post dignam itaque satisfactionem credimus posse redire ad honorem. (§ 2) Ad fontem misericordie recurrentes evangelicam proferamus sententiam: "Gaudeo," inquit, "super uno peccatore penitentiam agente quam super nonaginta novem iustis, qui non indigent penitentia." Et ovem perditam, nonaginta novem non errantibus relictis, humero pii pastoris ad ovile reportandam Dominus ipse testatur. Si ovis perditam errantem post inventionem ad ovile humero deportatur, predictis nonaginta novem non errantibus relictis in deserto cur post penitentiam ad ecclesiae ministerium lapsus non revocetur? Sicut in

16 Tua – 131: 19 predixit Ivo, *Decretum* 6.85; *Panormia* 3.147; **Coll.* 3 *libr.* 2.18.29

Fr. 185 Apocalipsi dicitur de ministro ecclesiae: “Memento unde cecideris, et age penitenciam, et prima opera fac.” Quid est enim gravius, aut carnale delictum admittere, sine quo pauci inveniuntur, aut Dei filium iureiurando negare? In quo verbo hunc ipsum beatum Petrum apostolorum principem, ad cuius sacrum corpus indigni sedemus, lapsum esse cognovimus. Sed post negationem penitencia secuta est, et post penitenciam misericordia data, quia ab apostolatu eum non distulit, qui ante ipsum se negare predixit. 5 10

(D.50 c.17) Idem.

POST ACERRIMAM PENITENCIAM LAPSI REPARANTUR.

Quid est hoc, quod Prophete iacenti dicitur: “Sta supra pedes tuos, et loquar tecum?” Qui enim iacenti loquebatur, cur stanti promittit se esse locuturum? sed sciendum est, quia alia sunt, quae iacentes, alia quae stantes audire debemus. Iacenti enim dicitur, ut surgat; stanti autem precipitur, ut ad predicationem proficisci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confusione iacentibus preberi non debet auctoritas predicationis. Sed cum iam in bono opere surgimus, cum iam recti stare ceperimus, dignum est, ut ad lucrandos alios in predicatione mitti debeamus. Stans ergo Propheta visionem spiritualem vidit, et cecidit; cadens vero admonitionis verba suscepit, ut surgeret; surgens autem preceptum audivit, ut predicaret. Nam qui adhuc ex superbie vertice stamus, cum iam de eternitatis timore aliquid sentire ceperimus, dignum est, ut ad penitenciam cadamus. Et dum infirmitatem nostram subtiliter agnoscentes humiliter iacemus, per divini verbi consolationem ad fortiora opera surgamus. 15 20 25 30

(D.50 c.18) Idem.

DE EODEM.

Ferrum de terra tollitur, cum fortis propugnator ecclesiae a terrena, quam prius tenuit, actione separatur. Non ergo in eo debet despici, quod fuit, quia iam incipit esse quod non fuit. 35

(D.50 c.20) Item Ieronimus.

13 Quid – 40 surgamus *Coll. 3 libr. 2.18.18?* **34 Ferrum – 5 fuit** **Coll. 3 libr. 2.18.30*

DE EODEM.

Ihesus filius Iosedech sacerdos magnus quamquam in
 tipo precesserit adventum salvatoris, qui nostra peccata
 portavit et alienigenam ex gentibus sibi copulavit
 5 ecclesiam, tamen secundum litteram post sacerdotium
 sordidatus inducitur, et stat diabolus a dexteris eius, et
 candida illi deinceps vestimenta redduntur.

(D.50 d.p.c.24)¶ Quomodo igitur huiusmodi
 auctoritatum dissonantia ad concordiam revocari valeat,
 10 breviter inspiciamus. Sunt quidam, quos non odium
 criminis, sed timor vilitatis, amissio proprii gradus et
 ambitio celsioris ad penitentiam cogit. Hos sacri canones
 irrecuperabiliter deiciunt, quia qui simulatione penitencie
 vel affectione honoris adeo non consequitur veniam, nec
 15 ab ecclesia meretur reparationem. Unde Augustinus
 scribit ad Bonifacium:

(D.50 c.25) Quare constitutum est in ecclesia, ne post
 penitentiam aliquis ad clericatum redeat.

Ut constitueretur in ecclesia, ne quisquam post alicuius
 20 criminis penitentiam clericatum accipiat, vel ad
 clericatum redeat, vel in clericatu maneat, non
 desperatione indulgentie, sed rigore factum est discipline.
 Alioquin contra claves datas ecclesiae disputabitur, de
 quibus dictum est: "quaecumque solveritis in terra, soluta
 25 erunt et in celo." Sed ne forte etiam de ceteris criminibus
 spe honoris ecclesiastici animus intumescens superbe
 ageret penitentiam, severissime placuit, ut post actam de
 crimine dampnabili penitentiam nemo sit clericus, ut
 desperatione temporalis altitudinis medicina maior et
 30 verior esset humilitatis. Nam et S. David de criminibus
 mortiferis egit penitentiam, et tamen in honore suo
 perstitit, et beatum Petrum, quando amarissimas lacrimas
 fudit, utique Dominum negasse penituit, et tamen
 apostolus mansit. Sed non ideo putanda est supervacua
 35 posteriorum diligentia, qui ubi saluti nichil detrahebatur,
 humilitati aliquid addiderunt, quo salus tucius muniretur,
 experti, credo, aliquorum fictas penitencias per affectatas
 honorum potentias. Cogunt enim multas invenire
 40 medicinas multorum experimenta morborum. Verum in
 huiusmodi causis, ubi per graves dissensionum scissuras
 non huius aut illius hominis periculum, sed populorum

2 Ihesus – 13 redduntur *Coll. 3 libr. 2.18.31 **19 Ut – 133: 10**
subueniat Anselmus 8.3; Ivo, *Decretum* 6.386; *Coll. Trip. 3.10.21

Fr. 188 strages iacent, detrahendum est aliquid severitati, ut maioribus malis sanandis karitas sincera subueniat.

(D.50 c.28) Item Ysidorus ad Massanum episcopum.

QUI SUNT REPARANDI POST LAPSUM, VEL QUI NON.

Fr. 189 Domino sancto meritisque beato fratri Massano episcopo Ysidorus episcopus. Quod in epistolis venerabilis fraternitas tua innotuit, videlicet quod in canone Anquiritano c. XIX legitur, post lapsum corporalem restaurandum honoris gradum post penitenciam, alibi vero legitur, post huiusmodi delictum nequaquam reparandum antiqui ordinis meritum: hec diversitas hoc modo solvitur. Illos enim ad pristinos gradus redire canones precipiunt, quos penitencie precessit satisfactio vel condigna peccatorum confessio. At contra hi, qui neque a vicio corruptionis emendantur, atque hoc ipsum carnale delictum, quod admittunt, vindicare quadam supersticiosa temeritate nituntur, nec gradum utique honoris, nec gratiam recipiunt communionis. Ergo ita est determinanda sententia, ut necesse sit illos restaurari in loco honoris, qui per penitenciam reconciliationem merentur divine pietatis. Hi non inmerito consequuntur ad apte dignitatis statum, qui per emendationem penitencie recepisse noscuntur remedium vite. Id autem, ne forte magis sit ambiguum, divine auctoritatis sententia confirmatur. Ezechiel quidem propheta sub typo prevaricatricis Ierusalem ostendit, post penitencie satisfactionem pristinum restaurari honorem: "Confundere," inquit, "o Iuda, et porta ignominiam tuam." Et post Paululum: "Et tu," inquit, "et filie tue revertimini ad antiquitatem tuam". (§ 1) Quod dixit, "confundere," ostendit, post opus peccati debere quemquam erubescere, et post confessionem pro admissis sceleribus verecundam frontem humo prostratam demergere, pro eo quod dignum confusione perpetravit opus. Deinde precepit, ut post ignominiam id est deiectionem sui nominis sive dignitatis revertatur ad suam antiquitatem. Ergo dum quisque post opus confusionis sue confunditur, atque ignominiam portans depositionem suam cum humilitate luget, revocari secundum Prophetam ad priorem poterit statum. Item Iohannes evangelista Angelo Ephesi ecclesiae inter cetera quaedam similia scribit: "Memor

5 **Domino** – 134: 22 **auctoritas** Anselmus 8.34; *Coll. Trip.* 3.10.33; **Panormia* 3.149; *Polycarpus* 4.41.11; *Coll. 3 libr.* 2.18.32/3.26.16

esto unde cecideris, et age penitentiam, et prima opera fac; alioquin veniam tibi, et movebo candelabrum tuum de loco suo". (§ 2) Ecce in quantum valui concilii Anquiritani antiquam plane et plenam auctoritate sententiam sacris
 5 testimoniis explanavi, ostendens, eum posse restaurari in proprio ordine, qui per penitencie satisfactionem novit propria delicta deflere. Qui vero nec luget quae gessit, sed lugenda sine ullo pudore religionis vel timore divini iudicii committit, nullo modo eum posse ad pristinum
 10 gradum restaurari cognoscas. (§ 3) In fine autem huius epistole hoc adiciendum putavi, ut quotiescumque in gestis conciliorum discors sententia invenitur, illius concilii magis teneatur sententia, cuius antiquior et potior extat auctoritas.

Fr. 190

15 (D.50 d.p.c.28)¶ Quicumque igitur pro criminibus suis digne Deo penitentiam obtulerint, auctoritate Gregorii et Ieronimi et Augustini et Ysidori gradum pristinae dignitatis recipere possunt. Qui autem non odio criminis, sed timore vilitatis vel ambitione honoris falsas Deo
 20 penitencias offerunt, in pristini honoris gradum reparari minime poterunt. Sed obicitur illud Hormisde papae, qui scribit omnibus episcopis per universas provincias:

(D.50 c.29) DIACONUS AUT PRESBITER IN ADULTERIO DEPREHENSI REPARARI NON POSSUNT.

25 Si quis diaconus aut presbiter post acceptam benedictionem Leviticam cum uxore sua incontinens invenitur, ab officio suo abiciatur. (§ 1) Ecce manifeste constat, quia secundum titulos antiquorum Patrum sancto Spiritu suggerente conscriptos, et secundum sententias
 30 CCCXVIII episcoporum, (quas etiam Gallicani canones continere videntur), clerici in adulterio deprehensi, aut ipsi confessi, aut ab aliis convicti, ad honorem redire non possunt. Quia forte non desunt, quibus pro nimia pietate suprascripta sanctorum Patrum severitas minime placeat,
 35 sciant, se CCCXVIII episcoporum, qui et reliquos canones statuerunt, sententias reprehendere vel dampnare. Sed forte maior est in illis pietas, quam in supradictis CCCXVIII episcopis? maior est in illis misericordia, quam in S. Iohanne papa? maior karitas, quam in reliquis sanctis sacerdotibus, qui hoc exemplo remedia ecclesiarum suis
 40 diffinitionibus deliberaverunt? Et ideo aut prona voluntate preceptis illorum consentiant, aut omnibus illis

25 Si – 135: 35 desevit *Coll. 3 libr. 2.18.17

contrarios se et inimicos esse cognoscant. quae est ista iusticie inimica bonitas, palpare criminosos, et vulnera eorum usque ad diem iudicii incurata servare? (§ 2) Quod si eos durissimam penitentiam per plures annos videremus agere, tunc nos et saluti eorum possemus consulere, et statuta canonum deberemus temperare. Cum vero in aliquibus nec compunctio humilitatis, nec instancia orandi apareat, nec beatum David imitentur, qui dicit: "Lavabo per singulas noctes lectum meum; lacrimis meis stratum meum rigabo;" et illud: "Cinerem tamquam panem manducabam et potum meum cum fletu miscebam;" nec eos ieiuniis vel lectionibus vacare videamus, possumus agnoscere, si ad pristinos gradus vel honores redirent, cum quanta negligentia et cum quanto torpore et inimica sue anime securitate permanerent, credentes, quod sic eis non acta digna penitencia dimiserit Deus, quomodo sacerdotes indulsisse videntur. Vere dico, quia illi ipsi, quibus cum periculosa et falsa misericordia indulgere videmur, cum ante tribunal Christi pro tantis peccatis dampnandi advenerint, contra nos causam dicturi sunt, dicentes, quod dum aut asperitatem lingue eorum expavimus, aut falsa blandimenta et periculosas adulationes ipsorum libenter accepimus, in eisdem peccatis permanere eis inutiliter indulgemus, aut ipsa peccata augere permittimus, non recordantes illud, quod in veteri testamento scriptum est: quia uno peccante contra omnes ira Dei desevit.

(D.50 c.30) Item Ieronimus.

DIFFICILE EST POST LAPSUM AD PRISTINUM GRADUM REDIRE.

Quicumque dignitatem divini gradus non custodiunt, contenti fiant animam salvare. Reverti enim in pristinum gradum difficile est.

(D.50 c.31) Item Basilius.

LAPSUM POST PENITENCIAM ALTARIO TANTUMMODO MINISTRET.

Qui sub gradu ceciderit post penitentiam, contentus fiat baptizare, communionem infirmis dare, et altario ministrare tantummodo.

31 Quicumque – **41 est** Ivo, *Decretum* 15.91; *Polycarpus* 4.41.12; **Coll. 3 libr.* 2.18.23 **37 Qui** – **6 tantummodo** Ivo, *Decretum* 15.93; **Coll. 3 libr.* 2.18.24

(D.50 d.p.c.32)¶Sed illud Hormisde papae desidiosos et negligentes, non vere penitentes reparari prohibet. (§ 1) Illud autem Ieronimi fatetur hoc esse difficile, non impossibile. (§ 2) Basilius autem circa delinquentes rigorem iusticie servandum ostendit, quem circa penitentes alii relaxandum misericorditer affirmant. (§ 3) Possunt et aliter distingui premissae auctoritates. Quorum crimina manifesta sunt ante vel post ordinationem, a sacris ordinibus deiciendi sunt; quorum autem peccata occulta sunt et secreta satisfactione secundum sacerdotis edictum purgata, in propriis ordinibus remanere possunt.

(D.50 c.34) QUI SINT REPARANDI POST LAPSUM, VEL QUI NON.

De his vero visum nobis est scribendum esse, qui sacros ordines habent et ante vel post ordinationem contaminatos in capitalibus criminibus se esse profitentur. In quibus, ut mihi videtur, hec distancia esse debet, ut hi, qui deprehensi vel capti fuerint publice in periurio, furto atque fornicatione et ceteris huiusmodi criminibus, secundum sacrorum canonum instituta a proprio gradu decendant, quia scandalum est populo Dei tales personas superpositas habere, quas ultra modum vitiosas esse constat. Nempe inde detrahunt homines sacrificio Dei (sicut quondam, filiis Hely peccantibus fecisse leguntur, et rebelles hinc atque contrarii existentes eorum pravis exemplis cotidie peiores fiunt. Qui autem de predictis peccatis absconse a se admissis per occultam confessionem coram angelis Dei, presente etiam sacerdote, qui eis indicturus est penitenciam, confitentur, et semetipsos graviter deliquisse queruntur, si se per ieiunia et elemosinas vigiliisque et sacras orationes purgare certaverint, his etiam gradu servato spes venie de misericordia Dei promittenda est.

(D.50 d.p.c.35)¶Quod vero supra de homicidiis statutum legitur, intelligendum est, quando facultas datur effugiendi, nec necessitate clauduntur obsidionis. Ceterum, cum necessitate angustati effugere non possunt, si tunc homicidium admiserint, purgati per penitenciam et offitio, et communioni reddentur. Unde in Ilerdensi concilio legitur:

Fr. 194

14 De – 39 est Ivo, *Decretum* 6.400; *Coll. Trip.* 3.10.35; *Panormia* 3.152; **Coll. 3 libr.* 2.18.25

(D.50 c.36) CLERICI IN OBSIDIONIBUS POSITI NECESSITATE SI SANGUINEM FUDERUNT, POST DUORUM ANNORUM PENITENCIAM OFFITIO ET COMMUNIONI RESTITUANTUR.

De his clericis, qui in obsessionibus positi necessitate fuerint, id statutum est, ut qui altario ministrant et Christi corpus et sanguinem tradunt, vel vasa sacro offitio deputata contrectant, ut ab omni humano sanguine etiam hostili se abstineant. Quod si in hoc inciderint, tam offitio quam communione corporis Domini duobus annis priventur, ita ut duobus annis vigiliis, ieiuniis, orationibus et elemosinis pro viribus, quas Dominus donaverit, expientur; et ita demum offitio vel communioni reddantur, ea tamen ratione, ne ulterius ad officia potiora promoveantur. Quod si in diffinito tempore negligentiores circa salutem suam extiterint, protelandi ipsius penitencie tempus in potestate maneat sacerdotis.

(D.50 d.p.c.36) ¶ Casu quoque si clericus homicidium fecerit, in proprio gradu ex dispensatione remanere permittitur. Unde Urbanus II scribit Guarnerio Merseburgensi episcopo:

(D.50 c.37) QUI CASU HOMICIDIUM FACIT, EX DISPENSATIONE IN SUO ORDINE PERMANEAT.

Clerico iacente lapidem puer interemptus dicitur. Nos pro amore tuo in suo ordine eum permanere permittimus, ut tamen semper in penitencia et timore permaneat.

(D.50 c.38) Item Stephanus V Sichiberto Corsice episcopo.

DE EODEM.

Quia te quasi obnoxium iudicas, eo quod a Sarracenis captus homines interfecisse videris, bene facis. Sed quoniam non tua sponte id fecisse cognosceris inde canonicè nullo modo iudicaris.

(D.50 d.p.c.51) ¶ Premissis auctoritatibus, lapsis permittitur, ut post penitenciam in suis ordinibus reparari valeant; ad maiorem autem conscendere post lapsum nulla eis auctoritate permittitur, immo penitus prohibetur. Unde in Ilerdensi concilio legitur:

5 De – 24 sacerdotis Conc. Ilerdense (a. 546) 1 (ed. Vives, 55). *Coll. Trip. 2.37(34).1; Coll. 3 libr. 3.19.51 **24 Clerico – 33 permaneat**
*Panormia 3.154 **30 Quia – 138: 2 iudicaris** *Panormia 3.155

(D.50 c.52) LAPSI IN SUIS ORDINIBUS REPARARI POSSUNT, SED NON AD MAIORA CONSCENDERE.

Hii, qui altario sancto deserviunt, si subito flenda
 5 carnis fragilitate corruerint, et Domino respiciente digne
 penituerint, ita ut mortificato corpore cordis contriti
 sacrificium Deo offerant, maneat in potestate pontificis
 vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos
 prolixiori tempore ab ecclesiae corpore segregare; ita
 10 tamen, ut sic offitiorum suorum loca recipiant, ne possint
 ad altiora offitia ulterius promoveri.

(D.50 d.p.c.52) ¶ Sed exemplo beati Petri (qui
 postquam trine negationis maculas confessione diluit
 amoris, non solum in gradu sui apostolatus remansit,
 15 verum etiam in pastorem totius ecclesiae a Christo
 institui meruit.) probantur lapsi post dignam penitentiam
 non solum propria offitia retinere, sed etiam ad maiora
 posse conscendere. Quod autem beatus Petrus post
 negationem pastor ecclesiae a Domino sit institutus,
 20 probatur auctoritate beati Gregorii, qui in omelia
 dominice resurrectionis de eodem principe apostolorum
 scribit, dicens:

(D.50 c.53) PETRUS POST CULPAM NEGATIONIS PRINCEPS APOSTOLORUM A DOMINO EST INSTITUTUS.

25 Considerandum est nobis, cur omnipotens Deus eum,
 quem cuncte ecclesiae preferre disposuerat, ancille vocem
 pertimescere et se ipsum negare permisit. Quod nimirum
 magne actum pietatis dispensatione cognoscimus, ut is,
 qui futurus erat pastor ecclesiae, in sua culpa disceret,
 30 qualiter aliis misereri debuisset. Prius itaque eum ostendit
 sibi, et tunc preposuit ceteris, ut ex sua infirmitate
 cognosceret, quam misericorditer aliena infirma
 tolleraret.

(D.50 d.p.c.54) ¶ Item obicitur, penitentes ad sacros
 35 ordines promoveri non debent: non ergo lapsi post
 penitentia ad maiora pertingere possunt. Unde in
 Cartaginensi concilio IV legitur:

(D.50 c.55) NON ORDINETUR CLERICUS EX PENITENTIBUS.

40 Ex penitentibus, quamvis sit bonus, tamen clericus non
 ordinetur. Si per ignorantiam episcopi factum fuerit,

3 Hii – 17 promoveri Ivo, *Decretum* 15.87; *Coll. Trip.* 2.37(34),5; *Coll. 3*
libr. 2.18.26 **39 Ex – 14 secundam** Ivo, *Decretum* 15.5; **Coll. Trip.*
 2.21(18),67-68; *Panormia* 3.60; *Coll. 3 libr.* 2.14.53

deponatur a clero, quia se ordinationis tempore non prodidit fuisse penitentem. Si autem sciens episcopus ordinaverit talem, etiam ipse ab episcopatu suo ordinandi dumtaxat potestate privetur. Simili sentencie subiacebit episcopus, si sciens ordinaverit clericum, qui viduam aut repudiatam uxorem habuerit, aut secundam. 5

(D.50 c.56) Item Siricius papa Himerio episcopo.

BIGAMUS, PENITENS, VIDUE MARITUS, SACRE MILITIE SE INGERENS, SINE SPE PROMOTIONIS IN SUO ORDINE PERMANEAT. 10

Quicumque penitens, quicumque bigamus, quicumque vidue maritus ad sacram miliciam indebite et incompetenter irrepserit, hac sibi condicione a nobis veniam intelligat relaxatam, ut in magno debeat computare beneficio, si adempta sibi omni spe promocionis in hoc quo invenitur ordine perpetua stabilitate permaneat. 15

(D.50 c.58) Item Hormisda papa omnibus episcopis per universas provincias.

QUI AD PENITENCIAM AGENDAM IN MONASTERIO RECLUDITUR, PRESBITER NON ORDINETUR. 20

Si ille, qui ultro petit penitentiam, quamvis eam perfecte agat, non potest episcopus aut presbiter ordinari, ita ut, etiamsi per ignoranciam ordinatus fuerit et postea convincitur penitentiam accepisse, deiciatur: ille, qui invitatus ad penitentiam agendam mittitur in monasterio, (qui utique nichil aliud, quam penitens dicendus est), qua consciencia ad sacerdocium pervenire permittitur? Nemo mihi alia quolibet contra auctoritatem sedis apostolice vel CCCXVIII episcoporum, vel reliquorum canonum constituta obiciat; quia quicquid contra illorum diffinitionem (in quibus Spiritum sanctum credimus locutum) dictum fuerit, recipere non solum temerarium, sed etiam periculosum esse non dubito. 25
Fr. 200

(D.50 c.59) Item Gelasius Urbis Rome episcopus omnibus episcopis. 35

BIGAMI, VEL QUILIBET POST PENITENCIAM SACRIS NON APPLICENTUR MINISTERIIS.

Non confidat quisquam pontificum fas esse, digamos aut coniugia sortientes ab aliis derelicta, sive quoslibet 40

11 Quicumque – 25 permaneat *Anselmus 8.6/7.17 **22 Si – 140: 4**

post penitenciam, vel sine litteris, vel corpore viciatos, vel
 condicionarios, aut curie publicarumque rerum nexibus
 implicatos, aut passim nulla temporis congruentis
 expectatione discussos, divinis servituros applicare
 5 ministeriis.

(D.50 d.p.c.60)¶Hoc non de quibuslibet penitentibus
 intelligitur, sed de illis tantum, qui post penitenciam
 secularis militie cingulum accipiunt. De quibus
 Innocentius episcopus scribit Victorio Rotomagensi
 10 episcopo.

(D.50 c.61) NON DEBET FIERI CLERICUS, QUI POST
 REMISSIONEM PECCATORUM MILICIE CINGULUM HABUIT.

Si quis post remissionem peccatorum cingulum milicie
 secularis habuerit, ad clericatum omnino admitti non
 15 debet.

(D.50 d.p.c.61)¶Potest et aliter intelligi. Est quaedam
 penitencia, quae solemnis appellatur, quae semel tantum
 in ecclesia conceditur, de qua Ambrosius ait: "Sicut unum
 est baptisma, ita unica est penitencia." Item: "Non est
 20 secundus locus penitencie." Item: "Reperiantur quam
 plurimi, qui sepius agendam penitenciam putant, qui
 luxuriantur in Christo. Nam si vere penitenciam agerent,
 numquam iterandam postea putarent."

(D.50 c.62) Item Augustinus ad Macedonium.

25 Quamvis caute et salubriter provisum sit, ut locus
 humillime penitencie semel tantum in ecclesia concedatur,
 ne medicina nimis utilis minus vilis haberetur, tamen
 cotidie peccantibus numquam per penitenciam venia
 negatur.

Fr. 201

30 (D.50 d.p.c.62)¶Hec autem penitencia quomodo
 inponenda sit in Agatensi concilio legitur, in quo sic
 statutum est:

(D.50 c.63) QUOMODO PENITENTES AD PENITENCIAM
 ACCEDANT.

35 Penitentes tempore, quo penitenciam petunt,
 inpositionem manuum et cilicium super capita a sacerdote

dubito *Anselmus 7.18; *Polycarpus* 2.31.51; *Coll. 3 libr.* 2.14.56 **39 Non**
 – **15 ministeriis** *Anselmus 7.15

13 Si – **25 debet** *Anselmus 7.10; *Coll. Trip.* 1.40(38).19; *Polycarpus*
 2.31.8; *Coll. 3 libr.* 2.14.57 **25 Quamvis** – **141: 2 negatur** Ivo, *Decretum*

15.24b; *Coll. Trip.* 3.28.5 **35 Penitentes** – **15 negandum** Ivo, *Decretum*
 15.17; *Coll. Trip.* 2.31(28).13; *Coll. 3 libr.* 3.19.113/3.53.10

(sicut ubique statutum est) consequantur. Si autem comas non deposuerint, aut vestimenta non mutaverint, abiciantur et nisi digne penituerint, non recipiantur. uveenibus etiam penitencia propter etatis fragilitatem non facile committenda est. Viaticum tamen omnibus in morte positus non est negandum.

5

Fr. 202 (D.50 d.p.c.64)¶Hanc penitentiam nulli umquam clericorum agere conceditur, atque ideo huiuscemodi penitentes ad clerum admitti prohibentur. Unde in Cartaginensi concilio V statutum legitur:

10

(D.50 c.65) CLERICIS NON INPONATUR MANUS TAMQUAM PENITENTIBUS.

Confirmandum est, ut, si quando presbiteri vel diaconi in aliqua graviori culpa convicti fuerint, qua eos a ministerio necesse sit removeri, non eis manus tamquam penitentibus vel tamquam fidelibus laicis inponatur, neque umquam permittendum est, ut rebaptizati ad clericatus gradum promoveantur.

15

(D.50 c.66) NEC CLERICO PENITENTIAM AGERE, NEC PENITENTI AD CLERICATUM ACCEDERE PERMITTITUR.

20

Illud quoque nos par fuit providere, ut sicut penitentiam agere nulli umquam conceditur clericorum, ita post penitudinem ac reconciliationem cuiquam laicorum non liceat honorem clericatus adipisci, quoniam quamvis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum sacramentorum instrumenta suscipere, qui dudum fuerint vasa viciorum.

25

(D.50 d.p.c.67)¶Probantur etiam auctoritate Tolletani concilii huiuscemodi penitentes ad clerum non admittendi, in quo sic statutum est:

30

(D.50 c.68) CAUSA NECESSITATIS AD CLERUM PENITENTES ADMITTANTUR.

Fr. 203 Placuit, ut penitentes non admittantur ad clerum, nisi tantum si necessitas aut usus exegerit; tunc deputentur inter hostiarios vel inter lectores, ita ut apostolum vel evangelium non legant. (§ 1) Si qui autem ordinati sunt in diacones, inter subdiacones habeantur, ita ut manum non inponant nec sacra contingant. (§ 2) Cum vero

35

13 Confirmandum – 27 promoveantur Ivo, *Decretum* 15.85; **Coll. Trip.* 2.22(19).11 **21 Illud – 36 viciorum** Anselmus 7.16; Ivo, *Decretum* 15.63; *Coll. Trip.* 1.38(36).9; *Polycarpus* 2.31.6; **Coll. 3 libr.* 2.14.66 **33 Placuit – 15 altario** Conc. Toletanum I (a. 397-400) 2 (ed. Vives, 20). Anselmus 7.26; *Panormia* 3.61; *Coll. 3 libr.* 2.14.55

penitentem dicimus, qui post baptisma aut pro homicidio, aut pro diversis criminibus gravissimisque peccatis publicam penitentiam gerens sub cilicio divino fuerit reconciliatus altario.

5 (D.51 d.a.c.1)¶ Ecce quod criminosi vel non vere penitentes vel publicam penitentiam agentes, a sacris prohibentur ordinibus. Adiecit quoque sancta mater ecclesia, ut curiales, aut post baptisma militantes, aut in foro decertantes, a sacris prohibeantur ordinibus. Unde
10 Innocentius ait:

(D.51 c.1) POST BAPTISMA MILITANTES, VEL IN FORO DECERTANTES, A SACRIS PROHIBENTUR ORDINIBUS.

Aliquantos ex his, qui post acceptam baptismi gratiam in forensi exercitacione sunt versati et obtinendi
15 pertinaciam susceperunt, adscitos ad sacerdotium esse comperimus, quorum numero aliqui perhibentur ad sacerdotium assumi; aliquantos ex milicia, qui cum potestatibus obedierunt, seva necessario precepta sunt executi; aliquantos ex curialibus, qui, dum parerent
20 potestatibus, quae sibi sunt inperata fecerunt; aliquantos, qui voluptates et editiones populi celebrarunt, ad honorem summi sacerdocii pervenisse, quorum omnium neminem ad societatem quidem ordinis clericorum oportuerat pervenire. quae singula si discutienda
25 mandemus, non modicos motus aut scandala Ispaniensibus provinciis, quibus mederi cupimus, de studio emendationis inducemus; idcirco remittenda potius hec putamus. Sed ne deinceps similia committantur
dilectionis vestre maturitas providere debet, ut tante usurpationis nunc finis necessarius inponatur, eo videlicet
30 constituto, ut, quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur.

Fr. 204

(D.51 c.2) Idem Felici episcopo Nucерiano.

35 DE QUIBUS LAICIS AD CLERICATUM NON POSSUNT PERVENIRE.

Designata sunt genera laicorum, de quibus ad clericatum aliqui pervenire non possunt, id est, si quis fidelis administraverit. De curialibus autem manifesta ratio est, quoniam etsi inveniantur huiusmodi viri, qui
40 clerici debeant fieri, tamen quoniam sepius ad curiam

13 Aliquantos – 143: 3 deponantur *Coll. 3 libr. 2.14.65

36

Designata – 13 provenit *Anselmus 7.7; Polycarpus 2.31.38

repetuntur, cavendum est ab his propter tribulationem, quae sepe de his ecclesiae provenit.

(D.51 c.5) Item ex Tolletano concilio IV

A QUIBUS DEBET ESSE INMUNIS, QUI IN EPISCOPUM EST ORDINANDUS.

5

Qui in aliquo crimine detenti sunt, qui infamie nota aspersi sunt, qui scelera aliqua per publicam penitentiam se admisisse confessi sunt, qui in heresim sunt lapsi, qui in heresi baptizati aut rebaptizati esse noscuntur, qui semetipsos absciderunt aut qui naturali defectu membrorum aliquid minus habere noscuntur, qui secunde uxoris coniunctionem sortiti sunt aut numerosa coniugia frequentaverunt, qui viduam vel a marito relictam duxerunt aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas aut fornicarias habuerunt, qui servili conditioni obnoxii sunt qui ignoti sunt, qui neophiti vel laici sunt, qui seculari milicie dediti sunt, qui curie nexibus obligati sunt, qui inscii litterarum sunt, qui nondum ad triginta annos pervenerunt, qui per gradus ecclesiasticos non ascenderunt, qui ambitu honorem querunt, qui honorem muneribus obtinere moliuntur, qui a decessoribus in sacerdotium eliguntur. (§ 1) Sed nec ille deinceps sacerdos erit, quem nec clerus, nec populus proprie civitatis elegit, vel auctoritas metropolitani, vel conprovincialium sacerdotum assensus non exquisivit. Quicumque ergo deinceps ad ordinem sacerdotii postulatus, et in his, quae predicta sunt, exquisitus, in nullo horum deprehensus fuerit, et examinatus probabili vita atque doctrina exstiterit, tunc secundum sinodalia vel decretalia constituta cum omnium clericorum vel civium voluntate ab universis conprovincialibus episcopis, aut certe a tribus, in sacerdotem die dominico consecrabitur, convenientibus ceteris, qui absentes sunt, suis litteris, et magis auctoritate vel presencia eius, qui metropolitanus Episcopus constitutus est. Episcopus autem conprovincialis ibi consecrandus est, ubi metropolitanus elegerit; metropolitanus autem non nisi in civitate metropoli, conprovincialibus ibidem convenientibus. (§ 2) Si quis autem deinceps contra predicta vetita canonum ad sacerdotii gradum indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subiacebit.

10

15

20

25

30

35

40

6 Qui – 144: 12 subiacebit Conc. Toletanum IV (a. 633) x (ed. Vives, 199-200). *Coll. Trip. 2.40(37).3

(D.53 d.a.c.1)¶Curiales autem, ut supra scriptum est, ideo ordinari prohibentur, quia frequenter, dum ab ecclesia repetuntur, plurima incommoda ecclesia sequitur, vel quia iidem curiales non voto religionis, sed ut offitiorum suorum ratiocinia fugiant, ad ecclesias se transferunt. Unde Gregorius scribit libro VIII Registro omnibus episcopis de lege Mauriti Augusti:

Fr. 206

(D.53 c.1) QUARE SIT CONSTITUTUM, NE CURIALES ORDINENTUR.

Legem, quam piissimus inperator dedit, ne forte hi, qui milicie vel rationibus sunt publicis obligati, dum causarum suarum periculum fugiunt, ad ecclesiasticum habitum veniant vel in monasteriis convertantur, vestre studui fraternitati transmittere, maxime ob hanc causam, quod hi, qui seculi actionibus implicati sunt, in clero ecclesiae prepropere suscipiendi non sunt, quia, dum in ecclesiastico habitu non dissimiliter quam prius vixerant vivunt, nequaquam student seculum fugere, sed mutare. Quod si etiam tales quique monasterium petunt, suscipiendi nullo modo sunt, nisi prius a negociis publicis fuerint absoluti. (§ 1) Si qui vero ex militaribus viris in monasteriis annumerari festinant, non sunt temere suscipiendi, nisi vita eorum subtiliter inquisita fuerit. Et iuxta normam regularem in suo habitu per triennium probati, tunc monachicum habitum Deo auctore suscipiant.

(D.54 d.a.c.1)¶Servi autem ordinari prohibentur, nisi a propriis dominis libertatem legitimam consequantur. Unde Leo episcopus omnibus scribit episcopis:

(D.54 c.1) SERVUS AD CLERICATUS OFFITIUM NON PROMOVEATUR.

Nullus episcoporum servum alterius ad clericatus offitium promovere presumat, nisi forte eorum peticio aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in eo vendicant potestatis. Debet enim esse immunis ab aliis, qui divine milicie est aggregandus, ut a castris dominicis, quibus nomen eius asscribitur, nullius necessitatis vinculis abstrahatur.

(D.54 c.2) Item ex Triburiensi concilio.

Fr. 207

10 Legem – 38 suscipiant Ivo, *Decretum* 10.124; *Coll. Trip. 3.20.51 32
Nullus – 9 abstrahatur Anselmus 7.23; Ivo, *Decretum* 6.64; Coll. Trip. 1.45(43).5; Polycarpus 2.31.16; Coll. 3 libr. 2.14.38

DE SERVILI CONDICIONE AD SACROS ORDINES NULLUS ACCEDAT.

Nulli de servili condicione ad sacros ordines promoveantur, nisi prius a dominis propriis legitimam libertatem consequantur; cuius libertatis charta ante ordinationem in ambone publice legatur, et, si nullus contradixerit rite consecrabuntur. Porro servus non canonice consecratus, postquam de gradu deciderit, eius condicionis sit, cuius fuerat ante gradum.

(D.54 c.4) Item ex concilio Tolletano IX 10

POST DONUM LIBERTATIS FAMULI ECCLESIAE DEVOCENTUR IN CLERUM.

Qui ex famulis ecclesiae servituri devocantur in clerum ab episcopis suis, necesse est, ut libertatis percipiant donum, et si honeste vite claruerint meritis adiuti tunc demum maioribus fungantur offitiis. Quos vero flagitii sordidaverit incorrigibilis noxa, perpetua servitus condicionis religet in catena.

(D.54 d.p.c.4) ¶ Qui autem a dominis suis ordinandi libertatem consequuntur, ab eorum patrocínio penitus debent esse alieni, ut in nullo eorum obsequiis inveniantur obnoxii. Unde in concilio Tolletano IV legitur: 20

(D.54 c.5) AD CLERICATUM SUSCIPIANTUR QUI NULLO OBSEQUIO RETENTO A DOMINIS SUIS LIBERTATEM PERCIPIUNT. 25

Quicumque libertatem a dominis suis ita percipiunt, ut sibi in eis nullum obsequium patronus retinet, isti, si sine crimine sunt, ad clericatus ordinem liberi suscipiantur, quia directa manumissione absoluti noscuntur. Qui vero retento obsequio manumissi sunt, pro eo, quod adhuc patroni servitute tenentur obnoxii, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem promovendi, ne, quando voluerint eorum domini, fiant ex clericis servi.

3 Nulli – 19 gradum Conc. Triburiense (a. 895; versio Catalanensis) 30 (ed. Hartmann, MGH Conc. 5.xxx.xx-xx). Ivo, *Decretum* 6.41; **Coll. Trip.* 3.10.3; *Panormia* 3.48; *Polycarpus* 2.31.46 **13 Qui – 28 catena** Conc. Toletanum IX (a. 655) 11 (ed. Vives, 303). Ivo, *Decretum* 6.373; **Coll. Trip.* 2.47(41).5 **27 Quicumque – 11 servi** Conc. Toletanum IV (a. 619) 73 (ed. Vives, 216). Ivo, *Decretum* 6.126; **Coll. Trip.* 2.40(37).30; *Coll. 3 libr.* 3.20.5

(D.54 d.p.c.8)¶ Ceterum si a dominis suis libertatem consecuti non fuerint et ad ecclesiasticos ordines aliquo modo irrepserint, presbiter peculii amissione multetur, diaconus vero aut vicarium pro se prestabit aut in
5 servitum revocabitur. Ceteri vero gradus non possunt quemquam a nexu servitutis absolvere.

Unde Gelasius papa scribit Martino et Iusto episcopis: Fr. 209

(D.54 c.9) SERVUS SI LATENTER IRREPSEIT AD SACERDOTIUM, PECULII AMISSIONE MULTETUR.

10 Ex antiquis regulis et novella sinodali explanatione comprehensum est, personas obnoxias cingulo celestis milicie non precingi. Set nescio utrum ignorantia aut voluntate rapiamini, ita ut ex hac causa nullus pene
episcoporum videatur extorris. Ita enim nos frequens et
15 plurimorum querela circumstrepit, ut ex hac parte nichil penitus putetur constitutum. (§ 1) Actores siquidem illustris viri filii nostri Amandiani graviter conqueruntur, homines suo iuri debitos alios iam clericos, alios iam diaconos ordinatos, cum non solum post modernum
20 concilium (quod tantorum collectione pontificum sub omnium saluberrime provisionis assensu constat esse perfectum) huiusmodi persone suscipi non deberent, verum etiam, si qui forte in divine cultu milicie ante fuerint ignorantia faciente suscepti, eliminari prorsus et
25 exuti religioso privilegio, ad dominorum suorum possessiones iusta debuerint ammonitione compelli. Et ideo, fratres karissimi, eos, quos supradicti viri actores in clericatus offitio monstraverint detineri, discussos et obnoxios adprobatos, custodito legum tramite sine
30 intermissione restituite, ita ut si quis iam ex his presbiter reperitur, in eodem gradu peculii sola amissione multatus maneat. Diaconus vero aut vicarium prestet, aut, si non habuerit, ipse reddatur. Reliqua vero offitia sciant, neminem posse ab obnoxietate, si convincitur, vendicari,

10 Ex – 147: 12 turbentur Anselmus 7.24; Coll. Trip. 1.48(46).26; Panormia 3.164; Polycarpus 2.31.26; Coll. 3 libr. 2.14.36

1 Ceterum [BcFd 6 absolvere Fd]

3 peculii peculii Bc^{ac} multetur BcFd^{ac}: multetur Fr. 5 servitum servitute Bc revocabitur devocabitur Fd 7 papa Bc: om. Fr. 26 debuerint debuerunt Bc 27 actores auctores Bc^{ac} 30 restituite restitue Bc 31 multatus om. Bc 32 si non sine Bc^{ac} 34 vendicari uendicare Bc(post corr.?)

quatenus hoc ordine custodito nec dominorum iura, nec privilegia ulla ratione turbentur.

Bc 66vb (D.54 c.10) Idem Herculentio, Stephano et Iusto episcopis.

SERVUS CLERICUS FACTUS SERVITUTI MANEAT
OBNOXIUS. 5

Fr. 210 Frequens quidem et assidua nos querela circumstrepit de his pontificibus, qui nec antiquas regulas, nec decreta nostra noviter directa cogitantes, obnoxias possessoribus illigatasque personas venientes ad clericale cingulum non refutant. (§ 1) Nuper etenim rectores illustris femine Placidie petitorii oblatione conquesti sunt, Sabinum Marcellianensis sive Cusilinatis urbis antistitem Antiochum servum iuris patrone sue (absentis domine occasione captata) ad presbiterii honorem usque perductum, eiusque fratrem Leoncium clericalis officii privilegio decorasse. Et ideo, fratres carissimi, inter supradictos actores, et eos, qui extreme condicionis repetuntur obiectu, cognitionem vobis nostra auctoritate deputamus, ut omni veritate discussa, si revera obiectam sibi maculam iuste refragationis non poterit ratione diluere, Leoncium clericum, quem gradus prefinitus legibus non defendit, ad sequendam condicionis sue necessitatem modis omnibus redibete. Antiochum vero, quia propter sacerdotium iam retolli non potest, si in sua ecclesia in hoc in quo est honore collocare desiderat, non velud redditum sibi habeat, sed pro ministeriorum celebratione susceptum. 10 15 20 25

(D.54 c.11) Idem Rufino et Aprili episcopis.

DE EODEM. 30

Quis aut leges principum, aut patrum regulas, aut ammonitiones modernas dicat debere contempni, nisi qui inpunium sibi tantum existimat transire commissum? Actores siquidem filie nostre illustris et magnifice femine Maxime petitorii nobis insinuatione conquesti sunt, Silvestrum atque Candidum, originarios suos, contra constitutiones, quae supra dicte sunt, etiam 35

7 Frequens – **148: 2 susceptum** Anselmus 7.25; Ivo, *Decretum* 6.354; *Coll. Trip.* 1.48(46).27; *Panormia* 3.165; *Polycarpus* 2.31.27; *Coll. 3 libr.* 2.14.37 **31 Quis** – **17 repellantur** Ivo, *Decretum* 4.179; *Panormia* 2.150

Bc 2 turbentur Bc]

1 hoc om. Bc^{ac}

contradictione preeunte a Lucerino pontifice diacones non legitime ordinatos. Et ideo, fratres karissimi, tante prevaricationis excessus noveritis sagacius inquirendos, et, si constiterit querelam veritate fulciri, continuo, qui
5 contradictione preeunte non legitime sunt creati, a sacris offitiis repellantur.

(D.54 c.19) Item ex concilio Aurelianensi.

DE EODEM.

Si servus, absente aut nesciente domino, episcopo
10 sciente quod servus sit, presbiter aut diaconus ordinatus fuerit, ipso in clericatus offitio permanente, episcopus eum domino duplici satisfactione recompenset. Si vero
episcopus eum servum nescierit, qui testimonium perhibent, aut eum supplicaverint ordinari, simili
15 redibitione teneantur obnoxii.

Fr. 213

(D.54 c.21) Item Leo omnibus episcopis.

DE EODEM.

Admittuntur passim ad sacrum ordinem, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur, et qui a dominis suis consequi libertatem minime potuerunt, ad fastigium sacerdotii (tamquam servilis vilitas hunc
20 honorem capiat) provehuntur. Ab his itaque, fratres karissimi, omnes vestre provincie abstineant sacerdotes, et non tantum ab his, sed etiam ab aliis originariis, vel qui
alicui conditioni obligati sunt, volumus temperari, nisi
25 forte eorum peticio aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in eos vendicant potestatis.

Fd 9vb

(D.54 d.p.c.21)¶ De servis monasterii queritur, an ecclesiasticis offitiis possint aggregari, an non. Sed famuli ecclesiarum non sunt ordinandi, sicut supra dictum est, nisi a propriis episcopis libertatem consequuntur. Porro servus monasterii libertatem consequi non valet, non ergo ad clericatum sibi accedere licet. Quod autem liber fieri non possit, probatur auctoritate octave Sinodi, in qua sic
30 statutum legitur:
35

(D.54 c.22) MONASTERII SERVUM ABBATI VEL MONACHO NON LICET FACERE LIBERUM.

Abbati vel monacho monasterii servum non licebit facere liberum. Qui enim nichil proprium habet,

9 Si – 26 obnoxii Ivo, *Decretum* 6.125; *Coll. Trip.* 2.32(29).5

18

Admittuntur – 38 potestatis Ivo, *Decretum* 6.64; *Coll. Trip.* 1.45(43).5;

Fr. 214 libertatem rei aliene dare non potest, nam, sicut et seculi
leges sanxerunt, non potest alienari possessio, nisi a
proprio domino.

(D.54 d.p.c.22) ¶ Hac auctoritate prohibentur servi
adipisci libertatem recedendi ab obsequio monasterii, sed 5
non prohibentur nancisci libertatem promovendi ad
sacros ordines. Potest enim in sacris ordinibus constitutus
monasterii obsequiis perpetuo deservire, ac sic servus
monasterii et libertatem adipisci et sacris offitiis valet
associari. Unde in alio capitulo prefate constitutionis hec 10
causa redditur: “Iniustum est enim, ut monachis rurale
opus facientibus servi eorum otio torpeant ac deliciis
affluent.”

Quid autem servi ecclesiarum (quo nomine etiam
monasterii servos significari intelligimus) ad sacre 15
religionis propositum debeant assumi, auctoritate beati
Gregorii probatur, qui generali Sinodo residens dixit:

(D.54 c.23) SI CONVERSATIONIS PROBATE FUERIT
FAMULUS ECCLESIAE, POTESIT ORDINARI.

Multos ex ecclesiastica familia novimus ad 20
omnipotentis servitium festinare, ut ab humana servitute
liberi in divino servitio valeant in monasteriis conversari.
Quod si passim dimittimus, omnibus fugiendi ecclesiastici
iuris dominium occasionem prebemus. Si vero festinantes
ad omnipotentis servitium incaute retinemus, illi 25
invenimur negare quaedam, qui dedit omnia. Unde
necesse est, ut si quis ex iuris ecclesiastici vel secularis
milicie servitute ad Dei servitium converti desiderat,
probetur prius in laicali habitu constitutus. Et si mores
eius atque conversatio bono desiderio illius testimonium 30
ferunt, absque ulla retractione in monasterio omnipotenti
Domino servire permittatur, ut ab humano servitio liber
recedat, qui divino amore districtiorem appetit subire
servitute. Si autem et in monachico habitu secundum
Patrum regulas irreprehensibiliter fuerit conversatus, 35
post prefixa sacris canonibus tempora iam ad quodlibet
ecclesiasticum offitium provehatur, si tamen illis non
fuerit criminibus maculatus, quae in testamento veteri
morte mulctantur.

Polycarpus 2.31.16; *Coll. 3 libr.* 2.14.39 **38 Abbati – 15 domino** **Coll.*
Trip. 2.17(14).27(29)

20 Multos – 150: 11 mulctantur Anselmus 7.165; *Coll. Trip.*
1.57(55).25; *Polycarpus* 6.16.23; *Coll. 3 libr.* 2.14.40

(D.54 d.p.c.23)¶ Ecce, quomodo servi ad clericatum valeant assumi, vel quomodo non admittantur.

(D.55 d.a.c.1)¶ Corpore vero vitii similiter a sacris offitiis prohibentur. Unde Gelasius papa scribit, dicens: Fr. 215

5 (D.55 c.1) QUI DE MONASTERIALIBUS DISCIPLINIS AD CLERICALE MUNUS ACCEDIT ET DE LAICIS, ANTEACTA EIUS VITA EXAMINETUR.

Priscis igitur pro sua reverentia manentibus institutis, (quae, ubi nulla rerum vel temporum perurget angustia, regulariter convenit custodiri), quia eatenus ecclesiae vel cunctis vel sufficientibus private sunt ministeriis, ut plebibus ad se pertinentibus divina munera subplere non valeant, concedimus, ut, si quis monasterialibus disciplinis eruditus ad clericale munus accedit, etiam de laicis, anteacta eius vita requiratur, (§ 1) ne sit aliquo facinore infectus, vel illitteratus, vel bigamus, vel ab adolescentia sortitus, vel corpore vitiat, vel servilis vel originarie condicionis, vel curie vel publicarum nexibus rerum implicatus, vel publica penitencia notatus, vel nulla congruentis temporis expectatione discussus.

(D.55 c.3) Item Ylarius papa.

NON ORDINENTUR PENITENTES, VEL INSCII LITTERARUM.

Fr. 216

Penitentes vel inscii litterarum, aut aliqua membrorum dampna perpessi, ad sacros ordines aspirare non audeant. Quisquis autem talium consecrator extiterit, factum suum ipse dissolvat.

Fd 10ra

(D.55 d.p.c.3)¶ Corpore autem vitii intelliguntur non casu, sed propria voluntate abscisi. Unde in canonibus Apostolorum legitur:

(D.55 c.4) QUI SEMETIPSUM ABSCIDIT, NON ORDINETUR.

Si quis abscidit semetipsum, (id est, si quis amputaverit sibi virilia), non fiat clericus, quia suus est homicida, et Dei condicionis inimicus. (§ 1) Si quis, cum clericus fuerit, absciderit semetipsum, omnino dampnetur, quia suus est homicida.

8 Priscis – 31 discussus Gelasius I, *Ep.* 14 (JK 636) 2 (ed. Thiel, 362-363). Algerus 1.9 can. b, ed. Kretzschmar, 199.2-11. Cf. C.1 q.7 d.p.c. 6. Ivo, *Decretum* 3.142-3; *Coll. Trip.* 1.48(46).5; *Polycarpus* 2.31.50; *Coll. 3 libr.* 1.17.4. 24 Penitentes – 38 dissolvat Anselmus 7.13; *Coll. 3 libr.* 2.16.2

(D.55 c.6) NON EST ORDINANDUS, QUI PARTEM DIGITI SUI VOLENS ABCIDIT.

Qui partem cuiuslibet digiti sibi ipsi volens abscidit, hunc ad clerum canones non admittunt. Cui vero casu aliquo contigerit, dum aut operi rustico curam inpendit, aut aliquid faciens se non sponte percutit, hos canones precipiunt et clericos fieri, et, si in clero reperti fuerint, non abici. In illis enim voluntas est iudicata, quae sibi ausa fuerit ferrum inicere; in istis vero casus veniam meruit.

5

10

(D.55 d.p.c.6)¶ Similiter intelligendum est de his, qui per languorem a medicis secantur, aut a barbaris absciduntur, aut a dominis castrantur. Unde in Niceno concilio legitur:

(D 55. c.7) QUI PER LANGUOREM A MEDICIS DISSECATUR, AD CLERUM VALET ADMITTI.

15

Fr. 217

Si quis a medicis propter languorem desectus est aut a barbaris abscisus, hic in clero permaneat. Si quis autem se sanus abscidit, hunc in clero constitutum abstinere conveniet, et deinceps nullum talium debere promoveri. Sicut autem hoc claret, quod de his, qui hanc rem affectant audentque semetipsos abscidere, dictum sit, sic eos, quos aut barbari, aut domini castraverunt, inveniuntur autem alias dignissimi, tales ad clerum suscipit ecclesia.

20

25

(D.55 c.8) Item ex canone Apostolorum.

LICITE ORDINETUR EPISCOPUS, QUI PER HOMINUM INSIDIAS EUNUCHIZATUR.

Eunuchus, si per insidias hominum factus est, vel si in persecutione eius sunt amputata virilia, vel si ita natus est, et est dignus, fiat episcopus.

30

(D.55 c.9) Item ex concilio Martini papae.

NON EXCLUDUNTUR A CLERO, QUI A MEDICIS, VEL A BARBARIS, VEL A DOMINIS SUIS EXSECANTUR.

Si quis pro egritudine naturalia a medicis secta habuerit, similiter et qui a barbaris aut a dominis suis

35

3 Qui – 20 meruit Anselmus 7.30; Ivo, *Decretum* 6.58; *Coll. Trip.* 1.40(38).11; *Panormia* 3.43; *Polycarpus* 2.31.9; **Coll. 3 libr.* 2.16.1 **17 Si – 35 ecclesia** Anselmus 7.31; *Polycarpus* 2.31.54; **Coll. 3 libr.* 2.16.3 **29 Eunuchus – 5 episcopus** **Coll. 3 libr.* 2.16.6 **35 Si – 18 deponatur** Martinus Bracarenensis, *Capitula* 21 (ed. Vives, 92). Ivo, *Decretum* 6.374; **Coll. Trip.* 2.53(47).21; *Panormia* 3.56

castrati fuerint, et moribus digni inveniuntur, hos canon
admittit ad clerum promoveri. Si quis autem sanus non
per disciplinam religionis et abstinence sed per
abscissionem a Deo plasmati corporis, existimat, posse a
5 se carnales concupiscentias amputari, et ideo se
castraverit, non eum admitti decernimus ad aliquod
clericatus officium. Quod si iam ante fuerit promotus ad
clerum, prohibitus a suo ministerio deponatur.

(D.55 c.11) Item Stephanus Roberto Metensi episcopo.

10 NON PROHIBETUR A CLERO, QUI DIGITUM CASU SIBI
ABSCIDIT.

Lator presentium, Flavinus scilicet clericus, ad
sanctam sedem apostolicam veniens, detulit a te directam
nobis epistolam, qua indagare studuisti, eum a Normannis
15 nuperrime captum sinistre manus digitum habere
abscisum, sciscitaris, si ob hoc ad ecclesiasticum ordinem
valeat promoveri, an non. Quod et nos reperientes, quia
sollertia tua, magis super hoc sollicita, a sede apostolica
doceri flagitat, normam iusticie semper sequi
20 desideramus, studium tue sanctitatis merito collaudamus,
reverentiam tuam scire volentes, quoniam si ita est, quod
a Normannis digitum ipsum habeat abscisum, ad
promovendum (si alias dignus fuerit) nil ei nocebit, eo
quod quid de his, qui a dominis, vel a medicis, sive a
25 paganis non sponte tale quid patiuntur, sacri censeant
canones, dilectionem tuam latere non credimus.

Fr. 218

(D.55 c.12) Item Gelasius papa Palladio episcopo.

TEMPORE SINCERITATIS DIGNITAS ACCEPTA SEQUENTI
DEBILITATE NON AMITTATUR.

30 Precepta canonum, quibus ecclesiastica regitur
disciplina, sicut non paciuntur venire ad sacerdotium
debiles corpore, ita si quis in eo fuerit constitutus actu, ac
tunc fuerit sauciatus, amittere non potest quod tempore
sue sinceritatis accepit. **(§ 1)** Stephanus siquidem
35 presbiter petitorio nobis deflevit oblato, quod habetur in
subditis, olim sibi et ante annos plurimos collatam
presbiterii dignitatem, quam revera immaculati corporis
iudicio suscepisset; sed nuper propter provincie
vastitatem (quam Thuscie pre omnibus barbarorum
40 diversa sectantium, et ambiguitas invexit animorum),

Fd 10rb

12 Lator – **36 credimus** Ivo, *Decretum* 6.118; **Coll. Trip.* 1.66(64).8;
Panormia 3.44 **30 Precepta** – **22 prolapsus** Anselmus 7.32; Ivo,
Decretum 6.107; **Coll. Trip.* 1.48(46).31; *Panormia* 3.55; *Coll. 3 libr.* 2.16.4

- Bc 68va dum imminentes gladios evadere fuge presidio niteretur, acutis sudibus occurrentia sibi septa transsiliens, inferiores partes corporis inservisse suggessit, quae vix adhibita curatione biennio potuisset abstergi. Et ideo, frater karrissime, supradicto locum suum dignitatemque restitue, quatenus sacrosancta misteria, sicut consuevit, exerceat. Nec enim convenit ob hoc auferri ante susceptum ordinem, in quo postmodum in invaliditudine corporis casu probatur faciente prolapsus. 5
- (D.55 d.p.c.12)¶Hoc autem non de omnibus membris intelligendum est. Qui enim oculum casu amiserit, licet desit voluntas, tamen sacerdotium adipisci non potest. Unde Pelagius scribit Rufino episcopo: 10
- (D.55 c.13) NON SUNT PRESTANDA IURA SACERDOTII, CUI OCULUS EST ERUTUS. 15
- Illi, cui erutus est oculus, non possunt iuxta canones sacerdotii iura concedi. Neque enim aliquid ei prodest, quod oculum invitus amisit, cum nec volens quisquam oculum amisisse credendus est, nec sacratissimos canones aliquem casum in amissione oculi, ei qui ad sacerdotium adipiscendum non inpediret, suis excepisse regulis invenimus; sed hoc tantummodo ad prohibitionem fecisse videmus, ut qui caret oculo, sacerdotii offitium adipisci non possit. Sed nec illi ullatenus quasi in compensatione iniurie sacratus ordo concedi poterit, qui ad tantam sacerdotem proprium potuit iracundiam provocare, ut ille et offitium, in quo erat, amitteret, et iste proventus sui perderet facultatem. 20 25
- Fr. 219 (D.56 d.a.c.1)¶Presbiterorum etiam filii ad sacra offitia non sunt admittendi. Unde Urbanus papa II ait: 30
- (D.56 c.1) FILII PRESBITERORUM A SACRIS ORDINIBUS REMOVENTUR.
- Presbiterorum filios a sacris ministeriis removemus.

16 Illi – 154: 4 facultatem Pelagius I, *Ep.* 34.3-5 (J³ 1932; JK 993; ed. Gassó et Batlle, 94.13-95.24). Anselmus 11.150; Ivo, *Decretum* 6.111; **Coll. Trip.* 1.56(54).14 **33 Presbiterorum – removemus** Anselmus(AG) 6.150; Ivo, *Decretum* 6.410; *Coll. Trip.* 3.10.42; *Panormia* 3.51; **Coll. 3 libr.* 2.1.43

4 potuisset Bc **33 post. removemus** *verba* nisi aut in cenobiis aut in canonicis religiose probati fuerint conuersari *add. BhBpCgGgMz Fr., om. Bc^{ac} Bj^{ac}GtMvSb*

(D.56 d.p.c.1)¶¶Sed hoc intelligendum est de illis, qui paterne incontinentie imitatores fuerint. Verum si morum honestas eos commendabiles fecerit, exemplis et auctoritate non solum sacerdotes, sed etiam summi sacerdotes fieri possunt. (D.56 d.p.c.2) Felix enim tertius, natione Romanus, ex patre Felice presbitero fuit. Item Gelasius, natione Afer, ex patre episcopo Valerio natus est. Item Agapitus, natione Romanus, ex patre Gordiano presbitero originem duxit. Quamplures etiam alii inveniuntur, qui de sacerdotibus nati apostolice sedi preefuerunt. Hinc Augustinus ait:

(D.56 c.3) VICIA PARENTUM FILIIS NON INPUTENTUR.
Undecumque homines nascuntur, si parentum vitia non sectantur, honesti et salvi erunt. Semen enim hominis ex qualicumque homine Dei creatura est, et eo male utentibus male erit, non ipsum aliquando malum erit. Sicut autem boni filii adulterorum nulla est defensio adulterorum, sic mali filii coniugatorum nullum crimen est nuptiarum.

(D.56 c.4) Item Iohannes Crisostomus supra Mattheum homilia III

DE EODEM.
Numquam de viciis erubescamus parentum, sed unum illud queramus semperque amplectamur, virtutem videlicet. Huiusmodi enim, etiamsi alienigenam habet matrem, etiamsi fornicatione pollutam vel quolibet huiusmodi dedecore sordidatam, nichil tamen de eius aut vilitate fuscabitur, aut crimine polluetur. Quod si fornicatorem ipsum ad meliora conversum nequaquam vita conmaculat prior, multo magis ex meretrice natus et adultera, si propria virtute decoretur, parentum suorum non decoloratur obprobriis. Item: (§ 1) Non est omnino, non est nec de virtute nec de vicio parentum aut laudandus aliquis, aut culpandus, nemo inde vere aut obscurus, aut clarus est, imo etiam considerantius aliquid dicamus ac expressius, nescio, quomodo ille magis resplendet, qui ex parentibus a virtutibus prorsus alienis, ipse tamen fuerit Dei virtute mirabilis.

13 Undecumque – 28 nuptiarum Ivo, *Decretum* 6.415; *Coll. Trip. 3.10.45 23 Numquam – 155: 12 mirabilis Ivo, *Decretum* 6.414; *Coll. Trip. 2.17(14).5

(D.56 c.11) Unde idem Urbanus in fine superioris capituli distinguendo subiunxit:

Si religiosi inventi fuerint filii sacerdotum, ordinentur.

Nisi aut in cenobiis, aut in canonicis religiose probati fuerint conversari.

5

Fr. 223 **(D.56 c.12)** Item Alexander II

DE EODEM.

Apostolica vobis auctoritate precipimus, ut si eum, qui ecclesia electus est, digniorem altero esse, canonicamque eius electionem probaveritis, nostra fulti auctoritate consecretis. Nam pro eo, quod filius sacerdotis dicitur, si cetera virtutes in eum convenient, non reicimus, sed suffragantibus meritis connivendo eum recipimus.

10

(D.56 d.p.c.12)¶Hoc autem, quod de filiis sacerdotum dicitur, ex dispensatione ecclesiae introductum videtur, et quod ex dispensatione introducitur, ad consequentiam regule trahi non poterit. Unde Urbanus scribit Bartholomeo Thuronensi Archiepiscopo:

15

(D.56 c.13) FILII SACERDOTUM NON PROHIBENTUR AB EPISCOPATU, SI CETERE VIRTUTES IN EIS INVENIANTUR.

20

Cenomanensem electum, pro eo, quod filius sacerdotis dicitur, si cetera virtutes in eum convenient, non reicimus, sed suffragantibus meritis patienter suscipimus: non tamen, ut pro regula in posterum assumatur, sed ad tempus ecclesiae periculo consulitur.

25

(D.56 d.p.c.13)¶Cum ergo ex sacerdotibus nati in summos pontifices supra leguntur esse promoti, non sunt intelligendi de fornicatione, sed de legitimis coniugiis nati, quae sacerdotibus ante prohibitionem ubique licita erant, et in orientali ecclesia usque hodie eis licere probatur. (§ 1) Quod autem vicium originis semini inputari negatur, videtur esse contrarium illi sententiae "Adulterorum filii abominatio sunt Domino." Sed sicut supra dictum est de presbiterorum filiis, ita et hoc de filiis adulterorum intelligendum videtur, ut illi dicantur esse abhominatio Domino, ad quos paterna flagitia hereditaria

30

35

4 Nisi – 17 conversari Anselmus(AG) 6.150; Ivo, *Decretum* 6.140; *Coll. Trip.* 3.10.42; *Panormia* 3.51; **Coll. 3 libr.* 2.1.43 **8 Apostolica – 25 recipimus** **Coll. 3 libr.* 2.1.42 **21 Cenomanensem – 156: 2 consulitur** **Panormia* 3.53

1 Unde idem *Bc*

successione descendunt. Similiter et illud Urbani intelligendum est, quod ipse scribit Patrono Legionensi episcopo:

(D.56 c.14) DE EODEM.

5 Quia simpliciter ad sedem apostolicam veniens humiliter peccatum confessus es, quod pontificii tui videbatur offitium inpedire, videlicet quod ex matre non legitima procreatus sis, quam vivente propria uxore pater tuus cognovisse cognoscitur, nos apostolice mansuetudinis gratia admonente a ceteris quae sacerdotium inpediunt criminibus tam tui professione quam fratrum testimonio, qui tecum sunt, immunem te agnoscentes, et vitam tuam religiosam audientes, ab huius te peccati vinculo absolutum in suscepto sacerdotali offitio confirmamus.

(D.57 d.a.c.1) ¶ Item, qui in egritudine constitutus baptizatur, presbiter ordinari non debet. Unde in Neocesariensi concilio legitur:

Fr. 224

(D.57 c.1) NON ORDINETUR PRESBITER, QUI IN EGRITUDINE CONSTITUTUS BAPTIZATUR.

20 Si quis in egritudine constitutus baptizatus fuerit, presbiter ordinari non debet, (non enim fides illius voluntaria sed ex necessitate est), nisi forte postea ipsius studium et fides probabilis fuerit, aut hominum raritas exegerit.

(D.58 d.a.c.1) ¶ Item ex monachali habitu nullus assumatur ad ecclesiasticum offitium, nisi fuerit oblatum voluntate proprii abbatis. Unde Gregorius scribit:

(D.58 c.1) MONACHUS NON ORDINETUR CLERICUS, NISI VOLUNTATE ABBATIS EPISCOPO FUERIT OBLATUS.

30 Ad ecclesiasticum vero offitium nullus ex monasterio producatum monachus, nisi quem abbas loci admonitus propria voluntate obtulerit episcopo.

(D.58 c.2) Item ex concilio Cartaginensi V

35 DE EODEM.

Si quis de alterius monasterio repertum vel ad clericatum promovere voluerit, vel in suo monasterio maiorem monasterii constituere, episcopus, qui hoc

5 Quia – 28 confirmamus *Panormia 3.54 **21 Si – 38 exegerit** Ivo, *Decretum* 6.101; *Coll. Trip. 2.3.8; Polycarpus 2.31.47; Coll. 3 libr. 2.14.29
31 Ad – 8 episcopo *Coll. Trip. 1.57(55).83 **36 Si – 16 perseveret**
 *Coll. Trip. 2.22(19).13; Polycarpus 4.35.36; Coll. 3 libr. 2.29.18

fecerit, a communione ceterorum seiunctus, sue tantummodo plebis communione contentus sit, et ille neque clericus neque prepositus perseveret.

Fr. 225 (D.59 d.a.c.1)¶Item qui ecclesiasticis disciplinis inbuti, et temporum approbatione discussi non sunt ad summum sacerdotium non aspirant. Unde Zosimus papa: 5

(D.59 c.1) NON ASPIRET AD SUMMUM SACERDOTIUM QUI ECCLESIASTICIS DISCIPLINIS NON EST INBUTUS.

Qui ecclesiasticis disciplinis inbutus per ordinem non est et temporum approbatione divinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum ecclesiae sacerdotium aspirare presumat, et non solum in eo ambitio inefficax habeatur verum etiam in ordinatores eius, ut careant eo ordine, quem sine ordine contra precepta Patrum crediderant presumendem. 10 15

Fr. 226 (D.60 d.a.c.1)¶Ecce, ex parte ostensum est, qui possint ad sacerdotii ordinem promoveri, et qui non. Nunc autem considerandum est, ex quibus ordinibus in archipresbiterum, vel prepositum, vel episcopum, vel archiepiscopum sint eligendi. De his ita statutum est in concilio Urbani papae celebrato Alvernie: 20

(D.60 c.2) Item Calixtus papa.

NULLUS IN PREPOSITUM, VEL ARCHIEPISCOPUM, VEL ARCHIPRESBITERUM, VEL ARCHIDIACONUM NISI PRESBITER, VEL DIACONUS ORDINETUR. 25

Nullus in prepositum, nullus in archiepiscopum vel archipresbiterum, nullus in decanum nisi presbiter vel diaconus, nullus in archidiaconum nisi diaconus ordinetur.

(D.60 d.p.c.3)¶Horum unum propter procacitatem quorundam statutum est, qui nomen prepositure adepti officium contempnunt, nolentes fieri sacerdotes; alias autem inane esset, cum etiam in episcopum eligi possint in subdiaconatu constituti, iuxta illud Urbani papae: 30

9 Qui – 28 presumendem Anselmus 6.24; Ivo, *Decretum* 5.103; *Coll. Trip.* 1.41(39).1 **26 Nullus – 6 ordinetur** Anselmus(AB) 4.56b

6 aspirant debent *Sh* **Unde – 28 presumendem** *Hoc capitulum paleam esse indicant Rom.Fr.; cf. Buchner n. 52.* **7 Non – 28 presumendem om.** *Sh*

(D.60 c.4) NON ELIGATUR IN EPISCOPUM NISI IN SACRIS ORDINIBUS CONSTITUTUS.

Nullus in episcopatum eligatur, nisi in sacris ordinibus religiose vivens inventus fuerit. Sacros autem ordines
 5 dicimus diaconatum et presbiteratum. Hos siquidem solos primitiva legitur habuisse ecclesia, subdiacones vero, quia et ipsi altaribus ministrant, oportunitate exigente concedimus, si tamen spectate sint religionis et scientie. Quod ipsum non sine Romani pontificis vel metropolitani
 10 scientia fieri permittimus.

(D.60 d.p.c.4)¶Alterum vero, ut in episcopum vel archiepiscopum nisi in sacris ordinibus constitutus non eligatur, propter dignitatem ordinis statutum est.

(D.61 d.a.c.1)¶Item laici non sunt in episcopum
 15 eligendi, sed per singulos ordines prius sunt probandi. Unde Gregorius Brunichilde Regine Francorum:

Fr. 227

(D.61 c.1) SACERDOTES EX LAICIS NON SUNT ORDINANDI.

Sacerdotale offitium vestris in partibus in tanta (sicut didicimus) est ambitione perductum, ut sacerdotes, quod
 20 nimis grave est subito, ex laicis ordinentur.

(D.61 c.3)

Fr. 228

Non negamus in laicis esse Deo placitos mores, sed milites suos probatos sibi querunt instituta
 25 fidelium. Discere quis debet antequam doceat, et exemplum religiose conversationis de se potius aliis prestare quam sumere.

(D.61 c.5) Item Leo episcopus.

DE EODEM.

(§ 4) Merito Patrum beatorum venerabiles sanctiones, cum de sacerdotum electione loquerentur, eos demum
 30 sacris amministrationibus idoneos censuerunt, quorum omnis etas a puerilibus exordiis usque ad perfectiores annos per discipline ecclesiastice stipendia cucurrisset, ut unicuique testimonium prior vita preberet, nec potest de eius provectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actibus strenuis celsioris loci premium
 35 debetur.

3 Nullus – 21 permittimus Ivo, *Decretum* 5.72.2; *Coll. Trip.* 3.9.3; *Panormia* 3.5

(D.61 d.p.c.8) ¶ His omnibus auctoritatibus laici prohibentur in episcopatum eligi. **(§ 1)** Econtra beatus Nicolaus ex laico est electus in episcopum, beatus Severus ex lanificio assumptus est in archiepiscopum, beatus Ambrosius, cum nondum esset baptizatus, in archiepiscopum est electus. **(§ 2)** Sed sciendum est, quod ecclesiastice prohibitiones proprias habent causas, quibus cessantibus cessant et ipse. Ut enim laicus in episcopum non eligeretur, hec causa fuit, quia vita laicalis ecclesiasticis disciplinis per ordinem non erudita nescit exempla religionis de se prestare aliis, quae in se ipsa experimento non didicit. Cum ergo quilibet laicus merito sue perfectionis clericalem vitam transscendit, exemplo beatorum Nicolai et Severi et Ambrosii eius electio potest rata haberi.

(D.61 c.10) Item obicitur illud Sardicensis Concilii:

SCOLASTICUS EX FORO AUT EX ADMINISTRATIONE POTEST POSTULARI EPISCOPUS.

Osius episcopus dixit: Et hoc necessarium arbitror, ut diligentissime tractetur, si forte aut dives, aut scolasticus de foro aut ex administratore episcopus fuerit postulatus, ut non prius ordinetur, nisi ante lectoris munere, et offitio diaconi aut presbiteri fuerit perfunctus, et ita per singulos gradus (si dignus fuerit) ascendat ad culmen episcopatus.

(D.61 d.p.c.10) ¶ Sed aliud est postulari, aliud eligi. Postulatur nexibus curie adstrictus ab inperatore, clericus alterius civitatis a suo episcopo; sed non eligitur aliquis nisi in sacris ordinibus constitutus. Fit enim electio cum solemnitate decreti omnium subscriptionibus roborati: postulatio vero simplici petitione. Quam distinctionem beatus Gregorius innuit in registro scribens cuidam episcopo:

(D.61 c.11) ELECTIO EPISCOPI DEBET FIERI CUM SOLEMPNITATE DECRETI OMNIUM SUBSCRIPTIONIBUS ROBORATI.

Episcopus, dum fuerit postulatus, cum solemnitate decreti omnium subscriptionibus roborati, et dilectionis tue testimonio litterarum ad nos sacrandus occurrat.

(D.61 d.p.c.11) ¶ Sic beatus Ambrosius ante susceptum baptisma ab inperatore postulatus, non electus est. Item clerici unius ecclesiae non sunt preferendi in electione his,

qui bene militant in propria ecclesia. Unde Celestinus papa:

(D.61 c.12) EXTRANEI EMERITIS IN SUIS ECCLESIIS NON PREPONANTUR.

5 Nec emeritis in suis ecclesiis peregrini et extranei, et qui ante ignorati sunt, ad exclusionem eorum, qui bene civium suorum merentur testimonium, preponantur.

(D.61 c.13) Item.

DE EODEM.

10 Nullus invitis detur episcopus. Tunc alter de altera ecclesia eligatur, si de civitatis ipsius clero, cuius est episcopus ordinandus, nullus (quod evenire non credimus) dignus poterit reperiri. Primum enim illi reprobandi sunt, ut aliqui de alienis ecclesiis merito preferantur. Habeat
15 unusquisque sue fructum milicie in ecclesia, in qua suam per omnia officia transegit etatem. In aliena stipendia minime alter obrepat, nec alii debitam alter audeat sibi vindicare mercedem. Sit facultas clericis renitendi, si se viderint pregravari, et quem sibi ingeri ex transverso
20 viderint non timeant refutare. Qui etsi non debitum premium, vel liberum de eo, qui eos rector est, debent habere iudicium.

(D.61 c. 16) Item Gregorius in Registro.

Fr. 232

DE EODEM.

25 Obitum Victoris Panormitane civitatis antistitis directa relatio patefecit. Quapropter visitacionis destitute ecclesiae fraternitati tue operam solempniter delegamus. Et ideo fraternitas tua ad predictam ecclesiam ire properet et assiduis adhortationibus clerum plebemque
30 eiusdem ecclesiae ammonere festinet, ut, remoto studio, uno eodemque consensu talem preficiendum sibi expetant sacerdotem, qui tanto ministerio valeat dignus reperiri, et a venerandis canonibus nullatenus respuatur. **(§ 1)** Commonemus etiam fraternitatem tuam, ut nullum de
35 altera eligi permittas ecclesia, nisi forte inter clericos ipsius civitatis, in qua visitacionis inpendis officium, nullus ad episcopatum dignus (quod evenire non credimus) poterit inveniri.

40 **(D.62 d.a.c.1)**¶ Breviter monstratum est, ex quibus ordinibus in quos gradus sunt eligendi. Nunc videndum est, a quibus sunt eligendi et consecrandi. Electio clericorum est, consensus plebis. Unde Leo papa:

Fr. 234

(D.62 c.1) NON SUNT HABENDI INTER EPISCOPOS, QUI NEC A CLERICIS ELIGUNTUR, NEC A PLEBIBUS EXPETUNTUR.

Nulla ratio sinit, ut inter episcopos habeantur, qui nec a clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti.

5

(D.62 c.2) Item Celestinus.

POPULUS NON DEBET PREIRE, SED SUBSEQUI.

Docendus est populus, non sequendus.

Fr. 234 **(D.63 c.1)** LAICI ELECTIONI PONTIFICUM SE IPSOS NON INSERANT.

10

Fr. 235 Nullus laicorum principum vel potentum semet inserat electioni vel promotioni patriarche, metropolitae, vel cuiuslibet episcopi, ne videlicet inordinata et incongrua fiat confusio vel contentio, presertim cum nullam in talibus potestatem quemquam potestativorum vel cetero laicorum habere conveniat. Et infra: Quisquis secularium principum vel potentum, vel alterius dignitatis laicus adversus communem ac consonantem atque canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere temptaverit, anathema sit, donec obediat et consentiat, quicquid ecclesia de ordinatione atque electione proprii presulis se velle monstraverit.

15

20

(D.63 c.2) DE EODEM.

Adrianus papa secundus (quod Nicolaus decessor eius disposuerat) missos suos, Donatum scilicet Hostiensem episcopum, et Stephanum Nephesium episcopum, et Marinum diaconem sanctae Romane ecclesiae, ad Basilium imperatorem et ad filios eius Constantinum et Leonem Augustos Constantinopolim direxit, cum quibus et Anastasius bibliothecarius Romane sedis, utriusque lingue, grece scilicet et latine, peritus, perrexit, et synodo congregata (quam octavam universalem sinodum illuc convenientes appellaverunt) exortum scisma de Ignatii depositione et Fotii ordinatione sedaverunt, Fotium anathematizantes et Ignatium restituentes. In qua sic statutum est: Consecrationes et promotiones episcoporum, concordans prioribus conciliis, clericorum electione ac decreto et episcoporum collegio fieri hec sancta et universalis synodus diffinivit et statuit atque iure promulgavit, neminem laicorum principum vel potentum semet inserere electioni vel promotioni patriarche, vel metropolitani, aut cuiuslibet episcopi, ne videlicet inordinata et incongrua hinc fiat contentio vel confusio,

25

30

35

40

presertim cum nullam in talibus potestatem quemquam potestativorum vel laicorum ceterorum habere conveniat, sed silere et attendere sibi, usquequo regulariter a collegio ecclesiae suscipiat finem electio futuri pontificis.
 5 Si vero quis laicorum ad concertandum et cooperandum invitatur ab ecclesia, licet huiusmodi cum reverentia, si forte voluerit, obtemperare se asciscentibus. Taliter enim dignum pastorem sibi regulariter ad suam et ecclesiae salutem promovet.

10 **(D.63 c.6)** Item ex concilio Laudicensi.

DE EODEM.

Non est permittendum turbis electionem eorum facere, qui sunt ad sacerdotium promovendi.

(D.63 c.7) Item ex secunda actione VI sinodi CCCL.

Fr. 237

15 IRRITA SIT ELECTIO EPISCOPI AUT PRESBITERI A PRINCIPIBUS FACTA.

Episcoporum, Omnis electio episcopi, vel presbiteri, aut diaconi a principibus facta irrita maneat secundum regulam, quae dicit: "Si quis episcopus, secularibus potestatibus usus, ecclesias per ipsas obtinuerit,
 20 deponatur, et segregetur omnesque, qui illi communicant."

(D.63 c.8) Item ex concilio Martini papae.

25 NON ELIGANTUR A POPULO, QUI SUNT PROMOVENDI AD CLERUM.

Non liceat populo facere electionem eorum, qui ad sacerdotium promoventur, sed in iudicio episcoporum sit, ut ipsi eum probent, si in sermone et fide et spiritali vita edoctus sit.

30 **(D.63 d.p.c.8)** ¶ His omnibus auctoritatibus laici excluduntur ab electione sacerdotum, atque iniungitur eis necessitas obediendi, non libertas inperandi. Econtra vero scribet beatus Gregorius Iohanni episcopo prime Iustiniane Ilirice:

35 **(D.63 c.9)** VOLUNTAS PRINCIPIS IN ORDINATIONE PONTIFICIS DESIDERATUR.

Quia igitur suscepta fratrum atque coepiscoporum relatio ad locum vos sacerdotii totius concilii unito consensu et serenissimi principis voluntate declarat
 40 accersiri, gratias salvatori nostro magna cum exultatione

26 Non – 39 sit Martinus Bracarensis, *Capitula* 1 (ed. Vives, 86).

retulimus. Nos quoque in persona fraternitatis tue per omnia consentimus, atque omnipotentem Dominum deprecamur, ut karitatem vestram sicut sua gratia elegit, ita in omnibus sua protectione custodiat.

(D.63 c.11) Item Gelasius papa Philippo et Gerontio episcopis. 5

IN ELECTIONE EPISCOPI POPULUS DEBET ADESSE.

Plebs Dictrensis data nobis petitione deflevit, diu se sine rectoris proprii gubernatione dispergi. Ac, sicut asseritur, is qui a nobis iam probatus dicitur, a paucis et tenuibus iam putatur electus, cum ad nos pertineat, universos assidua admonitione compellere, ut omnes in unum, quem dignum sacerdotio viderint et sine aliqua reprehensione, consentiant. Et ideo, fratres karissimi, diversos ex omnibus sepe dicti loci parrochiis presbiteros, diaconos et universam turbam vos oportet sepius convocare, quatinus non prout cuilibet libuerit, sed concordantibus animis talem, vobis ammonentibus, sibi querant sola divinitatis attentione personam, quam nulla contrarietas a constitutis possit revocare prescriptis. 10 15 20

(D.63 c.12) Item Stephanus episcopus servus servorum Dei, Romano Archiepiscopo Ravennati.

DE EODEM.

Nosse tuam fraternitatem volumus, ad nostras aures fore perventum, Immolensem episcopum ab hac luce migrasse; in cuius successoris electione populi divisionem provenisse audivimus. Quod quia sepe contingere solet, querentibus singulis quae sua sunt, non quae Iesu Christi, non adeo miramur. Verumtamen in hoc plurimum oportet tuam adhiberi sollicitudinem, ut convocato clero et populo talis ibi eligatur per Dei misericordiam, cui sacri non obuiant canones. Sacerdotum quippe est electio, et fidelis populi consensus adhibendus est; quia docendus est populus, non sequendus. 25 30

(D.63 c.13) Item Nicolaus papa Iohanni Ravennati Archiepiscopo. 35

DE EODEM.

Episcopos per Emiliam non consecres, nisi post electionem cleri et populi.

38 Episcopus – 8 populi Conc. Romanum (a. 861) 2 (ed. Hartmann, MGH Conc. 4.63.4).

(D.63 c.14) Item Pelagius papa Tulliano episcopo Grumentino. Fr. 239

DE EODEM.

Litteras karitatis tue suscepimus, quibus significas,
 5 Latinum diaconum tuum ad episcopatum ecclesiae
 Marcellianensis a clero et omnibus, qui illic conveniunt,
 postulari. Hoc itaque dicimus, ut si eum omnes eligunt, et
 vis eum concedere, gratum nobis esse cognosce; et si
 potest, ante diem sanctum festinet occurrere, ut vel
 10 sabato ipso noctis magne post baptismum cum Dei gratia
 valeat ordinari.

(D.63 c.15) Idem Laurentio episcopo Centumcelensi.

SACRA PRINCIPIS ORDINANDIS EST NECESSARIA.

Principali devotissimorum militum, qui illic in civitate
 15 Centumcelensi consistunt, relatione ad nos directa,
 sacram insinuant se clementissimi principis inpetrasse,
 quae eis presbiterum, diaconum et subdiaconum fieri
 debere precepit. Ideo hortamur dilectionem tuam, ut
 personas ipsas videas, et diligenter requiras, ne aliquid
 20 contra canones commisissent; et si eos inculpabiles
 repereris, et vite ipsorum testimonium laudabile videris,
 veniente mediana ebdomada pasce, (si Dominus voluerit,
 et si vixerimus) unumquemque per offitia, quae
 prediximus promovere non differas.

25 (D.63 c.16) Item Leo IV Lothario et Lodevico
 Augustis.

PAPA ROGAT AUGUSTOS, UT REATINAM ECCLESIAM
 CUIDAM ELECTO DIGNENTUR CONCEDERE.

Reatina ecclesia, quae per tot annorum spatia
 30 pastoralibus curis destituta consistit, dignum est, ut
 brachio amplitudinis vestre sublevetur, ac gubernationis
 tegmine protegatur. Unde salutationis alloquio premisso
 vestram mansuetudinem deprecamur, quatinus Colono
 humili diacono eandem ad regendum ecclesiam concedere
 35 dignemini, ut, vestra licentia accepta, ibidem eum Deo
 iuvante consecrare valeamus episcopum. Si autem in
 predicta ecclesia nolueritis ut preficiatur episcopus
 Ausculanam ecclesiam, quae viduata existit, illi vestra

4 Litteras – 19 ordinari Pelagius I, *Ep.* 56.1-3 (J³ 1954; JK 1015; ed. Gassó et Batlle, 146.2-148.14). *Anselmus 6.52 (ed. Thaner, 294-295); Ivo, *Decretum* 6.112; *Coll. Trip.* 1.56(54).21; *Polycarpus* 2.28.5; *Coll. in 3 libr.* 2.3.5.

serenitas dignetur concedere, ut consecratus a nostro presulatu Deo omnipotenti vestroque imperio grates peragere valeat.

(D.63 c.18) Item Stephanus Guidoni Comiti.

INPERATORIS EPISTOLA IN ELECTIONIS
CONFIRMATIONE DESIDERATUR. 5

Fr. 240 Lectis sagacitatis vestre apicibus, quae defuncto ecclesiae Reatine antistite clerum et plebem eiusdem elegisse futurum sibi antistitem, nobis consecrandum vestro studio directum esse, ne ipsa ecclesia diu sine proprio constet pastore, fatebantur; nos, de obitu prioris dolentes, nunc ipsum electum unanimitate et canonica ipsius ecclesiae electione, ut mandastis, tam citissime ordinare omisimus, quod imperialem nobis, ut mos est, absolutionis minime detulerit epistolam. Pro qua scilicet re ambiguum nobis est; ideo voluntati vestre in hoc parere distulimus, ne augustalis animus durissime quocumque modo perciperet. Sed scientes, ecclesiam Domini sine proprio pastore diu non debere consistere, glorie vestre mandamus, quoniam nos aliter agere non debuimus, ut vestra sollertia imperiali (ut prisca consuetudo dictat) percepta licentia, et nobis, quemadmodum vos scire credimus, imperatoria directa epistola, tunc voluntati vestre parebimus de hoc, eundemque electum Domino adiuvante consecrabimus; quod, karissime filii, moleste nullo modo suscipiatis. 10
15
20
25

(D.63 c.19) Item Leo papa.

CLERICORUM ET CIVIUM VOLUNTATE
METROPOLITANUS EST ORDINANDUS.

Metropolitano defuncto, cum in loco eius alius fuerit subrogandus, provinciales episcopi ad civitatem metropolim convenire debent, ut omnium clericorum atque civium voluntate discussa ex presbiteris eiusdem ecclesiae vel ex diaconibus optimus ordinetur. 30

(D.63 c.20) Item Ysidorus in libro Offitiorum. 35

CUM CLERO ET POPULO ARCHIPRESBITERI FIAT
ELECTIO.

Si in plebibus archipresbiteri obierint aut pro aliquo reatu exinde eiecti fuerint archidiaconus quantocius proficiscatur illuc, et cum clericis et populis ipsius plebis electionem faciat, quatinus dignus pastor domui Dei 40

constituatur, et, dum ordinatur, eius providentia ipsa plebs custodiatur.

(D.63 c.22) Item ex Historia ecclesiastica.

INPERATOR IUS HABET ELIGENDI PONTIFICEM.

5 Adrianus papa Romam venire Karolum regem ad defendendas res ecclesiae postulavit. Karolus vero Romam veniens Papiam obsedit, ibique relicto exercitu in sancta resurrectione ab Adriano papa Rome honorifice susceptus est. Post sanctam vero resurrectionem reversus
10 Papiam, cepit Desiderium regem; deinde Romam reversus, constituit ibi sinodum cum Adriano papa in patriarchio Lateranensi in ecclesia S. Salvatoris, quae sinodus celebrata est a CLIII episcopis religiosis et abbatibus. Adrianus autem papa cum universa sinodo
15 tradiderunt Karolo ius et potestatem eligendi pontificem, et ordinandi apostolicam sedem. Dignitatem quoque patriciatus ei concesserunt. Insuper archiepiscopos et episcopos per singulas provincias ab eo investituram accipere diffinivit, et ut, nisi a rege laudetur et investiatur
20 episcopus, a nemine consecratur, et quicumque contra hoc decretum esset, anathematis vinculo eum innodavit, et nisi respisceret, bona eius publicari precepit.

(D.63 c.23) Item Leo papa.

25 ELECTIO ROMANI PONTIFICIS AD IUS PERTINET INPERATORIS.

In sinodo congregata Rome in ecclesia S. Salvatoris. Ad exemplum beati Adriani apostolice sedis antistitis, qui domino Karolo, victoriosissimo regi Francorum ac Longobardorum, patriciatus dignitatem, ac ordinationem
30 apostolice sedis, et investituram episcoporum concessit, ego quoque Leo, servus servorum Dei, episcopus, cum cuncto clero ac Romano populo constituimus, confirmamus et corroboramus, et per nostram

5 Adrianus – 32 precepit Hadrianus I, *Decretum de investituris* (JE 1, p. 292; J³ †4320; ed. Werminghoff, MGH Conc. 2.2.825b.5-828b.10); cf. ed. Märkl, *Falsche Investiturprivilegien*, MGH Fontes iuris 13.141.31-147.79. *Panormia 8.135. *De traditione canonica*, cf. Märkl, *Die kanonistische Überlieferung der falschen Investiturprivilegien*, Bull. Med. Can. Law 17 (1987), 33-44. **26 In – 29 feriri** Leo VIII, *Privilegium minus* (interpolatum; JE †3705; BZ †367; J³ †7863; ed. Pertz, MGH LL 2.2.166.38-50); cf. ed. Märkl, *Falsche Investiturprivilegien*, MGH Fontes iuris 13.150.19-153.54. *Panormia 8.136. *De traditione canonica*, cf. Märkl, *Die kanonistische Überlieferung der falschen Investiturprivilegien*, Bull. Med. Can. Law 17 (1987), 33-44.

apostolicam auctoritatem concedimus atque largimur domino Ottoni primo, regi Teutonicorum, eiusque successoribus huius regni Italie, in perpetuum sibi facultatem eligendi successorem, atque summe sedis apostolice pontificem ordinandi, ac per hoc archiepiscopos seu episcopos, ut ipsi ab eo investituram accipiant et consecrationem, unde debent, exceptis his, quos inperator pontifici et archiepiscopis concessit. Et ut nemo deinceps cuiusque dignitatis vel religionis eligendi vel patricium vel pontificem summe sedis apostolice, aut quemcumque episcopum ordinandi habeat facultatem absque consensu ipsius inperatoris, (quod tamen fiat absque omni pecunia), et ut ipse sit patricius et rex. Quod si a clero et populo quis eligatur episcopus, nisi a supradicto rege laudetur, et investiatur, non consecratur. Si quis contra hanc apostolicam auctoritatem aliquid molietur, hunc excommunicationi subiacere decernimus, et nisi resipuerit, inrevocabili exilio puniri vel ultimis suppliciis feriri.

- Fr. 242 **(D.63 d.p.c.25)** ¶ Electiones quoque summorum pontificum atque aliorum infra presulum quondam inperatoribus representabantur, sicut de electione beatus Ambrosii et beatus Gregorii legitur. Quibus exemplis et premissis auctoritatibus liquido colligitur, laicos non excludendos esse ab electione, neque principes esse reiciendos ab ordinatione ecclesiarum. Sed quod populus iubetur electioni interesse, non precipitur advocari ad electione faciendam, sed ad consensum electioni adhibendum. Sacerdotum enim (ut in fine superioris capituli Stephani papae legitur) est electio, et fidelis populi est humiliter consentire. Desiderium ergo plebis requiritur an clericorum electioni concordet. Tunc enim in ecclesia Dei rite preficietur antistes, cum populus pariter in eum acclamaverit, quem clerus communi voto elegerit.

Unde Celestinus papa ait:

(D.63 c.26) PLEBIS NON EST ELIGERE, SED ELECTIONI CONSENTIRE.

Cleri, plebisque consensus et desiderium requiratur.

(D.63 c.27) Item Leo I

DE EODEM.

Vota civium, testimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio clericorum in ordinationibus sacerdotum constituentur. Et infra: Per pacem et quietem
5 sacerdotes, qui futuri sunt, postulentur, teneatur subscriptio clericorum, honoratorum testimonium, ordines conventus et plebis.

(D.63 d.p.c.27)¶ Principibus vero atque inperatoribus electiones Romanorum pontificum atque aliorum
10 episcoporum referendas usus et constitutio tradidit pro scismaticorum atque hereticorum dissensionibus, quibus nonnumquam ecclesia Dei concussa periclitabatur, contra quos legibus fidelissimorum inperatorum frequenter ecclesia munita legitur. Representabatur ergo electio
15 catholicorum principibus, ut eorum auctoritate roborata nullus hereticorum vel scismaticorum auderet contraire, et ut ipsi principes tamquam devotissimi filii in eum consentirent, quem sibi in patrem eligi viderent, et ei in omnibus suffragatores existerent, sicut Valentinianus
20 beato Ambrosio legitur dixisse: “Noli timere, quia Deus, qui te elegit, semper adiuvabit te, et ego adiutor et defensor tuus, ut meo ordini decet, semper existam.”

Unde Stephanus papa statuit dicens:

(D.63 c.28) PRESENTIBUS LEGATIS INPERATORIS
25 ORDINETUR PONTIFEX ROMANUS.

Quia sancta Romana ecclesia, cui Deo auctore presidemus, a plurimis patitur violentias pontifice obeunte, quae ob hoc inferuntur, quia absque inperiali noticia pontificis fit consecratio, nec canonico ritu et
30 consuetudine ab inperatore directi sunt nuncii, qui scandala vetent fieri: volumus, ut, cum instituendus est pontifex, convenientibus episcopis et universo clero eligatur presente senatu et populo qui ordinandus est, et sic electus ab omnibus presentibus legatis inperialibus
35 consecratur, nullusque sine sui periculo iuramenta vel promissiones aliquas nova adinventione audeat extorquere, nisi quae antiqua exigit consuetudo, ne vel ecclesia scandalizetur, et inperialis honorificentia
minuatur.

Fr. 244

(D.63 d.p.c.28)¶ Verum, quia inperatores quandoque
40 modum suum ignorantes non in numero consentientium, sed primi distribuentium, immo exterminantium esse voluerunt, frequenter etiam in hereticorum perfidiam

prolapsi catholice matris ecclesiae unitatem inpugnare conati sunt, sanctorum Patrum statuta adversus eos prodierunt, ut semet electioni non insererent, et quisquis eorum suffragio ecclesiam obtineret anathematis vinculo innodaretur. Postremo presentibus legatis inperatorum et inconsultis electiones Romanorum pontificum leguntur celebrate, et tandem idem inperatores religioso mentis affectu prefatis privilegiis renunciaverunt, multa insuper donaria ecclesiae Dei conferentes. Unde Gregorius IV scribit:

(D.63 c.29) INCONSULTIS LEGATIS INPERATORIS ADRIANUS AD PONTIFICATUM ELIGITUR.

Cum Adrianus secundus ad Romanum pontificatum ab ecclesia Dei genitricis domine nostre, quae dicitur "Ad presepe", traheretur ad Lateranense patriarchium, certatim a populo et clero et proceribus deportatus est. Quod audientes missi Lodoici inperatoris moleste tulerunt, indignati scilicet, quod, dum presentes essent, non fuerunt invitati, nec optate a se futuri presulis electioni interesse meruerunt. Qui accepta ratione, quod non causa Augusti contemptus, sed futuri temporis prospectu hoc commissum fuerat (ne videlicet legatos principum in electione Romanorum presulum mos expectandi per huiusmodi fomitem inolesceret), omnem indignationem medullitus sedaverunt, et ad salutandum electum etiam ipsi humiliter accesserunt.

(D.63 c.30) Item pactum constitutionis Inperatoris primi Lodoici cum Romanis pontificibus.

ROMANI PONTIFICIS ELECTIO A LODOICO ROMANIS CONCEDITUR.

Fr. 245 Ego Lodoicus Romanus Inperator Augustus statuo et concedo per hoc pactum confirmationis nostre tibi beato Petro principi apostolorum, et per te vicario tuo domino Pascali summo pontifici et successoribus eius in perpetuum, sicut a predecessoribus vestris usque nunc in vestra potestate et ditioe tenuistis et disposuistis, civitatem Romanam cum ducatu suo, et suburbanis atque viculis omnibus, et territoriis eius montanis, atque maritimis littoribus, et portibus, seu cunctis civitatibus, castellis, oppidis, ac villis in Tuscie partibus. Idem: **(§ 1)** Quando divina vocatione huius sacratissime sedis pontifex de hoc mundo migraverit, nullus ex regno nostro aut Francus, aut Longobardus, aut de qualibet gente homo

sub nostra potestate constitutus, licentiam habeat contra Romanos aut publice, aut privatim veniendi, vel electionem faciendi, nullusque in civitatibus aut territoriis ad ecclesiae beati Petri apostoli potestatem pertinentibus aliquod malum propterea facere presumat; sed liceat Romanis cum omni veneratione et sine qualibet perturbatione honorificam suo pontifici exhibere sepulturam, et eum, quem divina inspiratione et beati Petri intercessione omnes Romani uno consilio atque concordia sine aliqua promissione ad pontificatus ordinem elegerint, sine qualibet ambiguitate vel contradictione more canonico consecrare, et, dum consecratus fuerit, legati ad nos, vel ad successores nostros reges Francorum dirigantur, qui inter nos et illum amicitiam et caritatem ac pacem societ.

(D.63 c.32) AB IMPERATORE VEL NUNTIIS EIUS ELECTIONE ROMANI PONTIFICIS NULLUM GENERETUR OSTACULUM.

Constitutio primi Enrici et primi Ottonis cum romanis pontificibus. Ut nullus missorum nostrorum cuiuscumque inpeditionis argumentum in electione Romani pontificis componere audeat, omnino prohibemus. Item in electione Romanorum pontificum neque liber neque servus ad hoc venire presumat, ut illis Romanis, quos ad hanc electionem per constitutionem sanctorum patrum antiqua admisit consuetudo, aliquod faciat inpedimentum. Quod si quis hanc nostram constitutionem presumpserit exilio tradatur.

(D.63 c.33) Item Constitutio Ottonis.

IURAMENTUM OTTONIS, QUOD FECIT DOMINO PAPAЕ IOHANNI.

Tibi domino Iohanni papae ego rex Otto promittere et iurare facio per Patrem et Filium et Spiritum sanctum, et per hoc lignum vivifice crucis, et per has reliquias Sanctorum, quod, si (permittente Deo Romam venero, sanctam Romanam ecclesiam et te rectorem ipsius exaltabo secundum meum posse, et numquam vitam, aut membra, neque ipsum honorem quem habes, mea

16 Ab [*Fd* **28 tradatur** *Fd*]

16 Ab – 171: 4 tradatur *Hoc capitulum paleam esse minus recte indicant Rom.Fr.; cf. autem Buchner, n. 58 et p. 317, qui capitulum in codicibus collatis omnibus invenit.* **21 inpeditionis** inpeditionibus *Fd^{bc}* **26 admisit** admisit *Fd^{bc}* **consuetudo** consuetudo *Fd^{bc}*

voluntate, aut meo consensu, aut meo consilio, aut mea exortacione perdes, et in Roma nullum placitum aut ordinationem faciam de omnibus, quae ad Te aut ad Romanos pertinent, sine tuo consilio, et quicquid de terra S. Petri ad nostram potestatem venerit, tibi reddam. Cuicumque regnum Italicum commiserit, iurare faciam illum, ut adiutor tui sit ad defendendam terram S. Petri secundum suum posse.

5

(D.63 d.p.c.34) ¶ Ex his constitutionibus et pacto Lodowici inperatoris deprehenditur, inperatores illis renunciassse privilegiis, quae de electione summi pontificis Adrianus papa Karolo inperatori, et ad imitationem eius Leo papa Ottoni I regi Theutonicorum fecerat. Cum ergo ex premissis auctoritatibus cunctis liqueat electionem clericorum tantummodo esse, queritur, quorum sit ipsa electio, an clericorum maioris ecclesiae tantum, an etiam religiosorum aliorum, qui in eadem civitate fuerint? Sed (sicut in breviatione canonum Fulgentii, Cartaginensis ecclesiae diaconi, invenitur) septimo concilio Nicensi et Macerensi concilio statutum est, ut ad eligendum episcopum sufficiat ecclesiae matricis arbitrium. Nunc autem sicut electio summi pontificis non a cardinalibus tantum, immo etiam ab aliis religiosis clericis auctoritate Nicolai papae est facienda, ita et episcoporum electio non a canonicis tantum, sed etiam ab aliis religiosis clericis, sicut in generali sinodo Innocentii papae Rome habita constitutum est.

10

15

20

Fr. 247

25

(D.63 d.p.c.35) ¶ Nunc ergo queritur, si vota eligentium in duas se diviserint partes, quis eorum sit preferendus alteri? De his ita scribit Leo episcopus:

30

(D.63 c.36) CUM VOTA ELIGENTIUM IN DUAS SE DIVISERINT PARTES, QUIS SIT PREFERENDUS ALTERI.

Si forte, quod nec reprehensibile, nec inreligiosum iudicamus, vota eligentium in duas se diviserint partes, is metropolitani iudicio alteri preferatur, qui maioribus iuvatur studiis et meritis; tantum ut nullus detur invitis et non petentibus, ne plebs invita episcopum non optatum contempnat, aut oderit.

35

(D.64 d.a.c.1) ¶ Hinc considerandum est, a quibus vel qua tempore sacri ordines sint distribuendi, vel quibus in locis patriarche, primates, archiepiscopi, episcopi,

40

26 in – 2 est Cf. Conc. Lateranum II (a. 1139) 28 (ed. Brett et Somerville, 271; ed. xxxx, *Conc. oecumen. gen. decreta.*, xxx).

corepiscopi et reliqui sacerdotes sint ordinandi. A quibus ordinentur episcopi, in Niceno concilio diffinitum est, in quo sic legitur,

5 (D.64 c.1) AB OMNIBUS CONPROVINCIALIBUS EPISCOPI ORDINENTUR.

Episcopi ab omnibus, qui sunt in sua provincia, debent ordinari. Si vero hoc difficile fuerit, vel urgente necessitate, vel itineris longitudine, tres episcopi debent in unum congregari, ita ut ceterorum, qui absentes sunt, 10 consensum litteris teneant. Potestas sane vel confirmatio pertinebit per singulas provincias ad metropolitanum episcopum.

Fr. 248

(D.64 c.2) Item Anacletus papa.

DE EODEM.

15 Ordinationes episcoporum auctoritate apostolica ab omnibus, qui in eadem provincia sunt, episcopis celebrande sunt. (§ 1) Quod si omnes simul minime convenire potuerint, assensum tamen suis prebeant precibus, ut ab ipsa ordinatione animo non desint.

20 (D.64 c.4) Item Anicius papa.

CETERIS ASSENTIENTIBUS CUM TRIBUS CONPROVINCIALIBUS ORDINETUR EPISCOPUS.

Conprovinciales episcopi, si necesse fuerit, ceteris consentientibus a tribus episcopis iussu archiepiscopi 25 consecrari possunt.

(D.64 c.5) Item Innocentius.

NON ORDINETUR EPISCOPUS EXTRA CONSCIENTIAM METROPOLITANI.

30 Extra conscientiam metropolitani nullus audeat ordinare episcopum. Integrum enim est iudicium, quod plurimorum sententiis confirmatur. Nec unus episcopus presumat ordinare episcopum, ne furtivum beneficium prestitum videatur. Hoc enim et synodus Nycena constituit atque constituendo diffinivit.

35 (D.65 d.p.c.8)¶His auctoritatibus datur intelligi, quod episcopi a conprovincialibus suis debent ordinari. Sed queritur, si in provincia fuerint plurimi episcopi, et contigerit forte unum remanere episcopum, quid fieri debeat? Ille, quia solus est, non potest ordinare episcopum; 40 conprovinciales non habet, cum quibus consecrare episcopum valeat. Cum ergo talis necessitas

fuerit, quid faciendum sit, in Sardicensi concilio diffinitur, in quo sic statutum legitur:

(D.65 c.9) SI UNUS TANTUM IN PROVINCIA REMANSERIT EPISCOPUS, AD CONSECRATIONEM EPISCOPI DE VICINA PROVINCIA EPISCOPI CONVOCENTUR. 5

Si forte in provincia unum tantum remanere episcopum contigerit, superstes episcopus convocet episcopos vicine provincie, et cum eis ordinet conprovinciales sibi episcopos. Quod si facere neglexerit, populi conveniant episcopos vicine provincie, et illi prius commoneant episcopum, qui in eadem provincia commoratur, et ostendant, quod sibi petant populi rectorem, et doceant iustum esse, ut veniat ipse, et cum eis ordinet episcopum. Sed si litteris conventus tacuerit et dissimulaverit, nichilque rescripserit, tunc satisfaciendum est populis, ut veniant ex vicina provincia, et episcopum ordinent. 10 15

Fr. 252 **(D.66 d.a.c.1)**¶ Archiepiscopi autem ab omnibus sue provincie episcopis debent ordinari. Unde Anicius papa ait:

(D.66 c.1) AB OMNIBUS SUFFRAGANEIS EPISCOPI ARCHIEPISCOPUS ORDINETUR. 20

Fr. 253 Archiepiscopus ab omnibus sue provincie episcopis ordinetur. (§ 1) Hoc autem, quod de archiepiscopi consecratione preceptum est, ut omnes suffraganei eum ordinent, nullatenus licet inmutari, quia ille qui preest ab omnibus episcopis, quibus preest debet constitui. Sin autem aliter presumptum fuerit, viribus carere non dubium est, quia irrita erit secus acta ordinatio. 25

(D.66 d.p.c.1)¶ De episcopis non ordinandis a paucioribus quam a tribus episcopis, scribit Anacletus dicens: 30

(D.66 c.2) Porro et Ierosolimitarum primus archiepiscopus beatus Iacobus, qui Iustus dicebatur, et secundum carnem Domini frater nuncupatus est, a Petro, Iacobo et Iohanne apostolis ordinatus est, successoribus videlicet dantibus formam eorum, ut minus quam a tribus episcopis, reliquisque omnibus assensum prebentibus, nullatenus episcopus ordinetur, et communi voto ordinatio celebretur. 35

(D.67 d.a.c.1)¶ Presbiteri vero et corepiscopi ab uno episcopo ordinari possunt. Unde Anacletus: 40

(D.67 c.1) SACERDOTES AB UNO POSSUNT ORDINARI EPISCOPO.

Reliqui sacerdotes a proprio ordinentur episcopo, ita ut cives et alii sacerdotes assensum prebeant, et ieiunantes celebrent ordinationem. Similiter et diaconi ordinentur. Ceterorum autem graduum distributioni trium veracium testimonium episcopi scilicet approbatione sufficere potest.

(D.67 c.2) DE EODEM.

Episcopus sacerdotibus ac ministris solus honorem dare potest.

(D.68 d.a.c.1)¶ Queritur de illis, qui ordinantur ab eis, quos non constat fuisse episcopos, an sint iterum consecrandi, an non? Quod vero consecrandi non sint, probatur auctoritate Gregorii, qui scribens Iohanni episcopo Ravennati, ait:

(D.68 c.1) SEMEL CONSECRATUS ITERUM CONSECRARI NON DEBET.

Fr. 254

Sicut semel baptizatus iterum baptizari non debet, sic et semel consecratus iterum consecrari non potest. Sed si quis cum levi culpa ad sacerdotium venit, pro culpa penitentia debet indici, et tamen ordo servetur.

(D.68 c.2) DE PRESBITERIS, QUI ORDINANTUR AB EIS, QUOS CONSTAT NON FUISSE EPISCOPOS.

Presbyteri, quos reperisti, si incogniti fuerint viri illi, qui ordinantur, et dubium est, eos episcopos fuisse, an non, qui eos ordinaverunt, si bone actionis virique catholici sunt ipsi presbyteri, et in ministerio Christi omnique sancta lege edocti, ab episcopo suo benedictionem presbyteratus suscipiant et consecrentur, et sic ministerio sacro fungantur.

(D.68 d.p.c.2)¶ Quod ergo consecratus in eodem ordine iterum consecrari prohibetur, de eo intelligendum est, qui consecratus est ab illo, quem certum erat ius consecrandi habere. Qui autem ab illo consecratur, quem non constat ius consecrandi habuisse, iterum consecrandus est, quia si ille ius consecrandi non habuerit iste ex olei effusione nichil consecrationis accepit. Et quia in ipso ordine consecratus non erat, nunc quasi primum ad consecrationem veniens ab episcopo sacerdotalem

10 Episcopus – 33 potest Conc. Hispalense II (a. 619) 6 (ed. Vives, 166-167).

benedictionem et consecrationem consequitur. Si autem ius consecrandi habuerit, in prima unctione consecutus est consecrationem; in secunda vero non reiteratur consecratio, sed sola unctio, sicut de quo dubium est, an sit baptizatus an non, debet baptizari; qui si prius baptizatus non fuerat, consequitur gratiam baptismi, si autem baptizatus erat, nichil accipit in secunda unctione, nec pertinet hoc ad reiteracionem baptismi, sed ad cautelam salutis.

5

(D.68 d.p.c.3)¶ Inter episcopos autem et corepiscopos hec differentia est, quod episcopi non nisi in civitatibus, corepiscopi etiam in vicis ordinari possunt. Episcopi formatas tribuunt, corepiscopi non nisi commendaticias et pacificas dare valent. Episcopi ius consecrandi habent, corepiscopi minores tantummodo ordines tribuunt, Leviticam autem et sacerdotalem benedictionem prestare non valent. De his ita scribit Leo episcopus omnibus episcopis:

10

Fr. 255

15

(D.68 c.4) IN QUIBUS COREPISCOPI AB EPISCOPIB DIFFERANT.

20

Quamvis corepiscopis et presbiteris plurima cum episcopis ministeriorum communis sit dispensatio, quaedam tamen sibi prohibita noverint, sicut est presbiterorum et diaconorum, et virginum consecratio, constitutio altaris, ac benedictio vel unctio. Si quidem nec erigere altaria, nec consecrare ecclesias eis licitum est, nec per inpositionem manuum fidelibus baptizatis vel conversis hereticis paracletum Spiritum sanctum tradere, nec crisma conficere, nec crismate baptizatorum frontes signare, nec publice quidem in missa quemquam penitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere. Quoniam, quamquam consecrationem habeant, pontificatus tamen apicem non habent.

25

30

(D.68 d.p.c.4)¶ Hi vero propter insolentiam suam, qua episcoporum offitia sibi usurpabant, ab ecclesia hodie prohibiti sunt. Unde Damasus papa ait:

35

(D.68 c.5) ORDO COREPIS COPORUM A SACRA SEDE REPROBATUR.

Corepiscopi tam ab hac sacra sede, quam ab episcopis totius orbis prohibiti sunt. Nimis enim eorum institutio

40

21 Quamvis – 15 habent Ps.-Leo de chorepiscopis (JK 551; J³ 1118), ed. Knibbs. Ivo, *Decretum* 6.72; Anselmus 7.107; Polycarpus 4.27.2; cf. Hinschius, 628.

inproba, nimis est et prava, quia, ut de summo sacerdotis ministerio aliquid presumant, omni auctoritate caret. (§ 1) Nam non amplius, quam duos ordines inter discipulos Domini esse cognovimus, id est duodecim apostolorum, et LXXII discipulorum. Unde iste tertius processerit, ignoramus. Et quod ratione caret extirpare necesse est. (5) (§ 2) Quod autem episcopi non sint, qui minus quam a tribus episcopis ordinati sunt, omnibus patet. Prohibitum, est enim a sanctis Patribus, ut qui ab uno vel a duobus 10 sunt ordinati episcopis non nominentur episcopi. Si nomen non habent, qualiter offitium habebunt?

(D.69 d.a.c.1)¶ Tonsura vero clerici de manu abbatis suscipi potest, si eidem abbati manus inpositio ab episcopo facta noscatur. Unde in Septima Sinodo legitur:

Fr. 256

15 (D.69 c.1) ABBATES, QUIBUS AB EPISCOPIS MANUS INPONITUR, ALIQUOS TONSURARE POSSUNT.

Quoniam videmus multos sine manus inpositione a parvula etate tonsuram clerici accipientes, nondumque ab episcopo manus inpositione percepta super ambonem irregulariter in collecta legentes, precipimus amodo id 20 minime fieri. Id ipsum quoque conservandum est etiam inter monachos. (§ 1) Lectoris autem manus inpositione licentia est unicuique abbati solummodo in proprio monasterio faciendi, si dumtaxat eidem abbati manus 25 inpositio facta noscatur ab episcopo secundum morem proficiendorum abbatum, dum constet illum presbiterum esse. (§ 2) Simili modo secundum antiquam consuetudinem corepiscopum preceptione oportet episcopi promovere lectores.

30 (D.70 d.a.c.1)¶ Ab episcopis alterius civitatis clericus ordinari non poterit, nec etiam a proprio absolute ordinandus est: absoluta autem ordinatio Calcedonensi concilio prohibetur et vacuam habere manus inpositionem precipitur; in quo sic statutum est:

Fr. 257

35 (D.70 c.1) NULLUS EST ABSOLUTE ORDINANDUS.

Neminem absolute ordinari presbiterum iubemus, vel diaconum, nec quemlibet in ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi manifeste in ecclesia civitatis, sive possessionis, aut in martirio, aut in monasterio, hic, qui 40 ordinatur, mereatur ordinationis publice vocabulum. Eorum autem, qui absolute ordinantur, decrevit sancta synodus vacuam habere manus inpositionem, et nullum tale factum valere ad iniuriam ipsius, qui eum ordinavit.

(D.71 d.a.c.1)¶ De clericis vero non ordinandis ab episcopo alterius civitatis, in Sardicensi concilio statutum est, in quo Ianuarius episcopus legitur dixisse:

(D.71 c.1) CLERICI AB EPISCOPO ALTERIUS CIVITATIS NON ORDINENTUR.

5

Illud quoque sanctitas vestra statuatur, ut nulli episcopo liceat alterius civitatis ecclesiasticum sollicitare et in sua diocesi clericum ordinare. Quia ex his contentionibus solent nasci discordie, et ideo prohibeat omnium sententia, ne quis hoc facere audeat. **(§ 1)** Osius episcopus dixit: Et hoc universi constituimus, ut quicumque ex alia parrochia voluerit alienum ministrum sine consensu ipsius et sine voluntate ordinare, non sit rata eius ordinatio.

10

(D.71 c.3) Item ex Niceno concilio.

15

QUI SINE EPISCOPI SUI CONSENSU ORDINATUR, IRRITA SIT EIUS ORDINATIO.

Si quis ausus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet, in ecclesia ordinare, cum non habeat consensum illius episcopi, a quo recessit clericus, irrita sit huiusmodi ordinatio.

20

(D.71 c.4) Item ex concilio Calcedonensi.

CLERICUS UNIUS ECCLESIAE IN ALIA NON ORDINETUR.

Clericos in singulis ecclesiis constitutos non liceat, sicut iam diffinivimus, in alterius civitatis ecclesiis ordinari; sed quiescant in ea, in qua ab initio ministrare meruerunt, exceptis illis, qui proprias civitates perdidierunt, et ex necessitate ad alias ecclesias migraverunt. Si vero quicumque episcopus post diffinitionem istam ad alium episcopum pertinentem clericum susceperit, placuit sanctae synodo, et hunc, qui suscepit, et eum, qui susceptus est, tamdiu excommunicatos manere, quamdiu ipse clericus revertatur ad propriam ecclesiam.

25

30

(D.71 c.6) Item ex concilio Cartaginensi.

35

SINE LITTERIS SUI EPISCOPI IN ALIQUA ECCLESIA CLERICUS NON SUSCIPIATUR.

Primatus episcopus Begeselitanus dixit: Suggero sanctitati vestre, ut statuatis, non licere clericum alienum ab aliquo suscipi sine litteris episcopi sui, neque apud se retinere, nec laicum usurpare sibi de plebe aliena, ut eum

40

obteneat sine conscientia eius episcopi, de cuius plebe est. Gratus episcopus dixit: Hec observantia pacem custodit; nam et memini in sanctissimo concilio Sardicensi similiter statutum, ut nemo alterius plebis hominem usurpet: sed si
 5 forte erit necessarius, petat a collega suo, et per consensum sui episcopi habeat.

(D.72 c.2) Item ex concilio Cartaginensi III

Fr. 259

DE EODEM.

Clericum alienum, nisi concedente episcopo, nemo audeat vel retinere, vel promovere in ecclesiam sibi creditam. Clericorum autem nomen etiam lectores et psalmiste et hostiarii retinent.
 10

Fr. 260

(D.72 c.3) Item ex concilio Milevitano.

IN UNA ECCLESIA ORDINATUS IN ALIA NON SUSCIPIATUR.
 15

Placuit, ut quicumque in ecclesia vel semel eligitur ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur.

(D.74 d.a.c.1) ¶ Queritur de his qui ab episcopis suis promoveri contempnunt, an inviti sint sublimandi, an non? De his ita statutum invenitur in concilio Aurelianensi III:
 20

Fr. 262

(D.74 c.2) Item Gregorius Natali episcopo.

NULLUS PROMOVEATUR INVITUS.

Sicut iustum est, ut nemo crescere compellatur invitus, ita censendum puto, ne quisquam insons ab ordinis sui ministerio deiciatur iniuste.
 25

(D.74 c.3) QUI AB EPISCOPIS SUIS PROMOVERI CONTEMPNUNT, A LOCO SUO DEICANTUR.

Si qui clerici ab episcopis suis promoveri contempserint, nec illic maneant, unde recedere noluerunt.
 30

(D.74 c.4) ITEM DE EODEM.

Placuit, ut quicumque clerici vel diaconi pro necessitatibus ecclesiasticarum rerum non obtemperaverint episcopis suis, volentibus eos ad honorem amplioem in ecclesia sua promovere, nec illic ministrent in gradu suo, unde recedere noluerunt.
 35

(D.74 d.p.c.6) ¶ Verum illud Gregorii de his intelligendum est, qui non causa necessitatis, sed causa ingratitude callide ab episcopis suis promoveri
 40

queruntur. Illud autem Cartaginensis concilii de his intelligitur, qui nolunt obtemperare episcopis suis propter necessitatem ecclesiae volentibus eos ad altiora promovere. Hanc **DISTINCTIONEM** ex decreto Simplicii papae quilibet valet corroborare, qui scribens Iohanni Archiepiscopi Ravennati, ait inter cetera: 5

(D.74 c.7) NON EST ALIQUIS INVITUS AD EPISCOPATUM PERTRAHENDUS.

Ubi ista didicisti, quae in episcopum et confratrem nostrum Gregorium non dilectione, sed invidia 10 perpetrasti? quem inexcusabili violentia pertrahi ad te passus es atque vexari, ut ei tantum honorem non per animi tranquillitatem, sed per amentiam, sicut dicendum est, irrogares? Neque enim talia potuissent fieri sanitate 15 consilii. Nolumus exaggerare quod gestum est, ne cogamur iudicare quod dignum est; nam privilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. Denunciamus autem, quod, si post hec aliquid tale presumpseris, et aliquem seu episcopum, vel presbiterum, 20 vel diaconum invitum facere forte credideris, ordinationes tibi Ravennatis ecclesiae vel Emiliensis noveris auferendas.

Fr. 264 **(D.74 c.8)** Item Gregorius Antonino Subdiacono.

DE EODEM.

Honoratus, archidiaconus Salonitane ecclesiae a 25 sanctae memoriae decessore meo missa supplicatione poposcerat, ut ab antistite suo invitus provehi ad fortioris gradus ordinem contra morem nullo modo cogeretur. Hoc enim fieri sibi non causa provehendi, sed causa ingratitude perhibebat. Pro qua re tunc etiam sanctae 30 memoriae predecessor noster scriptis suis Natali fratri coepiscopoque nostro interdixerat, ne Predictum Honoratum archidiaconum invitum proveheret, neve dolorem concepte ingratitude in corde retineret. Cumque etiam a me hec eadem summopere fuerint 35 interdicta, non solum mandata Dei negligens, sed etiam scripta nostra contempnens, prefatum archidiaconum quasi ad fortiorem honorem provehens conatus est callide degradare. Unde actum est, ut, eodem archidiaconatus loco submoto, alium adsciceret, qui eius obtemperare 40 moribus potuisset. Quem Honoratum archidiaconum arbitramur antistiti suo aliunde displicere non posse, nisi quod eum vasa sacra suis parentibus dare prohibebat.

Quam causam subtili volumus et tunc sanctae memorie
 decessor meus, et nunc ego indagazione perquirere, sed
 sui suorumque actuum conscius personam suam ad
 iudicium postposuit destinare. Unde experientiam tuam
 5 presentis precepti auctoritate duximus fulciendam,
 quatinus, conveniens in Salonia, Natalem fratrem
 nostrum et coepiscopum nostrum saltem tot scriptis
 ammonitum studeat adhortari, ut supra memoratum
 archidiaconem in suo statu suscipiat. Quod si facere hoc
 10 contumaciter, ut consuevit, forte distulerit, usum pallii ei,
 qui ab hac sede concessus sibi fuerat, ex auctoritate sedis
 apostolice contradices. Quem si etiam amisso pallio adhuc
 in eadem pertinacia perseverare perspexeris, dominici
 corporis et sanguinis eundem antistitem participatione
 15 privabis.

(D.74 d.p.c.8) ¶ Adhibenda est etiam disciplina, qua
 nolentes promoveri ad sacros ordines ad obediendum
 episcopis suis pronocentur. In minoribus siquidem
 ordinibus constituti paulatim per singulos gradus sunt
 20 provehendi, ut contempnentes suis obedire episcopis
 doleant sibi esse prelatos, quos prius habebant subiectos.
 Unde Gelasius scribit Victori episcopo:

(D.74 c.9) CUM MAIORES ORDINARI CONTEMPSERINT,
 DE MINORIBUS PROMOVEANTUR ORDINIBUS.

25 Consuluit dilectio tua de suorum promotione
 clericorum, perhibens, quod diaconi ad presbiterii gradum
 (quo ecclesiam tuam memoras indigere) venire detrectant.
 Quapropter, quia invitos fieri ecclesiastica moderatio
 gravitasque non patitur, ut ex nolentibus fiant volentes
 30 ordinatio illa potest perficere, si quos habes in acolitis, vel
 subdiaconibus maturiores etate, et quorum sit vita
 probabilis, hos in presbiterium studeas promovere, ut, qui
 in suis proficere noluerunt, reddantur suis inferioribus
 post minores. Ipsa commoda presbiteri propensius quam
 35 diaconi consequantur, ut hac saltem ratione constricti et
 honorem, quem refugerant, appetere nitantur, et questum.

Fr. 265

(D.75 d.a.c.1) ¶ Tempus autem consecrationis, sicut in
 Ordine Romano habetur, ad episcopi benedictionem non
 eligitur. Omni enim tempore benedicuntur, dummodo
 40 ieiunii et hora tertia benedictionem accipiant. Unde
 Anacletus urbis Rome episcopus scribit omnibus
 episcopis:

(D.75 c.1) ORDINATIONES EPISCOPORUM QUA HORA
FIERI DEBEANT.

Ordinationes episcoporum auctoritate apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint provincia, episcopis sunt celebrande. Qui simul convenientes scrutinium cum precibus, celebrent, manus cum sanctis evangelii inponentes, dominica die, hora tertia orantes, sacraque unctione prophetarum exemplo regum capita perungentium, eos more apostolorum et Moysi ungentes; quia omnis sanctificatio constat esse in Spiritu sancto, cuius virtus invisibilis sancto est crismati permixta, et hoc ritu solempnem celebrent ordinationem.

(D.75 d.p.c.2) ¶ Ceterorum vero ordinationes non nisi certis temporibus et diebus, maxime sacerdotum et Levitarum, fieri debent, vespera videlicet sabati, vel mane diei dominice continuato ieiunio. Unde Zepherinus urbis Rome Archiepiscopus scribit omnibus episcopis:

(D.75 c.3) PRESBITERI ET LEVITE QUA HORA
ORDINENTUR.

Ordinationes presbiterorum Levitarumque tempore congruo, multis coram astantibus, solempniter agite, et probabiles ac doctos viros ad hoc opus provehite, ut de eorum societate et adiumento plurimum gaudeatis.

(D.75 c.4) Item Leo episcopus Dioscoro Alexandrino episcopo.

DE EODEM.

Quod a Patribus nostris propensiori cura novimus esse servatum, a nobis quoque volumus custodiri, ut non passim diebus omnibus sacerdotalis vel levitica ordinatio celebretur, sed post diem sabati eiusque noctis, quae in prima sabati lucescit, exordia consecrandi eligantur, in quibus his, qui consecrandi sunt, ieiunis et a ieiunantibus sacra benedictio conferatur. Quod eiusdem observantie erit, si mane ipso die dominico, continuato sabati ieiunio, ordinatio celebretur, a quo tempore precedentis noctis initia non recedunt, quod ad diem resurrectionis (sicut etiam in pasca Domini declaratur) pertinere non dubium est.

(D.75 c.7) Item Gelasius omnibus episcopis.

DE TEMPORIBUS ORDINATIONIS.

Ordinationes presbiterorum et diaconorum nisi certis temporibus et diebus exerceri non debent, id est quarti

mensis ieiunio et septimi et decimi; sed etiam
 quadragesimalis initii, ac mediane hebdomade, sabati
 ieiunio circa vespertas ipsas ordinationes noverint
 celebrandas, nec cuiuslibet utilitatis seu presbiterum, seu
 5 diaconum his preferre audeant, qui ante ipsos fuerint
 ordinati.

(D.76 c.12) Item Pelagius Petro episcopo Potentino.

Fr. 267

SABATO MAGNO POST HORAM BAPTISMATIS EPISCOPUS
 VALET ORDINARI.

10 Dilectionis tue scripta suscepimus, quibus significas,
 Latinum ecclesiae Grumentine diaconem ad episcopatum
 Marcellianensis ecclesiae sive Clusitane ab omnibus fuisse
 electum, quod iam ante hoc tempus retulistis; et iussimus,
 ut veniret, credentes eos de persona eius ab episcopo suo
 15 dimissoriam accepisse. Quod si modo fecerunt, facite eum
 velociter ad urbem Romam occurrere, ut, si Deus iusserit,
 in magno sabato post horam baptismi ordinetur. Quia si
 ante memoratum diem non occurrerit, cogetur usque ad
 quarti mensis ieiunia sustinere.

20 **(D.77 d.a.c.1)**¶ His temporibus secundum Anacletum,
 Zepherinum, Gelasium et Pelagium episcopi, presbiteri et
 diaconi sunt ordinandi. Metropolitanus autem iuxta
 Leonem papam ex presbiteris eiusdem ecclesiae vel ex
 diaconibus optimus ordinetur. Ex monachis autem vel
 25 laicis nullus nisi per gradus ecclesiae ad summum
 sacerdotium debet pervenire. Unde Gelasius papa:

Fr. 272

(D.77 c.2) QUAE INTERVALLA TEMPORIS IN SINGULIS
 GRADIBUS SINT OBSERVANDA.

30 In singulis gradibus hec tempora sunt observanda, si
 ab infantia ecclesiasticis ministeriis nomen dederit, ut
 inter lectores et exorcistas quinquennio teneatur, exinde
 acolitus vel subdiaconus quatuordecim annis fiat, et sic ad
 benedictionem diaconatus, si meretur, accedat, in quo
 ordine quinque annis, si inculpate gesserit, adherere
 35 debet. Exinde suffragantibus stipendiis, per tot gradus
 datis proprie fidei documentis, sacerdotium poterit
 promereri, de quo loco, si eum exactior vita ad bonos
 mores perduxerit, summum pontificatum sperare debet.
(§ 1) Defensores etiam ecclesiae, qui ex laicis fiunt,

10 Dilectionis – **183: 8 sustinere** Pelagius I, *Ep.* 58.1-2 (J³ 1975; JK 1017; ed. Gassó et Batlle, 153.2-154.12). Anselmus 6.51; *Polycarpus* 2.28.4.

supradicta observatione teneantur, si meruerint in ordine esse clericatus.

(D.77 c.8) Item Gelasius.

PER QUAE INTERVALLA TEMPORUM ORDINETUR QUI DE MONACHIS IN CLERICATUM ELIGITUR.

5

Si quis de religioso proposito et disciplinis monasterialibus eruditus ad clericale munus accedit, imprimis eius vita acta inquiratur, si nullo gravi facinore probatur infectus; si secundam fortasse non habuerit uxorem, nec a marito reiectam sortitus ostenditur.

10

(D.77 c.9) Idem.

Monachus vero novitius morum honestate fulcitus, continuo lector, vel notarius, aut certe defensor effectus, post tres menses existat acolitus, maxime si huic etiam etas suffragatur; sexto mense subdiaconi nomen accipiat, ac si modeste conversationis honesteque voluntatis existat, nono mense diaconus, completoque anno sit presbiter; cui tamen, quod annorum fuerant interstitia collatura, sancti propositi sponte suscepta docetur prestitisse devotio. (§ 1) Si vero laicus quispiam ecclesiasticis est aggregandus officii, tanto sollicitius in singulis, quae superius comprehensa sunt, huiusmodi decet examinare personam, quantum inter mundanam religiosamque vitam esse constat discriminis, quia utique convenientia ecclesiae ministeria deputanda sunt, non inconvenientibus meritis ingerenda, tantoque magis quod sacris aptum possit esse servitiis in eorum querendum est institutis, quantum de tempore, quo fuerint assequenda, decerpitur, ut morum hoc habere doceatur probitas, quod prolixior consuetudo non contulit, ne per occasionem supplende penurie clericatus vitia potius divinis cultibus intulisse, non legitime familie Domini computemur procurasse compendia. Quorum promotionibus super anni metas sex menses nichilominus subrogamus, quoniam, sicut dictum est, distare debet inter personam divino cultui deditam, et de laicorum conversatione venientem. quae tamen eatenus indulgenda credimus ut ecclesiis ab hac occasione cessantibus canonum paternorum vetus forma servetur.

15

20

25

30

Fr. 275

35

Fr. 275

(D.79 d.a.c.1) ¶ Apostolicus autem non nisi a Cardinalibus et religiosis clericis est intronizandus. Unde Nicolaus papa ait:

40

(D.79 c.1) DE EO QUI SINE CONCORDI ELECTIONE
CARDINALIUM INTRONIZATUR.

Si quis apostolice sedi sine concordii et canonica
electione Cardinalium eiusdem ac deinde sequentium
clericorum religiosorum intronizatur, non papa vel
Apostolicus, sed apostaticus habeatur.

(D.79 d.p.c.7)¶¶Sed queritur, si duo temeritate
concertantium ordinati fuerint, quis eorum alteri sit
preferendus? De his ita scribit Honorius Augustus ad
Bonifatium papam:

(D.79 c.8) SI TEMERITATE CONCERTANTIUM DUO
FUERINT ORDINATI.

Si duo forte contra fas temeritate concertantium
fuerint ordinati, nullum ex eis futurum sacerdotem
permittimus, sed illum solum in sede apostolica
permansurum censemus, quem ex numero clericorum
nova ordinatione divinum iudicium et universitatis
consensus elegerit.

(D.79 d.p.c.8)¶¶Hoc autem capitulum non de eo
intelligendum est, qui uno per apostasiam ordinato a
Cardinalibus et religiosis clericis apostolice sedi
intronizatur, etiamsi ille apostaticus ita cathedram beati
Petri violenter tenuerit, ut canonica electio intra Urbem
fieri non valeat. Unde Nicolaus papa statuit, dicens:

(D.79 c.9) DE EO, QUI PECUNIA VEL POPULARI
TUMULTU, NON CANONICA ELECTIONE ORDINATUR.

Si quis pecunia vel gratia humana, aut populari
tumultu seu militari, sine canonica et concordii electione
cardinalium, et sequentium religiosorum clericorum fuerit
apostolice sedi intronizatus, non Apostolicus, sed
apostaticus habeatur, liceatque cardinalibus et aliis
clericis timentibus Deum et laicis invasorem
anathematizare et humano auxilio a sede apostolica
pellere. Quod si intra Urbem perficere nequiverint,
apostolica auctoritate extra urbem congregati in loco, quo
eis placuerit, electionem faciant, concessa electo
auctoritate regendi et disponendi res et utilitatem sanctae
Romane ecclesiae iuxta qualitatem temporis, quasi
intronizatus sit.

Fr. 279

(D.79 d.p.c.9)¶¶Electio vero Romani pontificis etiam
cum deliberatione predecessoris fieri debet. Unde Simacus
ait:

(D.79 c.10) SI PAPA DE ELECTIONE SUI SUCCESSORIS DECERNERE NON POTERIT.

Si transitus papae inopinatus evenerit, ut de sui electione successoris, ut supra placuit, non possit ante decernere, siquidem totius in unum convenerit ecclesiastici ordinis electio, consecretur electus episcopus. Si vero, ut fieri solet, studia ceperint esse diversa eorum, de quibus certamen emerit, convincat sententia plurimorum: sic tamen, ut sacerdotio careat, qui captus promissione non recto iudicio de electione decreverit.

(D.79 d.p.c.10) ¶ Sicut supra monstratum est, electio summorum sacerdotum a Cardinalibus et religiosis clericis debet fieri: electio vero eorum divino iudicio est reservata. Unde Anacletus papa ait:

(D.79 c.11) SUMMORUM SACERDOTUM ELECTIONEM SIBI DOMINUS RESERVAVIT.

Electionem summorum sacerdotum sibi Dominus reservavit, licet electionem eorum bonis sacerdotibus et spiritualibus populis concessisset.

(D.80 d.a.c. 1) ¶ Loca vero, in quibus primates, patriarche, archiepiscopi, episcopi, presbiteri sunt ordinandi, hec sunt secundum Lucium papam, ac Clementem, atque Anacletum. Ait enim Lucius papa:

(D.80 c.1) IN QUIBUS LOCIS PRIMATES VEL PATRIARCHE DEBEANT ORDINARI.

Urbes et loca, in quibus primates presidere debent, non modernis, sed multis ante adventum Christi sunt statute temporibus quarum primates gentiles etiam pro maioribus negotiis appellabant. (§ 1) In ipsis vero urbibus post adventum Christi apostoli et eorum successores patriarchas et primates posuerunt, ad quos episcoporum negotia, salva in omnibus apostolica auctoritate, et maiores cause post apostolicam sedem sunt referende.

Fr. 280 **(D.80 c.2)** Item Clemens papa.

DE EODEM.

In illis civitatibus vero, in quibus olim apud ethnicos primi flamines eorum atque primi legis doctores erant, episcoporum primates vel patriarchas poni beatus Petrus precepit, qui reliquorum episcoporum causas et maiora negotia in fide agitent. (§ 1) In illis autem, in quibus dudum apud ethnicos predictos erant eorum archiflamines, quos tamen minores tenebant quam

memoratos primates, archiepiscopos institui precepit. (§
2) In singulis vero reliquis civitatibus singulos, et non
 plures episcopos constitui precepit, qui episcoporum
 tantum vocabulo potirentur; quoniam nec inter ipsos
 5 apostolos par fuit institutio, sed unus prefuit omnibus.

(D.80 c.3) Item Anacletus.

DE EODEM.

Episcopi non in castellis neque in modicis civitatibus
 debent constitui, sed presbiteri per castella et modicas
 10 civitates atque villas debent ab episcopis ordinari et poni,
 singuli tamen per singulos titulos suos. Episcopus non ab
 uno, sed a pluribus episcopis debet ordinari, et, ut dictum
 est, non ad modicam civitatem, ne vilescat nomen
 episcopi, sed ad honorabilem titulandus et denominandus
 15 est. Presbiter vero ad qualemcumque locum in eo
 constitute ecclesiae est preficiendus.

(D.81 d.a.c.1) ¶ Hec de ordinandis et ordinatoribus
 atque de singulorum graduum *DISTINCTIONIBUS* et offitiis
 dixisse nos sufficiat. Verum quia aliquantulum diffusius in
 20 his immorati sumus, precedentibus coherentia quaedam
 sub epilogo ad memoriam subiciamus. Debet autem
 ordinandus in episcopum, (ut Apostolus scribit esse “sine
 crimine,” id est sine peccato mortifero, quod non solum de
 episcopo, sed etiam de quolibet electo ad aliquam
 25 preposituram ecclesiae oportet intelligi. Unde Augustinus
 scribit supra Iohannem:

Fr. 281

(D.81 c.1) *SINE CRIMINE ID EST SINE GRAVI PECCATO
 DEBET ESSE QUI ORDINATUR EPISCOPUS.*

Apostolus Paulus, quando elegit ordinandos vel
 30 presbiteros, vel diacones, et quicumque ordinandus est ad
 preposituram ecclesiae, non ait: “Si quis sine peccato est,”
 (hoc enim si diceret, omnis homo reprobaretur, et nullus
 ordinaretur,) sed ait: “Si quis sine crimine est:” sicut est
 homicidium, adulterium, aut aliqua inmunditia
 35 fornicationis, furtum, fraus, sacrilegium et cetera
 huiusmodi. (§ 1) Crimen autem est grave peccatum,
 accusatione et dampnatione dignissimum.

(D.81 d.p.c.1) ¶ Quolibet itaque horum implicatus
 ordinari non debet; vel si iam ordinatus ante tempus vel
 40 post tempus sue ordinationis aliquid eorum admisisse
 convincitur, suscepti gradus offitio privabitur. Unde
 Simacus papa ait:

(D.81 c.2) MONITORIS PERSONAM RECTE NON SUSCIPIT, QUI VERBIS, NON OPERIBUS DOCET.

Nemo recte monitoris personam suscipit, nisi qui actibus suis errata condempnat, et amorem innocentie conversatione demonstrat.

5

Fr. 282 **(D.81 c.4)** Item ex concilio Niceno.

NON RECIPIT ORDO ECCLESIASTICUS, QUI IN EXAMINATIONE, VEL POSTEA CONFESSUS ORDINATUR.

Si qui sine examinatione promoti presbiteri sunt, et postea examinati confessi sunt peccata sua, et, cum confessi fuissent, homines venientes contra regulam eis manus inposuerunt, hos ecclesiasticus ordo non recipit. In omnibus enim quod inreprehensibile est defendit ecclesia.

10

(D.81 c.5) Item eiusdem concilii.

LAPSI, PER IGNORANTIAM AUT CONTEMPTU ORDINANTIUM TONSORATI, DECIANTUR.

15

Quicumque ex his, qui lapsi sunt, per ignorantiam iam ordinati sunt, vel contemptu eorum, qui eos ordinauerunt, hoc non preiudicat regule ecclesiastice. Cum enim compertum fuerit, deponentur.

20

(D.81 c.6) Item Innocentius.

ALIENUS FIAT A MINISTERIO, QUI ILLUD VIVENDO ILLICITE POLLUIT.

Maximilianus filius noster qualem querelam detulerit, libelli eius series adnexa declarat. Qui zelo fidei ac discipline ductus, non patitur ecclesiam pollui ab indignis presbiteris, quos in presbiterio filios asserit procreasse. Et ideo, fratres, huius libelli, qui subiectus est, tenore perspecto, eos, qui talia perpetrasse dicuntur, debetis in medio collocare, discussisque obiectionibus, quae ipsis presbiteris inpinguntur, si convinci potuerint, a sacerdotali removeantur officio, (quia qui sancti non sunt sancta attractare non possunt,) atque alieni efficiantur a ministerio, quod vivendo illicite polluerunt.

25

30

(D.81 c.7) Item Eugenius papa.

35

CUILIBET AB ORDINE DEPONENDO EPISCOPI PROVIDENTIA LOCUS PENITENTIE DEPUTETUR.

Sacerdos, aut quis alius in ordine ecclesiastico proventus, si in eo scelere invenitur, quo abiciendus

38 Sacerdos – 28 committat Conc. Romanum (a. 826) 14 (ed.

conprobetur, depositus providentia episcopi bene proviso loco constituatur, ubi peccatum lugeat et ulterius non committat. Fr. 283

(D.81 c.12) Item ex canone Apostolorum.

5 IN CRIMINE CAPTUS PRESBITER VEL DIACONUS
DEPONATUR, SED COMMUNIONE NON PRIVETUR.

Presbiter aut diaconus, qui in fornicatione, aut furto, aut periurio, aut homicidio captus est, deponatur, non tamen communionem privetur; dicit enim scriptura: "Non iudicat Deus bis in id ipsum."

(D.81 c.13) Item.

DE EODEM.

Si quis episcopus, aut presbiter, aut diaconus post diaconii sui gradus acceptos fuerit fornicatus aut mechatus, deponatur, et ab ecclesia proiectus inter laicos agat penitentiam. Fr. 286

(D.81 c.19) Item Lucius papa.

DE EODEM.

Ministri altaris presbiteri sive diaconi ad officia dominica tales eligantur, qui continentiam servent. **(§ 1)** Si vero post ordinationem suam ministro contigerit proprie uxoris invadere cubile, sacrarii non intret limina, nec sacrarii portitor fiat nec altare contingat, nec ab offerentibus holocausti oblationem suscipiat, nec ad dominici corporis portionem accedat, nec propinet, neque sine maioris natu auctoritate minora gerat officia; urceum sane vel calicem ad altare non suggerat.

(D.81 c.20) Idem.

30 CLERICUS MATRONARUM DOMICILIA FREQUENTANS
DEPONATUR.

Clericus solus ad femine tabernaculum non accedat, nec properet sine maioris natu sacerdotis iussione; nec solus presbiter cum sola femina fabulas misceat, nec archidiaconus sub pretextu humilitatis aut offitii frequenter intret domicilia matronarum, aut forte per clericos aut domesticos matrone mandet aliquid secreta. Si agnitum fuerit, et ille deponatur, et ille a liminibus ecclesiae arceatur.

Werminghoff, MGH Conc. 2.2.573.20-574.2). Cf. Conc. Romanum (a. 853) 14, ed. Hartmann, MGH Conc. 3.322.12-14.

Fr. 290 (D.82 c.2) Item Innocentius Exsuperio Tolletano episcopo.

QUI VOLUPTATEM OFFITIO PREPOSUERIT, MODIS OMNIBUS SUBMOVEATUR.

Proposuisti, quid de his observari debeat, quos in 5
 diaconii ministerio aut in offitio presbiterii positos
 incontinentes esse aut fuisse generati filii prodiderunt. De
 his etiam manifesta divinarum legum est disciplina, et
 beate recordationis Siricii episcopi monita evidentia
 commearunt, ut incontinentes in offitiis talibus positi 10
 omni honore ecclesiastico privarentur, nec admittantur ad
 tale ministerium, quod sola continentia oportet impleri.
 Est enim vetus admodum sacre legis auctoritas iam inde
 ab initio custodita, quod in templo anno vicis sue habitare
 precepti sunt sacerdotes, ut servientes sacris oblationibus 15
 puros et ab omni labe purgatos sibi vendicent divina
 misteria, neque eos ad sacra offitia fas sit admitti, qui
 exercent vel cum uxore carnale consortium, quia scriptum
 est: "Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus
 vester." Quibus utique propter sobolis successionem 20
 propterea usus fuerat relaxatus, quia de alia tribu, ad
 sacerdotium nullus fuerat iussus accedere. Quo magis ipsi
 sacerdotes vel Levite pudicitiam ex die ordinationis sue
 servare debent, quibus et sacerdotium, vel ministerium
 sine successione est, nec preterit dies, qua vel a sacrificiis 25
 divinis, vel baptismatis offitio vacent? Nam si Paulus ad
 Corinthios dicens scribit: "Abstinetes vos ad tempus, ut
 vacetis orationi," et hoc utique laicis precepit, multo
 magis igitur sacerdotes, quibus et sacrificandi et orandi
 iuge offitium est, semper debebunt ab huiusmodi 30
 consortio abstinere; qui, si contaminatus fuerit carnali
 concupiscentia, quo merito exaudiri se posse credit, cum
 dictum sit: "Omnia munda mundis, coinquinatis autem et
 infidelibus mundum nichil est; sed coinquinata est eorum
 mens vel conscientia?" Sed fortasse hoc licere sibi credit, 35
 quia scriptum est: "Unius uxoris virum." Non dixit hoc, ut
 permaneat in concupiscentia generandi, sed propter
 incontinentiam futuram. Quod apertius declarat dicens:
 "Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos
 autem iam non estis in carne, sed in spiritu." Sed ea plane 40

Fr. 291 dispar et diversa sententia est. Nam si ad aliquos forma
 ecclesiastice vite pariter et discipline, quae ab episcopo
 Siricio ad omnes provincias comeavit, non probatur
 pervenisse, his ignorantibus venia non negabitur, ita ut de

cetero penitus incipiant abstinere et ita gradus suos, in quibus fuerint inventi, retentent, ut eis non liceat ad potiora conscendere; quibus in beneficio esse debet, quod hunc ipsum locum, quem retinent, non amittunt. (§ 1) Si
 5 qui autem scisse formam vivendi missam a Siricio deteguntur, neque statim cupiditates libidinis abiecisse, illi sunt modis omnibus submovendi, qui post admonitionem cognitam preponendam arbitrati sunt voluptatem.

10 (D.82 d.p.c.4) ¶ Qui autem propter peccatum iubetur deponi, post condignam penitentiam in suo ordine poterit reparari. Unde in Gangrensi concilio legitur:

(D.82 c.5) QUAE PENITENTIA SIT INPONENDA SACERDOTI, QUI DE FORNICATIONE CONVICTUS FUERIT.

15 Presbiter, si fornicationem fecerit, quamquam secundum canones Apostolorum debeat deponi, tamen iuxta auctoritatem beati Silvestri papae, si non in vitio perduraverit, si sua sponte confessus adiecit, ut resurgeret, decem annis in hunc modum peniteat: tribus
 20 siquidem mensibus a ceteris remotus pane et aqua a vespera in vesperam utatur, diebus autem dominicis et precipuis festis modico vino et pisciculis atque leguminibus recreetur, sine carne et sagimine, ovis et caseo; sacco indutus humi adhereat, die ac nocte iugiter
 25 misericordiam Dei omnipotentis inploret. Finitis tribus mensibus continuis exeat: tamen in publicum non procedat, ne grex fidelis in eo scandalum patiatur; nec enim debet sacerdos publice penitere, sicut laicus. Postea aliquantisper resumptis viribus, unum annum et dimidium
 30 in pane et aqua expleat, exceptis dominicis diebus et precipuis festivitibus, in quibus vino et sagimine, ovis et caseo iuxta canonicam mensuram uti poterit. Finito primo anno et dimidio, corporis et sanguinis Domini, ne indurescat, particeps fiat, et ad pacem veniat, psalmos
 35 cum fratribus in choro ultimus canat, ad cornu altaris non accedat, iuxta beati Clementis vocem minora gerat offitia. Deinde vero usque ad expletionem septimi anni omni quidem tempore, exceptis pascalibus diebus, tres legitimas ferias in unaquaque ebdomada in pane et aqua
 40 ieiunet. Expleto septimi anni circulo, si fratres apud quos penituit, eius condignam penitentiam laudaverint, episcopus in pristinum honorem iuxta beati Calixti papae auctoritatem eum revocare poterit. Sane sciendum est,

Fr. 293

quia secundam feriam unum psalterium canendo, aut unum denarium pauperibus dando, si opus est, redimere poterit. Finitis septem annis, deinde usque ad finem decimi anni sextam feriam (nulla interveniente redemptione) observet in pane et aqua. (§ 1) Eadem quoque penitentia erit sacerdoti de omnibus aliis peccatis et criminibus, quae eum in depositionem adducunt. Neque hoc cuilibet videatur onerosum, si sacerdos post lapsum digne, ut supra dictum est, penitens ad pristinos redeat honores. 5 10

(D.83 d.a.c.1) ¶Providendum quoque est, ne is, qui ad ordinandum eligitur, etsi a proprio vitio videatur alienus, consentiendo alienis inquinetur. Ut enim Simacus papa ait: "Non est grandis differentia, utrum lethum inferas, vel admittas. Mortem enim languentibus probatur infligere, qui hanc, cum possit, non excludit." Hinc Gregorius VII ait: 15

(D.83 c.1) SUSPENDATUR AB OFFITIO, CLERICORUM SUORUM FORNICATIONI CONSENTIENS EPISCOPUS.

Si quis episcopus fornicationem presbiterorum, diaconorum, vel crimen incestus in sua parrochia precio vel precibus interveniente consenserit, vel commissum auctoritate sui offitii non inpugnaverit, ab offitio suspendatur. 20

(D.83 c.2) Item Augustinus. 25

MAXIME ECCLESIAM LEDIT SUB NOMINE SANCTITATIS DELINQUENS.

Nemo quippe in ecclesia amplius nocet, quam qui perverse agens nomen vel ordinem sanctitatis et sacerdotis habet. Delinquentem namque hunc nullus redarguere presumit, et in exemplum culpa vehementer extenditur, quoniam pro reverentia ordinis peccator honoratur. Episcopus itaque, qui talium crimina non corrigit, magis dicendus est canis inpudicus quam episcopus. 30 35

(D.83 c.3) Item Innocentius.

QUI NON RESISTIT ERRORI, CONSENTIT.

Error, cui non resistitur, approbatur, et veritas, cum minime defensatur, obprimitur. Negligere quippe, cum possis perturbare perversos, nichil est aliud quam fovere. 40
Nec caret scrupulo societatis occulte, qui manifesto facinori desinit obuiare.

(D.83 c.4) Item Pius papa.

NON PRODEST SUO ERRORE NON POLLUI, QUI ALIENO
CONSENTIT.

5 Quid enim prodest illi suo errore non pollui, qui
consensum prestat erranti?

(D.83 c.5) Item Gregorius.

QUI NON OCCURRIT, CONSENTIT.

Consentire videtur erranti, qui ad resecanda, quae
corrigi debent, non occurrit.

10 **(D.83 d.p.c.6)** ¶ Quamquam sacerdotem tam a suis,
quam ab alienis criminibus oporteat esse imunem, tamen
si aliorum sese habuerit, non ideo verba sue predicationis
debent contempni. Sicut enim Ieronimus ait: ut lixivium
15 per cinerem humidum fluens lavat, et non lavatur, ita
bona doctrina per malum doctorem animas credentium
lavat a sorde peccatorum.

(D.84 d.p.c.2) ¶ Quod autem de munditia castitatis
sacerdotibus inperatur, hoc etiam de quibuslibet altari
deservientibus intelligendum est. Unde in Cartaginensi
20 concilio II Aurelius episcopus dixisse legitur:

(D.84 c.3) QUI SACRAMENTIS DIVINIS DESERVUNT
CONTINENTIAM IN OMNIBUS SERVENT.

Cum in preterito concilio de continentie et castitatis
moderamine tractaretur, gradus isti tres conscriptione
25 quadam castitatis per consecrationes adnexi sunt;
episcopus inquam, presbiteros et diacones ita placuit, ut
condecet sacros antistites ac Dei sacerdotes, nec non et
Levitas, vel qui sacramentis divinis inserviunt,
continentes esse in omnibus, quo possint simpliciter quod
30 a Domino postulant inpetrare, ut quod apostoli docuerunt
et ipsa servavit antiquitas nos quoque custodiamus. Ab
universis episcopis dictum est: Omnibus placet, ut
episcopi, presbiteri, diaconi, vel qui sacramenta
contrectant, pudicitie custodes etiam ab uxoribus
35 abstineant. Ab omnibus dictum est: Placet, ut in omnibus
et ab omnibus pudicitia custodiatur, qui altario
deserviunt.

Fr. 296

(D.84 d.p.c.4) ¶ Similiter, quod monogamus episcopus
esse iubetur, etiam ad reliquos ordines ecclesiasticos
40 derivari oportet. Unde Siricius episcopus scribit Ymerio
Tarraconensi episcopo:

(D.84 c.5) LAICA SIT TANTUM COMMUNIONE
CONTENTUS CLERICUS, VIDUAM AUT SECUNDAM DUCENS
UXOREM.

Quisquis clericus aut viduam, aut secundam uxorem
duxerit, omni ecclesiastice dignitatis privilegio mox
denudetur, laica tantum sibi communione concessa. Quam
ita demum poterit possidere, si nichil postea, propter
quod hac carere debeat, admittat.

5

Fr. 297

(D.85 d.a.c.1) ¶Hospitalitas vero usque adeo episcopis
necessaria est, ut, si ab ea inveniuntur alieni, iure
prohibeantur ordinari. Unde Gregorius scribit Iohanni
episcopo:

10

(D.85 c.1) HOSPITALITATEM NESCIENS NON FIAT
EPISCOPUS.

Florentinum archidiaconum ecclesiae Anchonitane, qui
ad episcopatum electus fuerat, scripture quidem sacre
scientiam habere, sed ita etatis senio iam confractum
accepimus, ut ad regiminis officium non possit assurgere;
adicientes etiam, illum ita tenacem existere, ut in domo
eius amicus ad karitatem numquam introeat. Rusticus
autem diaconus eiusdem ecclesiae, qui similiter electus
fuerat, vigilans quidem homo dicitur, sed, quantum
asseritur, psalmos ignorat. Florentinum vero diaconum
ecclesiae Ravennatis, qui electus ab omnibus memoratur,
sollicitum esse novimus, sed qualis sit interius omnino
nescimus. Ideoque fraternitas tua una cum fratre nostro et
coepiscopo nostro Armenio, suprascripte ecclesiae
Anchonitane visitatore, illuc festinet accedere, et
diligenter de vita ac moribus singulorum requirere si
nullo sint crimine conscii, quod eos ad hoc officium vetet
accedere. Pariter etiam requirendum est, si hoc, quod de
prefato archidiacono dictum est, quia numquam amicus
domum eius ingressus est, ita se veritas habet, et utrum
ex necessitate, an ex tenacia talis sit; aut si ita senex est,
ut ad regendum non possit assurgere, vel si tactis
sacrosanctis evangeliiis (sicut nobis nunciatum est)
iusiurandum prebuerit, numquam se ad episcopatum
accedere. Sed et de Rustico diacono quantos psalmos
minus tenet scrutandum est. Florentino autem diacono
Ravennati, si nullum, sicut diximus, crimen est, quod
obsistat, apud episcopum eius necesse est, agere ut ei
debeat concessionem concedere; non tamen ex nostro

15

20

25

30

35

40

mandato vel edicto, ne contra suam voluntatem eum concedere videatur.

(D.86 d.a.c.1) ¶ Doctorem autem episcopum oportet esse, ne inferiorum culpe in eum refundantur, qui docendi offitium accepit, quod exequi nescit vel negligit. Unde Leo episcopus scribit Aquilegensi episcopo: Fr. 298

(D.86 c.1) NEGLIGENTIE RECTORUM INPUTANTUR CULPE INFERIORUM.

Inferiorum ordinum culpe ad nullos magis referende sunt, quam ad desides negligentesque rectores, qui multam sepe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam.

(D.86 c.2) Item Leo episcopus Rustico Narbonensi episcopo.

HOMINES SUNT DILIGENDI, PECCATA ODIO HABENDA.

Odio habeantur peccata, non homines; corripiantur tumidi, tolerantur infirmi; et quod severius castigare necesse est non sevientis plectatur animo, sed medentis.

(D.86 d.p.c.4) ¶ In doctrina vero sacre scripture debet auctoritatem preferre, non secularium litterarum peritiam ostentare. Non enim est episcopalis offitii grammaticam exponere, ne laudes Iovis personent ore pontificis. Unde Gregorius scribit Desiderio episcopo: Fr. 299

(D.86 c.5) SACRAM SCRIPTURAM, NON GRAMMATICAM DEBET EPISCOPUS EXPONERE.

Cum multa nobis de vestris studiis fuissent nunciata, ita nostro cordi est nata leticia, ut negare ea, quae sibi vestra fraternitas concedenda deposcit, minime valeremus. Sed post hec pervenit ad nos, (quod sine verecundia memorare non possumus) fraternitatem tuam grammaticam quibusdam exponere. Quam rem ita moleste suscepimus, ac sumus vehementius aspernati, ut ea, quae prius dicta fuerant, in gemitum et tristitiam verteremus, quia in uno se ore cum Iovis laudibus Christi laudes non capiunt. Et quam grave nefandumque sit episcopis canere, quod nec religioso conveniat, considera.

(D.86 d.p.c.5) ¶ Liberalem quoque necessitatem patientibus sacerdotem esse oportet; alias autem vacuum portabit nomen episcopi. Unde Gregorius scribit Secundo servo Dei inter cetera:

(D.86 c.6) SINE LIBERALITATE INANE PORTATUR
NOMEN EPISCOPI.

Fratrem nostrum Marianum episcopum verbis, quibus
vales, excita, quia eum obdormisse suspicor. Dic ergo illi,
ut cum loco mutet et mentem. Non sibi credat solam
lectionem sufficere et orationem, ut remotus nichil
studeat de manu fructificare: sed largam manum habeat,
necessitatem patientibus concurrat, alienam inopiam
suam credat, quia, si hoc non habet, vacuum episcopi
nomen tenet.

5

10

(D.86 d.p.c.22) ¶ Similiter etiam oportet episcopum
non esse percussorem, id est ad vindictam facilem. Unde
Gregorius scribit Iohanni episcopo Corinthiorum:

(D.86 c.23) AD VINDICTAM FACILIS EPISCOPUS ESSE
NON DEBET.

15

Si quid vero de quocumque clerico ad aures tuas
pervenerit, quod te iuste possit offendere, faile non credas,
nec ad vindictam te res accendat incognita; sed
presentibus ecclesiae tuae senioribus diligenter veritas est
perscrutanda, et tunc, si qualitas rei poposcerit, canonica
districtio culpam feriat delinquentis.

20

(D.86 c.24) Item Ianuario episcopo.

DE QUODAM EPISCOPO, QUI ANTE MISSARUM
SOLEMPNIA, DIE DOMINICO AD EXARANDAM MESSEM
CUIUSDAM PROPECTUS EST.

25

Tanta nequitia ad aures meas de tua senectute
pervenit, ut eam, nisi humanitus pensarem, fixa iam
maledictione ferirem. Dictum quippe est mihi, quod
dominorum die, priusquam missarum solemnia
celebrare, ad exarandam messem latoris presentium
perrexisti, et post exarationem eius missarum solemnia
celebrasti; post missarum solemnia etiam terminos
possessionis illius eradicare minime timuisti. Quod factum
quae pena debeat sequi, omnes, qui audiunt, sciunt. Dubii
autem de tanta perversitate fuimus, sed filius noster
Cyriacus abbas a nobis requisitus, ita se cognovisse
perhibuit. Et quia adhuc canis tuis parcimus, hortamur,
aliquando respice miser senex, atque a tanta levitate
morum et operum perversitate compescere. Et quanto
morti vicinior efficeris, tanto sollicitior atque timidior esse
debes. et quidem pene sententia in te fuerat iaculanda; sed
quia simplicitatem tuam cum senectute cognovimus,
interim tacemus. Eos vero, quorum consilio hoc egisti, in

30

35

40

duobus mensibus excommunicatos esse decrevimus: ita ut, si quid eis intra duorum mensium spatium humanitus evenerit, benedictione viactici non priventur. Deinceps autem ab eorum consiliis cautus existe.

5 (D.86 d.p.c.25) ¶ Prohibetur etiam episcopis turpis
lucris esse cupidus, ne aliquo inhonesto negotio victum vel
cetera necessaria sibi querat. Quod generaliter de
omnibus divino cultui mancipatis, id est clericis et
monachis, intelligi oportet. Unde in Calcedonensi concilio
10 legitur:

(D.86 c.6) QUI CONNUMERANTUR IN CLERO, TURPIBUS
NON DESERVANT LUCRIS.

Pervenit ad sanctam synodum, quia de his qui in clero
connumerantur, quidam propter turpis lucris gratiam
15 aliorum possessionum conductiones, et causas secularium
susciunt, et a sacris officii se per desidiam separant, ad
domos autem secularium concurrunt, et substantiarum
eorum gubernationes avaritiae causa susciunt. Decrevit
igitur sancta et magna synodus, neminem horum deinceps,
20 hoc est episcopum, sive clericum, aut monachum,
conducere possessiones, aut misceri secularibus
procuracionibus posse, nisi forte, qui legibus ad minorum
etatum tutelam sive curationes inexcusabiles attrahuntur,
aut cui ipsius civitatis episcopus ecclesiasticarum rerum
25 commiserit gubernacula, et orphanorum atque viduarum,
quae indefense sunt, aut earum personarum, quae maxime
ecclesiastico indigent amminiculo propter timorem Dei. Si
quis vero transgressus fuerit haec precepta, ecclesiastice
correctioni subiaceat.

30 (D.88 c.1) DE EODEM.

Fr. 306

Decrevit sancta synodus, nullum deinceps clericum aut
possessiones conducere, aut negociis secularibus se
miscere, nisi propter curam aut pupillorum aut
orphanorum aut viduarum, aut si forte episcopus civitatis
35 ecclesiasticarum rerum sollicitudinem eum habere
precipiat. Ubi patet, quia alia sunt negocia secularia, alia
ecclesiastica. Nonne Moyses in seculo erat, cum crebro
intraret tabernaculum, et exiret, qui intus contemplatione
rapiebatur, foris infirmantium negociis urgebatur? Sic et
40 Iacob ascendentes et descendentes angelos vidit, quia
rectores ecclesiae non solum contemplando ascendunt,
sed deorsum quoque ad membra illius miserando

Fr. 307

descendunt. Et dum sacerdotes horum facta imitantur, et se custodiunt, et subditorum onera portant.

(D.88 c.2) Item Gelasius.

DE EODEM.

Consequens est, ut illa quoque, quae de Piceni partibus 5
nuper ad nos missa relatio nuntiavit, non pretereunda
putaremus, id est, plurimos clericorum negotiationibus
inhonestis et turpibus lucris imminere, nullo pudore
censentes evangelicam lectionem, qua ipse Dominus
negotiatores ex templo verberatos asseritur expulisse, nec 10
Apostoli verba recolentes, quibus ait: “Nemo militans Deo
implicat se negociis secularibus;” psalmistam quoque
David surda dissimulantes aure, cantantem: “Quoniam
non cognovi negotiationes, introibo in potentias Domini.”
Proinde huiusmodi aut ab indignis posthac questibus 15
noverint abstinendum, et ab omni cuiuslibet negotiationis
ingenio cupiditateque cessandum, aut, in quocumque
gradu sint positi, mox a clericalibus offitiis cogantur
abstinere, quoniam domus Dei domus orationis et esse
debet et dici, ne per offitia negotiationis potius sit 20
latronum spelunca.

(D.88 c.8) Item Gregorius Quertino prefecto.

RATIOCINIORUM CAUSAS CLERICUS NON DEBET
ASSUMERE.

Inutile et valde laboriosum est, hominem litteratum 25
ratiociniorum causas assumere, et in eis, quod non
expedit, se obligare.

(D.88 c.9) Item Ieronimus.

FUGIENDUS EST CLERICUS NEGOTIATOR.

Negotiatorem clericum, ex inope divitem et ex ignobili 30
gloriosum, quasi quasdam pestes fuge.

(D.88 c.14) Item Cyprianus.

NOMINE SACERDOTIS CAREAT, QUI DEI MINISTROS A
SUIS EVOCAT OFFITIIS.

Neque apud altare Dei merentur nominari in 35
sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes et ministros
voluerint avocare. Et ideo Victor, cum contra formam
nuper in concilio a sacerdotibus datam Geminum
Faustinum presbiterum ausus sit tutorem constituere,
apud vos ob dormicionem eius non fiat oblatio, aut aliqua 40
deprecatio pro nomine eius frequentetur in ecclesia, ut

sacerdotum decretum religiose aut necessarie factum servetur a nobis.

(D.89 d.a.c.1) ¶ Domui quoque sue oportet bene esse prepositum, ut quaedam inde quodammodo future dispensationis argumenta assumantur. In dispensatione vero ecclesiae hanc regulam observandam noverit, ut nulli quantumlibet exercitate persone duo simul officia committat, neque secularibus viris res ecclesiasticas gubernandas committat. Unde Gregorius scribit omnibus episcopis:

(D.89 c.1) UNI PERSONE DUO NON COMMITTANTUR OFFITIA.

Singula ecclesiastici iuris officia singulis quibusque personis singillatim committi iubemus. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita in ecclesiae corpore secundum veridicam Pauli sententiam in uno eodemque spirituali corpore conferendum est hoc officium uni, alii committendum est illud, neque enim quantumlibet exercitate uni persone uno tempore duarum rerum officia committenda sunt: quia si totum corpus oculus, ubi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diversa officia et robur corporis servat, et pulcritudinem representat, ita varietas personarum diversa nichilominus distributa officia et fortitudinem et venustatem sanctae Dei ecclesiae manifestat. Et sicut indecorum est, ut in corpore humano alterius fungatur officio alterum membrum, ita nimirum noxium simulque turpissimum, si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa.

(D.89 c.2) Item Gregorius Antemio Subdiacono.

QUILIBET EPISCOPUS VICEDOMINUM ET YCONOMUM HABEAT.

Volumus, ut frater noster Pascasius et vicedominum sibi ordinet et maiorem domus, quatinus possit vel hospitibus supervenientibus, vel causis, quae eveniunt, idoneus et paratus existere. Si vero negligentem eum prospicis, vel ea, quae dicimus, implere differentem, omnis eius clerus adhiberi debet, ut communi consilio ipsi eligant, quorum persone ad ea, quae prediximus valeant ordinari.

(D.89 c.4) Item ex concilio Calcedonensi.

Fr. 312

DE EODEM.

Quia in quibusdam ecclesiis, sicut ad nos pervenit, sine yconomis episcopi res ecclesiasticas tractant, placuit, omnes ecclesias habentes episcopos etiam yconomos habere de proprio clero, qui gubernent res ecclesiae cum arbitrio sui episcopi, ut non sine testimonio sit gubernatio ipsarum rerum ecclesiasticarum, neque ex hoc eveniat res eiusdem ecclesiae dispergi, et sacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si vero quis hoc non observaverit, divinis subiaceat regulis.

(D.89 c.5) Item Gregorius Iohanni Carolitano episcopo.

SECULARIBUS VIRIS RES ECCLESIASTICE NON COMMITTANTUR.

Cavendum est a fraternitate vestra, ne secularibus viris atque sub regula vestra non degentibus cuiuslibet res ecclesiae committantur, sed probatis de officio vestro clericis, in quibus, si quid reperiri poterit pravitate, ut in subditis emendare quod illicite gestum fuerit valeatis: quo videlicet apud vos habitus sui officium magis convenienter amministrent, quam accusent.

Fr. 313 **(D.90 d.a.c.1)** ¶Litigiosus quoque prohibetur ordinari, quia qui sua potestate discordantes ad concordiam debet attrahere, qui oblationes dissidentium prohibetur recipere, nequaquam litigandi facilitate alios ad discidium debet provocare. Unde in Cartaginensi concilio IV legitur:

(D.90 c.1) CLERICI DISCORDANTES REVOCENTUR AD CONCORDIAM VEL DEICIANTUR AD CONCORDIAM.

Discordantes clericos episcopus vel ratione, vel potestate ad concordiam trahat; inobedientes sinodus per audientiam dampnet.

(D.90 c.2) Item ex eodem.

DISSIDENTIUM FRATRUM OBLATIONES IN ECCLESIA NON RECIPIANTUR.

Oblationes dissidentium fratrum neque in sacrario, neque in gazophilacio recipiantur.

Fr. 315 **(D.91 d.a.c.1)** ¶Qui autem turpi lucro vel inhonesto negotio victum sibi querere prohibetur, de oblationibus ecclesiae stipendia consequatur. Quod si ecclesia ei sufficere non poterit, proprio artificio vel agricultura

(exemplo Apostoli, qui de labore manuum vivebat) sibi necessaria inveniatur, ita tamen, ut occasione sui operis vigiliis ecclesiae non desit, quod absque inequalitate sui corporis inpune nulli conceditur.

5 (D.91 c.3) Unde in concilio eodem Cartaginensi Fr. 316 legitur.

SINE OFFITII DETRIMENTO ARTIFICIOLO SIBI CLERICUS NECESSARIA QUERAT.

10 Clericus victum et vestimentum sibi artificioso vel agricultura, absque officii sui dumtaxat detrimento, preparet. (§ 1) Clericus enim, qui absque corpusculi sui inequalitate vigiliis deest, stipendio privatus excommunicetur.

15 (D.92 d.p.c.2) ¶A quibus ordinandos oporteat esse Fr. 317 inmundes, breviter monstratum est. De quorum vero manibus suos ordines suscipere debeant, facile patet. Sacerdos enim et cuncti infra ipsum constituti ab episcopis debent ordinari. Unde in concilio Martini papae legitur:

20 (D.92 c.3) QUI AB EPISCOPO NON ORDINANTUR, IN PULPITO NON PSALLANT VEL LEGANT.

Non liceat in pulpito psallere aut legere, nisi qui ab episcopo ordinati sunt lectores.

25 (D.92 d.p.c.3) ¶De episcopis autem, a quibus vel in quibus locis ordinari debeant, supra definitum est. (§ 1) Nunc autem queritur de his, qui ordinati a parrochia sua non recipiuntur, vel pro aliqua causa eas adire noluerint, an in alterius parrochia episcopale possint officium celebrare? De his in concilio Martini papae sic statutum invenitur:

30 (D.92 c.4) SACERDOTIS TANTUM OFFICIUM GERAT EPISCOPUS, QUEM SUA PARROCHIA NON RECIPIT.

35 Si quis ordinatus episcopus pro contemptione populi aut pro aliqua ratione, non pro sua culpa, in parrochiam, quae ei fuerit data, non ierit, hunc oportet honorem sacerdotii tantummodo contingere, ita ut de rebus ecclesiae, in quam convenit nichil presumat, sustineat autem, quid de eo sanctum concilium iudicare voluerit.

22 Non – 13 lectores Martinus Bracarenensis, *Capitula* 45 (ed. Vives, 98).

33 Si – 28 voluerit Martinus Bracarenensis, *Capitula* 10 (ed. Vives, 89).

(D.92 d.p.c.8) ¶ Quod autem supra clerici se vigiliis subtrahentes excommunicari iubentur, de his intelligendum est, qui ab episcopo frequenter admoniti, negligentiam suam corrigere contempnunt. Unde in concilio Martini papae legitur:

5

(D.92 c.9) EXCOMMUNICETUR CLERICUS, QUI AB EPISCOPO COMMONITUS MATUTINIS VEL VESPERTINIS HORIS ADESSE NEGLEXERIT.

Si quis presbiter aut diaconus vel quilibet clericus ecclesiae deputatus, si in quolibet loco fuerit, in quo ecclesia est, et ad cottidianum psallendi offitium matutinis vel vespertinis horis ad ecclesiam non convenit, deponatur a clero, si tamen castigatus veniam ab episcopo per satisfactionem noluerit promereri.

10

Fr. 320

(D.93 d.a.c.1) ¶ Obedientiam autem inferiores ex ordine superioribus debent. Summo enim pontifici ea debetur ab omnibus obedientia, ut nulli liceat ei communicare, cui pro actibus suis ipse inimicus extiterit, nec in ecclesia esse poterit, qui eius cathedram deserit. Unde beatus Petrus princeps apostolorum in ordinatione Clementis populum alloquens, inter cetera ait:

15

(D.93 c.1) CUI PRO ACTIBUS PRAVIS APOSTOLICUS INIMICATUR, COMMUNICARE NON DEBEMUS.

Si inimicus est iste Clemens alicui pro actibus suis, et vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat: cum illo nolite amici esse, sed prudenter observare debetis, et voluntati eius absque communicatione obsecundare, et avertere vos ab eo, cui ipsum sentitis adversum; sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, ut unusquisque, qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicicias habere, festinet cicius reconciliari ei, qui omnibus preest, et per hoc redeat ad salutem, cum obedire ceperit monitis presidentis. Si vero quis amicus fuerit his, quibus ipse non loquitur, unus est ipse ex illis, qui exterminare ecclesiam Dei volunt, et cum corpore vobiscum esse videatur, mente et animo contra vos est. Et est multo nequior hostis hic, quam illi, qui foris sunt, et evidenter sunt inimici; hic enim per amiciciarum speciem quae inimica sunt gerit, et ecclesiam dispergit et vastat. Ideoque huiusmodi apostolicis institutis vos monentes instruimus, ut effecta certior karitas vestra sollicitius deinceps agere studeat et cautius,

25

30

35

40

9 Si – 202: 4 promereri Martinus Bracarenensis, *Capitula* 63 (ed. Vives, 101).

ne perversi et infideles homines ledendi fideles et
benivolos habeant facultatem.

(D.93 c.3) Item Ciprianus.

Fr. 321

5 NON EST IN ECCLESIA, QUI CATHEDRAM PETRI NON
SEQUITUR.

Qui cathedram Petri, super quam ecclesia fundata est,
deserit, in ecclesia se esse non confidat.

10 **(D.93 d.p.c.4)** ¶ Reliqui vero in ecclesia minores
semper debent maioribus subesse, sicut in Sinodo S.
Silvestri legitur:

(D.93 c.5) MAIORIBUS MINORES OBEDIENTIAM
EXHIBEANT.

15 A subdiacono usque ad lectores omnes subditi sint
diacono cardinali viro reverentissimo, in ecclesia
representantes ei honorem. Porro pontifici presbiter,
presbitero diaconus, diacono subdiaconus, subdiacono
acolitus, acolitho exorcista, exorciste lector, lectori
hostiarius, hostiario abbas, abbati monachus in omni loco
representet obsequium, sive in publico, sive in gremio
20 ecclesiae.

(D.93 c.6) Item ex epistola Clementis papae.

QUID SIT DIACONORUM OFFITIUM.

25 Diaconi ecclesiae sint tanquam oculi episcopi,
oberrantes et circumlustrantes cum verecundia actus
totius ecclesiae, et perscrutantes diligentius, si quem
videant vicinum fieri precipicio et proximum esse peccato,
ut referant hec ad episcopum. Et infra: **(§ 1)** Episcopo
suggerere quae ad cultum ecclesiae et disciplinam eius
pertinent, diaconibus cura sit.

Fr. 322

30 **(D.93 c.7)** Item in eadem.

Sacerdotes vero dicebat beatus Petrus sal terre et
mundi lumen docens, eos in splendore operum glorificare
patrem Deum, de quibus Dominus ait: "Beati estis, cum
maledixerint vobis homines" et reliqua, et iterum: "Vos
35 estis sal terre."

(D.93 c.11) Item Evaristus omnibus episcopis.

SEPTEM DEBENT ESSE DIACONI IN UNAQUAQUE
CIVITATE.

40 Diaconi (qui quasi oculi videntur esse episcopi) septem
debent esse in unaquaque civitate, qui custodiant

- Fr. 323 episcopum predicantem, ne ipse ab insidiatoribus quoquo modo infestetur, aut ledatur a suis, aut verba divina detrahendo aut insidiando polluantur vel despiciantur: sed veritas spirituali redoleat fervore; pax predicata labiis cum voluntate animi concordet. 5
- (D.93 d.p.c.12)** ¶Ut ex premissis auctoritatibus apparet, diaconi debent obedientiam presbiteris, sicut et presbiteri episcopis. Sed diaconi superbientes sacerdotibus exequari, vel potius preferri querebant, contra quorum insolentiam multorum auctoritates manaverunt, eorum supercilium reprimentes, atque ut sacerdotibus condignam obedientiam exhibeant decernentes. Unde Gelasius papa ait: 10
- (D.93 c.13)** NICHIL EORUM, QUAE SUNT DECRETA PRIMIS ORDINIBUS, VENDICENT SIBI DIACONI. 15
- Diaconos propriam constituimus observare mensuram, nec ultra tenorem paternis canonibus deputatum quidpiam temptare permittimus, et nichil eorum suo ministerio penitus applicare, quae primis ordinibus proprie decrevit antiquitas. Absque episcopo vel presbitero baptizare non audeant, nisi predictis ordinibus fortassis longius constitutis necessitas extrema compellat. Quod etiam laicis Christianis facere plerumque conceditur. 20
- (D.93 c.14)** Item in Niceno concilio. 25
- INFERIORES PRESBITERIS SE DIACONI COGNOSCANT.
- In sua diaconi mensura permaneant, scientes, quod episcoporum quidem ministri sunt, inferiores autem presbiteris habeantur. Per ordinem ergo post presbiteros gratiam sacre communionis accipiant, aut episcopo, aut presbitero porrigente eis. Sed nec sedere in medio presbiterorum diacono liceat, quia si hoc fiat, preter regulam probatur existere. Si quis autem post has diffinitiones obedire noluerit, a ministerio cessare debet. 30
- (D.93 c.15)** Item ex concilio Laodicensi. 35
- DIACONUS HONOREM EXHIBEAT PRESBITERO, ET IPSE AB INFERIORIBUS HONORETUR.
- Non oportet diaconum coram presbitero sedere, sed iussione presbiteri sedeat. Similiter autem diaconus honorem habeat a sequentibus, id est a subdiaconibus et ab omnibus clericis. 40

(D.93 c.17) Item ex concilio Cartaginensi cui papa Zosimus interfuit per vicarios.

SICUT EPISCOPIS, ITA ET PRESBITERIS DIACONI MINISTRENT.

5 Diaconi ita se presbiteri, sicut episcopi ministros esse cognoscant.

(D.93 c.18) Item in eodem.

Presente presbitero diaconus eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogit, iussus eroget.

Fr. 325

10 (D.93 c.19) Item in eodem.

Diaconus sedeat iubente presbitero quolibet loco. Item diaconus in conventu presbiterorum interrogatus loquatur.

15 (D.93 c.23) Item Ieronimus ad Rusticum Narbonensem episcopum.

SICUT IN MINISTERIO, ITA IN DISPENSATIONE SINE DIACONIBUS EPISCOPUS NON VIVAT.

20 Diaconi sunt, quos in Apocalipsi legimus, septem angeli ecclesiarum, hi sunt septem candelabra aurea, hi sunt voces tonitruorum. (§ 1) Virtutum operatione preclari, humilitate preclari, quieti, humiles, evangelizantes pacem, annunciantes bona, dissensiones et rixas et scandala resecantes, docentes, soli Deo conloquentes, in templo nichil de mundo penitus cogitantes, dicentes patri et matri: "non novimus vos," et filios suos non agnoscentes. (§ 2) Sine his sacerdos nomen habet officium non habet. Hic minister Dei dicitur, quia scriptum est: "Maior est, qui ministrat, quam cui ministratur." Et sicut in sacerdote ministratio, ita in ministro dispensatio sacramenti est. (§ 3) Sacerdotibus etiam propter presumptionem non licet de mensa Domini tollere calicem, nisi eis traditus fuerit a diaconibus. (§ 4) Ita enim Deus noster omnipotens universa disposuit, ut qui maiorem se crediderit minor esset, et qui videretur minor maior existeret. Denique quam hoc verum sit ipse perpende. Levite componunt mensam Domini, Levite sacerdotibus, cum sacramenta benedicunt, assistunt, Levite ante sacerdotes orant, ut et si DISTINCTIO locorum credatur in mundo, etiam in altari Dei videant sibi episcopi, qui superbi sunt, diacones anteponi. Si humilitatem diligunt et diaconi maiores se esse in eo,

25

30

35

40

quod sunt humiles, recognoscant. Tunc demum, ut aures habeamus ad Deum, diaconus clamat, ipse predicat, ipse hortatur, ipse commonet astantibus sacerdotibus, nec leviter hanc vocem, quae loquitur et pacem annunciat, aut negligenter aspicias. Sufficit huic tantum ordini per Dominum concessum fuisse, ut non solum sacerdos in templo Dei totum agere et implere videatur. Et infra: (§ 5) Nunc autem ex quo in ecclesiis, sicut in Romano imperio, crevit avaritia, periit lex a sacerdote et visio de propheta; singuli quique per potentiam episcopalis nominis, quam sibi ipsi illicite absque ecclesia vendicarunt, totum, quod Levitarum est, in suos usus redigunt, nec hoc solum, quod asscriptum est, sibi vendicant, sed cunctis auferunt universa. Mendicat infelix in plateis clerus, et servili operi mancipatus publicam de quolibet poscit elemosinam. Qui ex eo magis despicitur a cunctis, quo misere desolatus iuste putatur ad hanc ignominiam devenisse. (§ 6) Solus episcopus incubat donis, solus utitur ministerio, solus universa sibi vendicat, solus partes invadit alienas, solus occidit universos. (§ 7) Hinc propter avaritiam sacerdotum odia sepe consurgunt, hinc episcopi accusantur a clericis, hinc principium litis, hinc detractionis causa, hinc origo fit criminis. Etenim si unusquisque ita in hoc mundo visibili aliquid possidere iubetur, ut sua tantum sit possessione contentus, ac res non invadat alienas, non agrum pauperis tollat non vineam, non subuectorium aliquod, non famulos, non fructum; quanto magis qui ecclesiae Dei preest debet ita in omnibus servare iusticiam, ut hoc sibi vendicet, quod sui iuris esse cognoscit, aliena non rapiat, aliena non tangat equalem ceteris se faciat, et sicut sine his in ministerio non vivit, ita in dispensatione non vivat? (§ 8) Certe, ut ipse nosti, qui visibiliter in hoc mundo ius invadit alienum, accusatur a paupere, dampnatur a iudice, ita in ecclesia Dei, cum quisque stipendia perdit, clamat ad Dominum exauditur a Christo, nec differtur ultionis sententia, si non sedantur universa. Moderatio enim Dei ac pietas solum nostrum reditum querit, ac nos cupit longa sua bonitate salvari. Si non convertimur, si duri colli sumus, si in peccatis usque ad mortem illicite perduramus, assidue peccantium, non miseretur Deus.

(D.93 d.p.c.23) ¶Hoc capitulo sacerdotum avaricia reprehenditur, diaconorum dignitas sive officium commendatur. Sed quia (ut supra dictum est) diaconi

insolescentes etiam presbiteris se preferendos arbitrati sunt, contra illorum supercilium scribit Ieronimus ad evangelum presbiterum:

(D.93 c.24) DIACONES PRESBITERIS DEBENT SUBESSE.

5 Legimus in Ysaia: "Fatuus fatua loquitur." Audio quendam in tantam erupisse vecordiam, ut diaconos presbiteris id est episcopis anteferet. Nam cum Apostolus perspicue doceat, eosdem esse episcopos, quos presbiteros, quid patitur mensarum et viduarum minister, 10 ut supra eos se tumidus efferat, ad quorum preces Christi corpus sanguisque conficitur? Queris auctoritatem? Audi testimonium: "Paulus et Timotheus servi Iesu Christi omnibus sanctis, qui sunt Philippis, cum episcopis et diaconibus." Vis et aliud exemplum? In Actibus apostolorum ad unius ecclesiae sacerdotes ita Paulus 15 loquitur: "Attendite vobis, et cuncto gregi, in quo vos: Spiritus sanctus posuit episcopos, ut regatis ecclesiam Dei quam adquisivit sanguine suo." Ac ne quis contentiose in una ecclesia plures episcopos fuisse contendat, audiat 20 aliud testimonium, in quo manifestissime declaratur vel conprobatur, eundem esse episcopum atque presbiterum: "Propter hoc reliqui te Crete, ut quae deerant corrigeres, et constitueres presbiteros per civitates, sicut ego tibi mandavi: si quis est sine crimine, unius uxoris vir, filios 25 habens fideles, non in accusatione luxurie, aut non subditos. Oportet enim episcopum: sine crimine esse, quasi Dei dispensatorem." Et ad Timotheum: "Noli negligere gratiam, quae tibi data est per prophetiam et per inpositionem manuum presbiterii." Sed et Petrus in 30 prima epistola: "Presbiteros, qui in vobis sunt, precor compresbiter, et testis passionum Christi, et future glorie, quae revelanda est, particeps, regite gregem Christi, et inspicite non ex necessitate, sed voluntarie iuxta Deum." Quod quidem grece significantius dicitur 35 EPISCOPOUNTES unde et nomen episcopi tractum est. Parva tibi videntur tantorum virorum testimonia? Clangat tuba evangelica, filius tonitru, quem Iesus amavit plurimum, qui de pectore salvatoris doctrinarum fluentia potavit: "Presbiter, Electe domine, et filiis eius, 40 quos ego diligo in veritate." Et in alia epistola: "Presbiter Gaio karissimo, quem ego in veritate diligo." (§ 1) Quod autem postea unus electus est, qui ceteris preponeretur, in scismatis remedium factum est, ne unusquisque ad se trahens Christi ecclesiam rumperet. Nam et Alexandria a

Fr. 328

Marco evangelista usque ad Eraclam et Dionisium episcopos, presbyteri ex se semper unum eligebant et in excelsiori gradu collocabant, quem episcopum nominabant, quomodo si exercitus inperatorem faciat. Diaconi autem eligant de se quem industrem noverint, et archidiaconum nuncupent. Quid enim facit excepta ordinatione episcopus, quod non facit presbiter? Nec altera Romane urbis ecclesia, altera totius orbis existimanda est: et Gallie, et Brittannie, et Affrica, et Persis, et oriens et India, et omnes barbare nationes unum Christum adorant, unam observant regulam veritatis. Si auctoritas queritur, orbis maior est urbe. Ubi cumque fuerit episcopus, sive Rome, sive Eugubio, sive Constantinopolim sive Regio, sive Alexandrine, sive Thanis, eiusdem est meriti, eiusdem et sacerdotii.

Fr. 329 Potentia divitiarum et paupertatis humilitas vel sublimiorem episcopum, vel inferiorem non facit; ceterum omnes apostolorum successores sunt. (§ 2) Sed dicis, quomodo Rome ad testimonium diaconi presbiter ordinatur? Quid mihi profers unius urbis consuetudinem? Quid paucitatem, de qua ortum est supercilium, in leges ecclesiae vendicas? Omne quod rarum est plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere preciosius est. Diacones paucitas honorabiles, presbiteros turba contemptibiles facit. Ceterum in ecclesia etiam Rome presbiteri sedent, et stant diaconi, licet paulatim crebrescentibus vitiis inter presbiteros absente episcopo diaconos sedere videamus, et in domesticis conviviis benedictiones coram presbiteris dare. Discant, qui hoc faciunt se non recte facere audiant Apostolos. "Non est dignum, ut relinquentes verbum Dei ministremus mensis." Sciant diaconi quare constituti sint. Legant Acta apostolorum, recordentur condicionis sue. Presbiter et episcopus aliud etatis, aliud dignitatis est nomen. Unde ad Titum et Timotheum de ordinatione episcopi et diaconi dicitur; de presbiteris omnino reticetur, quia in episcopo et presbiter continentur. Qui provehitur, a minori ad maius provehitur. Aut igitur ex presbitero ordinetur diaconus, ut presbitero maior conprobetur, in quem crescit ex parvo, aut si ex diacono ordinatur presbiter, noverit se laicis maiorem sacerdotibus esse minorem.

(D.93 d.p.c.25) ¶Hoc autem, quod de diaconorum minoritate dicitur, ubique servandum est, nisi cum

diaconus habuerit locum aut proprii patriarche, aut sui metropolitani. Unde in VI Sinodo legitur:

5 (D.93 c.26) DIACONUS SACERDOTIBUS NON
PREFERATUR, NISI LOCUM METROPOLITANI SUI
OBTINEAT.

Precipimus, ne diaconus (quamvis etiam in dignitate, hoc est in officio quolibet ecclesiastico sit) ante presbiterum sedeat, nisi cum locum habuerit proprii patriarche aut metropolitani pro aliquo capitulo; tunc enim sicut illius locum tenens honorabitur. Si quis vero
10 presumpserit hoc tyrannice facere, a proprio gradu repulsus ultimus omnium fiat in ordine suo.

(D.94 d.p.c.2) ¶ Archidiaconi quoque, quamvis ex
15 officio suo clericorum vitam diligenti examinatione debeant inquirere, et quae corrigenda inveniunt episcopo nunciare, tamen dominationem super eos exercere, et censum ab eis exigere prohibentur. Unde in Cabillonensi concilio legitur:

20 (D.94 c.3) ARCHIDIACONI SUPER PRESBITEROS
DOMINATIONEM NON EXERCEANT.

Dictum est, quod in plerisque locis archidiaconi super presbiteros parrochianos quandam exercent
25 dominationem, et ab eis censum exigunt, quod magis ad tyrannidem, quam ad rectitudinis pertinet formam. (§ 1) Si enim iuxta Apostoli sententiam episcopi non debent esse dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo, multo minus isti facere hoc debent. Sint itaque contenti regularibus disciplinis, et teneant propriam mensuram, et quod eis ab episcopis iniungitur, hoc per parrochias
30 exercere studeant, nichil per cupiditatem et avariciam presumentes.

(D.95 d.a.c.1) ¶ Quod autem sacerdotes supra iubentur
35 episcopis tamquam subditi obedire, non ita intelligendum est, quasi non liceat eis presentibus episcopis sacra misteria celebrare, (sicut episcopali supercilio quidam ab his volebant presbiteros prohibere), sed quia presbiteri pontificibus, tamquam filii parentibus, debent obedire. Baptizatos etiam crismate eis tangere conceditur. Unde Gregorius scribit Ianuario episcopo Caralitano:

21 Dictum – 21 presumentes Conc. Cabillonense (a. 813) 15 (ed. Werminghoff, MGH Conc. 2.1.277.1-7).

(D.95 c.1) UBI EPISCOPI DESUNT, BAPTIZATOS IN FRONTIBUS PRESBITERI CRISMATE TANGANT.

Pervenit quoque ad nos, quosdam scandalizatos fuisse, quod presbiteros crismate tangere eos, qui baptizati sunt, prohibuimus. Et nos quidem secundum veterem usum nostre ecclesiae fecimus. Sed si omnino hac de re aliqui contristantur, ubi episcopi desunt, ut presbiteri etiam in frontibus baptizatos crismate tangere debeant, concedimus.

5

(D.95 c.5) Item Ieronimus supra epistolam ad Titum.

10

PRESBITER IDEM EST QUI ET EPISCOPUS AC SOLA CONSUETUDINE PRESBITERIS EPISCOPI PRESUNT.

Olim idem presbiter, qui et episcopus, et antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, et diceretur in populis: "Ego sum Pauli, ego sum Apollo, ego autem Cephe," communi presbiterorum consilio ecclesiae gubernabantur. Postquam autem unusquisque eos, quos baptizaverat, suos esse putabat, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de presbiteris superponeretur et scismatum semina tollerentur. Et paulo post: **(§ 1)** Sicut ergo presbiteri sciunt, se ex ecclesiae consuetudine ei, qui sibi prepositus fuerit, esse subiectos, ita episcopi noverint, se magis consuetudine quam dispensationis dominice veritate presbiteris esse maiores, et in communi debere ecclesiam regere.

15

20

25

(D.95 c.6) Idem ad Rusticum Narbonensem episcopum.

CORAM EPISCOPIS PRESBITERIS DOCERE LICET.

Ecce ego dico, presentibus episcopis suis atque astantibus in altario presbiteros posse sacramenta conficere. **(§ 1)** Sed quia scriptum est: "Presbiteri duplici honore honorentur, maxime qui laborant in verbo Dei," predicare eos decet, utile est benedicere, congruum est confirmare, convenit reddere communionem, necesse est visitare infirmos, orare pro invalidis, atque omnia Dei sacramenta complere. **(§ 2)** Nemo hinc episcoporum invidia diabolice temptationis infletur, irascatur si plebem interdum presbiteri exhortentur, si in ecclesiis predicent, si plebi, ut dictum est, benedicant. Etenim abnueri mihi ista sic dicam: qui non vult presbiteros facere quae iubentur a Deo, dicat, quid maior est Christo? aut quid poterit corpori aut sanguini eius anteponi? Si presbiter Christum consecrat, cum in altario Dei sacramenta

30

35

40

Fr. 333

benedicit, benedicere populum non debet, qui Christum consecrare non metuit? (§ 3) Circa laicos ac mulieres iubentibus vobis, iniustissimi sacerdotes, presbiter Dei benedictionis perdit officia amittit lingue opus, non habet confidentiam predicandi, truncatus est omni parte virtutum, solum presbiteri nomen habet, plenitudinem atque perfectionem, quae consecrationi eius competit, non retentat. (§ 4) Quis hic, rogo, sacerdotes, honor vester est, ut dampnum gibbi inferatis? Quoniam cum pastoribus per potentiam aufertur Deo digna diligentia, contagium quoddam et calamitas crescit in gregibus, ac dominici patrimonii dampna conquiritis, dum soli vultis in ecclesia potentari. (§ 5) Presbiteri negotiorum ab initio, iudices esse mandati sunt, presbiteri sacerdotum interesse debent concilio, quoniam et ipsi presbiteri, ut legimus, episcopi nominantur, secundum quod dictum est ad episcopum. “Noli negligere gratiam, quae tibi data est per inpositionem manuum presbiteri” et alibi ad maiores natu: “Qui vos posuit episcopos regere ecclesiam suam”. (§ 6) Sed oderunt hoc superbi sacerdotes in presbiterii nomine, qui nolunt hoc esse, quod Christus, qui discipulorum pedes lavit, qui baptizatus a Iohanne est licet baptizandum se esse a Domino proclamaret. Quod propterea scribo, ut, si preteriti temporis error iam non potest revocari vel ad presens in ecclesiis faciant, quod Rome fit, quod in Affrica fit, quod in oriente fit, quod in Ispania, quod in Britannia, quod in Gallia quod in omnibus locis, ubi humilitas perseverat, quod in celis (quod maius est), ubi sedes eorum legitur esse disposita.

Fr. 334

30 (D.95 c.7) Idem ad Nepotianum.

EPISCOPI ET CLERICI INVICEM SIBI HONOREM EXHIBEANT.

Esto subiectus pontifici tuo, et quasi anime parentem ama. (§ 1) Sed et episcopi sacerdotes se esse sciant, non dominos, honorent clericos quasi clericos ut ipsis episcopis honor deferatur a clericis. (§ 2) Scitum est illud oratoris Domicii: “Cur ego, inquit, te habeam ut principem, cum tu me non habeas ut senatorem?” (§ 3) Quod Aaron et filios, hoc esse episcopum et presbiteros noverimus. (§ 4) Unus Dominus, unum templum, unum sit ministerium. (§ 5) Recordemur semper, quod beatus Petrus apostolus precepit sacerdotibus: “Pascite eum, qui in vobis est, gregem Domini, providentes non coacte, sed

spontanee, secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntarie, neque ut dominantes in clero, sed forma facti gregi ex animo, ut cum apparuerit princeps pastorum, percipiatis inmarcescibilem glorie coronam.” (§ 6) Pessime consuetudinis est in quibusdam ecclesiis, tacere presbiteros et presentibus episcopis non loqui quasi eis inuideant, aut eos dedignentur audire. “Et si alii,” ut inquit apostolus Paulus, “fuerit revelatum sedenti, prior taceat.” “Gloria patris est filius sapiens.” Gaudeat episcopus in iudicio suo, cum tales elegerit sacerdotes.

Fr. 335 (D.96 d.a.c.1) ¶ Illud autem Honorii Augusti, quod de electione summi pontificis supra constituisse legitur, nullius momenti esse probatur, cum non solum de ordinibus, sed nec etiam de rebus ecclesiasticis laicis legatur aliquando attributa disponendi facultas. Unde quaecumque a principibus in ordinibus vel in ecclesiasticis rebus decreta inveniuntur, nullius auctoritatis esse monstrantur. Unde Simacus episcopus catholice ecclesiae urbis Rome in Sinodo residens dixit:

(D.96 c.1) DE REBUS ECCLESIASTICIS DISPONENDIS LAICIS NULLA FACULTAS RELINQUITUR.

Bene quidem fraternitas vestra ecclesiasticis legibus assecuta, sub divini timore iudicii quae erant statuenda diffinivit, et ad iusticie cumulum pervenit, cum sufficienter universa complectitur, nec adiectione indiget plenitudo, maxime de clericis, quos amor dominacionis invasit, et iugum discipline ecclesiastice fecit respuere. (§ 1) Quorum excessus enarrare difficile est: unum tamen, quod occurrit, venerando ordini vestro intimare non differo. Inter alia, scripturam quandam illustris memorie Basilium quasi pro ecclesiastice amore substantie conscripsisse refero, in qua nullus Romane ecclesiae interfuit, vel subscripsit antistes, per quem potuisset sortiri legitimam firmitatem. Ne ergo disputem inde, unde potest vestrum iudicare concilium requiratur, et referatur in medium, ut ex lectione agnoscat, cuiusmodi possit habere substantiam. Sancta sinodus respondit: “Deferatur in medium, ut cuiusmodi sit possit agnosci.” Hec cum diceret, Ormisda diaconus recitavit: “Cum in Mausoleo, quod est apud beatum Petrum apostolum, resedisset sublimis et eminentissimus vir prefectus pretorio atque patricius, agens etiam vices precellentissimi regis Odoacris, Basilius, dixit:

5 "Quamquam studii vestri et religionis intersit, ut in
 electione episcopatus concordia principaliter servetur
 ecclesiae, ne per occasionem electionis status civitatis
 vocetur in dubium, admonitione beatissimi viri papae
 nostri Simaci Simplicii, quam ante oculos semper habere
 debemus, hoc nobis meministis sub obtestacione fuisse
 10 mandatum, ut propter illum strepitum et detrimentum
 ecclesiae venerabilis, si eum de hac luce contigerit
 transire, non sine consultacione nostra cuiuslibet
 celebretur electio." Hec cum legeret, Cresconius
 Tudertine civitatis episcopus surgens e consessu dixit:
 "Hic perpendat sancta synodus, utrum pretermis-
 15 sionis personis religiosis, quibus maxime cura est de tanto
 pontifice, electionem eius in suam possint redigere
 potestatem, quod contra canones esse manifestum est."
 Item Ormisda diaconus legit: "Ac ne confusionis atque
 20 dispendii aliquid venerabilis ecclesia sustineret, miramur,
 pretermis- sionis quicquam nobis fuisse temptatum, cum
 sacerdote nostro superstite nichil debuisset assumi. Quare
 si amplitudini vestre vel sanctitati placet, incolumia
 omnia, quae ad futuri antistitis electionem respiciunt,
 religiosa veneratione servemus, hanc legem specialiter
 25 preferentes, quam nobis heredibusque nostris Christiane
 mentis devotione sancimus: ne umquam predium, sive
 rusticum, sive urbanum, vel ornamenta, aut ministeria
 quae nunc sunt ecclesiarum, vel quae ex quibuslibet titulis
 ecclesiarum iure pervenerint, ab eo, qui nunc antistes sub
 30 electione communi fuerit ordinandus, et illis, qui futuris
 seculis sequuntur, quocumque titulo aut commento
 alienari liceat. Et quicumque hoc facere voluerit, inefficax
 atque irritum iudicetur, sitque facienti, consentienti
 accipientique anathema." (§ 2) Maximus episcopus
 35 Blerane ecclesiae dixit: "Modo sancta synodus dignetur
 edicere, si licuit laico homini anathema in ordinem
 ecclesiasticum dictare, aut si laicus potuit sacerdoti
 anathema dicere, et contra canones quod ei non
 competebat constituere? Dicite, quid vobis videtur? De me
 licuit laico legem dare?" Sancta synodus dixit: "Non
 40 licuit," et adiecit: "Lege sequentia." Ormisda diaconus
 legit: "Et is, qui predium seu rusticum vel urbanum iuris
 ecclesiastici fuerit consecutus, noverit se nulla lege vel
 prescriptione munitum; sed sive is, qui alienaverit, sive
 qui eum sequens, voluntate contraria predium huiusmodi
 alienatum retinere temptaverit, id cum fructibus restituat,

Fr. 337

qui illud fuerit consecutus." (§ 3) Hec cum legeret, Stephanus Venusine ecclesiae episcopus surgens e consessu dixit: "Perlegatur." Hormisda diaconus legit: "Qua etiam pena placuit accipientis etiam heredes afficere. In qua re cuilibet clericorum nulla contradicendi libera sit facultas. Iniquum est enim et sacrilegii instar, ut quae pro salute et requie animarum suarum unusquisque venerabili ecclesiae pauperum causa contulerit aut certe reliquerit, ab his, quos maxime servare convenerat, in alterum transferantur. Plane quaecumque in gemmis, vel auro sive argento, nec non et vestibus minus apta usibus vel ornatui videbuntur ecclesiae, quae servare ac diu manere non possunt, sub iusta estimatione vendantur, et erogatio religioni proficiat." (§ 4) Cumque lecta fuisset, Laurentius episcopus Mediolanensis ecclesiae dixit: "Ista scriptura nullum Romane civitatis potuit obligare pontificem, qui non licuit laicis statuendi in ecclesia preter Romanum papam habere aliquam potestatem: quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas inperandi, maxime cum nec papa Romanus subscripserit, nec alicuius secundum canones metropolitani legatur assensus." (§ 5) Petrus episcopus Ravennatis ecclesiae dixit: "Scripturam, quae in nostra congregatione vulgata est, nullas vires habere manifestum est, quia nec canonibus convenit, et a laica persona concepta videtur, maxime quia in ea nullus presul sedis apostolice interfuisse, vel propria subscriptione eam confirmasse monstratur." (§ 6) Eulalius episcopus Siracusane ecclesiae dixit: "Scripturam, quae in sacerdotali concilio recitata est, evidentissimis documentis constat invalidam: primum, quod contra Patrum regulas a laicis, quamvis religiosus (quibus nulla de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur umquam attributa facultas), facta videtur; deinde quod nullius presulis apostolice sedis subscriptione firmata docetur. Quod si cuiuslibet provincie sacerdotes intra suos terminos concilio habito quicquid sine metropolitani sui auctoritate tractaverint, irritum esse debere sancti Patres sanxerunt quanto magis quod in apostolica sede, nunc extante presule (qui, merito beati Petri apostoli per universum orbem primatum obtinens sacerdotii, statutis sinodalibus consuevit tribuere firmitatem) a laicis (licet consentientibus aliquantibus episcopis, qui tamen pontifici, a quo consecrati probantur, preiudicium inferre non potuerunt) presumptum fuisse cognoscitur, viribus carere

Fr. 338

non dubium est, nec posse inter ecclesiastica ullo modo
 statuta censerī? (§ 7) Sancta sinodus dixit: “Licet
 secundum prosecutionem venerabilium fratrum
 nostrorum Laurentii, Petri, Eulalii, Cresconii, Maximi,
 5 vel Stephani, nec apud nos incertum habetur, hanc ipsam
 scripturam nullius esse momenti, verumtamen etiamsi
 aliqua possit ratione subsistere, modis omnibus in sinodali
 conventu provida beatitudinis vestre sententia enervari
 conveniebat et in irritum deduci, ne in exemplo remaneret
 10 presumendi quibuslibet laicis, quamvis religiosis, vel
 potentibus, in quacumque civitate quolibet modo aliquid
 decernere de ecclesiasticis facultatibus, quarum solis
 sacerdotibus disponendi indiscusse a Deo cura commissa
 docetur.”

(D.97 d.a.c.1) ¶ Hoc capitulo patenter ostenditur, quod
 nec inperatori, nec cuilibet laico licet decernere vel de
 electione pontificis vel de rebus ecclesiasticis. quaecumque
 autem ab eis constituta fuerint, pro infectis habenda sunt,
 nisi subscriptione Romani pontificis fuerint roborata.
 20 Unde illud Honorii Augusti, ut supra dictum est, vanum
 esse videtur, quod contra auctoritatem sacrorum
 canonum de electione summi pontificis decernere
 temptaverit. Sed sicut ex eodem capitulo habetur,
 precibus ecclesiae inperator in presumptores valet
 25 decernere, sicut pro defensione fidei quondam decrevisse
 leguntur, ne heretici aliquid nomine ecclesiae possiderent.
 Ab ea autem non invitati de rebus ecclesiasticis aliquid
 disponendi non habent facultatem. Honorius vero
 Augustus non sua auctoritate, sed beato Bonifatio
 30 supplicante, ecclesiastice quieti consulere et concertantium
 ambitionem punire curavit. Unde idem Bonifatius
 episcopus supplicationis epistolam Honorio Augusto
 destinavit, dicens:

(D.97 c.1) EPISTOLA BONIFATII AD HONORIUM
 35 AUGUSTUM.

Ecclesiae meae, cui Deus noster meum sacerdotium
 vobis res humanas regentibus deputavit, nos cura
 constringit, ne causis eius, quamvis adhuc corporis
 incommoditate detinear, propter conventus, qui a
 40 sacerdotibus et clericis universis et Christiane plebis
 perturbationibus agitantur, apud aures Christianissimi
 principis existimemur desse. Si enim secus quam oportet
 eveniat, non vos id facere, qui cuncta equa moderatione

Fr. 347 componitis, sed nos per nostram tacentem desidiam
videbimur quod civitatis quietem et ecclesiae pacem
pervertere valeat admisisse. Cum enim humanis rebus
divine cultor religionis Domino favente provideas, nostra
culpa erit, si non id sub vestra gloria, quam certum est 5
divinis semper rebus animo propensiori favisse, firmo et
stabili iure custodiatur, quod per tot annorum seriem sub
illis etiam principibus obtinuit, quos nulla nostre
religionis cura constrinxit, id est, ut licita serventur, et
sub vestre inperio clementie minime quae sunt illicita 10
formidentur. (§ 1) Ipsa enim ecclesia devotionem tuam,
Christianissime inperator, meo quidem sermone, sed suo
venerabili affectu appellat, quam Christus Deus noster,
vestre fidei rector et vestri inperii gubernator, sibi uni
desponsatam et intactam virginem servat, ne in ea aliquos 15
patiamini insidiantium procellarum fluctus illidi, et
quietam faciem tempestatis insolite tumore turbari,
gloriosissime et tranquillissime inperator semper auguste.
Ipsa vero (quae uni desponsata est, vestra tamen mater
est) ecclesia pietatem vestram legatione, quam suis 20
sacerdotibus commisit, appellat, preterita presentiaque
repetit. Vobis, inquit, religiosissime inperantibus modo
tutus est populus, tam fidus Deo quam tibi, principi
Christiano. Ecce enim inter misteria, inter preces suas,
quas pro vestri felicitate dependit inperii, teste, apud 25
quem et de cuius sede agitur, sancto Petro, sollicitis pro
religionis observantia vocibus clamat, cum sollicita
petitione miscetur oratio, ne hos in varias res solito
temptatore occulte sollicitante semel evulsa discordia
distrahat. Angeretur pluribus, princeps Christianissime, 30
mater ecclesia, nisi apud te suarum esset segura causarum,
et in obpressionibus idolorum, in hereticorum
correctionibus, fide tua, divino cultu pariter cum inperio
semper florente, vicisset. (§ 2) Habet refugium pium tue
mansuetudinis animum, cum sue religionis veneratione 35
coniunctum, cum, quicquid huic proficiat, vos agatis,
conferatis fratribus et consacerdotibus meis, probatissimis
viris, a me et ab omnibus (qui ecclesiam faciunt legatis;
quibus prosequentibus (precamur) causa sacre religionis,
ut in urbe vestre mansuetudinis hoc animo, quo postulatis 40
annuitis, in perpetuum statui universalis ecclesiae
consultatis.

(D.97 c.2) RESCRIPTUM HONORII AD BONIFATIUM PAPAM.

Victor Honorius, inclitus, triumphator, semper
 augustus, sancto ac venerabili Bonifatio papae urbis
 5 eterne. Scripta beatitudinis vestre debita reverentie
 gratulatione suscepimus, quibus recensitis egimus
 omnipotenti Deo maximas gratias, quod sanctimoniam
 tuam post longum incommodum optate redditam
 didicimus sanitati. Et ideo revertentibus venerabilibus
 10 viris gaudium nostrum sacrorum apicum attestazione
 signamus, ac petimus, uti cottidianis orationibus
 apostolatus tuus studium ac votum suum circa salutem
 atque inperium nostrum inpendere dignetur. Illud autem
 pietati nostre satis placuisse cognosce, quod sanctimonia
 15 tua de ecclesiarum ac populi perturbatione sollicita est.
 quae ut aliqua ratione non possit evenire, satis clementia
 nostra credidit esse provisum. Denique beatitudine tua
 predicante id ad cunctorum clericorum noticiam volumus
 pervenire, ut, si quid forte religioni tue (quod non
 20 optamus) humana sorte contigerit, sciant omnes ab
 ambitionibus esse cessandum. Ac si duo contra fas etc., ut
 supra. Et infra: (§ 1) Unde id servandum est, ut omnes
 tranquillam mentem et pacificos animos ex serenitatis
 nostre admonicione custodiant, nec aliquid seditio-
 25 nis conspirationibus temptare conentur, cum certum sit, nulli
 partium sua studia profutura.

Fr. 348

(D.98 d.a.c.1) ¶]quae circa ordinandos sint observanda,
 quae in eorum electione diligenter sint consideranda,
 multorum auctoritatibus monstrata sunt. Sed quia veritas
 30 rei nonnumquam obscuratur mutacione provincie,
 decretum est sacris canonibus, ut peregrini, nisi quinque
 vel eo amplius suorum episcoporum fuerint commendati
 cyrographis, non ordinentur. Unde Silvester papa
 35 presidens in generali sinodo dixit:

Fr. 349

(D.98 c.1) NISI QUINQUE EPISCOPORUM LITTERIS
 DESIGNATUM, TRANSMARINUM HOMINEM AD
 CLERICATUM NULLUS SUSCIPIAT.

Nullus aliqua ratione transmarinum hominem penes
 nos in clericatus gradu suscipiat, nisi quinque
 40 episcoporum designatus sit cyrographis.

(D.98 c.2) Item Anastasius urbis Rome episcopus
 omnibus episcopis.

DE EODEM.

Transmarinos homines in clericatus honore nemo suscipiat, nisi quinque aut eo amplius episcoporum cyrographis fuerint designati, quia per subreptionem multa solent evenire.

5

(D.98 c.3) Item Gregorius Romane ecclesiae presul Squillatiano episcopo.

DE EODEM.

Affros passim, et ignaros peregrinos, ad ecclesiasticos ordines tendentes, nulla ratione suscipias, quia Affrorum alii quidam sunt Manichei, alii rebaptizati; peregrini vero plurimi in minoribus ordinibus constituti fortiores de se pretendisse honores sepe probati sunt.

10

(D.99 d.a.c.1) ¶ De primatibus autem (quorum supra mentionem fecimus) queritur, quem gradum in ecclesia obtineant? an in aliquo a patriarchis differant? quam obedientium archiepiscopi eis debeant? primates et patriarche diversorum sunt nominum, sed eiusdem officii. Ab archiepiscopis, quotiens necesse fuerit, episcopi ad primates appellant, sed a primatibus ad archiepiscopos appellari non licet. Debent quoque obedientiam primatibus archiepiscopi in omnibus, quae sibi ab eis fuerint iuste inperata. Unde Anacletus papa ait:

15

Fr. 350

20

(D.99 c.1) QUAE OBEDIENTIA SIT EXHIBENDA PRIMATIBUS.

25

Provinciae multo ante Christi adventum tempore divise sunt maxima ex parte, et postea ab apostolis et beato Clemente predecessore nostro ipsa divisio est renovata. Et in capite provinciarum, ubi dudum primates erant legis seculi ac prima iudiciaria potestas, ad quos, qui per reliquas civitates commorabantur, quando eis necesse erat, qui ad aulam inperatorum vel regum confugere non poterant vel quibus permissum non erat, confugiebant pro oppressionibus vel iniusticiis suis, ipsosque appellabant quotiens opus erat, sicut in lege eorum preceptum erat, ipsis quoque in civitatibus vel locis nostris patriarchas vel primates, qui unam formam tenent, licet diversa sint nomina, leges divine et ecclesiastice poni et esse iusserunt, ad quos episcopi, si necesse fuerit, confugerent eosque appellarent, et ipsi primatum nomine fruerentur. Reliquae vero metropolitane civitates, quae minores iudices habebant (licet maiores comitibus essent) haberent metropolitanos suos, qui predictis iuste obedirent

30

35

40

primatibus, sicut et in legibus seculi olim ordinatum erat, qui non primatum, sed aut metropolitanorum, aut archiepiscoporum nomine fruerentur.

5 (D.100 d.a.c.1) ¶Episcopus autem ordinare ante Fr. 351
pallium acceptum nec archiepiscopo, nec primati, nec Fr. 352
patriarche licet, quod ex auctoritate Pelagii papae (licet minus evidenter) datur intelligi. Ait enim Pelagius papa:

10 (D.100 c.1) INFRA TRES MENSES FIDEM SUAM
EXPONERE ET PALLIUM POSTULARE A ROMANA ECCLESIA
QUISQUE METROPOLITANUS STUDEAT.

15 Quoniam quidam metropolitanorum fidem suam
secundum priscam consuetudinem sanctae sedi apostolice
exponere detrectantes usum pallii neque expetunt, neque
percipiunt, ac per hoc episcoporum consecratio viduatis
20 ecclesiis non sine periculo protelatur, placuit, ut quisquis
metropolitanus ultra tres menses consecrationis sue ad
fidem suam exponendam palliumque suscipiendum ad
apostolicam sedem non miserit, commissa sibi dignitate
careat, sitque licentia metropolitanis aliis, post secundam
25 et tertiam commonitionem viduatis ecclesiis cum consilio
Romani pontificis ordinando episcopum subuenire. (§ 1)
Si vero consecrandi episcopi negligentia provenerit, ut
ultra tres menses ecclesia viduata consistat, communione
privetur, quousque aut loco cedat, aut se consecrandum
30 offerre non differat. Quod si ultra quinque menses per
suam negligentiam retinuerit viduatam ecclesiam, neque
ibi, neque alibi consecrationis donum percipiat, imo
metropolitani sui iudicio cedat.

35 (D.101 d.p.c.1) ¶Hactenus de electione et ordinatione
clericorum tractavimus. Nunc ad symoniacorum
ordinationes transeamus, et ut facile liqueat, quid super
hac heresi sanctorum Patrum decrevit auctoritas, causa
deducatur in medium, cuius negotium et de scienter a
symoniacis ordinatis, et de ignoranter a symoniacis
consecratis, et de ordinationibus, quae per pecuniam fiunt,
contineat. Fr. 356

11 Quoniam – 21 cedat Conc. Ravennat. (a. 877) 1-2 (ed. Mansi 17.337)
CHECK!

(CAUSA 1)

Fr. 357	(C.1) ¶ Quidam habens filium obtulit eum ditissimo	
Aa 92v	cenobio. Exactus abbate et fratribus x libras solvit, ut	
Bc 97vb	filius susciperetur ipso tamen beneficio etatis hoc	5
Fd 19va	ignorante. Crevit puer et per incrementa temporum et	
P 83vb	officiorum ad virilem etatem et sacerdotii gradum	
	pervenit. Exinde suffragantibus meritis in episcopum	
	eligitur interveniente obsequio et paternis precibus. Data	10
	quoque pecunia cuidam ex consiliariis archiepiscopi	
	consecratur iste in antistitem nescius paterni obsequii et	
	oblatae pecuniae. Procedente vero tempore nonnullos per	
P 84ra	pecuniam ordinavit, quibusdam vero gratis benedictionem	
Aa 93r	sacerdotalem dedit. Tandem apud metropolitanum suum	15
	accusatus et convictus sententiam in se damnationis	
	accepit. Hic primum queritur, an sit peccatum emere	
	spiritualia? Secundo, an pro ingressu ecclesiae sit	
	exigenda pecunia, vel si exacta fuerit, an sit persolvenda	
	pro ecclesiae ingressu? Tercio, an ingressum vel	
Bc 99ra	prebendas ecclesiae emere sit symoniacum? Quarto, an	20
	iste sit reus criminis, quod eo ignorante pater ammisit?	
	Quinto, an liceat ei esse in ecclesia vel fungi ordinatione,	
	quam paterna pecunia est assecutus? Sexto, an illi, qui ab	
	eo iam symoniaco ignoranter ordinati sunt, sint abiciendi	
	aut non? Septimo, si renuntians sue heresi sit recipiendus	25
	in episcopali dignitate vel non?	

(QUAESTIO 1)

(C.1 q.1 d.a.c.1) ¶ Quod autem spiritualia emere	
peccatum sit, probatur multorum auctoritatibus. Ait enim	30
Leo papa:	

3 Quidam] Incipit secundus (liber). Tractatus de symonia. Prima Causa. *praem. Aa* **4 Exactus]** exactis *Fd^{bc}* **abbate – fratribus]** ab abbate et fratribus *Aa*: ab abbate et a fratribus *Me Fr.* **x]** decem *Fr.* **7 virilem Fd^{bc}** **8 pervenit]** *add. supra lin. Fd* **9 eligitur]** eligi *Fd* **10 consiliariis]** *Fd^{bc}* **archiepiscopi]** episcopi *Fd^{bc}* **11 iste add. supra lin. Fd** **16 emere]** amare *Fd^{bc}* **19 pro – ingressu BcFdP.** pro ingressu ecclesie *Me exp. Aa: om. Fr.* **vel – 20 ecclesiae]** ecclesie vel prebendas *Fr.* **21 sit reus]** reus sit *Aa* **ammisit Bc.** amisit *Fd^{bc}*: commisit *Aa*: admisit *Fr.* **22 ordinatione]** ea *supra lin. add. Aa*: ea ordinatione *Fr.* **24 sint om. Bc** **25 aut]** an *Fr.* **Septimo – 26 non add. in marg. Aa** **si – heresi]** renuntians si *P* **sue]** s. *Bc* **26 episcopali]** apostoli *P* **29 – 30 auctoritatibus]** Quod peccatum sit spiritualia emere, multi auctoritatibus probatur *Sg* **30 Ait]** Unde *Sg*

(C.1 q.1 c.1) SYMONIACI GRATIAM NON PRESTANT,
QUAM VENDERE QUERUNT.

Gratia si non gratis datur vel accipitur, gratia non est.
5 Simoniaci autem non gratis accipiunt. Igitur gratiam,
quae maxime in ecclesiasticis ordinibus operatur, non
accipiunt. Si autem non accipiunt, non habent. Si autem
non habent, nec gratis neque non gratis cuiquam dare
possunt. Quid ergo dant? Profecto quod habent. Quid
autem habent? Spiritum utique mendatii. Quomodo hoc
10 probamus? Quia si spiritus veritatis (testante ipsa
veritate, de qua procedit) gratis accipitur, procul dubio
spiritus mendatii esse convincitur, qui non gratis
accipitur. Fr. 358 Sg 28b

(C.1 q.1 c.2) Item Gregorius Siagrius episcopo
15 Augustudunensi.

INANITER SACERDOS DICITUR, QUI SYMONIACE
ORDINATUR.

Quicumque studet precii datione sacrum ordinem
percipere, sacerdos non esse, sed inaniter tantummodo
20 dici concupiscit.

(C.1 q.1 c.3) Item in Registro.

3 Gratia – 13 accipitur Humbertus de Silva Candida, *Adversus simoniacos* 1.4 (ed. Thamer, MGH Libelli de lite 1.108.6–13). *Coll. 3 libr.* 2.9.31 (ed. Motta 1.201.201-202); *Coll. 9 libr.* 3.5.10. **18 Quicumque – 20 dici** Gregorius I, *Registrum* 9.218 (JE 1747; J³ xxx; ed. Ewald, MGH Epp. 2.206.6–8; 9.219; ed. Norberg, CCSL 140A.783.27–29). Anselmus 6.69 (ed. Thamer, 302); *Polycarpus* 2.1.16; Algerus 3.34 can., (ed. Kretzschmar, 339.14-15:Nuntio – promovetur); *Coll. 3 libr.* 2.1.17 (ed. Motta 1.94.6–8: Nuntio – fiat hereticus promovetur).

2 vendere querunt] querunt uendere *Fr.* **3 gratia – est]** non est gratia *Sg* **4 autem – gratis]** hanc gratiam non *Sg* **Igitur – 6 habent]** igitur in ordinationibus gratiam non accipiunt (set autem non accipiunt, non habent *add. in marg.) Sg* **6 accipiunt¹]** nonsense **Si¹ – accipiunt² om. Bc non¹ BcFdPAa: om. Fr. (sic!) 7 nec BcFdPAa neque Fr. neque BcPFR. nec Fd non gratis]** ingratia *Bc* **9 utique om. Sg 10 probamus]** probabimus *Aa*: probatur *Sg* **11 gratis add. supra lin. Fd: ipse gratis Aa procul – 13 accipitur add. supra lin. Fd 15 Augustudunensi BcPAa:** augustinensi *FdSg* **16 dicitur add. supra lin. Fd qui BcAaMe. quicumque FdPSg Fr. 17 ordinatur]** ordinatus est *Aa* **18 precii]** predii *Sg* **19 esse BcFdPAaSg: est Fr. sed]** si *Fd^{bc}* **inaniter – 20 concupiscit]** inaniter dici concupiscit *Sg* **20 dici]** dici esse *Aa* **21]** item Gregorius *Sg*

SPOLIETUR HONORE, QUI ECCLESIAM PER PECUNIAM
OBTINET.

- P 84rb Presbiter si ecclesiam per pecuniam optinuerit, non
solum ecclesia privetur, sed etiam sacerdotii honore
spolietur, quia altare et decimas et spiritum sanctum
Bc 99rb vendere symoniacam heresim esse nullus fidelium
ignorat.
- (C.1 q.1 c.4) Idem.
- Benedictio illi in maledictionem convertitur, qui ad hoc
ut fiat hereticus promovetur.
- Fr. 359 (C.1 q.1 c.6) *Item Gelasius papa.*

3 Presbiter – 7 ignorat *Minime invenitur in Registro Gregorii (cf. JE †1972; J³ 3131). Bernoldus citat verba presbiter – spolietur ex epistola Gregorii (4.13) Clementi Bizanceno directa (JE 1284; J³ 2329, ed. Norberg, CCSL 140.231; ed. Ewald, MGH Epp. 1.246–247), ubi tamen sensus similis aliis et pluribus verbis expressus est sunt. Secunda recensio Decreti C.1 q.3 c. 14 Paschali papae II attribuit verba altare – ignorat (JL 6607), quae autem ex epistola Widonis Aretini ad Heribertum archiepiscopum (JL †6613a) derivatur, cf. John T. Gilchrist, “Die Epistola Widonis oder Pseudo-Paschalis,” Deutsches Archiv 37 (1981), 603.201–604.203. De origine capituli, v. Kretzschmar, Alger von Lüttichs Traktat, 28–29, adn. 15, et 342. *Algerus 3.38a, ed. Kretzschmar 342.8–11. Coll. 9 libr. 3.5.26.* **Presbiter – 5 spolietur** *Libelli Bernoldi presbiteri monachi, ed. Thaner, MGH Libelli de lite 2.66.38–67.1 (Gregorius ad Clementem Bizanzenum).* **5 altare – 7 ignorat** *Cf. C.1 q.3 c. 14 (Pascalis II: Altare et decimas – nullus fidelium ignorat). Polycarpus 3.11.6 (Ex Toletano concilio: Quoniam quidem – fiat, fiat). 9 Benedictio – 10 promovetur* Gregorius I, *Registrum* 9.219 (JE 1747), ed. Norberg, CCSL 140A.785.58–59; ed. Ewald, MGH Epp. 2.206.30–31 (9.218). Anselmus 6.69, ed. Thaner, 302; *Polycarpus* 2.1.16; *Coll. 3 libr.* 2.1.17, ed. Motta 1.94.6–8 (Nuntio apud nos – fiat hereticus promovetur); Algerus 3.34 can., ed. Kretzschmar, 342.8–11. Cf. C.1 q.1 c. 13, pag. 226: 1.

3 si ecclesiam] ecclesiam si *FdSg* **ecclesiam – pecuniam]** per pecuniam ecclesiam *P* **4 ecclesia]** ecclesie *Sg* **5 quia** *FdAaSgMe:* qui *Bc^{ac}:* quod *P* **6 vendere** *BcFdPSg^{ac}:* emere vel vendere *Aa Me:* uendere uel emere *Fr.* **heresim esse]** esse heresim *Fd* **fidelium om. P** **8 Idem – 10 promovetur** *rubro scriptum Sg* **10 ut]** *om. Aa* **11 C.1 q.1 c. 6 om. Sg** **Gelasius]** v.l. Pelagius *add. supra lin. Aa*

SYMONIS DAMPNATIO DANTEM ET ACCIPIENTEM
PARITER INVOLUIT.

Quos constiterit indignos meritis, sacram mercatos
esse precio dignitatem, convictos oportet arceri non sine
5 periculo facinus tale patrantes, quia dantem pariter et
accipientem dampnatio Symonis, quam sacra lectio
testatur, involvit.

(C.1 q.1 c.7) Item Ambrosius in Libro pastoralis.

ANATHEMATIS SENTENTIA DAMPNATUR, QUI
10 SYMONIACE ORDINATUR.

Reperiuntur quamplurimi negotiatione muneris
mercari velle gratiam Spiritus sancti – dum ille precium
donat, ut pontificalis ordinis sublimitatem accipiat – obliti
verborum Petri, qui dixit ad Symonem: “Pecunia tua
15 tecum sit in perditione, quia existimasti donum Dei
pecunia possidere.” Proinde quia et usitatum est tantum
malum et maiorum frequenter extat mucrone succisum,
nos quoque huic vulneri canceroso ignitum (quod
superest adhuc) inicimus ferrum, decernentes omnino, ut
20 quicumque deinceps pro accipienda divini doni dignitate
quodlibet premium detectus fuerit obtulisse, ex eodem
tempore se noverit anathematis oprobrio condemnatum
atque a participatione corporis et sanguinis Christi
alienum, ex quo illum constat execrabile Christo
25 perpetrasse flagitium. Quod si aliquis eius accusator
extiterit, ille qui hunc ordinem munerum fuerit datione
lucratus et suscepti honoris gradu privetur, et in
monasterio sub perenni penitentia tradatur. Illi vero qui
hac causa munerum acceptores extiterint, si clerici

Aa 93v

P 84va

Bc 99va

3 Quos – 7 involvit Gelasius I, *Ep.* 14 (JK 636) (ed. Thiel, 375).

*Algerus 3.38 can. c, ed. Kretzschmar, 342.14–343.3.

Conc. Toletanum VIII (a. 653), c. 3 (ed. Vives, 277–278). *Algerus 3.36,
ed. Kretzschmar 341.5–19 (Quod non sine magno dolore dicendum est,
reperiuntur – condemnentur). **14 Pecunia – 16 possidere** Act. 8:20.

1 et – 2 pariter *BcFdPAa*: pariter et accipientem *Fr.* **et]** vel *Aa^{ac}*

3 constiterit] consterit? *P* **5 facinus tale]** tale facinus *A*

patrantes] perpetrantes *Aa* **8 C.1 q.1 c. 7 om. Sg** **12 ille** *BcFdPAa^{ac}*:

illi *Me Fr.*: vile *Vives*

13 donat *BcFdP*: donant *Aa Me Fr. Vives*

accipiat *BcFdP*: accipiam *Aa Me Fr. Vives* **15 quia** *BcFdPAa*: quoniam

Fr. **existimasti]** estimasti *FdAa* **16 possidere]** possideri *A*

tantum] tamen *Bc* **20 accipienda]** accipiendi *Aa^{ac}* **divini doni]**

doni divini *Aa* **23 participatione]** ? *P* **27 suscepti** *BcP*: suscepto

AaFdMeFr. **28 sub]** su *Bc*

fuerint, honoris sui amissione mulctentur, si vero laici, perpetuo anathemate condempnentur.

(C.1 q.1 c.8) Item ex concilio Calcedonensi.

DAMPNATUR EPISCOPUS, QUI PER PECUNIAM
ORDINATIONEM FACIT.

Fr. 360

Si quis episcopus per pecuniam ordinationem fecerit et sub precio redegerit Spiritus sancti gratiam, quae vendi non potest, ordinaveritque per pecuniam presbiterum aut diaconem vel quemlibet de his, qui cognominantur in clero, promoverit etiam dispensatorem aut defensorem vel quemlibet, qui subiectus est regule, pro sui turpissimi lucri commodo, is cui hoc adtentanti probatum fuerit, proprii gradus periculo subiacebit, et qui ordinatus est nichil ex hac ordinatione vel promotione, quae est per negotiationem facta, proficiat, set sit alienus a dignitate vel sollicitudine, quam pecuniis acquisivit. Si quis vero mediator tam turpibus et nefandis datis vel acceptis extiterit, siquidem clericus fuerit, proprio gradu decidat, si vero laicus anathematizetur.

5

10

15

(C.1 q.1 c.11) Item Gregorius Nazanzenus.

20

DE EODEM.

Qui studet donum Dei precio mercari, in sacro ordine nulla ratione de cetero permanere aut revocari posse dubium non est. Talis a communione modis omnibus abscondatur. Nam Spiritus sancti donum precio comparari quid aliud est quam capitale crimen et simoniaca heresis? Quod quam detestabiliter in utroque testamento

P 84vb

25

Bc 99vb

6 Si – 19 anathematizetur Conc. Chalcedonense (a. 451), c. 2, versio Dionysiana, ed. Schwartz, *Acta conc. oecum.* 2.2.2.54.9–19; ed. Alberigo, *Conc. oecumen. gen. decreta* 1.138.422–444. *Algerus 3.37 can., ed. Kretzschmar 341.24–342.5. **22 Qui – 26 heresis** *Caput incertum.* *Algerus 3.31 can. b – 3.32 dict. a, ed. Kretzschmar 337.5–338.5 (Nam de eo, qui studet – sibi templum). **27 Quod – 225: 17 templum** Algerus 3.32 dict. a, ed. Kretzschmar, 337.12–338.5.

3 C.1 q.1 c. 8 om. Sg **concilio]** concilis *P* **4 per pecuniam** *P^{pc}*
6 ordinationem fecerit] fecerit ordinationem *Algerus* **7 redegerit]**
redigerit *Bc* **8 presbiterum]** episcopum aut presbiterum *Fd*
9 diaconem *BcPFdAaMe.* diaconum *Fr.* **11 est]** est est *Bc*
12 adtentanti] attrectanti *F^{pc}* **probatum om. Fd** **13 est om. Fd**
15 sit] si *P^{pc}* **16 pecuniis]** pecunia *Aa* **17 tam]** om. *Fd* **20 C.1 q.1**
c. 11 om. Sg **Nazanzenus]** Nazarenus *Fd* **21 De]** item de *Aa*
23 revocari *Bc.* renovari *PFd* **24 modis omnibus** *BcPFdAa.* omnibus
modis *Fr.* **25 abscondatur]** absidatur *P*

vindicatum sit, multorum exemplis facile apparet. Giezi Fr. 361
 gratiam sanitatis Naaman Syro vendidit. Eandem gratiam
 sanitatis Eliseo iudicante leprosus factus amisit. Iudas Fd 19va
 omnium redemptorem vendidit, mox laqueo suspensus
 5 eandem redemptionis gratiam non optinuit et merito, quia
 nemo potest retinere quod vendidit. Symon etiam magus
 cum eandem Spiritus sancti gratiam emere vellet,
 dampnationis sue sententiam a Petro audivit: “Pecunia
 10 tua tecum sit in perditione, quia donum Dei existimasti
 pecunia possidere.” Dominus etiam, ut vendentes et Aa 94r
 ementes huius gratie expertes ostenderet, cunctos
 peccatores per gratiam in templo dimisit singulariter
 vendentes et ementes increpans et flagellans de templo
 eiecit, in quo venditores et emptores suos gratia sancti
 15 Spiritus constat destitutos esse et vacuos. Quos enim
 Christus eiecit de templo numquid spiritus Christi faciet
 sibi templum?

(C.1 q.1 c.12) Item Gregorius.

SYMONIACI SACERDOTES ESSE NON POSSUNT.

20 Qui sacros ordines vendunt aut emunt sacerdotes esse
 non possunt. Unde scriptum est: “Anathema dandi,
 anathema accipiendi, hoc est symoniaca heresis.”
 Quomodo ergo, si anathema sunt et sancti non sunt,
 sanctificare alios possunt? Et cum in corpore Christi non
 25 sint, quomodo Christi corpus tradere vel accipere
 possunt? Qui maledictus est, benedicere quomodo potest?

(C.1 q.1 c.13) Idem.

20 Qui – 26 potest *Non invenitur inter authenticis Gregorii. Cf. JE †1946.*
Qui – 21 possunt *Deusdedit 4.86.2b, ed. Wolf von Glanvell 469.26–27;*
Deusdedit, Libellus contra invasores et symoniacos, ed. Sackur, MGH Libelli
de lite 2.319.14–15. 21 Anathema – 22 heresis Non inveni.

1 vindicatum] iudicatum? Aa **exemplis]** experientia et exemplis A
Giezi] ieli Aa **2 Naaman]** neaman Aa **3 Eliseo]** heliseo A
iudicante BcFdAa Algerus. iudicante Fr. **4 mox]** mox enim? A
suspensus] suspensus est BcP. sesusp□ sit Fd^{pc} **5 redemptionis**
BcFd^{pc}AaMe: redemptoris PFd^{pc} 10 etiam Aa^{pc} ut add. supra lin. F
et – 11 ementes Bc^{pc} **14 gratia]** gratiam Bc **sancti – 15 Spiritus**
BcPAa: spiritus sancti FdFr. 18 Item – 19 possunt] om. Sg
19 non] add. supra lin. Fd **22 hoc]** hec Aa **24 corpore – non]**
corpore Christi PSg corpore Christi BcP. Christi corpore FdAaFr.
25 sint] BcPFdAa: sunt Fr. **Christi corpus]** om. Sg **26 possunt]**
ipsum possunt Sg benedicere quomodo] BcPFd: quomodo
benedicere AaSgFr. 27 C.1, q.1, c. 13 om. Sg

- P 85r Cum liqueat hanc heresim ante omnes radice pestifera
subripuisse atque in ipsa sua origine apostolica esse
detestatione dampnatam, cur non cavetur? cur non
Bc 100ra perpenditur? Quia benedictio illi in maledictionem
convertitur, qui ad hoc ut fiat hereticus promovetur? 5
- (C.1 q.1 c.14) Item Ambrosius de ministeriis.
- QUI PRECIO ORDINAT LEPRAM NON OFFICIUM
CONFERT.
- Cum ordinaretur episcopus, quod dedit aurum fuit,
quod perdidit anima fuit. Cum alium ordinaret, quod 10
acceptit aurum fuit, quod dedit lepra fuit.
- (C.1 q.1 c.15) Item.
- Gratiam cum ordinareris non suscepisti, quia gratuito
eam non meruisti.
- Fr. 362 (C.1 q.1 c.16) ITEM DE GIEZI. 15
- Cito turpem sequitur lepra mercedem et pecunia male
quesita corpus animamque commaculat. (§ 1) Vides quia
facto auctoris successio dampnatur heredis. Inexpiabilis
est enim venditi culpa ministerii et vindicta gratie celestis
transit in posteros. 20
- (C.1 q.1 d.p.c.16) ¶ Quia ergo auctoritate Leonis
papae simoniaci non nisi spiritum mendacii accipiunt.
Secundum Gregorium apud simoniacos sacerdotium non
subsistit, benedictio eorum in maledictionem convertitur,
manet apud eos anathema dandi et accipiendi, cum sancti 25

1 Cum – 5 promovetur Gregorius I, *Registrum* 9.219 (JE 1747), ed. Norberg, CCSL 140A.784–785.55–59; ed. Ewald, MGH Epp. 2.206.28–31 (9.218). Anselmus 6.69, ed. Thaner, 302; *Polycarpus* 2.1.16; *Coll. 3 libr.* 2.1.17, ed. Motta 1.94.6–8 (Nuntio apud nos – fiat hereticus promovetur); Algerus 3.34, can., ed. Kretzschmar, 340.1–4. #Deusdedit 4.53. Cf. C.1 q.1 c. 4, pag. 222: 9. **9 Cum – 11 fuit**² Auctor incertus, *Libellus de dignitate sacerdotali*, ed. PL 17.577A. **13 Gratiam – 14 meruisti** Auctor incertus, *Libellus de dignitate sacerdotali*, ed. PL 17.577B. **16 Cito – 20 posteros** Ambrosius, *Expositio Evangelii secundum Lucam* 4.52, ed. Adriaen, CCSL 14.125.649–650, 653–655.

6 Item [Fd

1 Cum liqueat] (l)iqueat Fd^{bc} **omnes**] omnes hereses Aa
2 subripuisse BcPFd: subrepsisse AaMeFr. **4 illi** BcFd^{bc}PMefr.: illa
Fd^{bc}?Aa **5 qui**] quia P **13 ordinareris**] Fd^{bc} **15 Giezi**] Giazi Fd^{bc}
17 Vides] Vi? Fd^{bc} **18 successio**] successione Fd^{bc} **21 Quia**] De
eodem praem. P **23 simoniacos**] Fd^{bc} **24 subsistit**] Fd^{bc}
25 manet – eos] BcFdP: apud eos manet Fr. **apud – anathema**]
manet apud eos BcFdP

non sint nec in Christi corpore constituti, cum sint
 maledicti, nec sanctificare alios possunt, nec Christi
 corpus tradere vel accipere, nec benedicere aliis valent.
 Secundum Ambrosium vero anathematis obprobrio
 5 condempnantur, atque a participatione corporis et
 sanguinis Christi alienantur, cum accipiatur aurum et
 lepra detur, cum inexpiabilis sit culpa venditi ministerii. P 85rb
 Secundum Calcedonense concilium ex tali ordinatione
 nichil proficere iudicantur. Secundum Gelasium Simonis
 10 dampnatione involvuntur. Secundum Gregorium
 Nazanzenum in sacro ordine permanere aut renovari
 nulla ratione possunt, ab Eliseo lepra perfunduntur, a
 Petro in perditionem dampnantur, a Christo vero de
 templo eiciuntur. Quid aliud simoniacus simoniaco in sua
 15 ordinatione potest conferre, nisi quod Innocentius de
 ceteris hereticis testatur dicens:

(C.1 q.1 c.17) QUI PERFECTIONEM SPIRITUS NON
 HABENT, IPSAM DARE NON POSSUNT. Fr 363

Qui perfectionem spiritus quam acceperant
 20 perdiderunt, non dare eius plenitudinem possunt, quae
 maxime operatur in ordinationibus, quam per suam
 perfidiam perdiderunt. *Et iterum: (§ 1)* Qui honorem non
 habuit, honorem dare non potuit nec aliquid accepit ille,
 quia nichil erat in dante, sed dampnationem quam habuit
 25 per pravam manus impositionem dedit.

(C.1 q.1 d.p.c.18) ¶ Sed obicitur: Alii heretici a fide
 exorbitant, simoniaci autem etsi gratiam Spiritus sancti
 venalem putant tamen a fide non sunt alieni atque ideo,
 quod ab Innocentio de ceteris hereticis decernitur, non
 30 valet consequenter de illis intelligi. His ita respondetur:
 Simoniaci etsi fidem tenere videantur infidelitatis tamen
 perditioni subiciuntur. Unde beatus Ambrosius in I libro
 de penitentia ad Novatianum scribens dixit: Fr 364
 Fd 19vb

19 Qui – **22 perdidit** Innocentius I, *Ep.* 24 (JK 310), ed. PL
 20.550A. **22 Qui** – **25 dedit** Innocentius I, *Ep.* 17 (JK 303), ed. PL
 20.530C–531A. Algerus 3.32, can. a–b, ed. Kretzschmar, 338.7–11.

Fd 25 dedit BcP]

1 constituti] *Fd^{sl}* **4 Ambrosium vero]** *Fd. vero Ambrosium BcP*
7 detur] *Fd. datur BcP* **inexpiabilis]** *Fd^{pc}* **9 Gelasium]** *Fd^{pc}*
11 Nazanzenum] *PFR.: Nazarenum BcFd.* **12 Eliseo]** *Fd^{pc}*
21 quam] *Fd^{pc}: quem Bc* **22 non – 23 honorem]** *om. FdP*
23 aliquid – ille] *ille aliquid accepit Fd ille]* *add. in margine Bc. om.*
28 putant] *putent Fd non]* *Fd^{pc}* **32 subiciuntur]** *subiciunt Fd*

(C.1 q.1 c.19) SIMONIACI FIDEI INTEGRITATEM NON HABENT.

Petrus cum Simon magice artis consuetudine depravatus putasset, quod gratiam Christi per impositionem manus et infusionem Spiritus sancti pecunia conpararet, ait: "Non est tibi sors neque pars, in hac fide, quia cor tuum non est rectum apud Deum." Vides quod hunc magica vanitate condempnat apostolica auctoritate blasphemantem in Spiritu sancto et eo magis quod puram conscientiam fidei non habebat.

(C.1 q.1 c.20) Symoniacus infidelis esse probatur.

ITEM GREGORIUS IN REGISTRO.

Cum omnis avaritia ydolorum sit servitus, quisquis hanc et maxime in dandis ecclesiasticis honoribus vigilanter non precavet, infidelitatis perdicioni subicitur, etiamsi tenere fidem, quam negligit, videatur.

- Fr 366 **(C.1 q.1 d.p.c.22)** ¶ Ex hac auctoritate Ambrosii et Gregorii patet, quod symoniaci (sicut et alii heretici) a fide exorbitant, et ideo consequenter de illis intelligitur, quod de aliis decernitur. **(§ 1)** Item opponitur, quod prophetia donum Spiritus sancti est, hec autem in veteri testamento a sanctis prophetis vendi consueverat. Unde Saul ad Samuelem pro vaticinio expetendo non nisi cum munere ire presumpsit. Uxor etiam Ieroboam ad hominem Dei non nisi cum munere accessit. Item Christus a Iuda venditus auriculam servi sanavit. Exemplo itaque Saulis et uxoris Ieroboam patet, quod donum Spiritus sancti emere vel vendere non est peccatum. Exemplo Christi liquet, quod Spiritus sanctus, etsi iniuste a symoniacis venalis putetur, virtutis tamen sue non obliviscitur, nec desinit effectum sue gratie etiam venditus prestare. Sed de prophetia beatus Ieronimus in Michea competenter solvit, malos tantum accepisse, non bonos denunciatis:
- Fr 367
- Aa 95r

3 Petrus – 10 habebat Ambrosius, *De paenitentia* 2.4.23, ed Gryson, SC 179.xx; ed. Faller, CSEL 73.173.28–32, 35–38. *Algerus 3.30, can. a, ed. Kretzschmar, 336.16–22. **13 Cum – 16 videatur** Gregorius I, *Registrum* 11.47 (JE 1838), ed. Norberg, CCSL 140A.945.15–18; ed. Ewald, MGH Epp. 2.320.9–11. *Algerus 3.30, can. b, ed. Kretzschmar, 336.22–25.

Fd **10 habebat** *Fd*]

5 sancti] *om. Fd* **8 condempnat – 9 sancto]** blasphemantem in spiritu sancto apostolica auctoritate condempnat *Fd*

(C.1 q.1 c.23) MALI PROPHETE, NON BONI
PROPHETIAM VENDEBANT.

"Duces," inquit, "eius in muneribus iudicabant, sacerdotes eius in mercede respondebant, et prophete eius
5 in pecunia divinabant, et super Dominum requiescebant, dicentes: Nonne Dominus est in nobis? non venient super nos mala. Idcirco propter vos Sion quasi ager arabitur et Ierusalem ut custodia pomerii erit." Nemo ambigat Ierusalem propter scelera, quae in hoc capitulo leguntur
10 fuisse subuersam. *Et paulo post: (§ 1)* Poterat Petrus Symoni mago vendere quod petebat, imo poterat simulare vendentem, Spiritus enim sanctus nec vendi nec emi potest, sed oblatam pecuniam cum offerente dampnavit. (§ 2) Nec moveat quemquam illud, quod in primo libro Regnorum legimus, Saulem volentem ire ad Samuelem dixisse puero suo, ad eum se ire non posse, "quia precium, non est in manu mea," et adiecit: "quarta pars sicli in manu mea est, hanc dabo viro Dei, et adnunciabit viam nostram." Non enim scriptum est, quod Samuel acceperit,
15 aut quod illi obtulerint, quin potius pascuntur a propheta. Sed fac eum accepisse: stipes magis estimande sunt tabernaculi quam munera prophete. Siclus enim viginti obolos habet. Quarta pars ergo sicli quinque sunt oboli. Nostri igitur sacerdotes, si volunt vendere prophetiam, et columbam in cathedris suis proponere, quas Dominus flagello subuertit, quinque tantum obolorum sint mercede contenti, qui utinam non precium villarum, sed quinque obolos acciperent. (§ 3) Hoc ipsum sonat in tercio Regnorum libro, de uxore Ieroboam ad hominem Dei, pergente, quae non nisi decem panes obtulit et crustulam et vas mellis. Hec magis in sumptus prophete reputanda sunt quam munera prophetie, licet potuerint hi, qui ad ariolos ire consueverant ex mala eorum consuetudine id ipsum existimasse de prophetis, et voluisse sanctis viris offerre quod divinis offerre consueverant. (§ 4) Unde in
20 25 30 35

Fr 368

3 Duces – **10 subuersam** Hieronymus, *Commentarii in Michaeam* 1.3.9/12, ed. Adriaen, CCSL 76.461.156-163. *Algerus 3.40, can. a–b, ed. Kretzschmar, 344.17–345.18. **Duces** – **8 erit** Mich. 3:11-12 (VL). **10 Poterat** – **13 dampnavit** *Ibid.*, ed. 463-464.241-244. **14 Nec** – **35 consueverant** *Ibid.*, ed. 464.250-272. **16 quia** – **19 nostram** I Sam. 9:7-8 (VL). **35 Unde** – **230: 9 acquieuit** *Ibid.*, ???

	Dei, et consule Dominum per eum, dicens, si evadere de hac infirmitate potero. ivit ergo Azahel in occursum eius, habens secum munera, et omnia bona Damasci, onera quadraginta camelorum.” Sed non sunt credendi accepisse, sicut de eodem Eliseo legitur, quod Naaman mundatus a lepra obtulit ei munera, dicens: “Obsecro, ut accipias benedictionem a servo tuo. At ille respondit: Vivit Dominus, ante quem sto, quia non accipiam. Cumque vim faceret, penitus non acquievit.”	5
Aa 95v	(C.1 q.1 c.24) Idem in eodem.	10
	Numquam divinatio in bonam partem accipitur. Videbantur sibi quidem esse prophete, sed quia pecuniam accipiebant, prophetia eorum facta est divinatio.	
	(C.1 q.1 d.p.c.24) ¶ Cum ergo secundum Ieronimum boni prophete non munera prophetie accipiebant, sed stipes tabernaculi, malis autem, qui accipiebant, prophetia, quae donum Dei videbatur in divinationem, quae diabolica est, convertebatur, quid aliud colligitur, nisi quod symoniacis (quod superius dictum est) nulla spiritualis gratia cooperatur? Cum enim in sacramentis “neque qui plantat, neque qui rigat, est aliquid sed qui incrementum dat, Deus,” quis operatur in eis, si Dominus, qui incrementum dat, in eis non lucet, sed est otiosus? Item, quod dicitur de Christo, quod sicut Christus venditus restituit auriculam Malco, et fecit miracula, sic et Spiritus sanctus possit vendi, et in ipsa vendicione gratiam suam operari, non valet hec similitudo. Non enim hoc operatur Spiritus sanctus spiritualiter in perfidis mercimoniis avaritiae, quod Christus gessit corporaliter certi misterii causa ad exemplum patientie. Si enim omnifaria est similitudo, cum credatur posse vendi, ut Christus, credatur etiam Spiritus sanctus posse crucifigi, quod impossibile est. Potest etiam intelligi (ut a similitudine non recedamus), quod sicut Christus venditus non venditori vel ementi, sed eis, qui nescientes aderant, dona sue gratie contulit, pro quibus etiam in cruce supplicavit, sic et Spiritus sanctus non vendenti vel ementi, sed his, qui de manibus eorum ignorantia ducti sacramenta dominica accipiunt, sue gratie effectum largiri probatur.	15 20 25 30 35
	(§ 1) Item obicitur, quod etsi malum sit ecclesiastica	40

11 Numquam – 13 divinatio Hieronymus, *Commentarii in Michaeam* 1.3.9/12, ed. Adriaen, CCSL 76.463.236-240. *Algerus 3.43, can. a, ed. Kretzschmar, 348.2–4.

emere, tamen sepe sinistra principia ad felices perveniunt exitus. Ut Iacob per subplantationem pervenit ad benedictionem, ut seges, quae leprosa manu seritur, munda tamen metitur, ut ex adulterino concubitu pulcra soboles nascitur: sic et pecunia, quae per symoniam acquiritur, felicem habet exitum, cum pauperibus profutura erogatur. Sed nichil horum symoniacis patrocinator. Ait enim Leo ad Mauros episcopos:

(C.1 q.1 c.25) QUAE MALO INCHOANTUR PRINCIPIO,
NON BONO PERAGUNTUR EXITU.

Principatus, quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupavit, etiamsi moribus atque actibus non offendit, ipsius tamen vitii sui est perniciosus exemplo. Et difficile est, ut bono peragantur exitu, quae malo sunt inchoata principio.

(C.1 q.1 c.26) Item Gregorius Antiocono episcopo.

NON SUPEREDIFICATUR BONUM OPUS, UBI CHRISTUS
FUNDAMENTUM NON EST.

Cum Paulus dicat: "Fundamentum aliud nemo potest ponere, preter id, quod positum est, quod est Christus Iesus," consequenter probatur, quia ubi Christus non est fundamentum, nullum boni operis est superedificium.

(C.1 q.1 c.27) Idem Siagrius episcopo.

NON POTEST FIERI ELEMOSINA EX PECUNIA
SYMONIACE ADQUISITA.

Non est putanda elemosina, si pauperibus dispensetur quod ex illicitis rebus acquiritur, quia qui hac intentione male accipit, ut bene dispenset, gravatur potius quam iuvetur. (§ 1) Unde etiam certum est, quia etsi monasteria vel xenodochia vel quid aliud ex pecunia, quae pro sacris ordinibus datur, construantur, non proficit mercedi. (§ 2) Ne ergo sub obtentu elemosine cum peccato aliquid

11 Principatus – 15 principio Leo I, *Ep.* 12 (JK 410; J³ 916), ed. PL 54.647A. *Algerus 3.41, can. a, ed. Kretzschmar, 346.3–6. **19 Cum – 22 superedificium** Gregorius I, *Registrum* 9.136 (JE 1661), ed. Norberg, CCSL 140A.685-686.5-12, ed. Ewald, MGH Epp. 2.133.11-15. *Algerus 3.41, can. b, ed. Kretzschmar, 346.12–15. **Fundamentum – 21 Iesus I** Cor. 3:11. **26 Non – 232: 2 scelere** *Algerus 3.44, can. a, ed. Kretzschmar, 348.19–349.6. **Non – 29 iuvetur** Gregorius I, *Registrum* 9.219 (JE 1747), ed. Norberg, CCSL 140A.785.70-72; ed. Ewald, MGH Epp. 2.207.7-9. **29 Unde – 31 mercedi** *Ibid.*, ed. Norberg, 785.75–76, ed. Ewald, 207.11–13. **32 Ne – 232: 2 scelere** *Ibid.*, ed. Norberg, 785.80–786.83, ed. Ewald, 207.15–18.21.27.

- studeamus accipere, prohibet scriptura, dicens: “Hostie inpiorum abhominabiles sunt, quae offeruntur ex scelere.”
- Fr. 370 Nimis ergo declinandum est, sub obtentu elemosine peccata symoniace hereseos perpetrare.
- (C.1 q.1 c.28) Idem Theodorico et Theoberto Regibus Francorum. 5
- PASTOR SYMONIACUS NULLAM OVIBUS PREBET MEDELAM.
- Vulnerato namque pastore quis curandis ovibus adhibet medicinam? aut quomodo populum orationis clipeo tueatur, qui iaculis hostium se ferendum exponit? aut qualem fructum de se producturus est, cuius gravi peste radix infecta est? Maior ergo metuenda est locis illis calamitas, ubi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui Dei in se magis iracundiam provocent, quam per semetipsos placare debuerant. 10
- Fr. 371 (C.1 q.1 d.p.c.28) ¶ Cum ergo secundum Leonem symonia non bono peragatur exitu, secundum Gregorium nullum boni operis sequatur edificium, nec est putanda elemosina, quae ex precio symonie erogatur pauperibus, vulnerato pastore medicina non adhibetur curandis ovibus, de infecta radice fructus non producitur, maior etiam calamitas in futuro metuitur, de tam sinistro principio quis felix exitus speratur? Hinc Augustinus ait: 15
- Fr. 371 (C.1 q.1 c.29) SYMONIACORUM SACRAMENTA EFFECTU GRATIE CARENT. 20
- Sicut eunuchus fuit, qui Ioseph comparavit, ita qui gratiam mercatur, vivum semen non habet siccis genitalibus. Sic quoque ignis sacrificii, qui per septuaginta annos Babilonice captivitatis sub aqua vixerat, extinctus est, Antiocho Iasoni vendente sacerdotium, quod significavit ignem Spiritus sancti non lucere in symoniacis sacramentis. 25
- (C.1 q.1 d.p.c.29) ¶ Quid in his similitudinibus beatus Augustinus notare voluit, nisi quia sacramenta symoniacorum (sicut et ceterorum hereticorum) licet sint 30
- 3 Hostie – 2 scelere Prov. 21:27. 3 Nimis – 4 perpetrare *Ibid.*, ed. Norberg, 786.92–94, ed. Ewald, 24–26. Atto ??? 42.76c. 9 Vulnerato – 16 debuerant Gregorius I, *Registrum epistularum* 9.216 (JE 1744), ed. Norberg, CCSL 140A.778.36-43; ed. Ewald, MGH Epp. 2.202.7–13. *Algerus 3.45, ed. Kretzschmar, 349.24–350.2. 27 Sicut – 33 sacramentis *Caput incertum*. *Algerus 3.42, can. a, ed. Kretzschmar 347.7–11.

vera quantum ad formam, inania tamen et falsa sunt quantum ad effectum, cum non possint in cordibus hominum gignere vel accendere celestem gratiam? (§ 1) Sed obicitur illud Augustini contra hereticos:

5 (C.1 q.1 c.30) SIVE BONUS, SIVE MALUS SIT MINISTER, PER UTRUMQUE DEUS EFFECTUM GRATIE CONFERT.

Si fuerit iustus minister, conputo eum cum Paulo, qui gloriam suam non querit, dicens: “Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit.” Qui vero
10 superbus fuerit minister cum zabulo conputatur, sed non contaminatur donum Christi, quia per illum purus fluvius transit, et venit ad fertilem terram. Scio, quia lapis ex aqua fructum ferre non potest, et per lapideos canales transit aqua ad areolas, in canali lapideo nichil generat;
15 sed ortus plurimum fructum affert. Spiritualis enim virtus sacramenti ut lux pura ab illuminandis excipitur; sed per imundos transiens non coinquinatur.

Aa 96v

(C.1 q.1 c.31) Item ad Vincentium Donatistam.

DE EODEM.

20 Ex catholica ecclesia sunt omnia sacramenta dominica, que sic habetis et datis, sicut habebantur et dabantur prius, quam inde exiretis.

Fr. 372

(C.1 q.1 c.32) Item ad Donatistas.

DE EODEM.

25 Sic autem Deus adest sacramentis et verbis suis, per quoslibet administrentur, quorum sacramenta et verba recta sunt, sicut mali homines, quibus nichil prosunt, ubique perversi sunt id est intus et foris.

(C.1 q.1 c.33) Item.

30 Nec foris ergo, nec intus quisquam, qui ex parte diaboli est, potest in se, vel in quoquam maculare sacramentum, quod Christi est.

7 Si – 17 coinquinatur Augustinus, *In Iohannis evangelium tractatus* 5.15, ed. Willems, CCSL 36.49-50.20, 24-36. *Algerus 1.53, can. a, ed. Kretzschmar 230.17-26. 8 Ego – 9 dedit I. Cor. 3:6. 20 Ex – 22 exiretis Augustinus, *Ep.* 93.46, ed. Daur, CCSL 31A.200.996-8; ed. Goldbacher, CSEL 34.2.488.16-19. *Algerus 3.16 can. c, ed. Kretzschmar 326.5-7. 25 Sic – 28 foris Augustinus, *De baptismo* 5.20.27, ed. Petschenig, CSEL 51.285.6-9. *Algerus 3.16 can. d, ed. Kretzschmar 326.8-10. 30 Nec – 32 est Augustinus, *De baptismo* 4.12.18, ed. Petschenig, CSEL 51.244.13-15. *Algerus 3.16 can. e, ed. Kretzschmar 326.11-12.

(C.1 q.1 c.34) Idem ad Emeritum.

SACRAMENTA, QUAE NON MUTANTUR, CATHOLICIS ET HERETICIS COMMUNIA PROBANTUR.

Sacramenta, quae non mutastis, sicut habetis approbantur a nobis, ne forte, cum vestram pravitatem corrigere volumus, illis ministeriis, quae in vestra pravitate depravata non sunt, sacrilegam faciamus iniuriam. Neque Saul depravaverat unctionem, quam acceperat, cui unctioni David pius exhibuit sepius tantum honorem.

(C.1 q.1 c.35) Idem ad Donatistas.

DE EODEM.

Sicut ficti veraciter non fecte recipiunt, nec eorum baptisma reprobatur, sic et illa, quae scismatici et heretici, non aliter habent, nec aliter agunt quam vera ecclesia, dum ad nos veniunt, non emendamus, sed potius approbamus.

(C.1 q.1 c.36) Idem contra Petilianum.

NON FUGIANTUR SACRAMENTA, A QUOCUMQUE MINISTRENTUR.

Neque in homine bono aliquis Dei sacramenta fugiat neque in homine malo.

Fr. 374

(C.1 q.1 d.p.c.39) ¶ Si ergo sacramenta in modum lucis ab inmundis coinquinari non possunt, si in morem puri fluvii per lapideos canales ad fertiles areolas perveniunt, patet quod symoniacci sacramentum unctionis sibi quidem inutiliter et perniciose habent, aliis autem utiliter et salubriter eandem unctionem administrant. Sicut ergo sunt vera sacramenta hereticorum quantum ad formam, ita sunt vera et non inania quantum ad effectum.

Sed notandum est, quod sacramentorum alia sunt dignitatis, alia necessitatis. Quia enim necessitas non habet legem, sed ipsa sibi facit legem, illa sacramenta, quae saluti sunt necessaria, quia iterari non possunt, cum

4 Sacramenta – 10 honorem Augustinus, *Ep.* 87.9, ed. Daur, CCSL 31A.137.194-138.200; ed. Goldbacher, CSEL 34.2.405.18–24. *Algerus 3.16 can. a, ed. Kretzschmar 325.20-24. **13 Sicut – 17 approbamus** *Algerus 3.16 can. b, ed. Kretzschmar 326.1-4. **Sicut – 14 reprobatur** Augustinus, *De baptismo* 1.12.18, ed. Petschenig, CSEL 51.162.25-27. **14 sic – 17 approbamus** *Ibid.* 1.13.21, ed. 165.26-166.1. **21 Neque – 22 malo** Augustinus, *Contra litteras Petiliani* 3.9.10, ed. Petschenig, CSEL 52.171.29-30. *Coll. Trip.* 3.20.25k.

sint vera, auferri vel amitti non debent, sed cum penitentia rata esse permittuntur. Illa vero sacramenta, quae sunt dignitatis, nisi digne fuerint administrata ita ut digni digne a dignis provehantur, dignitates esse desinunt, non ut minuatur veritas sacramenti, sed ut cesset officium administrandi, vel loco, vel tempore, vel promotione.

Aa 97r

Loco, ut ait Leo:

(C.1 q.1 c.40) DE HIS QUI A PSEUDOEPISCOPIS ORDINANTUR.

Si qui a pseudoepiscopis ordinati fuerint, potest rata haberi talis ordinatio, ita ut in ipsis ecclesiis perseverent. Aliter vana habenda est ordinatio talis.

(C.1 q.1 d.p.c.40) ¶ Ecce aliquis a pseudoepiscopis ordinatus, si locum sue ordinationis mutaverit, vana est et sine amministrazione erit talis ordinatio. Tempore, ut ait Innocentius de ordinatis a Bonoso:

(C.1 q.1 c.41) QUAE PRO NECESSITATE CONCEDUNTUR, EADEM CESSANTE CESSABUNT.

Quod pro necessitate temporis statutum est, cessante necessitate debet cessare pariter quod urgebat, quia alius est ordo legitimus, alia usurpatio.

(C.1 q.1 d.p.c.41) ¶ Ergo aliquis alio tempore ab eo, qui Bonoso sit similis, ordinatus, cessabit ab amministrazione, quae pro necessitate illius temporis fuit permissa. Item promotione, ut ait Leo:

(C.1 q.1 c.42) QUI AB HERETICIS REDEUNT, SINE SPE PROMOTIONIS IN SUIS ORDINIBUS RECIPI POSSUNT.

Si quis heretice communionis contagione se macularit, hoc in magno beneficio habet, si adempta omni spe promotionis in quo invenitur ordine permaneat.

Fr. 375

(C.1 q.1 d.p.c.42) ¶ Ecce si clericus vel ordinatione, vel quolibet sacramento hereticis communicat, cessans a promotione vix in suo ordine perseverat. Non est enim de hoc sacramento ut de ceteris; cetera enim vel ad culpas abluendas dantur, ut baptismus et penitentia, vel pro

11 Si – 13 talis Leo I, *Ep.* 167 (JK 544; J³ 1098), ed. PL 54.1203A-B. *Algerus 3.56 can. a, ed. Kretzschmar 357.3-5. **20 Quod – 22 usurpatio** Innocentius I, *Ep.* 17 (JK 303), ed. PL 20.532A. *Algerus 3.56 can. b, ed. Kretzschmar 357.7-9. **29 Si – 31 permaneat** Leo I, *Ep.* 18 (JK 416; J³ 924), ed. PL 54.707B-708A. *Algerus 3.56 can. c, ed. Kretzschmar 357.11-13.

culpīs non in eternum, sed ad horam negantur, ut eucharistia, quae in articulo mortis penitenti etiam de nefariis peccatis conceditur: hoc solum non solum pro culpa, sed etiam pro infamia interdicitur, etiam pro inminuta mundicie suae, vel extrinsece, vel intrinsece perfectionis prerogativa, ut bigamis, vel viduae maritis, vel illiteratis, vel corporis qualibet parte vitiatis denegatur, quibus tamen baptismus vel eucharistia non negatur. Potest etiam talis cuncta sacramenta administrare, qui istud solum non valet conferre. Unde Leo ait:

(C.1 q.1 c.43) DE EPISCOPIIS, QUI CONSECRANT, QUALEM CONSECRARE NON LICET.

Aa 97v Si qui episcopi talem consecraverint sacerdotem, qualem esse non liceat, etiamsi aliquo modo dampnum proprii honoris evaserint, ordinationis tamen ius ulterius non habebunt, nec illi umquam sacramento intererunt, quod inmerito prestiterunt.

(C.1 q.1 d.p.c.43) ¶ Ecce cum honoris periculum evadant, ut cetera sacramenta sacerdotaliter administrare permittantur, ab hoc solo non modo pro heresi vel qualibet maiori culpa, sed etiam pro negligentia removentur. In quibus omnibus sollicitè notandum est, quod sacramentum sacerdotalis promotionis pre ceteris omnibus magis accurate et digne dandum vel accipiendum est, quia nisi ita collatum fuerit, eo desinet esse ratum, quo non fuerit rite perfectum. Cetera enim sacramenta unicuique propter se dantur, et unicuique talia fiunt quali corde vel conscientia accipiuntur. Istud solum non propter se solum, sed propter alias datur, et ideo necesse est, ut vero corde mundaque conscientia, quantum ad se, sumatur, quantum ad alios vero non solum sine omni culpa, sed etiam sine omni infamia, propter fratrum scandalum, ad quorum utilitatem, non solum ut presint, sed etiam ut prosint, sacerdotium datur. Unde Ieronimus in Michea:

9 Potest – 10 conferre *Algerus 3.57 dict. a, ed. Kretzschmar 358.4–5.
13 Si – 17 prestiterunt Leo I, *Ep.*12 (JK 410; J³ 916), ed. PL 54.654A-B.
 *Algerus 3.57 can. a, ed. Kretzschmar 358.5-8. **18 Ecce – 22 removentur** *Algerus 3.57 dict. b, ed. Kretzschmar 358.8–11. **22 In – 35 Michea** *Algerus 3.58 dict. a, ed. Kretzschmar 358.14–23.

(C.1 q.1 c.44) SYMONIACI REI SUNT INFIDELITATIS EORUM, QUI SCANDALIZANTUR.

Hii, quoscumque de asseclis suis ordinantes, et vitam eorum in scandalum populi exponentes, rei sunt infidelitatis eorum, qui scandalizantur.

Fr. 376

(C.1 q.1 d.p.c.44) ¶ Revera enim qui ad hoc eliguntur, ut ceteris presint, sicut preordinantur dignitate, sic preminere debent sanctitate. Alioquin cur ceteris preferuntur, qui nulla meritorum gratia a ceteris assumuntur? Unde Simacus Laurentio Mediolanensi episcopo:

(C.1 q.1 c.45) SICUT HONORE, ITA ET SCIENTIA QUISQUE PRECELLERE DEBET.

Vilissimus computandus est, nisi precellat scientia et sanctitate, qui est honore prestancior.

(C.1 q.1 d.p.c.45) ¶ Patet ergo illud Augustini (sacramenta videlicet Christi per hereticos ministrata suo non carere effectu) non de omnibus intelligi generaliter, sed de sacramento baptismatis. Unde idem Augustinus ait:

(C.1 q.1 c.46) BAPTISMUS SIVE PER BONUM, SIVE PER MALUM MINISTRETUR, REITERARI NON DEBET.

Dedit baptismum Iudas, et non est baptizatum post Iudam, dedit Iohannes, et baptizatum est post Iohannem, quia qui datus est a Iuda, baptismus Christi est, qui a Iohanne, Iohannis erat. Non Iudam Iohanni, sed baptisma Christi, etiam per Iude manus datum, Iohannis baptismo recte preponimus. Item: **(§ 1)** Quos Iudas, baptizavit et Christus, sic ergo quos baptizat ebrius, homicida, adulter, Christus baptizat. Item: **(§ 2)** Sacramentum ecclesiae tam magnum est, ut nec homicida ministrante polluat.

3 Hii – 5 scandalizantur Hieronymus, *Commentarii in Michaeam* 1.3.9/12, ed. Adriaen, CCSL 76.463.222-225. Algerus 3.58 can. a, ed. Kretzschmar 358.23-25. **6 Revera – 10 assumuntur** *Algerus 3.58 dict. b, ed. Kretzschmar 358.25-359.1. **14 Vilissimus – 15 prestancior** Magnus Felix Ennodius, *Dictio data Stefano v.s. vicario dicenda Maximo episcopo* (op. 214, dictio 3), ed. Vogel, MGH Auct. ant. 7.171.28, ed. Hartel, CSEL 6.435.6 (dictio 3). Cf. Thiel, p. 102-103. Ps.-Symmachus (JK †760), ed. Hinschius 685. Algerus 3.58 can. b, ed. Kretzschmar 359.1-2 (Simachus Laurentio Mediolanensi episcopo). **23 Dedit – 31 polluat** *Algerus 1.53 can. d, ed. Kretzschmar 230.26-231.5. **Dedit – 28 preponimus** Augustinus, *In Iohannis Evangelium tractatus* 5.18, ed. Willems, CCSL 36.51.13-19. ? **28 Quos – 30 baptizat** *Ibid.*, ed. 51.29-52.31. **30 Sacramentum – 31 polluat** *Ibid.* 5.19, 52.23-24.

(C.1 q.1 c.47) Item contra Donatistas.

DE EODEM.

Aa 98r Sicut urgeri videor, cum mihi dicitur: ergo hereticus dimittit peccatum? sic et ego urgeo, cum dico: ergo cum iuste baptizat, avarus, religionis simulator dimittit peccata? Si per vim sacramenti, sicut ille et ille; si per meritum suum, nec ille nec ille. Illud enim sacramentum et in malis hominibus Christi esse cognoscitur, in corpore autem unice columbe, immaculate nec ille, nec ille invenitur.

Fr. 377 **(C.1 q.1 d.p.c.47)** ¶ Ut si cuius manus esset arida, verum quidem esse membrum, quamvis sine sanguine inefficax esset, et mortuum sic et fides cum sit vera, tamen sine operibus mortua est. Ex his itaque verbis apparet, baptisma, quod ab hereticis tribuitur, virtute sua remissionem conferre peccatorum. Sed idem Augustinus econtra testatur in libro de baptismo dicens:

(C.1 q.1 c.48) BAPTISMA CHRISTI, ETSI NULLA PERVERSITATE VIOLETUR, APUD HERETICOS TAMEN CARET EFFECTU.

Etiam corde tardiores intelligunt, baptismum Christi nulla perversitate dantis vel accipientis posse violari. Sed quia aliud est sacramentum ab effectu sacramenti, cum eos, qui in ipsa unitate ecclesiae perditae vivunt, constet remissionem peccatorum nec dare, nec habere posse, quia non malignis, sed bonis filiis dictum est: "Si cui dimiseritis peccata, dimittentur, cui tenueritis, tenebuntur," patet ergo hereticos dare tantum vel accipere sacramentum baptismi.

(C.1 q.1 c.49) Item in verbis Domini de blasphemia Spiritus.

Corporalia sacramenta, quae portant et celebrant etiam segregati ab unitate corporis Christi, formam habere pietatis possunt. Virtus vero invisibilis et spiritualis ita in

3 Sicut – **10 invenitur** Augustinus, *De baptismo* 4.4.5, ed. Petschenig, CSEL 51.226.18-26. *Algerus 3.4 can. d, ed. Kretzschmar 318.14–19.

11 Ut – **14 est** Algerus 3.6 dict. a, ed. Kretzschmar 319.16–18. **21**

Etiam – **29 baptismi** Augustinus, *De baptismo* 6.1.1, ed. Petschenig, CSEL 51.297.16–18, 24–298.1, 5–17. *Algerus 3.4 can. c, ed. Kretzschmar 318.4–9. **26 Si** – **27 tenebuntur** Ioh. 20:23. **32**

Corporalia – **239: 2 corpore** Augustinus *Sermo* 71.(19.)32, ed. Verbraken, *Revue Bénédictine* 75 (1965), 101.730-734. *Algerus 3.20 can. a, ed. Kretzschmar 328.22-329.4.

eis esse non potest, quemadmodum sensus non sequitur membrum, quando amputatur a corpore.

(C.1 q.1 c.50) Item Ambrosius in libro de initiandis rudibus.

5 DE EODEM.

Non sanat baptismus perfidorum, non mundat, sed polluit, quia in diluvio aquarum ad Deum non approximabunt, quia, ut per Apostolum dicitur, “quicquid ex fide non est, peccatum est,” et ipsis, qui faciunt, et 10 quibus faciunt non solum non prodest, sed ad iudicium est.

(C.1 q.1 c.51) Item Leo papa ad Nicetem episcopum.

Fr. 378

PER MANUS INPOSITIONEM CONFIRMANTUR QUI AB HERETICIS BAPTISMA ACCIPIUNT.

15 Hi, qui ab hereticis baptismum acceperunt, formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute sumpserunt.

(C.1 q.1 d.p.c.51) ¶ Sed notandum est, quod heretici, ut Arriani et Sabelliani, quorum alii inequalitatem, alii indiscretionem personarum confitebantur, baptismum non in forma ecclesiae, sed sue perversitatis ministrabant. (§ 20 1) De his specialiter Ambrosius locutus est, dicens: “Non sanat baptismus perfidorum, etc.” (C.1 q.1 d.p.c.53) Alii formam ecclesiae in baptizando servant. Sed dum ab eis baptizantur, qui in heresi vel scismate eis communicant, sacramentum quidem baptismi ab eis accipiunt, virtutem 25 vero non consequuntur, quam sine fide nullus consequi potest. Unde de Domino dicitur, quod in patria sua non poterat facere signum “propter incredulitatem eorum”.

Fr. 379

Fd 21ra

Aa 98v

Item Augustinus in omelia lxxx:

6 Non – 11 est *Algerus 3.17 can., ed. Kretzschmar 327.12-16. **Non – 7 polluit** Ambrosius, *De mysteriis* 4.23, ed. Faller, CSEL73.98.37-38. **7 quia – 8 approximabunt** Algerus, *De sacramento* 3.1, ed. PL 180.831C. **8 quia – 11 est** Algerus, *De sacramento* 3.13, ed. PL 180.848D. **quicquid – 9 est**² Rom. 14:23. **15 Hi – 16 sumpserunt** Leo I, *Ep.* 159 (JK 536; J³ 1086), ed. PL 54.1138B-1139A.*Algerus 3.18 can. b, ed. Kretzschmar 327.22-328.2. *De fonte Gratiani, v. Kretzschmar, 149, adn. 49.* **27 quod – 28 eorum** Algerus 3.7 dict., ed. Kretzschmar 320.19. **28 propter – eorum** Matt. 13:58.

26 consecuntur] sequuntur *Fd*

(C.1 q.1 c.54) DUM VERBUM ACCEDIT AD ELEMENTUM, FIT SACRAMENTUM.

Detrahe verbum, quid est aqua nisi aqua? accedit verbum ad elementum, et fit sacramentum. **(§ 1)** Unde ista tanta virtus aque, ut corpus tangat et cor abluat, nisi faciente verbo? non quia dicitur, sed quia creditur. Nam et in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus manens.

5

(C.1 q.1 d.p.c.54) ¶ De his etiam, qui in heresi vel scismate baptizantur, scribit Augustinus, ad Petrum Diaconum, dicens:

10

(C.1 q.1 c.55) EXTRA ECCLESIAM BAPTIZATI SI AD ECCLESIAM NON REDIERINT PERNICIEM SIBI ACCUMULANT.

Firmissime tene et nullatenus dubites, extra ecclesiam baptizatis, si ad ecclesiam non redierint, baptismo cumulari perniciem. Tantum enim valet ecclesiastice societatis communio ad salutem, ut baptismo non salvetur cui ibi non datur, ubi oportet ut detur.

15

(C.1 q.1 c.57) Item Leo ad Nicetem episcopum.

20

BAPTISMA SEMEL TRADITUM NON EST REITERANDUM.

Hanc regulam servandam in omnibus ecclesiis predicamus, ut lavacrum semel initum nulla iteratione violetur, dicente Apostolo: "Unus Deus, una fides, unum baptisma," cuius ablutio nulla reiteratione violanda est, sed, sola sanctificatio Spiritus invocanda, ut quod ab hereticis nemo accipit a catholicis sacerdotibus consequatur.

Fr. 380

25

(C.1 q.1 d.p.c.57) ¶ Nemo in heresi vel scismate constitutus intelligendus est. Ceterum, si cum fidei integritate et animi puritate de manu hereticorum aliquis in forma ecclesiae baptisma acceperit, tunc inpletur illud Augustini: "Per lapideum canalem aqua transit ad areolas." Et iterum: "Spiritualis virtus sacramenti, etc."

30

(C.1 q.1 c.58) Item de blasphemia Spiritus sancti.

35

3 Detrahe – 8 manens Augustinus, *In Iohannis evangelium tractatus* 80.3, ed. Willems, CCSL 36.529.4-12. *Algerus 3.7 can., ed. Kretzschmar 320.20-25. **15 Firmissime – 19 detur** Fulgentius Ruspensis, *De fide ad Petrum* 79, ed. xxx, CCSL 91A.756-757.1343-1352. *Algerus 3.16 can. f, ed. Kretzschmar 327.1-15. **22 Hanc – 28 consequatur** Leo I, *Ep.* 159 (JK 536; J³ 1086), ed. PL 54.1139A. *Algerus 3.18 can. b, ed. Kretzschmar, 328.2-7. *De fonte Gratiani, v. Kretzschmar, 149, adn. 49.* **24 Unus – 25 baptisma** Eph. 4:5.

ETIAM PER MALOS BONI COLLIGUNTUR.

Spiritus sanctus in sancta ecclesia etiam isto tempore,
quo velud granum attrituratur cum palea, sic operatur, ut
nullius veram confessionem aspernetur, nullius
5 simulatione fallatur, atque ita reprobos fugiat, ut etiam
per illorum ministerium probos colligat.

(C 1 q.1 d.p.c.58) ¶ Ecce quando ab hereticis baptisma
cum sua virtute accipitur, cuius tam necessaria
amministratio est, ut nec etiam a paganis datum possit
10 reiterari. Unde in ecclesiastica ystoria legitur, quod
Alexander episcopus Alexandrie, cum Petri Martiris
solempnia celebraret, post expleta missarum sacramenta
vidit super oram maris puerorum ludum, imitantium, ut
solet fieri, episcopum, et gerentium ea, quae in ecclesia
15 geri mos est. Mox eos ad se perducere iubet, et quid
egissent percunctatur. Illi rei ordinem pandunt,
baptizatos a se esse quosdam cathecuminos confitentur
per Athanasium puerum, qui illis fuerat episcopus
20 simulatus. Ubi ex responsis eorum vidit secundum
religionis nostre ritum cuncta constare, statuit illis,
quibus integris interrogationibus et responsionibus aqua
fuerat infusa, iterari baptismum non debere, sed adimpleri
ea, quae sacerdotibus est mos.

Aa 99r

Hinc etiam Ysidorus ait:

(C.1 q.1 c.59) DE HIS, QUI PER IGNORANTIAM
ORDINANTUR ANTEQUAM BAPTIZENTUR.

Si quis per ignorantiam ordinatur antequam
baptizetur, debent ab eo baptizati iterum rebaptizari, et
ipse ulterius non ordinetur. Sed Romanus pontifex non
30 hominem iudicat, qui baptizat, sed Spiritum Dei
subministrare gratiam credit baptismi, licet paganus sit,
qui baptizat.

2 Spiritus – 6 colligat Augustinus, *Sermo* 71.(23.)37, ed. Verbraken, *Révue Bénédictine* 75 (1965), 107-108.871-874. **11 Alexander – 23 mos** Eusebius Caesarensis, interprete Rufino Aquileiensi, *Historiae ecclesiasticae* 10.14, ed. PL 21.487A-B. *Algerus 1.51 can. a, ed. Kretzschmar 227.11-19. **27 Si – 32 baptizat** *Poenitentiale Theodori* U I 9.12, ed. Schmitz, *Bussbücher* 1.533, *capitulum summatim redditum et in codice latino Monacensi 6241, fo. 33v* (“Decreta Isidori episcopi ad Damascum episcopum”), ed. Hoffmann et Pokorny, *Das Dekret des Bischofs Burchard von Worms, 100-101*. *Algerus 1.51 can. b, ed. Kretzschmar 227.23-228.1. **Panormia* 1.91.

2 sanctus] om. *Fd* **3 velud]** velut *Fd* **attrituratur]** attrituratur *Fd*
16 egissent] baptizari *Fd*

- Fr. 381 **(C.1 q.1 d.p.c.60)** Quod autem cetera sacramenta ab hereticis ministrari non possint, testatur Ieronimus in Aggeo Propheta:
- (C.1 q.1 c.61)** NON PLACENT DEO QUAE AB HERETICIS OFFERUNTUR. 5
- Sic populus iste hereticorum omnium est in conspectu meo, dicit Dominus, omne, quod fecerint, quod mihi obtulerint, vel vota, vel pro salute, vel pacifica, vel pro peccato, vel holocaustis sive elemosinas sive ieiunia vel corporis castitatem contaminata erunt in conspectu meo. 10
- Fd 21rb Quamvis enim sancta videantur specie sui quae offeruntur, tamen, quia tractata sunt ab illo, qui pollutus est in anima, polluuntur omnia.
- (C.1 q.1 c.62)** Item in Amos Propheta.
- DE EODEM. 15
- Odit Deus sacrificia hereticorum et a se proicit, et quotiens in nomine eius congregati fuerint, detestatur fetorem eorum et claudit nares suas.
- (C.1 q.1 c.63)** Item in Osea.
- Illi offerunt panem sacrilegum, et dant elemosinas, et sectari videntur humilitatem. quae ego, si vere fiant, holocausta interpretor. Cum autem scientiam Dei dereliquerint, frustra truncato capite fidei cetera membra habere se iactant. 20
- (C.1 q.1 c.68)** Item Leo ad Anatholium Constantinopolitanum episcopum. 25
- EXTRA ECCLESIAM NON SUNT VERA SACRIFICIA.
- In ecclesia Dei, quae corpus Christi est, aliter nec rata sunt sacerdotia, nec vera sacrificia, nisi in proprietate sue nature verus nos pontifex reconciliet. 30
- (C.1 q.1 c.70)** Item beatus martyr Ciprianus in epistola contra hereticos.

6 Sic – 13 omnia Hieronymus, *Commentarii in Aggaeum* 2.11/15, ed. Adriaen, CCSL 76A.738.451-459. *Algerus 3.19 can. a, ed. Kretzschmar, 328.10-15. **16 Odit – 18 suas** Hieronymus, *Commentarii in Amos* 2.5.21-22, ed. Adriaen, CCSL 76.294.758-760. *Algerus 3.19 can. b, ed. Kretzschmar 328.16-18. **20 Illi – 24 iactant** Hieronymus, *Commentarii in Osee* 2.6.6-7, ed. Adriaen, CCSL 76.67.160-164. *Algerus 3.22 can., ed. Kretzschmar 329.23-330.3. **28 In – 30 reconciliet** Leo I, *Ep.* 80 (JK 460; J³ 985), ed. Schwartz, *Acta conc. oec.* 2.4.39.25-27, n. 37. Algerus 3.20 can. b, ed. Kretzschmar 329.8-10.

SACRAMENTA EXTRA ECCLESIAM MINISTRARI
POSSUNT, SALUTEM VERO CONFERRE NON POSSUNT.

Si quis, inquit, de ecclesia heretica presumptione
exierit, a semetipso dampnatus est. Cum huiusmodi
5 secundum Apostolum, nec cibum quidem sumere
debemus. Declaratur hoc in libro Regnorum, ubi, cum
homo Dei ad Ieroboam missus esset, qui peccata sua
exprobraret atque ultionem futuram prediceret, panem
apud illum edere et aquam bibere prohibitus est. Quod
10 cum non custodisset, divina sententia inde rediens, morsu
leonis in itinere interiit. (§ 1) An debet quisquam dicere,
sacramentum salutare, et gratiam celestem communem
cum hereticis esse posse, cum quibus nec terrestris cibus,
nec secularis potus debet esse communis? Constat autem
15 oleum, unde baptizati tinguntur, sanctificari, et
eucharistiam fieri apud illos omnino non posse, ubi spes
nulla est et fides falsa, ubi omnia per mendacium
geruntur. Nam hereticus more symiarum, quae cum
homines non sint, formam humanam imitantur, vultum
20 ecclesiae catholice et auctoritatem sibi et veritatem
vendicant, cum ipse in ecclesia non sit. Benedicit cum a
Deo sit maledictus, vitam pollicetur cum sit mortuus,
Deum invocat blasphemus, sacerdotium administrat
profanus, ponit altare sacrilegus. Ad hec omnia accedit et
25 illud malum, ut antistes diaboli audeat eucharistiam
facere, cum nec sanctificari oblatio illic possit, ubi Spiritus
sanctus non sit, nec cuiquam Dominus per eius preces et
orationes prosit, qui Deum ipse violavit. Si enim qui
ecclesiam violant ethnici, et publicani habentur, multo
30 magis rebelles et hostes, falsa altaria, et illicita sacerdotia,
et sacrificia sacrilega et omnia adulteria fingentes, inter
ethnicos et publicanos necesse est ut computentur, quos
omnes constat a karitate atque unitate ecclesiae catholice
recessisse. Ergo omnia, quaecumque faciunt heretici,
35 carnalia sunt, inania et falsa, ita ut nichil eorum, quae illi
gesserint, a nobis probari debeat. Non statim suscipienda
sunt et assumenda quae iactantur in Christi nomine, sed
quae geruntur in Christi veritate. Quomodo enim
40 perficere quae agunt aut inpetrare aliquid illicitis
conatibus a Deo possunt, qui contra Deum quod eis non
licet moliuntur? (§ 2) Quare, qui hereticis et scismaticis

Aa 99v

Fr. 383

3 Si – 244: 15 contaminati Algerus 3.29 can. c, ed. Kretzschmar, 334.17-336.1. **Si – 6 debemus** Cyprianus, *Ep.* 69.4, ed. CSEL 3.2.753.7-???

patrocinantur, censura divina in eorum probantur facinore et penis non solum duces et auctores, sed etiam participes destinari, nisi se a communione malorum separaverint, precipiente Domino per Moysen: "Separamini a tabernaculis hominum istorum durissimorum, et nolite tangere de omnibus, quae sunt in eis, ne simul pereatis in peccatis eorum." Et quod comminatus Dominus per Moysen fuerat inplevit, ut, quisquis se a Chore, et Dathan, et Abiron non separasset, penas statim pro inopia communione solveret. Sicut etiam per Osee prophetam Spiritus sanctus testatur dicens: "Sacrificia eorum tamquam panis luctus; omnes, qui manducant ea, contaminabuntur;" docens scilicet et ostendens omnes omnino cum auctoribus supplicio coniungi, qui fuerint peccato eorum contaminati.

(C.1 q.1 c.71) Item Augustinus.

VERA SACRIFICIA NON NISI IN FIDE ECCLESIAE CELEBRANTUR.

Extra catholicam ecclesiam non est locus veri sacrificii.

(C.1 q.1 c.72) Item Gregorius in III libro Dialogorum ait de Erminigildo Rege Leovigildi filio:

Fd 21va De manu hereticorum communio non est recipienda. Superveniente pascalis festivitatis die intempeste noctis silentio ad eum pater perfidus Arrianum episcopum misit, ut ex eius manu consecrationis sacrilege communionem perciperet, atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus Arriano episcopo venienti exprobravit ut debuit, eiusque a se perfidiam dignis increpationibus repulit.

Fr. 384 (C.1 q.1 c.73) Item Innocentius capitulo VII

SACERDOTES HERETICORUM CHRISTI HONORIBUS NON HABENTUR DIGNI.

Arrianos preterea ceterasque huiusmodi pestes, quia eorum laicos conversos ad Dominum sub imagine penitentie ac Spiritus sanctificatione per manus inpositionem suscipimus non videntur clerici eorum cum

19 Extra – **sacrificii** Algerus 1.56 can. b, ed. Kretzschmar, 232.20-21.

23 Superveniente – **29 repulit** Gregorius I, *Dialogi* 3.31.3, ed. Vogüé, SC 265.386.20-26. Algerus 3.21 can., ed. Kretzschmar, 329.16-20. **33**

Arrianos – **245: 18 possumus** Algerus 3.23 can. a – can. c, ed. Kretzschmar, 330.7-331.4. **Arrianos** – **245: 14 recipimus** Innocentius I, *Ep.24* (JK 310), ed. PL 20.549A-551A.

sacerdotii aut cuiuspiam ministerii suscipiendi esse dignitate. Quoniam quibus solum baptisma ratum esse permittimus (quod utique in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti percipitur), nec Spiritum sanctum eos
 5 habere ex illo baptismo illisque ministeriis arbitramur, quoniam, cum a catholica fide auctores eorum discederent, perfectionem Spiritus, quam acceperant, amiserunt, nec dare eius plenitudinem possunt, quae maxime in ordinationibus operatur, qui per impietatis suae perfidiam
 10 fidem domini perdiderunt. Propter quod fieri non potest, ut eorum profanos sacerdotes dignos Christi honoribus arbitremur, quorum laicos imperfectos, ut dixi, ad sancti Spiritus percipiendam gratiam cum penitentiae imagine recipimus. Item: (§ 1) Legitur “Qui tetigerit immundum
 15 immundus erit,” quomodo ergo ei tribuetur qui immunditiam et spurcitas consuevit accipere? Et infra: (§ 2) Qui particeps factus est dampnati, quomodo honorem debeat accipere, invenire non possumus.

(C.1 q.1 d.p.c.74) ¶ Cum ergo Innocentius solum
 20 baptisma hereticis ratum esse permittat; cum Gregorius sacrilegam vocet consecrationem Arrianorum; cum Ciprianus quaecumque ab hereticis fiunt carnalia, inania, et falsa iudicet; cum Ieronimus omnia, quae ab eis offeruntur, contaminata in conspectu Domini asserat; cum
 25 Leo extra ecclesiam nec rata esse sacerdotia, nec vera sacrificia testetur: patet, quod sacramenta ecclesiastica preter baptisma (ut supra dictum est) ac hereticis ministrari non possunt. Item obicitur illud Ieronimi ad Luciferianum:

(C.1 q.1 c.75) Qui in baptismo sanctus est, ad altare peccator non erit.

Sicut Christus est qui baptizat, ita ipse est qui sanctificat. Unde oro te, ut aut sacrificandi licentiam ei tribuas, cuius baptisma probas, aut reprobas eius
 35 baptisma, quem non putes esse sacerdotem. Neque enim fieri potest, ut qui in baptismo sanctus est sit ad altare peccator.

Fr. 385

(C.1 q.1 d.p.c.75) ¶ Sed hoc de peccatore tantum catholico, non heretico intelligendum est. Qui quicquid

14 Legitur – 18 possumus Innocentius I, *Ep.17* (JK 303), ed. PL 20.530C-531A. 32 Sicut – 37 peccator Algerus 3.23 can. c-d, ed. Kretzschmar, 331.7-11. 33 oro – 37 peccator Hieronymus, *Altercatio Luciferiani et Orthodoxi* 6, ed. PL 23.160C-D.

- Aa 100v cum fide pro offitio suo facit licet indignus, tamen divina gratia cooperante ratum esse creditur. Alioquin si de hereticis dictum intelligitur, ipse sibi contrarius esset, cum dicat in Osee: "Sacrificia eorum etc". Et alibi in persona Domini: 5
- (C.1 q.1 c.76) BENEDICTIONIBUS HERETICORUM DEUS MALEDICIT.
"Maledicam benedictionibus vestris": hoc est, quicquid a vobis benedicetur per me erit maledictum.
- (C.1 q.1 d.p.c.76)¶ Hoc igitur intelligendum est de heretico, illud autem ad Luciferianum de peccatore ecclesiastico. De quo Augustinus ait in libro de corpore Domini. 10
- (C.1 q.1 c.77) BONI ET MALI SACERDOTES EQUAE CORPUS CHRISTI CONFICIUNT. 15
Intra ecclesiam catholicam in ministerio corporis et sanguinis Domini nichil a bono maius, nichil a malo minus perficitur sacerdote, quia non in merito consecrantis, sed in verbo perficitur creatoris et virtute Spiritus sancti. Si enim in merito sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. Nunc autem sicut ipse est qui baptizat, ita ipse est qui per Spiritum sanctum hanc suam efficit carnem et transfundit in sanguinem. Credendum est enim, quod in verbis Christi sacramenta conficiantur. Cuius prius creantur inperio, eius utique verbo recreantur ad melius. 20 25
- Fd 21vb (C.1 q.1 c.79) Idem tractatu epistole Iohannis.
- Fr. 386 DE HIS, QUI SANCTIS MALE UTUNTUR.
Prophetavit Saul malus rex, cum etiam sanctum David persequeretur. Non ergo se iactent qui forte sine karitate habent munus. Dei sanctum, sed videant, qualem rationem habituri sint cum Deo, qui sanctis non sanctae 30

8 Maledicam – 9 maledictum Hieronymus, *Commentarii in Malachiam* 2.2, ed. Adriaen, CCSL 76A.914.40-43. Algerus 3.23 can. f, ed. Kretzschmar, 331.16-17. Glossa ord., see Friedberg! **16 Intra – 26 melius** Algerus 1.55 can., ed. Kretzschmar, 231.18-232.5. **Intra – 23 sanguinem** Pascasius Radbertus, *De corpore et sanguine Domini* 12, ed. Paulus, CCCM 16.76-77.4-14. **29 Prophetavit – 247: 3 etc** Algerus 1.57 can. a, ed. Kretzschmar, 233.5-10. **Prophetavit – 247: 3 vos** Augustinus, *Enarrationes in Psalmos* 103.1.9, ed. Dekkers et Fraipont, CCSL 40.1482.45-46 at 58-64.

27 Idem – Iohannis] Idem in tractatu epistole Iohannis *Fd*

utuntur. Ex his erunt, qui dicturi sunt in iudicio: “In nomine tuo prophetavimus.” Quibus non dicetur: “Mentimini,” sed: “Non novi vos, etc.”

5 (C.1 q.1 d.p.c.79) ¶ Spiritum ergo prophetie dicendi sunt habuisse, non meritum.

(C.1 q.1 c.80) Item Ieronimus in Aggeo.

QUISQUE NON TAM SANCTIFICATUR EX HOSTIIS, QUAM PECCATO POLLUITUR.

10 Propheta, qui altari extracto tantum et domo mea diruta hostias mihi offers in altari, et victimis eius sanctificari te putas, scito, quoniam sanctum est quidem quod offertur in altari, sed non tam sanctificaris ex hostiis, quam ex operibus mortuis pollueris.

15 (C.1 q.1 c.81) Item Augustinus in libro de verbis Domini.

CONTRA SPIRITUM SANCTUM VERBUM DICITUR, CUM EX DISPERSIONE NUMQUAM REDITUR.

20 Ita fit verbum contra Spiritum sanctum, cum ex dispersione ad congregationem numquam venit, quae ad remittenda peccata accipit Spiritum sanctum. Ad quam congregationem etsi per malum clericum, sed tamen catholicum ministrum, reprobum et fictum, si aliquis accesserit corde non ficto, in ipso Spiritus sanctus operatur remissionem peccatorum, qui in sancta ecclesia ita operatur, ut reprobos fugiat tamen per eorum ministerium probos colligat.

25 (C.1 q.1 c.82) Idem in sermone de remissione peccatorum.

30 NON HOMINUM MERITIS, SED VIRTUTE SPIRITUS SANCTI PECCATA REMITTUNTUR.

Ut evidenter ostenderet Dominus, a Spiritu sancto quem donavit suis fidelibus, dimitti peccata, non meritis

1 In – 2 prophetavimus Matt. 7:22. **3 Non – vos** Matt. 7:23. **4 Spiritum – 5 meritum** Algerus 1.57 dict. a, ed. Kretzschmar, 233.10-11. **9 Propheta – 13 pollueris** Hieronymus, *Commentarii in Aggaeum* 2. 11/15, ed. Adriaen, CCSL 76A.737.399-408. Algerus 1.58 can., ed. Kretzschmar, 233.15-19. **18 Ita – 26 colligat** Augustinus, *Sermo* 71.(23.)37, ed. Verbraken, *Revue Bénédictine* 75 (1965), 107-108.865-874. Algerus 1.64 can. a, ed. Kretzschmar, 237.13-19. **31 Ut – 248: 8 esse** Algerus 1.65 can. a, ed. Kretzschmar, 237.26-238.4. **Ut – 248: 3 vos** Augustinus, *Sermo* 99.(9.)9, ed. PL 38.600C

Fr. 387
Aa 101r
hominum, quodam loco sic ait: "Accipite Spiritum sanctum;" et continuo subiecit: "Si cui dimiseritis peccata, remittentur ei:" hoc est, Spiritus dimittit, non vos. Proinde sicut is, quem sacerdos in ecclesia tollit, est tamen extra ecclesiam, et extra corpus, cuius caput est Christus, si ei ostiarius non aderit, ita non extra ecclesiam est, et non est de corpore, si quis pastoris preiudicio compellitur foris esse. 5

(C.1 q.1 c.83) Item Ambrosius de sacramentis.

NON MERITA PERSONARUM, SED OFFITIA SACERDOTUM DOMINUS CONSIDERAT. 10

Cum scriptura testetur, quod ad preces Ieroboa ignis descendit de celo, et rursus precante Helia ignis missus est, qui sacrificia consumeret, datur intelligi, quod Deus non merita personarum considerat, sed offitia sacerdotum. 15

Fr. 391
(§ 1) Ille ignis visibilis mittebatur, ut crederent: nobis invisibilis operatur, qui credimus. **(§ 2)** Crede ergo, adesse Dominum Iesum invocatum precibus sacerdotum, qui ait: "Ubi fuerint duo vel tres ibi sum in medio eorum." Sed obicitur illud Ieronimi in Sophonia: 20

(C.1 q.1 c.90) SACERDOTIS NON VERBA, SED MERITA EUCHARISTIAM FACIUNT.

Sacerdotes, qui eucharistie serviunt, et sanguinem Domini populis eius dividunt, inpie agunt in legem Christi, putantes eucharistiam inprecantis facere verba, non vitam, et necessariam esse tantum solemnem orationem, et non sacerdotum merita, de quibus dicitur: "Sacerdos, in quacumque fuerit macula, non accedat offerre oblationes Domino." 25

(C.1 q.1 d.p.c.95) ¶ Cum vita sacerdotum eucharistie necessaria esse dicitur, non consecrationi, sed effectui intelligendum est; non enim effectum confert salutis ei, quem merita faciunt indignum; potius completur in eo illud Apostoli: "Qui manducat et bibit indigne, iudicium 30

1–3 Joh. 20:22-23 **19** Matt. 18:20. **28–29** Lev. 20:21

4 Proinde – 8 esse Algerus 1.64 can. a, ed. Kretzschmar, 238.1-4; cf. Origenes, *In Leviticum homiliae* 14.3 (ed. Baehrens, GCS 29.483.12-14; ed. PG 12.556A). **12 Cum – 19 eorum** Ambrosius, *De mysteriis* 26-27, ed. Faller, CSEL 73.100.7-10, 13-18. Algerus 1.56 can. a, ed. Kretzschmar, 232.8-13. **23 Sacerdotes – 29 Domino** Hieronymus, *Commentarii in Sophoniam* 3.1/7, ed. Adriaen, CCSL 76A.697.119-127. **Sacerdotes – 27 merita** Algerus 1.48 can. a, ed. Kretzschmar, 223.7-10. **28 Sacerdos – 29 Domino** Algerus 1.48 can. e, ed. Kretzschmar, 224.26-28.

sibi manducat et bibit.” Ergo contra eos, qui crebra oblatione sacrificii se putant posse mundari, non cessantes in pie agere in lege Dei, intelligitur illud esse dictum Ieronimi. Quod vero sacerdos, etiamsi malus sit, tamen pro officio sue dignitatis gratiam transfundat hominibus, testatur Augustinus in libro questionum veteris testamenti:

(C.1 q.1 c.96) SACERDOTES NOMEN DOMINI INVOCANT, DOMINUS AUTEM BENEDICTIONEM PRESTAT.

Dictum est a Domino in Numeris ad Aaron: “Vos ponite nomen meum super filios Israel, ego Dominus benedicam eos,” ut gratiam traditio per ministerium ordinati transfundat hominibus, nec voluntas sacerdotis obesse aut prodesse possit, sed meritum benedictionem poscentis. (§ 1) Quanta autem dignitas sit sacerdotalis officii vel ordinis, hinc advertimus. Dictum est autem de nequissimo Caipha, interfectore Salvatoris, inter cetera: “Hoc autem a semetipso non dixit, sed, cum esset pontifex sacerdotum anni illius, prophetavit.” Per quod ostenditur, Spiritum sanctum gratiarum non personam sequi digni, aut indigni, sed ordinem traditionis ut, quamvis aliquis boni meriti sit, non tamen possit benedicere, nisi fuerit ordinatus, ut officium ministerii exhibeat. Dei autem est effectum tribuere benedictionis.

(C.1 q.1 d.p.c.96) ¶ Quod vero per hereticos sacramenta dignitatis ministrata dicuntur carere effectu, inprobatur auctoritate Anastasii papae, qui ordinationem Acacii, quamvis heretici, ita ratam approbat, ut etiam eis, quos post dampnationem suam baptizavit, vel ordinavit, in nullo ream personam nocuisse asserat. Sed hoc eum illicite, et non canonice, imo contra decreta suorum predecessorum et successorum fecisse, probat Felix et Gelasius, qui Acacium ante Anastasium excommunicaverunt, et Hormisdas, qui ab ipso Anastasio tertius eundem Acacium dampnavit. Unde etiam ab ecclesia Romana repudiatur, et a Deo fuisse percussus legitur in gestis Romanorum pontificum hoc modo: “Anastasius secundus natione Romanus, etc.” Require retro in tractatu decretalium epistolarum. Item obicitur illud Augustini ad Parmenianum de hereticis etiam dampnatis:

10 Dictum – 24 benedictionis Auctor incertus, *Quaestiones ex Veteri Testamento* 11, ed. PL 35.2223-2224.

(C.1 q.1 c.97) QUI RECEDIT AB ECCLESIA, NEC BAPTISMA, NEC VIM DANDI AMITTIT.

Quod quidam dicunt, baptisma, quod accepit, non amittit qui recedit ab ecclesia, ius tamen dandi, quod accepit, amittit, multis modis aparet frustra et inaniter dici. (§ 1) Primo, quia nulla ostenditur causa, cur ille, qui ipsum baptismum amittere non potest, ius dandi amittere possit. Utrumque enim sacramentum est, et quadam consecratione homini datur utrumque, illud, cum baptizatur, illud, cum ordinatur; ideo non licet a catholico utrumque iterari. (§ 2) Nam si quando ex ipsa parte venientes etiam prepositi pro bono pacis, correcto scismatis errore, suscepti sunt, etsi visum est opus esse, ut eadem officia gererent, quae agebant, non sunt rursus ordinandi, sed sicut baptismus in eis, ita ordinatio mansit integra, quia in precisione fuerat vicium (quod unitate pacis est correctum), non in sacramentis, quae ubicumque sunt ipsa sunt. Et cum ipsi expedire videtur ecclesiae, ut prepositi eorum, venientes ad catholicam societatem, honores suos ibi non administrent, non eis tamen ipsa ordinationis sacramenta detrahuntur sed manent super eos. Ideoque non eis manus inponitur, ne non homini, sed ipsi sacramento fiat iniuria. (§ 3) Sicut autem in baptismo est quod per eos dari possit, sic in ordinatione ius dandi est; utrumque ad perniciem suam, quamdiu karitatem non habent unitatis; sed tamen aliud est non habere, aliud perniciose habere, aliud salubriter habere. Quicquid non habetur dandum est, cum opus est dari, quod vero perniciose habetur, per correctionem depulsa pernicie agendum est, ut salubriter habeatur. Quod si laicus alicui pereunti necessitate compulsus baptisma dederit, quod, cum ipse acciperet, quomodo dandum esset addidit, nescio, an quisquam dixerit pie esse repetendum. Nulla enim necessitate cogente si fiat, alieni muneris usurpatio est. Si autem necessitas urgeat aut nullam, aut veniale delictum est. Sed si nulla necessitate usurpetur, et a quolibet cuilibet detur, quod datum fuerit non potest dici non datum, quamvis recte dici possit illicite datum. Illiciti ergo usurpationem corrigit reminiscentis et penitentis affectus. Quod si non correxerit, manebit ad penam usurpatoris quod datum est, vel eius, qui illicite dedit, vel

3 Quod – 251: 15 iudicatur Augustinus, *Contra epistolam Parmeniani* 2.13.28-29, ed. Petschenig, CSEL 51.79.3-81.7. **Quod – 38 datum**²

Algerus 3.83 can. b, ed. Kretzschmar, 371.12-372.10. **38 Illiciti – 251: 15 iudicatur** Algerus 3.84 can. a-b, ed. Kretzschmar, 372.13-25.

eius, qui illicite accepit: non tamen pro non dato habebitur
(§ 4) Si enim aliqui furtim et extraordinarie, non in
monetis publicis, aurum vel argentum percutiendo
signaverint, cum fuerit deprehensum, nonne illis punitis
5 vel indulgentia liberatis cognitum regale signum
thesauris regalibus cogeret. Et paulo post: **(§ 5)** Si forte
milicie characterem in corpore suo non militans pavidus
exhorruerit, et ad clementiam inperatoris confugerit, et
inpetrata venia militare iam ceperit, numquid homine
10 liberato atque correcto character ille repetitur, ac non
potius agnitus approbatur? An forte minus habent
sacramenta Christiana quam corporalis hec nota, cum
videamus, nec apostatas carere baptismo, quibus utique
per penitentiam redeuntibus non restituitur, et ideo amitti
15 non posse iudicatur?

(C.1 q.1 d.p.c.97) ¶ Ex his verbis Augustini constat,
in omnibus tam apostatis quam hereticis vel dampnatis
permanere Christi sacramenta vera, quantum ad se, et
sancta, et nisi penitentia vel indulgentia subuentum fuerit,
20 ad dampnationem usurpatoris pervenient, vel habentis,
vel dantis, vel accipientis. Quid ergo prodest, quod vera et
sancta sunt, cum usurpatores suos eque perimant, ac si
essent mala et noxia? Crassus aurum sitivit, aurum bibit;
eque periit vero auro, sicut vero veneno. **(§ 1)** Item aurum
25 eque verum est in arca furis, sicut in thesauris regis. Sed a
fure, quia illicite habetur, illicite datur vel accipitur; a rege
autem licite habetur, datur et accipitur; ideo ipse fur et
communicator furti (nisi forte de conscientia furti se
purgaverit), ut perhibet Gelasius ad Anastasium
30 inperatorem, uterque iuste et digne dampnabitur. **(§ 2)**
Opponitur autem huic sententie Augustini: potestas dandi
baptismum, et ius consecrandi dominicum corpus, et
largiendi sacros ordines, plurimum inter se differunt.
Suspenso enim vel deposito sacerdote, nulla ei relinquitur
35 potestas sacrificandi. Sacramentum tamen baptismi non
solum a sacerdote deposito vel laico catholico, verum
etiam ab heretico vel pagano si ministratum fuerit, nulla
reiteratione violabitur; nulla autem ratio sinit, ut inter
sacerdotes habeantur, qui de manibus laici vel pagani
40 oleum sacre (imo execrande) unctionis assumunt. Non
ergo consequenter colligitur, ut, si recedentibus a fide ius
baptizandi relinquatur, potestas etiam distribuendi sacros
ordines eis relinquatur, quamvis utrumque consecratione
proveniat. Degradatus enim episcopus potestatem

Fd 22rb

Fr. 395

Aa 102v

largiendi sacros ordines non habet, facultatem baptizandi tamen non amisit. (§ 3) Sed ne Augustinum in hac sententia penitus reprobemus, intelligamus aliud esse potestatem distribuendi sacros ordines, aliud esse executionem illius potestatis. Qui intra unitatem catholicae ecclesiae constituti sacerdotalem vel episcopalem unctionem accipiunt, officium et executionem sui officii ex consecratione adipiscuntur. Recedentes vero ab integritate fidei, potestatem acceptam sacramento tenus retinent, effectu sue potestatis penitus privantur, sicut coniugati ab invicem discedentes coniugium semel initum non dissolvunt, ab opere tamen coniugali inveniuntur alieni. (§ 4) De his ergo, qui accepta sacerdotali potestate ab unitate catholice ecclesiae recedunt, loquitur Augustinus, non de illis, qui in scismate vel heresi positi sacerdotalem unctionem accipiunt; alioquin esset contrarius Calcedonensi concilio, in quo ordinati a symoniacis in nullo proficere iudicantur, et Innocentio, qui ordinatos a ceteris heretici per pravam manus inpositionem solam damnationem et vulnus capitis assecutos testatur. (§ 5) Quamvis possit generaliter dici, sacramenta, quae apud hereticos non aliter quam in ecclesia Dei celebrantur, vera et rata esse quantum ad se, falsa vero et inania quantum ad effectum, et in his, a quibus male tractantur, et in illis, a quibus male suscipiuntur. Nec mirum, ipsa enim salus nostra bucellam lude dedit; statim cum bucella non bonus, sed malignus spiritus intravit: quare? non quia bonus non daret bonum, sed quia malus male accepit bonum; sicque bonum effectum bonum non habuit, quia ubi illud faceret non invenit. (§ 6) Item Dominus in patria sua presens et verus affuit; non per malum ministrum, sed per semet ipsum nichil potuit, quia fidem non invenit; pro perfidia aliorum non caruit sua veritate, sed effectus boni virtute. (§ 7) Quod ut plane in omnibus sacramentis ostenderet, bis est transfiguratus, cum esset in carne. In una transfiguratione sicut sol apparuit mirabilis ut fides credentium augetur ad contemplandam celestem gloriam super se elevatam. In altera ut peregrinus et incognoscibilis de se dubitantibus ire se longius finxit, et, ne agnosceretur, eorum oculos tenuit: ad quid aliud, nisi ut, quia per fidem non erat in cordibus eorum, longius se ab iis recedere ostenderet, et quia ipsum non credebant esse quod erat, viderent etiam eum alium quam erat? Ecce

Aa 103r
Fr. 396

in utraque visione sua erat presenti et veritas: sed in una
 exercebatur fides, ut magis crederent quam credebant, in
 altera tenebatur incredulitas, ne etiam agnoscerent quod
 videbant. Sacramentum ergo corporis et sanguinis sui
 5 aliis est ad salutem, aliis ad iudicium. Fides etiam,
 quamvis sit vera, tamen sine operibus mortua est. Sic et
 omnes decem virgines equaliter erant virgines, sed ex his
 erant quinque fatue et quinque prudentes. Equa erat
 10 virginitatis veritas, sed pro eiusdem virginitatis
 intentione non omnibus equa meriti identitas. Sic etiam
 est es sonans aut cymbalum tinniens martirium vel
 elemosina, quam nescit karitas. Si vero cecus ceco lucerne
 ministret veritatem, neuter tamen ideo magis suam
 15 illuminat cecitatem. Sic et malus ministrat malo vera
 sacramenta, sed non ideo dona spiritualia, quia malis
 eorum meritis Spiritus sanctus impeditur, ne in eis quod
 suum est operetur. Unde Innocentius, cum hereticorum
 20 baptisma concedat esse ratum, non tamen ex illo
 baptisate concedit haberi Spiritum sanctum. Et Leo hos,
 qui formam baptismatis acceperunt, non sinit rebaptizari,
 sed iubet Spiritum sanctum, quem ab hereticis nemo
 accepit, per eius invocationem et manus inpositionem a
 catholicis sacerdotibus consequi. Sciendum vero est, quod
 25 sacramenta hereticorum dicuntur irrita, vel etiam
 dampnanda, falsa et inania, non quantum ad se, cum sint
 sancta et vera etiam ab heretico celebrata, sed quia, cum
 illicite dantibus perfidis sint ad iudicium, illicite ab eis
 accipientibus non conferunt Spiritum sanctum. Irrita et
 30 non vera dicuntur, quia quod promittunt et conferre
 creduntur non tribuunt, et ideo dampnanda, ut ea dari vel
 recipi ab hereticis non approbetur sed interdicator. Non
 enim quantum ad se polluta sunt, quamvis ab hereticis
 pollui dicantur. Unde Gregorius communionem Aarii
 35 vocat execrationem, et Innocentius vocat Bonosi
 ordinationem dampnationem, non quod ita in se sint, sed
 quia male dantibus vel accipientibus id efficiunt. Sic etiam
 Ieronimus in Osee sacrificia eorum panem luctus vocat
 non quantum ad se, sed quantum ad effectum, quod
 40 ipsemet ostendit, subiungens: "Quicumque comederint ex
 eo, contaminabuntur, quia sibi ad iudicium sument." **(C.1
 q.1 d.p.c.98)** ¶ Constat ergo, ut Innocentius ait, de ceteris
 hereticis, ordinatos a symoniacis per pravam manus
 inpositionem symoniacis vulneratum habere caput. **(§ 1)**
 Sed obicitur, quod in ordinatione symoniacorum hoc

Fr. 397
Aa 103v

solum reprehensibile inveniatur, quod gratia Spiritus sancti sub pretio redigi putetur, aliorum autem in omnibus integra forma sacramentorum servetur. Cum ergo illicita sacramenti usurpatio per penitentiam correctam fuerit, ut gratia Spiritus sancti gratuita et non venalis existimetur, integer debet adesse unctionis effectus; imo etiam, si non sequatur penitentia, licet symoniace, tamen revera consecratus reputetur, sicut illi, qui quondam nonnisi; pretio dato, ad sacri baptismatis regenerationem nec ad sanctae communionis participationem admittebantur, licet symoniace, tamen non ideo minus baptizati, vel sacre communionis participes reputati sunt. Sed hoc tantum sacris canonibus constitutum est, ne de cetero sacramenta Christi symoniace distribuantur.

Fr. 398 Unde Gelasius:

(C.1 q.1 c.99) A BAPTIZANDIS VEL CONSIGNANDIS PRETIA NON EXIGANTUR.

Baptizandis consignantibusque fidelibus sacerdotes pretia nulla prefigant, nec illationibus quibuslibet inpositis exagitare cupiant renascentes, quoniam quod gratis accepimus gratis dare mandamur. Et ideo nichil a predictis prorsus exigere moliantur, quo vel paupertate cogente deterriti, vel indignatione revocati redemptionis sue causas iure despiciant, certum habentes, quod qui prohibita deprehensi fuerint admisisse, vel commissa non potius sua sponte correxerint, periculum subeant proprii honoris.

(C.1 q.1 c.100) Item de Sexta Synodo.

A PERCIPIENTE GRATIAM COMMUNIONIS PRETIUM EXIGI NON DEBET.

Nullus episcopus, aut presbiter, aut diaconus, qui sacram dispensat communionem, a percipiente gratiam communionis aliquod pretium exigat. Neque enim venditur gratia, neque pro pretio Spiritus sancti gratiam damus, sed dignis munere sine defraudatione participare concedimus. Si quis vero eorum, qui connumerantur in

19 Baptizandis – 28 honoris Gelasius I, *Ep.* 9.5 (JK 636), ed. PL 59.50B-C; Mansi 8.38-39. Thiel, 364?? Ivo, *Decr.* 1.265 (cf. 1.72); *Coll. Trip.* 1.48.7; *Coll. 3 libr.* 3.7.11, ed. Motta, 2.49; *Coll. 9 libr.* 7.6.9 (or is it 5.27?). **32 Nullus – 255: 3 fraudis** Conc. Quinisextum (a. 692) 23, ed. Mansi 11.954B; ed. Alberigo, *Conc. oecum. gen. decreta* 1.246-247.1070-1083. Ivo *Decr.* 2.92; *Coll. Trip.* 2.13.11.

clero, ab eo, cui sacram communionem dispensat, aliquod pretium exegerit, deponatur, sicut imitator symoniace fraudis.

(C.1 q.1 c.101) Item ex concilio Tolletano xi.

5 MUNERA INVISIBILIS GRATIE QUESTIBUS NON SUNT
CONPARANDA.

Quicquid invisibilis gratie consolatione tribuitur, numquam questibus vel quibuslibet premiis venundari penitus debet, dicente Domino: "Quod gratis accepistis gratis date." Et ideo quicumque deinceps in ecclesiastico ordine constitutus aut pro baptizandis consignandisque fidelibus, crismate, vel promotionibus graduum precia quolibet vel premia (nisi voluntarie oblata) pro huiusmodi ambitione susceperit, equidem, si sciente loci episcopo tale quicquam a subditis perpetratum fuerit, idem episcopus duobus mensibus excommunicationi subiaceat pro eo, quod inscientia mala contexit et correctionem
10
15
20
25
30
35

Aa 104r
Fr. 399

(C.1 q.1 c.102) Item ex concilio Bracarense II

NICHIL A SACERDOTIBUS EXIGATUR PRO BALSAMO, QUOD IN CRISMATE PONITUR.

Placuit, ut nullus episcoporum pro balsami modico, benedictum pro baptismi sacramento per ecclesias datur, quia singuli tremissem pro ipso exigere solent, aliquid ulterius exigat, ne forte quod pro salute animarum per invocationem sancti Spiritus consecratur, sicut Symon magus donum Dei pecunia voluit emere, ita nos venundantes dampnabiliter venundemur.

(C.1 q.1 c.103) Item ex eodem.

7 Quicquid – **24 est** Conc. Toletanum XI (a. 675) 8, ed. Vives, 361-362. Ivo, *Decr.* 5.126; *Coll. Trip.* 2.49.4. **28 Placuit** – **34 venundemur** Conc. Bracarense II (a. 572) 4, ed. Vives, 82. Ivo, *Decr.* 2.115; *Coll. Trip.* 2.52.4.

NON EST ALIQUID EXIGENDUM AB HIS, QUI INFANTES SUOS AD BAPTIZANDUM ADDUCUNT.

Placuit, ut unusquisque episcopus per ecclesias suas hoc faciat, ut hi, qui infantes suos ad baptismum offerunt, si quid voluntarie pro voto suo offerunt, suscipiatur ab eis. Si vero per necessitatem paupertatis aliquid non habeant quod offerant nullum eis pignus violenter tollatur a clericis. Nam multi pauperes, hoc timentes, filios suos a baptismo retrahunt, qui forte, dum differuntur, si sine gratia baptismi de hac vita recesserint, necesse est, ut ab illis eorum perditio requiratur, quorum spolia pertimescentes a baptismi gratia se subtraxerunt.

(C.1 q.1 c.104) Item ex concilio Eliberitano.

QUI BAPTIZANTUR NULLUS IN CONCAM NUMMOS MITTERE COGAT.

Emendari placuit, ut qui baptizantur (ut fieri solebat) nummos in concam non mittant, ne sacerdos quod gratis accepit precio distrahere videatur. Neque pedes eorum lavandi sunt a sacerdotibus vel clericis.

(C.1 q.1 c.105) Item ex concilio Triburiensi.

PRO PERCEPTIONE CRISMATIS VEL BAPTISMI ALIQUID EXIGI NON DEBET.

Dictum est, solere in quibusdam locis pro perceptione crismatis nummos dari, similiter pro baptismo et communione. Hoc symoniace heresis detestata est sancta synodus et anathematizavit, et ut de cetero nec pro ordinatione, nec pro crismate, vel baptismo, vel balsamo nec pro sepultura, vel communione quicumque exigant statuit; sed gratis dona Christi gratuita dispensatione donentur.

Fr. 400

(C.1 q.1 c.106) Item ex concilio Cabillonensi.

NEC PRO DEDICANDIS BASILICIS NEC PRO CETERIS SACRAMENTIS CONFERENDIS ALIQUID EXIGI DEBET.

Statuimus, ut, sicut pro dedicandis basilicis et dandis ordinibus nichil accipiendum est, ita etiam pro balsamo

3 Placuit – **12 subtraxerunt** Conc. Bracarense II (a. 572) 7, ed. Vives 83-84. *Coll. Trip.* 2.52.7.

16 Emendari – **19 clericis** Conc. Eliberitanum (a. 305/306) 48, ed. Vives, 10. *Coll. Trip.* 2.33.9. **23**

Dictum – **30 donentur** Conc. Triburiense (a. 895; versio Catalaunensis) 26, ed. Hartmann, MGH Concilia 5.376.24-28. Ivo, *Decr.* 1.295. **34**

Statuimus – **257: 3 suis** Conc. Cabillonense (a. 813) 16, ed. Werminghoff, MGH Conc. 2.1.277.10-14.

sive pro luminaribus emendis nichil presbiteri crisma accepturi dent. Episcopi itaque de facultatibus ecclesiae balsamum emant, et luminaria singuli in ecclesiis suis.

Aa 104v

5 (C.1 q.1 d.p.c.106) ¶ Sicut ergo hec sacramenta, licet symoniace ministrentur, tamen effectum benedictionis conferunt accipienti, sic et sacerdotalis unctio, licet symoniace ministretur, suo tamen non debet carere effectu. Sed, sicut supra dictum est, illa sacramenta sunt
10 necessitatis, hec dignitatis, et ideo privilegia eorum non possunt generare communem legem istorum. Habent ergo symoniaci vulneratum caput per symoniace manus pravam inpositionem. Hoc autem de illis intelligitur, quos nec excusat ignorantia, nec attractionis violentia, qui ab
15 illis ordinantur, quos indubitanter sciunt esse symoniacos, sive symoniace sive non symoniace ordinantur ab eis. Ut enim Nicolaus papa distinguit, alii symoniace ordinantur a symoniacis, alii symoniace a non symoniacis, alii non symoniace a symoniacis. Hanc distinctionem innuit capitulo II dicens:

20 (C.1 q.1 c.107) DE MULTIPLICI GENERE SYMONIACORUM.

Statuimus decretum de symoniacis symoniace ordinatoribus vel ordinatis et de symoniacis symoniace a non symoniacis, et symoniacis non symoniace a
25 symoniacis. (§ 1) Symoniaci symoniace ordinati vel ordinatorum secundum ecclesiasticos canones a proprio gradu decendant. Symoniaci quoque symoniace a non symoniacis ordinati similiter ab officio male accepto removeantur. (§ 2) Symoniacos autem non symoniace a
30 symoniacis ordinatos misericorditer per manus inpositionem pro temporis necessitate in officio concedimus permanere.

35 (C.1 q.1 d.p.c.107) ¶ Sed hoc intelligendum est de his, qui ordinantur a symoniacis, quos ignorabant esse symoniacos. Hos facit symoniacos non reatus criminis, sed ordinatio symoniaci. De quibus Urbanus papa ait:

22 Statuimus – 32 permanere Nicolaus II (JL 4404), ed. Jasper, MGH Conc. 8.405.10-16. *Panormia* 3.127.

22 Statuimus – 32 permanere] 2

(C.1 q.1 c.108) DE HIS, QUI NON SYMONIACE A SYMONIACIS ORDINANTUR.

Fr. 401 Si qui a symoniacis non symoniace ordinati sunt, siquidem probare potuerint se, cum ordinarentur, nescisse eos symoniacos esse, et tunc pro catholicis habebantur in ecclesia, talium ordinationes sustinemus misericorditer, si tamen eos laudabilis vita commendat. Qui vero scienter se a symoniacis consecrari (imo execrari) permiserint, eorum consecrationem omnino irritam esse decernimus. 5

(C.1 q.1 c.109) De eo, qui ordinatur ab illo, quem scit symoniacum esse. 10

Item Nicolaus iunior.

De cetero statuimus, ut, si quis in posterum ab eo, quem symoniacum esse non dubitat, se consecrari permiserit, et consecrator, et consecratus non dampnationis sententiam subeant; sed uterque depositus penitentiam agat, et privatus propria dignitate persistat. 15

Aa 105r **(C.1 q.1 d.p.c.110)** ¶ Subaudiendum est, nisi violenter attractus fuerit. De his enim et a quibuslibet hereticis violenter ordinatis ait Innocentius: 20

(C.1 q.1 c.111) DE HIS QUI INVITI AD HERETICORUM ORDINATIONEM TRAHUNTUR.

Constat multos vim passos atque invitos attractos, repugnantesque ab hereticis ordinatos; sed huiusmodi aliquis, si post talem ordinationem non interfuit, cum illi conficerent sacramenta, si communioni eorum participatus non est, si statim discedentibus illis pessimo conciliabulo eorum abrenunciavit et ad ecclesiam rediit, iste talis potest habere colorem aliquem excusationis. Ceterum, qui post mensem aut amplius redierunt, cum se considerent ab hereticis ordinatos, certe qui nichil ab eis acceperunt, rei sunt usurpate dignitatis. 25 30

(C.1 q.1 d.p.c.111) ¶ Tales plerumque ex intuitu pietatis reformat catholice manus inpositio cum satisfactione et medicina penitentiae; sed dampnationem 35

3 Si – 9 decernimus Urbanus II, Conc. Placentinum (a. 1095) 3-4 (JL, p. 1.677), ed. Somerville, *Pope Urban II's Council of Piacenza*, 91. *Coll. 3 libr.* 2.9.11. *Coll. 9 libr.* 3.5.1. **13 De – 17 persistat** Nicolaus II, *Oratio in Conc. Lateranense a. 1059 habita* (JL 4431a), ed. Jasper, MGH Conc. 8.382.24-27. Cf. Alexander II, Ep. (JL 4501), ed. Schieffer, MGH Schriften 28.219. **23 Constat – 32 dignitatis** Innocentius I, *Ep.* 17 (JK 303), ed. PL 20.534A-535A. Algerus 3.28 can. a, ed. Kretzschmar, 333.22-334.6.

5 symoniacorum et eorum, qui eis consenserunt, legimus, medicinam vero autenticam ex hac heresi nominatim non legimus, nisi quod, sicut usurpatum est in Novacianis vel Donatistis, minoribus utique hereticis, non canonice, sed ex intuitu pietatis, ita etiam ex his posse fieri colligimus, ideo etiam, quia aliorum per omnia orthodoxam habent fidem, nisi quod Spiritum sanctum credunt esse venalem. Et, ut ait beatus Augustinus heretici cum redierint qua parte se sciderint ab ecclesia, curentur, qua vero parte adhererint, cognoscantur.

Fr. 402

Hinc et Leo scribit Ianuario episcopo:

(C.1 q.1 c.112) QUI AB HERESI AD ECCLESIAM REDEUNT, IN QUO INVENIUNTUR ORDINE EX BENEFICIO PERSEVERENT.

15 Omnis cuiuslibet ordinis clericus, qui catholicam deserens unitatem, heretice vel scismatice coniunctionis contagione se maculaverit, si ad ecclesiam redierit cum legitima satisfactione et erroris sui dampnatione, hoc in magno beneficio habeat, si, adempta spe omnis promotionis, in quo invenitur ordine permaneat.

20 **(C.1 q.1 d.p.c.112) ¶** De his autem, qui ordinantur symoniace a non symoniacis (utpote illi, qui data pecunia archidiacono vel consiliariis episcopi, episcopo ignorante, hoc efficiunt, ut de manu eius sacros ordines accipiant) scribit Gregorius VII:

(C.1 q.1 c.113) ORDINATIONES, QUAE SYMONIACE FIUNT, DIIUDICANTUR FALSE.

25 Ordinationes, quae interveniente pretio vel precibus, vel obsequio alicui persone ea intentione inpenso, fuerit, falsas esse diiudicamus.

30 **(C.1 q.1 d.p.c.113) ¶** Quia ergo tripliciter symonia in hoc capitulo notatur, videndum est, quot modis pretium in hac heresi detur. Hoc beatus Gregorius in evangeliorum tractatu evidenter exponit, dicens:

15 Omnis – 20 permaneat Leo Magnus, *Ep.* 18 (JK 416), ed. PL 54.706A-708B?????. Cf. Kretzschmar! Algerus 3.53 can. a, ed. Kretzschmar, 355.10-14.

28 Ordinationes – 30 diiudicamus Gregorius VII, *Registrum* 6.5b, Conc. Romae a. 1078 hab. (JL p. 1.625) 5, ed. Caspar, MGH Epp. sel. 2.2.403.25-404.1.

- Aa 105v **(C.1 q.1 c.114)** DE MULTIPLICI GENERE SYMONIACORUM.
Sunt nonnulli, qui quidem nummorum premia ex ordinatione non accipiunt, et tamen sacros ordines pro humana gratia largiuntur, atque de ipsa largitate laudis solummodo retributionem querunt. Hi nimirum quod gratis accipiunt gratis non tribuunt, quia de inpenso offitio sanctitatis nummum expetunt favoris. Unde bene, cum virum iustum Propheta describeret, ait: "Qui excutit manus suas ab omni munere." Non enim dixit solum a munere, sed: "ab omni munere," quia aliud est munus ab obsequio, aliud a manu, aliud a lingua. Munus ab obsequio est servitus indebite inpenso. Munus a manu pecunia est; munus a lingua favor. Qui ergo sacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in divinis rebus non solum pecuniam nullam, sed nec etiam humanam gratiam requirit.
- Hinc Gregorius scribit Iohanni Corinthiorum episcopo:
- (C.1 q.1 c.116)** PRO ORDINATIONIBUS NICHIL OMNINO ACCIPIATUR.
De ordinationibus aliquid accipere sub districta interdictione decrevimus. Oportet ergo, ut neque per donum neque per gratiam, neque per quorundam supplicationem aliquos ad sacros ordines consentias vel permittas adduci.
- Aa 106r **(C.1 q.1 d.p.c.123)** ¶ Quolibet ergo munere interveniente falsa diiudicatur ordinatio.
- (QUAESTIO 2)
- Aa 106v **(C.1 q.2 d.a.c.1)** ¶ Sequitur secunda questio, qua queritur, an pro ingressu monasterii pecunia sit exigenda, vel exacta persolvenda? Hoc utrumque licite fieri, utriusque testamenti serie conprobatur. Legitur enim in primo libro Regum, quod Anna detulit secum Samuelem, postquam ablactatus fuerat, in tribus vitulis, et tribus modiis farine, et amphora vini ad domum Dei in Sylo. **(§ 1)** In Actibus vero apostolorum legitur, quod **3 Sunt – 17 requirit** Gregorius I, *Homiliae in Evangelia* 4.4, ed. Étaix, CCSL 141.31.111-124. Algerus 3.35 can. a, ed. Kretzschmar 340.7-18. **22 De – 26 adduci** Gregorius I, *Registrum* 5.62 (JE 1378), ed. Norberg, CCSL 140.366.55-59; ed. Ewald, MGH Epp. 1.377.26-28. Algerus 3.35 can. b, ed. Kretzschmar 340.19-22.

“multitudinis credentium erat cor unum et anima una,”
 nec aliquid eorum, quae possidebant, quisquam proprium
 esse dicebat; sed erant illis omnia communia. Singuli
 vendebant predia sua, et ponebant precia eorum ante
 5 pedes apostolorum, quorum unus, nomine Ananias, dum
 partem sibi reservaret, cum uxore sua Sapphira, sententia
 maledictionis accepta, ante pedes apostoli cecidit mortuus.
 (§ 2) Hinc liquido aparet, quod ingressuri monasterium
 sua debent offerre rectoribus, nec aliter sunt recipiendi,
 10 nisi sua obtulerint. Sed aliud est sua sponte offerre, aliud
 exacta persolvere. Anna mater Samuelis non exacta neque
 petita, sed sponte munera sacerdotibus obtulit. Credentes
 sua sponte offerebant apostolis, ut indigentium
 necessitatibus deservirent, quae instante persecutione
 15 infidelium eis possidere non licebat. Ananias quoque non
 ideo dampnatus est, quia sua nollet offerre, sed quia,
 Spiritui sancto mentitus, precia eorum, quae apostolis
 obtulerat, ex parte fraudabat. Non ergo his auctoritatibus
 permittitur rectoribus ab ingressuris aliquid exigere, sed
 20 sponte oblata suscipere, quia illud dampnabile est, hoc
 vero minime. Unde in Bracarense concilio II legitur:

(C.1 q.2 c.1) PRO DEDICANDIS ECCLESIIS NICHIL
 EXIGATUR.

Placuit, ut, quociens ab aliquo fidelium ad
 25 consecrandas ecclesias episcopi invitantur, non quasi ex
 debito munus aliquod a fundatore requirant; sed si ipse
 quidem aliquid ex suo voto obtulerit, non respuatur, si
 vero aut paupertas illum aut necessitas retinet, nichil
 exigantur ab illo. Hoc tamen unusquisque episcoporum
 30 meminerit, ut non prius dedicet ecclesiam, nisi ante dotem
 basilice et obsequium ipsius per donationem cartule
 confirmatum accipiat. Nam non levis est ista temeritas ut
 sine luminariis vel sine substantiali sustentatione eorum,
 qui ibidem servituri sunt, tamquam domus privata
 35 consecretur ecclesia.

Fr. 408

Aa 107r

(C.1 q.2 c.2) Item Bonifacius urbis Rome episcopus
 scribit universis Caralitane ecclesiae cenobitis:

AB HIS, QUI AD CONVERSIONEM ACCEDUNT, NICHIL EST
 40 EXIGENDUM, NEC PRECIO ALIQUIS AD CONVERSIONEM EST
 INVITANDUS.

Quam pio mentis affectu, fratres karissimi, vestre
 destitutioni Romana conpatiatu ecclesia, vobis fortassis

24 Placuit – 35 ecclesia Conc. Bracarense II (a. 572) 5 (ed. Vives, 83).

incognitum, sed cognitori omnium non incognitum habetur. Dubitationi autem vestre quod idoneum demus responsum, Deum testifcor, ipsa quoque me dubitatio reddit anxium et ineptum. Numquam enim legimus Domini discipulos vel eorum ministerio conversos quempiam ad Dei cultum aliquo muneris interventu provocasse, nisi forte de pauperum alimento quis inconcinne proponat, quorum nulli, cuiuscumque professionis esset, victualia negabantur. Scimus equidem, quod "omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est," a quo bone voluntatis donum accipit qui sancto deliberationis arbitrio gratis Deo servire disponit. Restat ergo, ut qui pro aliqua ecclesiae susceptione munus accipit, Dei donum, quod a patre luminum descendere debuit, vendat; munus autem largiens inportunus emat. Quid autem de divini doni venditoribus vel emptoribus consequatur, concludi necesse non est. § 1 Cavete ergo, fratres, quam sit ambiguum quod petistis consilium, quod quidem secundum vestre voluntatis propositum nulla invenimus ratione confirmatum. Verumtamen, si vestre necessitati adeo est oportunus quem reperistis, dum tamen omnis absit pactio, omnis cesset conventio, nullaque vestre ecclesiae fiat distractio, accedat, gratis Deo servire incipiat, sui que regiminis devote gestet obsequium ac, postmodum vos, quasi subsidii gratia, aliqua sue ecclesiae munera largiri fratrum solatio Romana permittit ecclesia.

(C.1 q.2 c.4) Item Gregorius in Registro.

AB ORDINATO NON DEBET ALIQUID EXIGI, SED NEC VOLUNTARIE OBLATA RESPUI OPORTET.

§ 1 Sicut episcopum non decet manum, quam inponit, vendere, ita minister vel notarius non debet in ordinatione eius vocem suam vel calamum venundare. Is autem, qui ordinatus fuerit, si non ex placito, neque exactus ac petitus, post acceptas cartas et pallium offerre aliquid cuilibet ex clero gratie tantummodo causa voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus, quia eius oblatio nullam culpe maculam ingerit, quae non ex ambientis petitione processit.

(C.1 q.2 d.p.c.4) ¶ Auctoritate Bonifacii patenter ostenditur, quod, sicut nullus precio est invitandus ad conversionem, ita nulli pecuniae interventu ecclesiae largiri oportet ingressum. Auctoritate vero Gregorii

datur intelligi, quod pro ingressu ecclesiae non licet pecuniam exigere, sed spontanee oblatam suscipere licet.

Item opponitur illud Apostoli ad Timotheum:

5 (C.1 q.2 c.5) "Viduas honora, quae vere vidue sunt. Que autem non sunt vere vidue, id est quae suis vel parentum opibus sustentari possunt, non recipiantur, ut ecclesia sufficiat his quae vere vidue sunt."

Aa 107v

(C.1 q.2 c.6) Item Ieronimus ad Damasum papam.

10 QUI SUMPTIBUS PROPRIIS SUSTENTARI POSSUNT, AB ECCLESIA STIPENDIA NON ACCIPIANT.

Clericos autem illos convenit ecclesiae stipendiis sustentari, quibus parentum et propinquorum nulla suffragantur. Qui autem bonis parentum et opibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profecto committunt, et per abusionem talium iudicium sibi manducant et bibunt.

15 (C.1 q.2 c.7) Item Prosper in libro de contemplativa vita capitulo X

20 QUIBUS SUA SUFFICIUNT ALIMENTIS ECCLESIAE NON SUSTENTENTUR.

Pastor ecclesiae his, quibus sua sufficiunt, non debet aliquid erogare, quando nichil aliud sit habentibus dare quam perdere. Nec illi, qui sua possidentes sibi dari aliquid volunt, sine grandi suo peccato unde pauper victurus erat accipiunt. De clericis quidem Spiritus sanctus dicit: "Peccata populi mei comedunt." Sed sicut nichil habentes proprium, non peccata, sed alimenta, quibus indigere videntur, accipiunt, ita possessores non alimenta, quibus habundant, sed aliena peccata suscipiunt.

30 (C.1 q.2 d.p.c.7) ¶ Verum his auctoritatibus prohibentur ab ecclesia suscipi non illi, qui quomdam fuerunt divites, et omnia reliquerunt, ut Petrus et Mattheus et Paulus, aut pauperibus distribuerunt, ut Zacheus, aut ecclesiae rebus adiunxerunt, sicut illi, qui predia sua vendentes ponebant precia ante pedes apostolorum, ut essent illis omnia communia: sed illi, qui in domibus parentum residentes vel sua relinquere nolentes ecclesiasticis facultatibus pasci desiderant. De quibus in eodem libro Prosper subinfertur:

Fr. 410

(C.1 q.2 c.8) QUI SUA RELINQUERE NON VULT
SUMPTIBUS ECCLESIAE SUSTENTARI NON DEBET.

Si quis propter hoc non vult sua relinquere, ut habeat unde vivat, ut quid accipit, unde rationem reddat? ut quid peccatis alienis sua multiplicat? Idem: § 1 Non est meum dicere, quale peccatum cibos pauperum presumendo suscipiant; qui ecclesiam, quam iuvare de propriis facultatibus debuerant, suis expensis insuper gravant, propter hoc fortassis in congregatione viventes, ne aliquos pauperes pascant, ne advenientes excipiant, aut ne suum censum cottidianis expensis inminuant. § 2 Quod si aliquid de fructibus suis ecclesiae velud pro ipsa sua expensa contulerint, non se preferant inani iactantia illis, quos nichil habentes pascit et vestit ecclesia, quia perfectior est ille, qui se mundi rebus expoliat, aut qui, cum nichil habuerit, nec habere desiderat, quam ille, qui ex multis, quae possidet, ecclesiae aliquid prestiterit, ac se de eo, quod prestiterit, forsitan iactat.

Aa 108r

(C.1 q.2 d.p.c.8) ¶ Ecce, qui prohibentur suscipi ab ecclesia. Illi vero, qui omnia sua relinquunt, vel pauperibus distribuunt, vel ecclesiae rebus adiungunt, et ab ecclesia laudabiliter sunt suscipiendi, et eius opibus sustentandi. Unde in eodem libro legitur:

(C.1 q.2 c.9) QUI SUA RELINQUUNT, VEL PAUPERIBUS
DISTRIBUUNT, VEL ECCLESIAE REBUS ADIUNGUNT,
LAUDABILITER ECCLESIASTICA DISPENSANT.

Sacerdos, cui dispensationis cura commissa est, non solum sine cupiditate, sed etiam cum laude pietatis accipit a populo dispensanda, et fideliter dispensat accepta, quia omnia sua aut parentibus reliquit, aut pauperibus distribuit, aut ecclesiae rebus adiunxit, et se in numero pauperum paupertatis amore constituit, ut unde pauperibus subministrat, inde et ipse tamquam pauper voluntarius vivat. Clerici quoque, quos pauperes nativitas fecit, cum perfectione virtutis vite necessaria sive in domibus suis, sive in congregatione viventes accipiant, quia ad ea accipienda non eos cupiditas ducit, sed vivendi necessitas cogit. § 1 De talibus videtur dicere Apostolus: “Qui in sacrario operantur quae de sacrario sunt edunt, et qui altario deserviunt cum altario participantur.” Qui, nisi hoc de contemptoribus facultatum suarum vellet intelligi, numquam secutus adiungeret: “Ita et Deus ordinavit his, qui evangelium annunciant de evangelio vivere.” De

evangelio vivunt qui nichil habere proprium volunt; qui nec habent, nec habere aliquid concupiscunt, non suorum, sed communium possessores. Quid est aliud de evangelio vivere, nisi laborantem inde, ubi laborat, necessaria vite percipere? Apostolus tamen, qui sic evangelium predicavit, ut necessaria sibi suis manibus ministraret, de se confidenter loquitur: "Ego autem nullo horum usus sum." Et quare dixerit, secutus aperuit, dicens: "Expedit mihi magis mori quam ut gloriam meam quis evacuet." evacuari dicit gloriam suam, si ab eis, quibus predicabat, voluisset accipere vite temporalis expensam. Nolebat quippe in presenti sui laboris fructum, sed in futuro recipere.

(C.1 q.2 d.p.c.10) ¶ Multorum auctoritatibus luce clarius constat, quod ab ingressuris monasterium non licet pecuniam exigere, ne et ille, qui exigit, et ille, qui solvit, symonie crimen incurrat.

(QUAESTIO 3)

(C.1 q.3 d.a.c.1) ¶ Sed adhuc obicitur, qui ingressuri monasterium pecunias tribuunt, non propositum religionis, sed participationem stipendiorum ecclesiae emunt. Temporalia ergo non spiritualia ementes, nequaquam symoniaci habendi sunt. § 1 His ita respondetur: Non solum qui spiritualia, sed etiam qui temporalia eis annexa precio accipiunt symoniaci iudicantur. Unde Malachias loquens ex persona Domini: "Quis est," inquit, "in vobis, qui claudat ostia et incendat altare meum gratuito? Non est voluntas mihi in vobis, dicit Dominus exercituum, et munus non suscipiam de manu vestra." Ostia claudere non est sacri muneris offitium, sed tantum sibi adiunctum. Item Gregorius scribit universis Yspanis episcopis:

(C.1 q.3 c.1) DE HIS, QUI SACROS ORDINES MUNERUM ACCEPTIONE DISPENSANT.

Audivimus, dilectissimi, quod nos audisse oportuit, sed audisse profecto non libuit, quosdam scilicet esse sacrorum ordinum professores, qui sub munerum datione vel acceptione Dei ecclesias, vel earum beneficia sibi usurpant. Quod quidem scelus vos iam non dudum acriter correxisse vehementer admiramur; iuste enim uterque

36 Audivimus – 266: 11 dubitate *Falso Gregorio VII ascribitur* (JL †5278), cf. Berardi, 2.2.113-114. *Ante Gratianum non invenitur.*

corripiendus est et a sanctae liminibus ecclesiae submovendus, et qui pro ecclesiae ambitu munera largitur, et qui ut ecclesiam adeat quicquam presumit accipere. Iste quippe donum Dei emere, hic autem vendere presumit. A sacrilegio quoque hoc facinus non dispar dixerim, cum id, quod sponte et sacro deliberationis arbitrio gratis fieri debuit, sub pecunie pactione causatur. Quare, fratres karissimi, quae taliter facta sunt curiose refellite, infecta prohibete, vestrisque iussionibus resistentes digno anathematis vinculo percutere non dubitate.

Fr. 412 (C.1 q.3 c.2) Idem Rotomagensi episcopo et Gallicis omnibus.

DE HIS, QUI ECCLESIAS VEL ECCLESIASTICA BENEFICIA VENDUNT.

Si quis dator vel acceptor Dei ecclesias vel ecclesiastica beneficia (quae quidam prebendas vocant) sub pecunie interventu susceperit, sive dando emerit, sive accipiendo vendiderit, a Symonis non excluditur perditione. Sed si perseverans fuerit, perpetua mulctetur dampnatione. Nam qui sub religionis obtentu Deo famulari voluerit, si quid acceperit, et meritum perdit, et beneficio accepto frustratur. Rationis ergo vigore cogitur quod iniuste recepit restituere, et quicquid turpis lucri gratia receperat non tenere.

(C.1 q.3 c.3) Item Gregorius VII papa.

AB OFFITIO SUSPENDATUR EPISCOPUS BENEFICIA VEL ECCLESIASTICA OFFITIA VENDENS.

Si quis episcopus prebendas, archidiaconatus, preposituras vel aliqua ecclesiastica offitia vendiderit, vel aliter, quam statuta sanctorum Patrum precipiunt, ordinaverit, ab offitio suspendatur. Dignum est enim, ut, sicut gratis episcopatum accepit, ita membra eiusdem episcopatus gratis distribuat.

(C.1 q.3 c.7) Item Pascalis papa.

QUI ECCLESIASTICA BENEFICIA EMUNT, ECCLESIAS QUOQUE EMERE PROBANTUR.

Si quis obiecerit, non consecrationes emi, sed res, quae ex consecratione proveniunt, penitus desipere probatur. Nam cum corporalis ecclesia, ut episcopus, aut abbas, aut

16 Si – 25 tenere Gregorius VII(?) (JL 5276; ed. Cowdrey, *Epistolae vagantes*, 150, n. 66, Gratianum reddens). *Ante Gratianum non invenitur.*

5 tale aliquid sine rebus corporalibus in nullo proficiat, sicut nec anima sine corpore corporaliter vivit, quisquis horum alterum vendit, sine quo nec alterum provenit neutrum invenditum derelinquit. Nullus ergo emat ecclesiam vel prebendam, vel aliquid ecclesiasticum, nec pastellum, nec pastum antea vel postea pro huiusmodi solvat.

10 (C.1 q.3 c.8) Item Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio L. Preposito ecclesiae sancti Vincentii apud Ticinum, salutem et apostolica benedictionem.

Aa 109r

QUARE EVANGELIO NON PROHIBEATUR, INVESTITURA ECCLESIAE A LAICIS FIERI.

15 Salvator predicat in evangelio, circa finem seculi pseudochristos et pseudopphetas surgere et multos seducere, et fideles suos in mundo multas habituros pressuras, sed tamen portas inferi non prevalituras. Proinde (ut ait Apostolus, oportet esse hereses, ut qui probati sunt manifesti fiant) oportet nos cum Propheta ex adverso consurgere, et murum pro domo Israel opponere, et cum Apostolo per multas tribulationes intrare in regnum Dei, quoniam non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis. § 1 Igitur, quia innotuisti nobis, quod tibi obicitur, utrum vendere ecclesiasticam rem symoniacum sit, hoc 20 symoniacum esse patenter colligitur ex hoc, quod beatus apostolus ait Symoni: "Pecunia tua tecum sit in perditione quia existimasti donum Dei pecunia possideri." Donum Dei quippe est Spiritus sanctus, et donum Dei est res ipsius ecclesiae oblata. Et, si bene animadvertis, Symon magus, qui ad fidem accessit, non Spiritum sanctum quo erat ipse indignus (quoniam, ut scriptum est, Spiritus sanctus discipline effugiet fictum), sed donum eius emere voluit, ut ex venditione signorum, quae per eundem fierent, multiplicatam pecuniam lucraretur. Nec 35 Apostolus emptionem Spiritus sancti (quam bene fieri non posse noverat), sed ambitionem questus talis et avaritiam, quae est ydolorum servitus, in eodem Symone exhorruit et maledictionis iaculo perculit. Quisquis igitur res ecclesiasticas (quae Dei dona a Deo fidelibus, et a fidelibus 40 Deo donantur, queque ab eodem gratis accipiuntur, et ideo gratis dari debent) propter sua lucra vendit vel emit, cum eodem Symone donum Dei pecunia existimat possideri. Ideoque, qui eas non ad hoc, quod institute

Fr. 414

sunt, sed ad propria lucra munere lingue, vel indebiti
 obsequii, vel pecunie largitur vel adipiscitur, symoniacus
 est, cum principalis intentio fuerit Symonis sola pecunie
 causa, avaritia videlicet, id est ydolatia, ut ait apostolus
 Paulus. Alioquin cur synodus Calcedonensis DCXXX 5
 episcoporum procuratorem vel defensorem ecclesiae, vel
 quemquam regule subiectum adeo per pecuniam ordinari
 prohibet, ut interventores quoque tanti sceleris
 anathematizet, nisi quod eosdem symoniacos iudicet?
 Quod si prefati milites ecclesiae ob huiusmodi scelus 10
 taliter percelluntur, nemo sapiens negabit, non militantes
 ecclesiae multo dampnabilius ob hanc causam, id est
 venditionis vel emptionis, debere percelli. Sed beatus
 predecessor noster Pascalis de consecratione affirmat,
 quod quisquis eorum alterum vendiderit, sine quo alterum 15
 non provenit, neutrum non venditum derelinquit, ac per
 hoc eum, qui rem ecclesiae vendit vel emit, symoniacum
 esse intelligit. § 2 In nomine vero procuratoris intelligit
 prefata synodus quemlibet ecclesiasticarum rerum
 amministratorem, ut, verbi gratia, prepositum, 20
 yconomum, vicedominum; defensoris nomine advocatum
 sive castaldum, et iudicem; in subiecto regule
 archipresbiterum, archidiaconum, canonicum, monachum
 vel quemlibet mancipatum ecclesiastico offitio. § 3 Quod
 vero Spiritum sanctum, quantum in se est, vendat vel 25
 emat qui preposituram vel huiusmodi aliquid vendit vel
 emit, audi Augustinum super Iohannem: "O quot
 preposituras secernunt! Alterum prepositum habet
 Cartagini Primianus, alterum in Mauritania Rogatus,
 alterum habet in Numidia ille vel ille, quos iam nec 30
 nominare sufficimus. Circuit ergo aliquis emere
 columbam; unusquisque laudat prepositum suum, quod
 vendit, etc." Ecce venerabilis Augustinus, de prepositure
 distractione agens, in nomine columbe sancti Spiritus
 venditionem vel emptionem accipit, sicut et omnes huius 35
 evangelici capituli tractatores. § 4 Pensandum vero est,
 qua pena mulctentur qui iam Deo et ecclesiae sue oblata
 vendunt vel emunt, si cum flagellis eiecti sunt a templo
 Dei qui quae Deo erant offerenda vendebant vel emebant.
 Si de offerendorum venditoribus vel emptoribus dictum 40
 est: "Vos fecistis domum patris mei domum negotiationis
 et speluncam latronum:" quid dicetur de ecclesiae iam
 oblatores venditoribus vel emptoribus? § 5 Et ne quis
 insanus obiciat, merito hoc Dominum tam acerbe

vindicasse, quia tunc illa in Dei templo vendebantur, ecclesiastice vero res modo extra templum distrahantur attende superius Augustinum non terminantem locum venditionis vel emptionis prepositorum sed tantum
 5 indefinite dicentem: “Circuit aliquis emere columbam; unusquisque prepositum suum laudat quod vendit;” non adiciens, in templum, vel extra templum. Hec contra venditores vel emptores rerum sacrarum sufficiant.

(C.1 q.3 c.9) Item Alexander episcopus, servus
 10 servorum Dei, Lucensis ecclesiae clero et populo in perpetuum.

MINISTRI ET SERVITORES ECCLESIAE ABSQUE ULLA
 VENALITATE AB EPISCOPIS ORDINENTUR.

Ex multis temporibus hoc detestabile malum intra
 15 vestram ecclesiam inolevisse cognovimus, ut nulli umquam clerico, quamvis religioso, quamvis scientia et moribus predito, ecclesiasticum beneficium concederetur, nisi ei, qui profano pecunie munere illud emere studuisset, fiebatque ecclesia et res eius ita venalis, velud quaedam
 20 terrena et vilis merces negotiatoribus ad vendendum exposita. Quod malum quam detestabile, quantum Deo sanctisque sit contrarium, et sacri canones docent, et fere omnibus manifestum existit. Ista sententia invenitur in II
 25 capitulo Calcedonensis sinodi. § 1 Calcedonense concilium namque unum ex principalibus, simili pena condempnat eos, qui ecclesiae beneficium interventu pecunie acquirunt, et eos, qui sacram manus inpositionem (per quam Spiritus sanctus confertur) mercari dinoscuntur. Utrosque enim auctoritate inexpugnabili, illos a beneficio,
 30 istos a sacro ordine iubet expelli. Unde humani generis redemptor omnes ementes et vendentes de templo eiciens cathedras vendentium columbas evertit, nummulariorum effudit es, precepti sui auctoritate denuncians et dicens: “Nolite facere domum patris mei domum negotiationis.” §
 35 2 Illud quoque in eodem facto sollicite considerate, quod per totum textum sancti evangelii nusquam reperitur, Dominum tanta severitate, tam districta censura iustitie peccantes corripuisse, cum non solum eloquio increpans, verum etiam facto flagello de funiculis verberans omnes
 40 eliminavit de templo, aperte demonstrans, quod tales negotiatores non sicut ceteri peccatores sunt corripiendi, sed a templo Dei, id est a sancta ecclesia, longius sunt prociendi. Nam sicut per columbarum venditores illi

Aa 110r

Fr. 416

denotantur, qui sacram manus inpositionem vendere conantur, sic per nummularios ecclesiastici beneficii venditores designantur, qui domum Dei evangelio teste speluncam latronum efficiunt. § 3 Quapropter ego Alexander, sanctae Romane ecclesiae et apostolice sedis episcopus, imo minister indignus, tot et tanta mala in multis ecclesiis et maxime in Lucensi ecclesia ex iniqua concupiscentia fieri conspiciens, ne sanguis iniquorum a districto iudice de manu nostra requiratur, illa extirpare et penitus eradicare decrevimus. Constituimus itaque et presenti decreto firmamus (sicut olim nostri decessores fecisse noscuntur), nullum deinceps episcoporum beneficium ecclesiae (quod quidam canonicam, vel prebendas, vocant seu etiam ordines) pro aliquo precio vel munere clericis audeant umquam conferre, sed omnes ministros et servitores ecclesiae gratis et absque ulla venalitate in sancta ecclesia studeant ordinare. Nec eligant in domo Domini qui maiores sacculos pecunie conferant, sed eos, qui moribus et scientia divites pro officio suo ipsam valeant sustentare ecclesiam. Constituimus et eodem modo firmamus, ut nullus cuiuscumque gradus clericus pro ecclesiae beneficio audeat aliquid conferre aut fabrice ecclesiarum vel in donariis ecclesiarum, sive etiam quod pauperibus sit tribuendum, quia (teste scriptura) qui aliquid male accipit, ut dispenset bene, gravatur potius quam iuvatur. Quod si aliquis, divinorum preceptorum et animarum salutis inmemor, prefatum beneficium ecclesiae iniqua cupiditate ductus emere vel vendere temerario ausu presumpserit, sicut in Calcedonensi concilio diffinitum est, gradus sui periculo eum subiacere decrevimus, nec ministrare possit ecclesiae quam pecunia venalem fieri concupivit, et insuper terribilis anathematis mucrone perfossus, nisi resipuerit, ab ecclesia Dei, quam lesit, modis omnibus abscidatur.

Aa 110v

(C.1 q.3 d.p.c.11) ¶ Res ecclesiae, quae vel ex consecratione proveniunt, in suum ius vel vi, vel aliquo munere aliquem convertere non debere, docens sanctus Urbanus ait.

(C.1 q.3 c.12) QUAE EX CONSECRATIONE PROVENIUNT, NEMO IN SUUM IUS VI VEL MUNERE CONVERTAT.

Quisquis res ecclesiasticas (quae dona Dei sunt, quoniam a Deo fidelibus, et a fidelibus Deo donantur,

queque ab eodem gratis accipiuntur, et ideo gratis dari debent) propter sua lucra vendit vel emit, cum eodem Symone donum Dei pecunia possideri existimat.

5 (C.1 q.3 d.p.c.15) ¶ De secunda questione et tertia Fr. 418
quid sacri canones diffiniant, auctoritatibus hinc inde in medium deductis patefactum est.

(QUAESTIO 4)

10 (C.1 q.4 d.a.c.1) ¶ Nunc ergo de quarta questione est pertractandum, an paternum crimen huic inputetur, quod eo ignorante constat admissum? Quod ignorantia hunc excuset, multorum auctoritatibus probatur. Ait enim Augustinus: Aa 111r

15 (C.1 q.4 c.1) ALIENUM CRIMEN NESCIENTEM NON MACULAT.

Nullius crimen maculat nescientem.

(C.1 q.4 c.2) Item.

Quis locus innocentie relinquitur, si alienum crimen maculet nescientem?

20 (C.1 q.4 c.3) Item in Affricano concilio legitur.

DE INFANTIBUS, QUI AB HERETICIS BAPTIZANTUR.

Placuit de infantibus, qui ab hereticis baptizantur, eque suo hoc iudicio fecerunt, cum ad ecclesiam Dei salubri proposito fuerint reversi, ne parentum error illos inpediat, quo minus promoveantur sacri altaris ministerio. Fr. 419

25 (C.1 q.4 c.4) Item in eodem.

DE EODEM.

30 Qui apud Donatistas parvuli baptizati sunt, nondum scire valentes erroris interitum, si postquam ad etatem rationis capacem pervenerint, agnita veritate falsitatem abhorrentes eorum, ab ecclesia ordine antiquo per manus inpositionem recepti sunt, tales ad suscipiendum munus clericatus non debet inpedire nomen erroris.

35 (C.1 q.4 d.p.c.9) ¶ Cum ergo de baptizatis ab hereticis Fr. 420
Innocentius scribat "Lex est ecclesiae his, qui ab hereticis baptizati sunt, per manus inpositionem laicam tantum prebere communionem, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum subrogare": patet, quod infantes, qui ab hereticis baptizati sint, sola excusat ignorantia, ut

iuxta illud Africani concilii ad suscipiendum clericatus officium non eos impediat nomen erroris.

(C.1 q.4 c.10) Item sicut Augustinus scribit ad Auxilium episcopum:

“Non imputantur filiis peccata parentum, quae post eorum nativitatem a parentibus committuntur; nec pro peccatis parentum spirituali pena filii sunt plectendi.” 5

(C.1 q.4 d.p.c.) ¶ Offitio autem vel beneficio ecclesiae privari, spiritualis pena est: non igitur hanc ex patris peccato promeretur filius. Item si excusatur, qui ignoranter a symoniaco ordinatur, ut supra in capitulo Urbani legitur, et iste excusandus est, qui per ignorantiam symoniace ordinatur. Sed obicitur illud Gregorii: 10

(C.1 q.4 c.11) DE ECCLESIA, QUAE PACTIONE CONSECRATUR. 15

Ecclesia, quae pactione consecrata fuerit, potius execrata quam consecrata dici debet.

Fr. 421 **(C.1 q.4 d.p.c.) ¶** Item peccato civium thesauri Iericho anathematizati leguntur. Unde Achor, qui regulam auream et quaedam alia pretiosa furatus est, de anathemate dicitur tulisse. § 1 Item peccato Amalechitarum animalia eorum iussa sunt interfici, quibus quia Saul pepercit, audivit a Samuele: “Nescis, quia peccatum ariolandi est repugnare, et quasi scelus ydololatrie nolle acquiescere?” § 2 Item peccato Egyptiorum possessiones eorum grandini tradite, iumenta et primogenita eorum morte consumpta sunt. § 3 Item peccato Israelitarum archa Domini Phylisteis tradita est. Si ergo quae sensu carent, ut ecclesia, altare, archa Domini, lapides Iericho, vel execrantur, vel peccatoribus traduntur, vel anathematizantur, vel grandine devastantur; si ea, quae vim intelligendi non habent, ut animalia Egyptiorum et Amalechitarum, peccatis hominum morte perduntur: patet, quod nullum excusat ignorantia criminis, maxime cum ex eo utilitas deferatur ignoranti; veluti si quispiam de latrocinio et rapina filio suo ignoranti divicias congreget, non excusaret filium ignorantia, quin post mortem patris cogatur reddere male conquisita. § 4 Item peccato Achor plebs Israelitica in manibus hostium tradita est. § 5 Item peccato filiorum Hely populus in manu Phylistinorum corrui. § 6 Peccato 20 25 30 35 40

Aa 100v

quoque plebis electi eorum sepe sunt inpediti, et tandem cum eis prophete ducti sunt captivi. § 7 His ita respondetur. Insensibilia et irrationabilia peccato hominum vel execrantur, vel anathematizantur, vel morte perduntur, non participatione peccati, sed causa sacramenti, vel detestatione peccati, vel flagello delinquentium. Causa sacramenti, ut thesauri Iericho et animalia Amalechitarum. Iericho enim luna interpretatur, et significat istum mundum. Amalechite interpretantur lingentes sanguinem, et significant cupidos, et avaros, et demones. Israelite interpretantur viri videntes Deum, significant multitudinem sanctorum. lapides ergo et thesauri Iericho anathematizantur, animalia Amalechitarum interfici iubentur ad examinandam cupiditatem huius mundi thesauri, qui per lapides et thesauros Iericho designantur, irrationabiles quoque viciorum motus, qui per animalia Amalechitarum intelliguntur, non debent transire in sortem sanctorum. Animalia vero Egyptiorum, et possessiones eorum, et primogenita, grandine et morte consumpta sunt, ut in illis punirentur, quorum felicitate letabantur, et ut daretur intelligi, quod mundus peribit et substantia eius. Sed et terra Israelitarum in salsuginem versa est, et segetibus eorum imbres adversi sunt, animalia eorum sterilitate et morbo confecta sunt, ut auctorem suum, quem per beneficia cognoscere noluerunt, saltim inter supplicia sentirent. In detestatione vero peccati pecunia Symonis dampnata est, cui dictum est: "Pecunia tua tecum sit in perditione, quia existimasti donum Dei pecunia possideri." In detestatione quoque eiusdem criminis altare et ecclesia, quae per symoniam consecrantur, non tam consecrari quam execrari dicuntur, quia qui interventu pecuniae oleum consecrationis effundit non consecrare, sed execrari credendus est. Hinc est, quod beatus Gregorius ecclesias ab Arrianis consecratas iterum consecrari precepit, quia sanctificationem consecrationis non nisi in fide Trinitatis perficitur, prestare non poterant qui fide carebant. Archa vero et prophete peccato suorum civium hostibus traditi sunt. Electi quoque, qui murmure eorum inpediti sunt, non in penam criminis, sed in experimentum et exemplum patientie hec passi sunt. § 8 Item populus, qui peccato Achor et filiorum Hely in manibus hostium traditus est significat, subditos corporaliter flagellari, ut inter ipsa flagella prelatorum

Aa 112r

Fr. 422 peccata feriantur, sicut Achor sorte deprehensus lapidibus obrutus est. § 9 Sic et navicula lone periclitatur, ut fugitivus sorte deprehensus, fluctibus inmergeretur. Aliquando pro meritis prelatorum depravatur vita subditorum, ut prelati suis subditi faventes ad malum cum eis simul corruant, sicut filii Israel, diu portantes peccata sacerdotum, tandem cum eis ceciderunt in manibus hostium. Item David populum numeravit, quo peccato gladius Domini deseivit in populum. "Sed in lata gente gloria regis est, in diminutione plebis contritio principis." Qui ergo de numerositate sue gentis superbivit, iure in eius diminutione punitus est. § 10 Item parvulos Sodomitarum non excusavit ignorantia, quin pro paterno scelere celesti igne consumerentur; sed hoc igne pena illis diminuta est, quibus successio paterni sceleris est adempta. Pariter etiam demonstratum est, peccatis parentum parvulos aliquando corporaliter flagellari. Illud idem intelligendum est de parvulis, qui peccato Datan et Abiron vivi descenderunt ad inferos. § 1 Item Cam peccante filios eius Canaan maledicitur; lezi delinquente lepra transmittitur ad posteros. Iudeis clamantibus: "Sanguis eius super nos et super filios nostros," relique eorum pene mortis "Christi" addicte sunt. Achab quoque peccante posteri eius regni solium amiserunt, et qui de eius semine in regno Iude nati sunt, usque ad purgatam labem illius familie a genealogia Domini exclusi sunt. Odium quoque Esau (ut Malachias testatur) transivit ad Ydumeos. Quibus omnibus colligitur, quod ignorantia peccati non excusat aliquem. § 12 Sed his exemplis non probantur teneri peccato aliorum nisi imitatores nequicie eorum. Quicumque enim de semine Esau et ceterorum ad Deum conversi paternam malitiam detestati sunt, non odium, sed Dei clementiam experti sunt. Item ut ait Ambrosius:

(C.1 q.4 c.12) "Turbatur navicula Petri, in qua erat Iudas, quia, qui suis meritis erat firmus, turbatus est alienis."

(C.1 q.4 d.p.c.12) ¶ Ignorabat autem Petrus peccatum Iude. Non ergo ignorantia excusavit illum, sed turbatio hec non peccati coinquinatio, sed corporalis persecutio intelligitur, quia meritis malorum nonnumquam adeo boni premuntur, ut eorum turbetur infirmitas. Non itaque his auctoritatibus symoniaci probantur, pro quibus

ignorantibus pecunia data est. Non ergo potest probari iste reus criminis, cuius non habuit conscientiam. § 1 Notandum quoque est, quod non omnis ignorantia aliquem excusat. Est enim ignorantia alia facti alia iuris. 5 Facti alia, quod non oportuit eum scire, alia, quod oportuit eum scire. Quod non oportuit eum scire, sicut ait Apostolus: "Si quis infidelium vocaverit vos ad cenam, quicquid vobis appositum fuerit comedite, nichil interrogantes. Si quis vobis dixerit, hoc ydolis immolatum est, nolite comedere." Ecce quod vocatum ad cenam non 10 oportebat scire, carnes sibi appositae ydolis fuisse inmolatas. Quod oportuit eum scire, sicut ignorantia Iudeorum et reliquorum infidelium, qui ea, quae a prophetis de Christo fuerant denunciata, adhuc ignorant esse completa, unde a Iudeis adhuc expectatur venturus. 15 Hec neminem excusat. § 2 Item ignorantia iuris alia naturalis, alia civilis. Naturalis omnibus adultis dampnabilis est; ius vero civile aliis permittitur ignorare, aliis non.

Aa 112v

20

(QUAESTIO 5)

Fr. 423

(C.1 q.5 d.a.c.1) ¶ Quod vero quinto loco queritur, an liceat ei esse in ecclesia, vel fungi ordinatione, quam paterna pecunia est assecutus, auctoritate diffinitur Urbani, qui scribens de symoniacis ait inter cetera: 25

(C.1 q.5 c.1) DE PARVULIS, QUI CUPIDITATE PARENTUM ECCLESIAS EMUNT.

Quicumque sane cupiditate parentum, cum adhuc parvuli essent, ecclesias vel ecclesiarum partes per pecunias adepti sunt, postquam eas omnino dimiserint, si 30 canonice in eis vivere voluerint, pro misericordia eos ibidem esse concedimus, neque pro hoc facto a sacris ordinibus illos removemus, si alias digni inveniantur. § 1 Illi vero, qui per se ipsos, cum maioris etatis essent, 35 nefanda cupiditate ducti eas emerunt, si in aliis ecclesiis canonice vivere voluerint, servatis propriis ordinibus pro magna misericordia ibi eos ministrare permittimus. Quod si ad alias fortassis transferri non poterint, et in eis canonice vivere promiserint, minoribus ordinibus contenti 40 ad sacros ordines non accedant, salva tamen in omnibus apostolice sedis auctoritate. § 2 Si qui tamen ante emptionem catholice ordinati sunt, cum ea, quae emerunt, dimiserint, et vitam canonicam egerint, in suis gradibus

permittantur, nisi forte eiusmodi ecclesia sit, ut ibi primum locum debeant obtinere. Primum enim, vel singularem, vel prepositure locum in emptis ecclesiis eos habere non patimur.

Aa 113r	(C.1 q.5 d.p.c.2) ¶	Ex hac itaque auctoritate	5
Fr. 424		colligitur, quod ignorantia tales excusat a reatu criminis, ut supra dictum est, non a fructu emptionis, cum in ecclesiis, quas parentum pecunia adepti sunt, non nisi postquam eas omnino dimiserint et ex misericordia ibidem eis esse conceditur. In quo patet, quod etsi illis ignorantibus symonie peccatum sit admissum fructum tamen paterne emptionis reportare non possunt. Quod vero a crimine excusentur, hinc patet, quia pro hoc facto a sacris ordinibus non removentur. Si enim illius criminis participes essent, ad sacros ordines conscendere non possent. Illud idem intelligendum est de eo, qui per pecuniam est adeptus sacerdotii dignitatem, non episcopo, sed cuidam ex principibus eius datam; utroque tamen, ordinatore videlicet et ordinato, hoc ignorante.	10
		Urbanus II scribit Alberto Metensi episcopo:	20
	(C.1 q.5 c.3)	DE QUODAM, PRO QUO INCURIA PARENTUM PECUNIAM DEDIT NON EPISCOPO, SED UNI PRINCIPUM EIUS.	
		Presentium portitorem, quem parentum incuria, per pecuniam non episcopo, sed cuidam principum eius datam, invitum sacerdotii dignitatem obtinuisse significasti, licet sancti canones deponendum esse testentur, quia tamen, culpam istam nesciens et coactus commisit, et quia ab eodem ordine ut deponeretur supplicavit ultroneus, ex consideratione discretionis (quae mater est omnium virtutum) magis quam ex rigore canonum, misericordie viscera adhibendo, ipsum in eodem ordine esse fraternitati tue consulimus; ita tamen, ut, si ecclesia illa, cui deservit, sacerdotum penuriam non patitur, suspensus a sacerdotali officio permaneat. Quod si fortasse ecclesiae utilitas exegerit, ut curam regiminis assumat, liceat ei ex concessione episcopi sui fratrumque obedientia sacerdotali officio fungi.	25
			30
			35

(QUAESTIO 6)

(C.1 q.6 d.a.c.1) ¶ Quid vero de his fieri debeat, qui ignoranter a symoniacis ordinati sunt (quod sexto loco quesitum est), supra, in capitulo videlicet Urbani, quod sic incipit: “Si qui a symoniacis non symoniace ordinati sunt”
 5 requiratur. Nunc autem de illis queritur, qui non pro ordinatione pecunias offerunt, sed pro electione, ut vel decretum electionis fiat, vel ut subscriptione confirmetur, vel ut electioni non resistatur, aliquibus premia largiuntur, an eorum electio viciosa sit iudicanda. Non enim videntur Spiritus sancti donum emere qui non pro consecratione, sed pro electione munera largiuntur, cum nullius spiritualis gratie aliquos faciat electio participes. Sed sicut ecclesiasticarum rerum emptores symoniaci iudicantur, quia ecclesiasticis offitiis ita adiuncte sunt, ut
 10 alterum sine altero alicui non proveniat, ita, quia per electionem venit ad consecrationem, perinde symoniacus habetur, qui pro electione premia largitur, ac si pro consecratione munera dedisset. Unde Simacus scribit Cesario episcopo:

Aa 113v

Fr. 425

(C.1 q.6 c.1) NEC TIMORE, NEC PREMIIS, NEC POTENTUM SUFFRAGIO EPISCOPI SUBSCRIBATUR ELECTIONI.

Si quis autem episcopatum desiderat, data pecunia potentes personas minime suffragatrices sibi adhibeat, nec ad decretum sibi faciendum clericos, vel cives ad subscribendum adhibito cuiuslibet generis timore compellat, vel premiis quibuslibet exhortetur.

30

(QUAESTIO 7)

Fr. 426

(C.1 q.7 d.a.c.1) ¶ Nunc autem de septima tractandum est questione, an renuncians sue heresi sit recipiendus in episcopali dignitate vel non? De his ita scribit Ciprianus ad Stephanum:

(C.1 q.7 c.1) QUI REDEUNTES AB HERESI IN SUIS ORDINIBUS RECIPIANTUR.

Si qui presbiteri et diaconi in ecclesia catholica prius ordinati fuerint, et postmodum perfidi et rebelles extiterint contra ecclesiam, vel apud hereticos a pseudoepiscopis et antichristis contra Christi

40

2 Quid vero quod ergo *Fd^{bc}*, cf. Murano, “Graziano e il Decretum,” pag. 91.
 3 quod – 4 supra *Fd^{bc}*

dispositionem profana ordinatione promoti sunt, et contra altare atque divinum verbum sacrificia foris falsa et sacrilega offerre conati sunt, eos quoque hac conditione suscipi convenit, cum revertuntur, ut communicent laicis, et satis habeant, quod admittuntur ad pacem, qui hostes pacis extiterint; nec debere eos revertentes ea apud nos ordinationis et honoris arma retinere, quibus contra nos rebellaverunt. 5

(C.1 q.7 c.2) Item ex VII Sinodo.

DE HIS, QUI PRO MUNERIBUS ORDINATIONEM FACIUNT, ET QUI REDEUNTES AB HERESI IN SUIS ORDINIBUS RECIPIUNTUR. 10

Si quis omnem traditionem ecclesiasticam scriptam vel non scriptam violat, anathema sit. (§ 1) Omnis episcopus aut presbiter, aut diaconus, convictus quod pro muneribus ordinationem dederit vel acceperit, a sacerdotio cadat. (§ 2) Sed dicunt quidam, quia penitentiam agimus pro peccato, et Deus indulget illud; ita et ego dico, quia omnem penitentiam recipit Deus, et indulget per penitentiam peccata, quae iam facta sunt. Novi enim, quod David fornicatorem et homicidam per penitentiam receperit Deus, et dixerit de eo: "Inveni virum secundum cor meum." Novi rursum eundem audientem a Deo: "Non edificabis mihi domum, quia vir sanguinum es." Scio Manasse per confessionem dimissam impietatem suam. Scio meretrices et telonarios per penitentiam receptos nullum tamen horum, qui ante baptismum peccavit, sacerdotibus connumeratum. Scio quosdam, dum essent in mundo, in multa fornicatione mansisse, monachos vero factos quasi luminaria mundi resplenduisse; nullum tamen ad sacerdotium ascendisse. Quod, etsi raro contigit, nulla tamen lex ecclesiae fuit. Novimus primum peccatricem Mariam; post conversionem, quamvis sancta et casta, tamen inter diaconissas computata non est. Sed quid hoc dico? Sequens sanctos apostolos et venerabiles Patres cum omni fiducia clamo: Quod qui per symoniam ordinatus est, sive episcopus, sive presbiter, sive diaconus, alienus est a sacerdotio, neque enim venalis est gratia Spiritus sancti; Cayphe traditio et adinventio Symonis a sancto sacerdotio est aliena. (§ 3) Et si in fornicationem lapsus aliquis post baptismum, in sacerdotium non recipitur; canones enim hoc prohibent. Si quis vero cum 30 35 40

Aa 114r
Fr. 427

hoc peccato ad sacerdotium proventus est, cognitus degradetur. Item:

(§ 4) Ipsum, qui per pecuniam ordinatus est, confiteor, quia per penitentiam recipit Deus. Bonus est in omnibus, et aperta viscera eius omni homini penitenti. Sed quoniam iuxta Apostolum oportet episcopum esse inreprehensibilem, quicumque per pecuniam vel ordinavit aliquem vel ordinatus est, ab omni sacerdotio sit alienus. § 5 Tarasius patriarcha dixit: Quicumque per pecuniam vel ordinant, vel ordinaverunt, vel ordinantur, vel ordinati sunt episcopi, vel presbiteri, vel diaconi, vel quilibet de numero sacerdotali, repellantur omnino a sacerdotio, sicut Symon magus a Petro. Quicumque per pecuniam, dispensationem vel curam sortiti sunt monasteriorum vel ecclesiarum, vel religiosarum domorum, ierocomiorum, seniorum, orphanotrophiorum, cum depositione expellantur a dispensatione illa et cura. Qui post baptismum cadens in fornicationem ordinatus est, si postmodum confessus fuerit, cesset a ministerio; si vero convictus ab aliquo, deponatur omnino. (§ 6) Percussor episcopus, aut presbiter, aut diaconus per se vel per alium aliquem, quasi timeri per hoc volens, deponatur. Item:

(§ 7) Qui per seculares potestates ordinatus fuerit aut ecclesiam obtinuerit, deponatur; si vero religiosam domum, expellatur.

(C.1 q.7 c.4) Item de eadem Synodo.

QUI REDEUNTES AB HERETICIS RECIPI POSSUNT VEL QUI NON.

Convenientibus apud Nicenam Bithinie, et consedentibus Petro archiepiscopo, et Petro presbitero et abbate monasterii sancti Sabe, locum tenentibus Adriani papae, et Tharasio archiepiscopo Constantinopolitano, et Iohanne et Thoma apocrisariis apostolicarum sedium orientalium, et ceteris episcopis, episcopi Sicilie dixerunt: Dignum est, ut de futuris inquiramus. (§ 1) Item Basilius episcopus Anchire dixit. Constitutio ecclesiastica habet canonicè tradita ab antiquo a sanctis apostolis et successoribus eorum, sanctis Patribus nostris et magistris, et sanctis universalibus sex sinodis, et localibus sinodis orthodoxis, ut qui ab aliqua heresi revertuntur ad orthodoxam fidem et traditionem catholice ecclesiae, scripto negare debeant heresim suam et confiteri

catholicam fidem. (§ 2) Item Tharasius patriarcha dixit: Videtur vobis, ut sedes suas recipiant qui ab heresi revertuntur? (§ 3) Religiosissimi monachi dixerunt: Sicut receperunt universales sinodi sex ab heresi revertentes, ita et nos recipimus. (§ 4) Sancta sinodus dixit: Placet omnibus nobis. Et iussi sunt Basilius episcopus Anchire, et Theodorus episcopus Mirree civitatis, et Theodosius sedere in gradibus suis et sedibus. (§ 5) Item Constantinus episcopus Cypri dixit: Non oportet nos, qui episcopi sumus, indigere doctrina, sed aliorum esse doctores. (§ 6) Item Tharasius episcopus dixit: Malorum doctorum mala doctrina. Ecclesia de malis doctoribus sacerdotes non recipit. (§ 7) Item Iohannes apocrisarius orientalium sedium dixit: Heresis separat omnem hominem ab ecclesia. § 8 Item Tharasius episcopus dixit: Ecce multi canonici libri, et sinodici, et paterni lecti sunt, et ab heresi revertentes docuerunt nos recipere, si alia aliqua causa non est in eis. § 9 Item Petrus apocrisarius papae dixit: Rome exiliatus est Macharius hereticus a sancta sexta sinodo, et quadraginta dierum inducias dedit illi pater noster Benedictus papa, et cottidie mittebat ad eum Bonifatium consiliarium suum, et instruebat eum conmonitoriis verbis ex divina scriptura, et nullatenus voluit emendari. Hoc autem faciebat, ut eum reciperet in suo ordine. § 10 Item Tharasius patriarcha dixit: Quid dicitis de Anatholio? Nonne etiam in quarta sinodo factus est princeps? et ecce ab inpio Dioscoro ordinatus est. Et nos igitur recipiamus eos, qui ab hereticis ordinati sunt, sicut Anatholius receptus est. § 11 Item:

Vere vox Dei est, quoniam non moriuntur filii pro patribus, sed unusquisque in suo peccato moritur; et quoniam ordinatio ex Deo est. § 12 Item Tharasius patriarcha dixit: Audivimus mandata paterna. Quid igitur? oportet recipere ab hereticis ordinatos? § 13 Sancta sinodus dixit: Audivimus, domine, et oportet nos recipere. § 14 Tharasius patriarcha dixit: Plures eorum, qui in sexta sinodo convenerunt, a Sergio, Pirro, Petro, Paulo ordinati sunt, qui fuerunt principes hereseos Monoscelitarum, quoniam isti continuatim in Constantinopolitana sede sederunt, et ab ultimo eorum, Petro scilicet, usque ad sextam sinodum non fuerant plus quam duodecim anni. Thomas vero, et Iohannes, et Constantinus ab hereticis illis archiepiscopi facti sunt, et tamen propter hoc non sunt reprobati. § 15 Sancta

sinodus dixit: Hoc manifestum est. § 16 Constantinus episcopus Cipri dixit: Sufficienter ostensum est, quod ab hereticis venientes recipiendi sunt. Si vero quis sponte ad hereticum vadit et accipit ordinationem, non recipiatur. § 5 17 Item Tharadius patriarcha dixit: Et ego refuto eos, qui ob huiusmodi causam ad fidei subuersionem ordinati sunt, et maxime, cum presentes essent orthodoxi episcopi, a quibus poterant ordinari. Sic est paternus intellectus. Si vero sinodalis consonantia fuerit, et unitas ecclesiarum de 10 orthodoxis, qui presumpserit ab inmundis hereticis ordinari, depositioni subiaceat. Sancta sinodus dixit: Hoc est iustum iudicium. Aa 115r

(C.1 q.7 d.p.c.4) ¶ Ex hac auctoritate datur intelligi, quod qui ab unitate catholice fidei in hereticorum societatem transierit, ut de manibus eorum ecclesiastice dignitatis sacramenta percipiat, vel qui contemptis orthodoxis ab hereticis ordinari desideraverit, etsi postea sue abrenunciando heresi ad ecclesiam redierit, offitio tamen accepto fungi non poterit. Auctoritate vero 20 Cipriani prohibentur ab administratione ecclesiastica, qui intra catholicam ecclesiam ordinati ad fidei inpugnationem dilabuntur. Porro symoniaci nec ab hereticis ordinantur ad fidei subuersionem, nec intra ecclesiam catholicam ordinati adversus fidem armantur. 25 Quamvis enim nonnullos per pecuniam ordinent, non tamen fidem inpugnant, nec gratiam Spiritus sancti venalem predicant. Unde cum heresim suam veraci penitentia detestati fuerint, premissis auctoritatibus non prohibentur recipi in suis gradibus. Verumtamen capitulo 30 illo Nicene sinodi: "Si quis per pecuniam etc." et illo alio septime sinodi, "Si quis omnem traditionem etc." et Innocentii, et aliorum multorum auctoritatibus inreparabiliter dampnari iubentur. (C.1 q.7 d.p.c.5) Nisi rigor discipline quandoque relaxetur ex dispensatione 35 misericordie. Multorum enim crimina sunt dampnabilia, quae tamen ecclesia tollerat pro tempore, pro persona, intuitu pietatis, vel necessitatis, sive utilitatis, et pro eventu rei. Pro tempore: sicut Gelasius, qui, cum necessitate temporis videret Italicam ecclesiam propter belli famisque incursionem fere omnium clericorum offitio 40 destitutam, adeo ut plerisque populis subsidia

38 Gelasius – 282: 2 assumi *Algerus 1.9 dict. a, ed. Kretzschmar, 198.14-17. cum – 282: 2 assumi Cf. Gelasius I, *Ep.* 14 (JK 636) 1 (ed. Thiel, 362).

regendarum deessent animarum, concessit de monachis vel de laicis clericos assumi, ita dicens:

(C.1 q.7 c.6) PRO TEMPORUM NECESSITATE APOSTOLICE SEDIS DECRETA TEMPERANTUR.

Necessaria rerum dispositione constringimur, et apostolice sedis moderamine convenimur sic canonum paternorum decreta librare, ut ea quae presentium necessitas temporum restaurandis ecclesiis relaxanda deposcit, diligenti consideratione (quantum potest fieri) temperemus. 5 10

(C.1 q.7 d.p.c.6) ¶ Item: "Priscis igitur, etc." Require supra in tractatu ordinandorum. Item Innocentius papa, cum pro necessitate temporis, ne nimium scandalum esset in ecclesia, ordinatos a Bonoso heretico susciperet, ait in decretis suis: 15

(C.1 q.7 c.7) CESSANTE NECESSITATE, DEBET CESSARE, QUOD URGEBAT.

Quod pro remedio ac necessitate temporis statutum est constat primitus non fuisse. Quod ergo necessitas pro remedio reperit, cessante utique necessitate debet cessare pariter quod urgebat, quia alius est ordo legitimus, aliud, quod usurpatio ad presens fieri tempus inpellit. 20

Fr. 432 **(C.1 q.7 d.p.c.10)** ¶ Pro persona: sicut beatus Gregorius scribens Ianuario episcopo ait:

Aa 115v **(C.1 q.7 c.11)** RIGOR CANONUM PRO PERSONA ALIQUANDO RELAXATUR. 25

Tanta nequicia ad meas aures de tua senectute pervenit, ut eam, nisi adhuc humanitus pensaremus, fixa iam maledictione feriremus. (§ 1) Et quidem pene fuerat in te sententia iaculanda; sed quoniam simplicitatem tuam cum senectute novimus, interim tacemus. 30

(C.1 q.7 d.p.c.11) ¶ Pietatis intuitu: sicut de illitteratis et corpore viciatis Gelasius ait:

5 Necessaria – 10 temperemus Gelasius I, *Ep.* 14.1 (ed. Thiel, 362).
 *Algerus 1.9 can. a, ed. Kretzschmar, 198.18-199.1. **11 Priscis igitur**
 Cf. D.55 c.1. **12 Item – 15 suis** Algerus 1.8 dict., ed. Kretzschmar
 198.7-9. **18 Quod – 22 inpellit** Innocentius I, *Ep.* 17.5.9 (JK 303), ed.
 PL 20.532A. *Algerus 1.8 can., ed. Kretzschmar, 198.9-12. **23 Pro**
persona Algerus 1.7 rubr., ed. Kretzschmar 197.18. **27 Tanta – 31**
tacemus *Algerus 1.7 can. a, ed. Kretzschmar, 197.20-198.1. **Tanta –**
29 feriremus Gregorius I, *Registrum* 9.1 (JE 1525), ed. Norberg, CCSL
 140A.562.8-10; ed. Ewald, MGH Epp. 2.40.15-16. **29 Et – 31 tacemus**

(C.1 q.7 c.12) CANONUM DECRETA PIETATIS INTUITU
NONNUMQUAM RELAXANTUR.

Si qui vel propria temeritate vel incuria presidentium
tales suscepti sunt, nichil ultra promotionis accipiant,
5 satisque habeant, hoc sibi pro nimia miseratione
concessum.

(C.1 q.7 d.p.c.12) ¶ Necessitatis intuitu: sicut Ylarius
papa, qui, cum de quodam episcopo preter noticiam
ordinato metropolitani in utroque grave scandalum fieret,
10 ait in epistola sua:

(C.1 q.7 c.13) NECESSITATIS CAUSA QUAEDAM IN
ECCLESIA TOLLERANTUR. Fr. 433

Quoniam quicquid ab alterutra parte est indicatum
omni videmus perversitate confusum, temporum
15 necessitate perspecta hac ratione decrevimus ad veniam
pertinere quod gestum est, ut deinceps preter noticiam
nullus vel consensum metropolitani ordinetur antistes.

(C.1 q.7 c.14) Item Innocentius.

Quociens a populis aut a turba peccatur, quia in omnes
20 propter multitudinem vindicari non potest, inultum solet
transire. Priora ergo dimittenda dico Dei iudicio, et de
reliquo maxima sollicitudine precavenda.

(C.1 q.7 d.p.c.16) ¶ Utilitatis intuitu: sicut in
Meldensi concilio perhibetur de filiis virginum per vim
raptarum et sic ad coniugium raptorum applicatarum:
25

(C.1 q.7 c.17) UTILITATIS INTUITU QUAEDAM IN
ECCLESIA TOLLERANTUR.

Tali coniugio generati ecclesiasticis ordinibus non
applicentur, nisi forte eos aut maxima ecclesiae utilitas vel

Ibid., ed. Norberg, 563.22-23; ed. Ewald, 41.2-3. **32 Pietatis – 33 ait**
Algerus 1.10 rubr. et dict. a, ed. Kretzschmar, 199.12-15.

3 Si – 6 concessum Gelasius, *Ep.* 14 (JK 636) 16, ed Thiel, 371. Algerus
1.10 can. a, ed. Kretzschmar, 199.15-17. **7 Necessitatis – 10 sua**

Algerus 1.11 rubr. et dict., ed. Kretzschmar, 200.1-3. **13 Quoniam – 17**
antistes Hilarus, *Ep.* 16 (JK 560), praef. et 1 (ed. Thiel, 166). Algerus
1.11 can., ed. Kretzschmar, 200.4-7. **19 Quociens – 22 precavenda**

Innocentius I, *Ep.* 17 (JK 303) 6.13, ed. PL 20.535A-B. Ivo, Prologus 30
(ed. Werckmeister, 92.13-15; ed. Brasington, xx); Algerus 1.14, can., ed.
Kretzschmar, 201.11-13. **23 Utilitatis – 25 applicatarum** Algerus 1.15

dict. a, ed. Kretzschmar 200.15-16. **28 Tali – 284: 2 commendet** Conc.
Meldense (a. 845) 64, ed. Hartmann, MGH Conc. 3.115.8-11. Algerus
1.15 can. a, ed. Kretzschmar, 201.16-19.

necessitas postulet, vel evidens meritorum prerogativa commendet.

(C.1 q.7 d.p.c.17) ¶ Huic Petrus concordans ait: “In veritate conperi, quia non est personarum acceptor Deus, etc.” **(§ 1)** Pro eventu etiam rei quam in ecclesia tollerantur, sicut Leo ait in decretis suis de laicis subito contra decreta canonum ordinatis episcopis: 5

(C.1 q.7 c.18) LAICIS, QUI CONTRA CANONUM DECRETA AD EPISCOPATUM PROMOVENTUR, EX MISERICORDIA SUSCEPTUM OFFITIUM RELINQUITUR. 10

Exigunt cause ut non solum in tales presules, sed etiam in ordinatores eorum competens ultio proferatur. Sed circumstant nos hinc mansuetudo misericordie, hinc censura iusticie, ut credamus quaedam delicta utcumque tolleranda, quaedam vero penitus amputanda. Illos ergo quorum provectionio hoc tantum reprehensionis incurrit, quod ex laicis ad episcopale offitium electi sunt locum suum tenere permittimus, non preiudicantes apostolice sedis statutis, nec beatorum Patrum regulas solventes, quia remissio peccati non dat licentiam delinquendi, nec quod potuit aliqua ratione concedi fas erit amplius inpune committi, ne quod ad tempus pia lenitate concessimus iusta post modum ultione plectamus. 15
Fr. 435
Aa 116r 20

(C.1 q.7 d.p.c.22) ¶ Ecce, quibus de causis quaedam in ecclesia tollerantur, quae eisdem cessantibus pia severitate vindicantur. Quando autem tolleranda sint, quando resecanda, Gelasius papa distinguit, dicens: 25
Fr. 436

(C.1 q.7 c.23) QUANDO IN ECCLESIA ALIQUA SINT TOLLERANDA.

Etsi illa nonnumquam sinenda sunt, quae, si ceterorum constat integritas, nocere sola non valent, illa tamen magnopere precavenda sunt, quae recipi sine manifesta decoloratione non possunt. Et si ea ipsa, quae nullo detrimento aliquociens indulgenda creduntur, vel rerum 30

3–4 Act. 10:34

3 Huic – ait Algerus 1.15 dict. b, ed. Kretzschmar, 201.19. **In – 4 Deus** Algerus 1.15 dict. b, ed. Kretzschmar, 201.19-20. **6 ait – 7 episcopis** Algerus 1.6 dict. b, ed. Kretzschmar 197.5. **11 Exigunt – 15 amputanda** Leo I, *Ep.* 12 (JK 410) 5, ed. PL 54.652A. *Algerus 1.6 can. b, ed. Kretzschmar, 197.6-15. **15 Illos – 19 solventes** *Ibid.*, ed. PL 54.652B. **20 quia – 22 committi** *Ibid.*, ed. PL 54.652C-653A. **22 ne – 23 plectamus** *Ibid.* 9, ed. PL 54.654A. **30 Etsi – 285: 4 utilitas** Gelasius I, *Ep.* 14 (JK 636) 9. ed. Thiel, 368. Algerus 1.13 can. a, ed. Kretzschmar, 201.1-7.

5 vel temporum cogit intuitus, vel accelerate provisionis
excusat respectus, quanto magis illa nullatenus sunt
mutilanda, quae nec ulla necessitas, nec ecclesiastica
prorsus extorquet utilitas? Aliquando enim pro
necessitate vel ecclesiae utilitate mutilantur et laxantur
precepta canonica.

(C.1 q.7 d.p.c.23) ¶ (§ 1) Breviter ostendimus, qui
revertentes ab heresi in suis ordinibus valeant recipi, vel
qui non. Nunc autem queritur de his, qui ab hereticis
ordinati sunt, si ad unitatem catholice matris ecclesiae ab
heresi redierint, utrum in eodem ordine iterum valeant
ordinari? "Semel enim consecratus" (ut ait beatus
Gregorius) "iterum consecrari non debet". (§ 2) Item
sacramenta, quae ab hereticis in forma ecclesiae
ministrantur (sicut Augustinus testatur) reiterari non
debent, ne non homini, sed sacramento videatur iniuria
fieri. (§ 3) Sed illud Gregorii de his intelligitur, qui
consecrationem sacerdotalem vel episcopalem acceperunt,
qui aut per manus inpositionem, cum ad ecclesiam
redeunt, effectum sue unctionis accipiunt, aut ab eius
amministratione perpetuo cessare iubentur. Similiter illud
Augustini de eadem mistica unctione et de sacramento
baptismatis intelligitur. (§ 4) Sunt autem in ecclesia alii
ordines, qui sine sacramentali unctione, sola episcopi
benedictione, cum quadam vasorum vel indumentorum
distributione prestantur; ut sunt Levite et ceteri infra eos
constituti. Hi quamvis ab hereticis ordinentur, tamen ad
ecclesiam redeuntes in eodem ordine (si alias digni
fuerint) ab ecclesia ordinentur, nec fiet in eis reiteratio
muneris, cum nichil ab hereticis eis doceatur fuisse
collatum.

Aa 116v

Unde Urbanus II scribit Petro Pistoriensi episcopo et
Rustico Abbati Vallis umbrose:

(C.1 q.7 c.24) REDEUNTES AB HERETICIS SUNT
REORDINANDI.

Daibertum a Negzelone, licet symoniaco, non
symoniace eiusdem confessione reperimus in diaconum
ordinatum; et beati Innocentii papae sententia constat
declaratum, quod Negzelon, hereticus (quem constat ab
hereticis ordinatum) quia nichil habuit dare nichil potuit
ei, cui manus inposuit. Nos igitur tanti pontificis

Fr. 437

4 Aliquando – 6 canonica Algerus 1.13 dict. b, ed. Kretzschmar, 201.7-8.

auctoritate firmati Damasi papae testimonio roborati qui ait: "Reiterari oportere quod male actum est", Daibertum, ab hereticis corpore et spiritu digressum atque utilitati ecclesiae pro viribus insudantem, ex integro (ecclesiae necessitate ingruente) diaconem constituimus. Quod non reiterationem existimari censemus, sed tantum integram diaconii dationem, quoniam quidem, ut prediximus, qui nichil habuit nichil dare potuit.

5

Aa 122r

C.1 q.7 d.p.c.27) ¶ His breviter premissis ad ea

Fr. 438(

veniamus, quae ecclesia severitate discipline parata est ulcisci, ostendentes, quibus accusantibus vel testificantibus quilibet sint convincendi; quo iudice quisque debeat dampnari vel absolvi; si causa viciata fuerit, quo remedio possit sublevari; si accusatores defecerint, an reus sit cogendus ad purgationem. Et ut facilius pateat quod dicturi sumus, exemplum ponatur sub oculis, in quo auctoritates hinc inde controversantes distinguantur, et quid sanctorum patrum sentiat auctoritas liquido intimetur.

10

Sg 45a

15

20

(CAUSA 2)

5 **(C.2)** ¶ Quidam episcopus de lapsu carnis a laico
 adversus ipsum testimonium ferunt. A metropolitano suo
 sentit se pregravari; in ipsa ventilatione cause tres ex
 10 testibus deficiunt sive promissione decepti, sive canonica
 examinatione reprobati. Expoliatur tamen episcopus, quia
 crimen eius notorium erat. Hic PRIMUM queritur, an in
 manifestis iudiciarius ordo sit requirendus? SECUNDO, an
 15 expoliatus ab aliquo sit iudicandus? TERTIO, qua pena
 sint feriendi qui in accusatione vel testificatione
 defecerint? QUARTO, si duorum testimonio sit
 condempnandus? QUINTO, si deficientibus accusatoribus
 sit cogendus ad purgationem? SEXTO, si remedium sit
 dandum ei, qui causa dilationis vocem appellationis
 exhibuerit? SEPTIMO, si laici, monachi vel quilibet
 inferiorum ordinum in accusatione maiorum sint
 20 audiendi? OCTAVO, quomodo debeat fieri accusatio, an in
 scriptis, an sine scripto?

Aa 122r
 Bc 121ra
 Bi 98va
 Fd 27ra
 Gw 10rb
 Mv 169b
 P 105vb
 Py 116va
 Sb 106va
 P 106ra
 Bm 68vb

Bc 121rb

(QUAESTIO 1)

25 **(C.2 q.1 d.a.c.1)** ¶ Quod autem nullus sine iudiciario
 ordine dampnari valeat, multis auctoritatibus probatur.
 De eo namque ait Augustinus.

Py 116vb

(C.2 q.1 c.1) DAMPNARI NON VALET NISI AUT
 CONVICTUS AUT SPONTE CONFESSUS.

Nos in quemquam sententiam ferre non possumus, nisi
 aut convictum, aut sponte confessum.

30 **(C.2 q.1 c.2)** Item Constantinus imperator.

28 Nos – 29 confessum Ps.-Augustinus, *Sermo* 351.4.10, ed. PL
 39.1546. *Anselmus 3.67, ed. Thaner, 148.

3 Quidam [*AaBcFdPGwSg BiBmMvPySb*]

3 Quidam – 9 erat] *sequentia verborum mutata Sg Quidam episcopus*
AaFd BiBmPySb: om. BcP Mv: vel clericus add. in marg. Fd de lapsu
om. Bm a – 4 impetitur] imp. a laico episcopus *Bm 5 testimonium*
ferunt] ferunt testimonium *P ferunt]* fertur *Mv^{ac} 7 canonica]*
canonum Fd 8 examinatione] examinatio *Bc^{ac} 9 notorium]*
notarium Aa Hic] hinc *P 14 si]* *om. Fd^{ac} 19 debeat fieri*
AaBcFd^{pc}PSg BiBmMvSb: debeat Fd^{ac}: fieri debeat Py Fr. debeat]
debeat debeat P an – 20 scriptis om. Fd^{ac} 24 dampnari valeat]
debeat dampnari Bm

- Aa 122v DE EODEM.
Sg 45b Iudex crimosum discutiens non ante sententiam proferat, quam aut reum ipse se confiteatur aut per innocentes testes convincatur.
- (C.2 q.1 d.p.c.2) ¶ Hoc idem testatur Augustinus et eisdem verbis. 5
- Fr. 439 (C.2 q.1 c.3) Item Gregorius.
DE EODEM.
Sicut sine iudicio quemquam nolumus condemnari, ita quae iuste diffinita sunt nulla patimur excusatione differri. 10
- P 106rb (C.2 q.1 c.4) Item Eleuterius episcopus.
DE EODEM.
Nichil contra quemlibet accusatum absque legitimo et idoneo accusatore fiat. Nam et Dominus noster Iesus Christus ludam furem esse sciebat, sed quia non est accusatus, ideo non est eiectus. 15
- (C.2 q.1 c.5) Item Felix papa.
DE EODEM.
Primates accusatum discutientes episcopum non ante sententiam proferant dampnationis, quam aut reum se 20
-
- 2 Iudex – 4 convincatur** Ps.-Adrianus I, *Capitula Angilramni* 1^{bis}, ed. Schon, MGH Studien und Texte 39.152; ed. Hinschius, 766. *Anselmus 3.89za (Constantinus), ed. Thaner, 166; *Panormia* 4.111 (Iulius); *Polyc.* 5.5.17 (Adrianus); *Coll. 3 libr.* 2.32.23 (Adrianus), ed. Motta, 1.443.2-3. **5 Augustinus** *Anselmus 3.77 (Augustinus), ed. Thaner, 154. *Huic non ascribitur ante collectionem Anselmi.* **9 Sicut – 10 differri** Gregorius I, *Registrum* 9.4 (JE 1528), ed. Norberg, CCSL 140A.566.31-33; ed. Ewald, MGH Epp. 2.43.24-25. *Anselmus 3.85, ed. Thaner, 156; *Polyc.* 5.4.12; *Coll. 3 libr.* 2.33.12, ed. Motta, 1.509.2-4 **13 Nichil – 16 eiectus** Ps.-Eleutherius (JK †68; J³ †123) 3 (ed. Hinschius, 126). *Anselmus 3.64, ed. Thaner, 147; Ivo, *Decretum* 2.124; *Coll. Trip.* 2.42.1; *Panormia* 4.115; *Polyc.* 5.1.9; *Coll. in 3 libr.* 2.32.54, ed. Motta, 1.453.2-5. **19 Primates – 289: 5 subveniatur** Ps.-Felix (JK †142) 4 (ed. Hinschius, 198); *Anselmus 3.65, ed. Thaner, 147-48; Ivo, *Decretum* 5.245; *Panormia* 4.135; *Coll. Trip.* 1.31.1; *Polyc.* 1.6.9; cf. *Coll. 3 libr.*, ed. Motta, xx
- AaBcFdPSgGwBiBmMvPySb*
- 3 proferat]** proferat capitalem *Ans.P976* **reum]** reus *Ans.P976A5*
se om. *Ans.P976* **5 et** *AaBcFdP BiBmPySb Fr.:* om. *AaSg Mv* **8 De**
eodem om. *Bm* **10 differri** *BcP Bi^{pc}MvPy^{pc}Sb Fr. Ans.:* differre *AaFdSg*
Bi^{ac}Py^{ac} **15 furem esse** *AaBcFd BiBmPySb^{pc} Fr. Ans.:* esse furem *P:* esse
Mv: furem *Sb^{ac}:* reum *post* sciebat *Sg* **19 non]** verbum *P976(fort. super*
rasuram) **20 quam]** quam apostolica auctoritate *Ans.P976A53* **reum**
se] reum *Fd^{pc}:* reus *Sb^{ac}*

ipse confiteatur aut per innocentes et canonicè
 examinatos regulariter testes convincatur. Aliter irritam
 esse censemur et iniustam episcoporum dampnationem et
 idcirco sinodo retractandam, ita ut obpressis ab omnibus
 5 in cunctis causis subveniatur.

(C.2 q.1 d.p.c.5)¶ Idem decernit Zepherinus papa.

Bc 121va

(C.2 q.1 c.7) Item Gregorius Iohanni defensori.

IUDICIUM NISI RATIONABILITER HABITUM NON
 SERVETUR.

10 Quod quidam frater (§ 3) de falsis se capitulis accusatum
 neque aliquid ordinabiliter factum, set iniuste se asserit
 condemnatum, diligenter querendum est primo, si iudicium
 ordinabiliter est habitum, si alii accusatores, alii testes
 fuerunt, deinde causarum qualitas si digna exilio vel

Fr. 440

6 Zepherinus Ps.-Zepherinus (JK †xx; J³ †xx) 2 (ed. Hinschius, 131).
 *Anselmus 3.66 (Zephyrinus), ed. Thaner, 148. **10 Quod – 290: 12
 revocetur** Gregorius I, *Registrum* 13.46 (JE 1912), ed. Norberg, CCSL
 140A.1054.42-57; ed. Ewald, MGH Epp. 2.411.13-24 (13.47). Anselmus
 3.90 (Inprimis requirendum-sententia mereatur), ed. Thaner, 168-172;
 Ivo, *Decretum* 6.343; *Panormia* 4.82; *Coll. Trip.* 1.57(55).79; *Polyc.* 5.1.35
 (Quia igitur Stephanus-penitentiae temperandus); *Coll. 3 libr.* 2.32.44, ed.
 Motta, 447-448 (Quia igitur Stephanus-penitentiae temperandus).

AaBcFdPSgGwBiBmMvPySb **10** **Quod**
 [*BrBnGcGrHIInKsMaMfMtPbSaWa*]

1 ipse] ipsum *Aa* **et]** aut *BcP* **2 convincatur]** convincantur *Fd^{bc}*
Ans.(var.)P976 **irritam – 3 censemur** cens. irr. esse *Ans.A53*
4 sinodo *AaBcFdSg Bi^{pc}MvSb P976^{ac}*: a sinodo *Bi^{pc}BmMvPy Fr.*
Ans.P976^{pc} **5 causis subveniatur]** sub. caus. *Ans.P976A53* **7 Item –**
defensori *eras. Aa, ut vid.* **defensori]** def. eunti in Yspaniam
BiBmBnGcGrInMvPySaSbFr. **8 iudicium – 9 servetur** *BcFd^{bc}PGwSg:*
/// Aa: iud. non. rat. hab. non serv. Fd^{bc}: nullum reservetur iudicium nisi
rationabiliter habitum BiBmBnGcGrInLinc.138MvPySaUrg.2009 Fr.:
nullus res. iud. non rat. hab. Sb: nullum servetur iud. nisi rat. hab. Py^{pc}
10 Quod – frater *BcFdSg Bi(f. 99va):* quidam frater *P: /// Aa^{ac}:* quia
 igitur Stephanus episcopus papa (episcopus
BmBnGcGrHIKsMfPbSaVaWa) in odio suo (sui *DiInSaUrg.2009*) quedam
 ficta et *Aa^{pc}* *Bi(f.*
98va)BrBmBnGcGrHIInKsMaMfMvPbSaSbUrg.2009VaWa Fr.: Quia ergo
 Stephanus episcopus in ordium(?) suo quedam ficta et *Py. Capitulum*
multis verbis in recensione secunda auctum est. se] dicunt se *Fd^{pc}*
11 set – asserit] se iniuste asserit *Br* **se asserit]** ass. se *BcP Py Fr.:*
 asserit *Gr^{ac}Bn* **12 primo]** primum *Ans.P976* **13 alii²]** atque alii *Fd^{pc}*
BnBrMv 1471: et alii Bi^{pc}DoGcGeHIKsMaMcMtVaWa **14 causarum**
qualitas *Aa^{ac}BcFd^{ac}PSg Bi^{ac}MfMm^{ac}MvMz^{ac} Fr. Ans.A54Trip.:* causarum
 qualitas est examinanda *Fd^{pc}*
AbBbBnBpDoGeGgGrLd^{pc}KsMaMtPbTxVaVr 1471Rom.: causarum

P 106va	depositione fuit, si eo presente sub iureiurando testimonium contra eum dictum est, si scriptis actum est, si ipse licentiam respondendi ac defendendi se habuit. Set et de personis accusantium ac testificantium subtiliter querendum est, cuius conditionis sint cuiusve opinionis, et ne inopes sint, ne forte aliquas contra prefatum pastorem inimicitias habuissent, utrum testimonium ex auditu dixerint, aut certe specialiter se scire testati sunt; si scriptis iudicatum est et partibus presentibus sententia recitata est. Quod si forte hec solempniter acta non sunt, neque causa probata est, quae exilio vel depositione digna sit, in ecclesiam suam modis omnibus revocetur.	5
Fd 27rb Sg 46a		
Fr. 441		10
Fr. 443	(C.2 q.1 c.11) Item de libro institutionum.	
Bm 69va	ANTEQUAM CAUSA PROBETUR, ALIQUIS EXCOMMUNICARI NON DEBET.	15
Mv 170b Py 117vb Sb 107vb	Nemo episcopus, nemo presbiter excommunicet aliquem, antequam causa probetur, propter quam ecclesiastici canones hoc fieri iubent. Si quis autem adversus eam excommunicaverit aliquem, ille, qui excommunicatus est, maioris sacerdotis auctoritate ad gratiam sanctae communionis redeat. Is autem, qui non	20
Bc 121vb		

16 Nemo – 291: 3 patiatu *Epitome Iuliani* const. 115.15 (441), ed. Haenel, 151. Ivo, *Decretum* 5.371 et 14.21 et 14.42; * *Coll. Trip.* 3.9.22.

AaBcFdPSgGwBiBmBrMvPySb **12** **revocetur**
BrBnGcGrHIInKsMaMfMtPbSaBr]

qualitas examinanda *Aa^{pc}*
AdBaBj^{pc}BmCdCkDiErGcHIInKaKbMcMdMm^{pc}Mz^{pc}PkSaSbSfWa :
examinanda est causarum qualitas *Py* : examinanda causarum qualitas *Br*
1 fuit] fuerit *Fd^{pc} BiBnBrDoGcGrHIInKsLdMaMcMfMtPbSaSbVaWa*
1471*Fr.* **presente]** presente qui *Maccusatus est 1471*

AdBbBmBnBpDoErGcGeGgHIKs.LdMaMcMmMtPbTxVaVrWa *Rom.* :
presente qui accusatur *BaBrPk* **3 habuit]** habuerit *Aa^{ac}Sg*
BnBrDoGcGeHIInKsLdMaMcMmMtPbSaWa 1471*Fr.* *Pan.* **et om.**
DoInHIK^{sc}MaMcPbWa, incl. GcMfMtVa 1471 **5 conditionis –**

opinionis opinionis (sint *add. HI*) cuiusve conditionis sint
BmDoGcGeHIKsLd^{pc}MaMcMtPbVaWaMf **8 specialiter** *AaB^{pc}Fd^{pc}*
Bj^{pc}BmMvSbTx^{pc} Fr. : spiritualiter *Bc^{ac}Fd^{pc}P Bj^{ac}Tx^{ac}* : spiritualiter *post*
scire *Sg* : *utrum???* *BnGcGrInLinc.137Linc.138PySa* **si**

AaBmBrDoInKsMfMvPbPySaSbVaWaFr.om. *Bc^{ac}FdPSg Bj^{ac}BiGc*
9 iudicatum est] iudicati sunt *Fd^{pc}* **partibus]** partibus *Fd^{pc} Bm*
12 revocetur] revocentur *Fd^{pc} Bj^{ac}* : restituatur *Sa* : restituantur vel
revocetur *In* **13 institutionum** *AaBcFdPSg Trip.* : constitutionum *Gw*
BiBmMvPySb Fr. **14 causa]** ex causa *AaGw* **probetur**
AaBcFdGwPSg Py Fr. : examinatur *Mv* : prob. presbiter *Sb* : examinatur
presbiter *Bi* **15 excommunicari]** excommunicare *P^{ac}* **19 adversus –**
excommunicaverit] exc. adv. eam *Py Fr.*

legitime excommunicaverit, in tantum abstineat tempus, quantum maiori sacerdoti visum fuerit, ut quod iniuste fecit ipse iuste patiatur.

5 (C.2 q.1 c.12) Item Augustinus in epistola ad clerum et universalem plebem Yponiensem.

INCERTA ET DUBIA IUDICARI NON POSSUNT.

10 Nomen presbiteri propterea non ausus sum de numero collegarum eius vel subprimere vel delere, ne divine potestati, sub cuius examine causa adhuc pendet, facere viderer iniuriam, si illius iudicium meo vellem iudicio prevenire. Quod nec in negotiis secularibus iudices faciunt, quando ad maiorem potestatem dubitatio defertur, ut pendente relatione aliquid audeant commutare. In episcoporum quoque concilio constitutum est, nullum clericum, qui nondum convictus est, suspendi a communione debere, nisi ad causam suam examinandam se non presentaverit.

15 (C.2 q.1 d.p.c.14)¶ His omnibus auctoritatibus datur intelligi, quod nullus est condempnandus, nisi iudicio ordinabiliter habito aut vincatur, aut reum ipse se confiteatur. Verum hec de illis intelligenda sunt, quorum crimina sunt occulta; ceterum quae manifesta sunt iudicarium ordinem non requirunt.

Unde Ambrosius.

Sg 46b

7 Nomen – 17 presentaverit Augustinus, *Ep.* 78.4, ed. Daur, CCSL 31A.85.94-103??; ed. Goldbacher, CSEL 34.2.336.19-337.5.?? Ivo, *Decretum* 6.388; * *Coll. Trip.* 3.10.88; *Coll. 3 libr.* 2.26.6, ed. Motta, xx.

Nomen – 11 prevenire Anselmus (Bb) 3.80.

AaBcFdPSgGwBiBmMvPySb

2 maiori sacerdoti] maioris sacerdotis auctoritati *Fd^{bc} Py^{bc} Fr.* : maioris sacerdot // auctoritat // *Py^{bc}* **3 fecit** *Mk Fr.Rom. Trip.*: fecit eum (*add. supra lin. Ma*) excommunicando *BmMa*: fecerit cum excommunicando *Py*

5 plebem] *add.* vel populum *in marg. Fd Mv* **Yponiensem**

Aa^{bc}BcFdPSg Bi^{ac}BmMvSb^{bc}: yponensem *Aa^{ac} Bi^{bc}PySb^{ac} Fr.* **6 dubia]**

dubie *Bc*: occulta *AaGw* **8 delere** *AaFd BiBmMvPySb Fr.*: delegere *BcPSg*

9 potestati] potestatis *Aa Sb^{bc}*: pietatis potestati *Mv*

12 quando] quoniam *Fd^{ac}* **13 defertur]** refertur *Fd^{bc} Py*: //efertur *Fd^{ac}*

14 constitutum *AaFd BmPy Fr.*: statutum *BcPSg BiMvSb*

20 ipse se *AaB^{bc} BiSb* : //pse *Fd^{bc}* : //se *Fd^{bc}* : ipse //se *Bc^{ac}* : se ipse *MvPy Fr.*: se *ante* reum *Sg* **21 confiteatur** confitetur *Bc*

(C.2 q.1 c.15) SINE ACCUSATIONE MANIFESTA IUDICANTUR.

Manifesta accusatione non indigent.

(C.2 q.1 c.16) Item Nicolaus papa Carolo regi.

DE EODEM.

quae Lotharius rex nepos vester fecit accusatione non indigent. Manifesta enim sunt opera eius.

Aa 123v

(C.2 q.1 d.p.c.16) ¶ In manifestis enim calliditate

Bc 122ra

accusantium reus non opprimitur, nec tergiversatione propria crimen celatur, cum culpa sua sponte se oculis omnium ingerat, atque ideo in talibus iudiciarius ordo non requiritur, qui ideo tantum institutus est, ut nec

P 107ra

innocentia insidiis pateret adversantium, nec culpa delinquentis sententiam effugeret iusti examinis. **(C.2 q.1 d.p.c.17)** Set sciendum est, quod eorum, quae manifesta sunt, alia sunt nota iudici et incognita aliis. Alia sunt manifesta aliis et occulta iudici. Quaedam vero sunt nota iudici et aliis. quae iudici tantum nota sunt, sine examinatione feriri non possunt, quia, dum accusatoris persona assumitur, iudiciaria potestas amittitur. In una enim eademque causa nullus simul potest esse accusator et iudex.

Unde Augustinus in omelis de penitentia.

3 Manifesta – indigent Ivo Carnotensis, *Ep.* 57, ed. PL 162.87B, *Commentarium Ambrosiatri in Epistolam ad Corinthios primam summatim reddens* (Ambrosius). Cf. Ambrosiaster, *Commentarius in Epistolas Paulinas* xx, ed. Vogels, Bulhart et Hanslik, CSEL 81.xx.xx-xx; Cf. Anselmus 12.34 *rubrica* (xxx fol. 212v xxxx (Nicolaus). **6 quae – 7 eius** *Summatim reddens* Nicolaus II, *Ep.* 51 (JE 2884; J³ xxx; RI xxxxx), ed. Perels, MGH Epp. 6.334-338; Cf. *Anselmus 12.34; *Coll. 3 libr.* 2.32.165, ed. Motta, 1.xx; *Epistola de vitanda missa uxorum sacerdotum*, ed. Sackur, MGH Lib. de lite 3.10.14-16.

AaBcFdPSgGwBiBmMvPySb

1 accusatione *AaGw Bi Fr.:* accusatore *BcFdPSg BmMvPyS*
manifesta] manifeste *Bc^{ac}* **3 accusatione** *Fd BmMvPySb Fr. orig.:*
 accusatore *AaBcPSg Bi* **6 rex – vester]** vester nepos rex *Bm Fr*
vester] //oster *Fd^{ac}* **9 nec]** om. *Bc* **12 qui]** quia *Aa tantum]* in
 tantum *Aa* **16 Alia – 17 iudici** alia sunt occulta iudici et manifesta
 aliis *Fr.:* quedam manifesta aliis et occulta iudici **23 omelis** *Fd^{ac}Sg*
MvPy: homeliis *Bc:* //melis *Fd^{ac}:* omelia *Aa Bi Fr.:* libro *Ans.A53* : libro
Sb vel omelis *add. in marg.*

(C.2 q.1 c.18) QUANDO ALIQUI SINT CORRIGENDI,
QUANDO TOLERANDI.

Multi corriguntur, ut Petrus. Multi tollerantur, ut
Iudas. Multi nesciuntur, “donec veniat Dominus, qui
5 illuminabit abscondita tenebrarum”.

Et infra: **(§ 1)** Nos vero a communione quemquam
prohibere non possumus (quamvis hec prohibitio nondum
sit mortalis, set medicinalis) nisi aut sponte confessum aut
in aliquo sive seculari sive ecclesiastico iudicio
10 nominatum atque convictum. Quis enim sibi utrumque
audet assumere, ut cuiquam ipse sit et accusator et iudex?
Huiusmodi regulam etiam Paulus apostolus in epistola ad
Corinthios breviter insinuasse intelligitur, cum
quibusdam commemoratis criminibus ecclesiasticis
15 formam ad omnia similia ex quibusdam daret. Ait enim:
“Scripsi vobis in epistola ne commisceamini fornicariis
huius mundi aut avaris aut raptoribus aut idolis
servientibus. Alioquin debueratis de hoc mundo exire.”
Non enim possunt homines in hoc mundo manentes nisi
20 cum talibus vivere nec eos possunt lucrifacere Christo, si
eorum colloquium convictumque vitaverint. Unde et
Dominus cum publicanis et peccatoribus comedens, “Non
est, inquit, necessarius sanis medicus, set male
habentibus. Non enim veni vocare iustos sed peccatores.”
25 Et ideo sequitur apostolus et adiungit: “Nunc autem
scripsi vobis non commisceri, si quis frater nominatur aut
fornicator aut ydolis serviens aut avarus aut maledicus

Bc 122rb

P 107rb

Sg 47a

Aa 124r

Fd 27va

3 Multi¹ – **294: 30 ardebunt**² Ps.-Augustinus, *Sermo* 351.(4.)10, ed. PL 39.1546; *Anselmus 3.67, ed. Thaner, 148-149; *Polyc.* 7.8.9; *Coll. 3 libr.* 2.25.28 et 2.26.14-15, ed. Motta, xx. **4 donec** – **5 tenebrarum** 1 Cor. 4:5. **16 Scripsi** – **18 exire** 1 Cor. 5:9-10. **22 Non** – **24 peccatores** Matt. 9:12-13. **25 Nunc** – **294: 4 ipsis** 1 Cor. 5:9-13.

AaBcFdPSgGwBiBmMvPySb

1 aliqui] *om. Bc* **sint** *AaBcFdPGw* : sunt *Sg BiBmMvPySb Fr.*
5 illuminabit *AaBcP BiBmMvPySb Fr. P976* : illuminat *FdSg* : illuminet
Ans.A53 **10 atque]** aut *P976 Mv* **12 Paulus apostolus]** ap. Paulus
P976 : Paulus *Sg* **16 fornicariis** – **17 mundi** *AaBcFdP Mv* : fornicari
huius m// *Sg^{ac}* : fornicariis huius m// *Sg^{pc}* : fornicariis non utique huius
mundi fornicariis *Py Fr. Ans.* : fornicariis non utique fornicariis huius
mundi *Bm A53* : non utique fornicariis huius modi *Sb* : fornicariis huius
modi *Bj^{ac}* : fornicariis huius mundi *Bj^{pc}*, *add.* non vel fornicariis? *in marg.*
17 idolis – **18 servientibus** *Aa^{pc}Bc^{pc}Fd^{pc} BiBmPySb Ans.P976A53* : //
servientibus *Aa^{ac}Bc^{ac}Fd^{ac}* : ido// servi// *Sg* : idolis serviens *Mv Fr.* :
liberis servientibus *P* **19 in]** de *Fd^{pc}* **manentes]** viventes
Ans.P976A53 **26 commisceri]** comiseri *P*

	aut ebriosus aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Quo enim michi de his, qui foris sunt, iudicare? Nonne de his, qui intus sunt, vos iudicatis? De his autem, qui foris sunt, iudicabit Deus. Auferte malum a vobis ipsis." Quibus verbis satis ostendit, non temere et quomodolibet, set per iudicium auferendos esse malos ab ecclesiae communione, ut, si per iudicium auferri non possunt, tollerentur potius, ne perverse malos evitando ab ecclesia ipse discedens eos, quos fugere videtur, vincat ad gehennam. Quia et ad hoc nobis in scripturis sunt exempla proposita, velut in messe ut palea sufferatur usque ad ultimum ventilabrum vel intra illa retia, ubi pisces boni cum malis usque ad segregationem, quae futura est in litore, id est in fine seculi, equo animo tolerentur.	5
Fr. 447		10
P 107va		
	(§ 2) Non enim contrarium est huic loco illud, quod dicit apostolus: "Tu, quis es, qui iudicas servum alienum? Suo domino stat aut cadit." Noluit enim hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspicionis vel etiam extraordinario usurpato iudicio, set potius ex lege Dei secundum ordinem ecclesiae sive ultro confessum sive accusatum atque convictum. Alioquin illud cur dixit: "Si quis frater nominatur aut fornicator aut ydolis serviens etc," nisi quia eam nominationem vult intelligi, quae fit in quemquam, cum sententia ordine iudiciario atque integritate profertur? Nam si nominatio sufficit, multi dampnandi sunt innocentes, quia sepe falso in quoquam crimine nominantur. (§ 3) Non ergo illi, quos monemus agere penitentiam, querant sibi comites ad supplicia nec gaudeant, quia plures inveniunt sibi similes. Nam non propterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt.	15
Bc 122va		20
Py 118vb		25
Sg 47b		30

16 Tu – 17 cadit Rom. 14:4. **21 Si – 22 serviens**

AaBcFdPSgGwBiBmMvPySb 30 ardebunt² Bm]

2 Quo *BcP^{ac} Ans.A53 : quo t// P^{pc} : quid AaSg B^{ipc}Py Fr. P976 : quod B^{iac}BmMvSb : ?? Fd^{ac} Fd^{pc} 4 Deus] om. P^{ac}, add. sup. lin. a] de Aa 5 et aut MvPy Fr. 7 ut] et Aa : aut Py^{ac} 9 vincat AaBcFd^{pc}P^{ac}Sg BiMvPySb^{pc}: vinctat P^{pc} Fr. Ans.A53, an recte?: vendicet Fd^{ac}: initiat P976 : unde vel dicit vincat Sb^{ac} et] om. Fd^{ac}: etiam Py 15 Non – 17 cadit] om. P contrarium est] est contr. Py Fr. 16 servum alienum] al. serv. Aa MvSb 19 extraordinario] extraordinaria P 23 quia] qui Fd^{ac} 25 profertur] fertur BcP^{pc} 26 dampnandi – innocentes AaBcFd^{pc}Sg BiMvPySb^{pc} Ans.A53: inn. dampn. sunt Fr. : //andi sunt inn. Fd^{ac}: dampnati s. i. Sb^{ac} quoquam – 27 crimine AaBcFdSg BiSb^{ac} Ans.A53: quoquam crimina MvPySb^{pc} Fr.: quoquodam crimine P 27 Non – 30 ardebunt² om. Sg monemus] ne monemus Fd^{ac}*

(C.2 q.1 c.19) Idem in eodem.

PECCATUM, QUOD IUDICI TANTUM NOTUM EST, AB EO DAMPNARI NON VALET.

5 "Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te et ipsum solum." Quare? Quia in te peccavit. Quid est: "In te peccavit?" Tu scis quia peccavit. Quia enim secretum fuit, quando peccavit in te, secretum quere, cum corrigis quod peccavit. Nam si solus nosti, quia peccavit in te, et eum vis coram omnibus arguere, non eris corrector, set
10 proditor. Attende quemadmodum iustus Ioseph tanto flagitio, quod de uxore fuerat suspicatus, tanta benignitate pepercit, antequam sciret unde illa conceperat, quam gravidam senserat et se ad illam non accessisse noverat. Restabat igitur certa adulterii suspicio, et tamen, quia ipse non noverat, quod dicit evangelium?
15 "Ioseph autem, cum esset iustus et nollet eam divulgare, voluit occulte dimittere eam".

P 107vb

Aa 124v

Bc 122vb

20 **(§ 1)** Ergo ipsa corripienda sunt coram omnibus, quae peccantur coram omnibus. Ipsa corripienda sunt secretius, quae peccantur secretius. Distribuite tempora et concordet scriptura. Sic agamus et sic agendum est, non solum quando in nos peccatur, set etiam quando peccatur ab aliquo, ut ab altero nesciatur.

25 **(§ 2)** Nescio quem homicidam noverit episcopus et nemo alius illum novit. Ego volo illum publice corripere

4 Si – 296: 16 mortiferum Augustinus, *Sermo* 82.7.10-8.11, ed. PL 38.510-511; *Anselmus 11.24; *Coll. 3 libr.* 3.19.65, ed. Motta, xx, also 2.25.28 What's there? *Nunc autem scripsi vobis - equo animo tolerantur. Si – 5 solum* Matt. 18:15. **16 Ioseph – 17 eam** Matt. 1:19. **18 Ergo – 20 secretius** *Polyc.* 6.19.18.

AaBcFdPSgGwBiMvPySb

1 Idem – eodem] Gregorius episcopus *P976* **2 ab]** aliqui *Fd^{ac}*
4 corripe] corripere *Bc* **5 solum]** solvit(?) *P* **6 fuit]** fuerit *P*
8 quia] quod *Aa* **10 Attende** *BcFd^{ac}P BiMvPySb Fr. P976.attend// Fd^{ac}*: attendite *AaSg* **15 quod** *Fd BiPySb Fr.*: quid *AaBcPSg Mv*
17 occulte – 19 peccantur *rescriptum a correctore super eadem verba vel similia Fd^{ac}* **18 Ergo – 20 secretius** **19 coram]** *om. Fd^{ac} add. sup. lin.* **20 peccantur secretius]** *secr. pecc. Aa* **Distribuite]** distribuente *P* **21 Sic]** *om. Bc^{ac}* **et]** ut *Bc^{ac}* **22 peccatur¹]** peccatur *Fd* **peccatur² – 23 altero** *AaBcFd^{ac}P BiMvSb Fr.*: peccatur altero ut ab altero *Fd^{ac}*: in altero peccatur ut ab altero *Sg* **25 illum¹]** ipsum *Fd^{ac}* **Ego** *AaFd^{ac} Sg BiMvPySb Fr.*: ergo *BcP*: // *Fd^{ac}* **volo** *BcFdPSg^{ac} MvPy(?)Sb Fr.*: nolo *AaSg^{ac} Bi* **illum²]** eum *Aa MvPy*

et tu queris inscribere? Prorsus nec prodo nec negligo. Corripio in secreto. Pono ante oculos Dei iudicium. Terreo cruentam conscientiam. Persuadeo penitentiam. Hac karitate prediti esse debemus. Unde aliquando homines reprehendunt nos, quod quasi non reprehendamus aut putant nos scire, quod nescimus, aut putant nos tacere, si scimus. Forte quod scis et ego scio. Non coram te corripio, quia curare volo non accusare.

P 108ra **(§ 3)** Sunt homines adulteri in domibus suis, in secreto
Sg 48a peccant, aliquando nobis ab uxoribus suis plerumque
zelantibus, aliquando maritorum salutem querentibus
produntur. Nos non prodimus, set in secreto arguimus.
Ubi contingit malum ibi moriatur. Non tamen vulnus
illud negligimus ante omnia ostendentes homini in tali
peccato constituto sauciatamque gerenti conscientiam
illud vulnus esse mortiferum.

Bc 123ra **(C.2 q.1 d.p.c.19) ¶** Quando vero crimen est notum
aliiis et non iudici, nec tunc sine examinatione ferendum
est, quia in crimen sibi occultum iudex sententiam ferre
non debet.

Unde Evaristus papa ait.

Fd 27vb **(C.2 q.1 c.20) SENTENTIA NON EST PRECIPITANTER
FERENDA.**
Deus omnipotens, ut nos a precipitande sententiae
prolatione conpesceret, cum omnia nuda et aperta sint
oculis eius, mala tamen Sodome noluit audita iudicare
prius, quam manifeste cognosceret quae dicebantur, unde
ipse ait: "Descendam et videbo, utrum clamorem, qui

24 Deus – 297: 26 cadit Ps.-Evaristus (JK †21; J³ †43) 11 (ed. Hinschius, 92); *Anselmus 3.63, ed. Thaner, 146-147; *Panormia* 4.116; *Polycarpus* 7.1.29?; *Coll. 3 libr.* 2.33.2. ed. Motta, xx. **Deus – 297: 7 esse**mus Ivo, *Decr.* 5.240b et 6.312b; *Coll. Trip.* 1.3.5. **Deus – 297: 12 iudicemini** *Polyc.* 7.1.29. **28 Descendam – 297: 1 sciam** Gen. 18:21.

AaBcFdPSgGwBiMvPySb

1 queris] queri *P* **2 in]** tamen *Fd^{pc} Py* **5 quasi non]** non illos *Aa* : non *Mv^{ac}* **6 reprehendamus]** reprehendimus *Aa* **scire]** nescire *Fd^{pc}* **7 scimus]** tacemus *Fd^{pc}* **11 maritorum]** //torum *Fd^{pc}* **13 Ubi]** ut ubi *Aa* **ibi** *AaBcFdSg B^{pc}MvPySb Fr. Ans.*: illi *P* : ubi *B^{pc}* **vulnus – 14 illud]** ill. vuln. *Py Fr.* **14 ostendentes]** ostendn// *Fd^{pc}* **15 sauciatamque]** sauciatam *Aa* **gerenti conscientiam]** con. ger. *Py Fr.* **18 nec]** om. *Fd^{pc} add. sup. lin.* **tunc** *AaFd BiMvPySb^{pc} Fr.* : tantum *P* : t// *Sb^{pc}*: tunc quid// *Sg* **22 non – 23 ferenda]** non prec. fer. est *Fr. Mv* : p. n. e. f. *Bi* : n. p. f. *Py* **non** c non *Bc^{ac}*

venit ad me, opere conpleverint, an non est ita, ut sciam.”
 Deus omnipotens, cui nichil est absconditum, sed omnia ei
 manifesta sunt antequam fiant, non ideo hec et alia multa
 (quae ob prolixitatem capitulo non inseruimus) per se
 5 inquirere dignatus est, <non> quod ea ignoraret, sed ut
 nobis exemplum daret, ne precipites in discutiendis et
 iudicandis negotiis essemus et ne mala proximorum prius
 quisquam presumat credere quam probare. Cuius exemplo
 10 monemur, ne ad proferendam sententiam umquam
 precipites simus aut temere indiligenterque indiscussa
 quoquo modo iudicemus dicente veritatis voce: “Nolite
 iudicare, ut non iudicemini: in quo enim iudicio
 iudicaveritis iudicabimini,” et reliqua. Mala vero audita
 15 nullum moveant nec passim dicta absque certa probatione
 quisquam umquam credat, set ante audita diligenter
 inquirat, nec precipitanter quid aliquis agat. Si enim Deus
 omnium cognitor Sodomorum mala, quorum clamor ad
 celum usque pervenerat, omnia sciens prius, nec credere,
 nec iudicare voluit, quam ipse ea cum fidelibus testibus
 20 diligenter investigans, quae audierat, opere conprobaret,
 nos qui sumus homines et peccatores, quibus incognita
 sunt occulta iudicia Dei, hec precaventes, nullum ante
 iustam veramque probationem iudicare aut dampnare
 debemus, manifeste Paulo apostolo dicente: “Tu, quis es,
 25 qui iudicas alienum servum? suo enim domino stat aut
 cadit”.

(C.2 q.1 d.p.c.20) ¶ Quando autem crimen notum est
 iudici et aliis, aliquando reus inficiatur factum, veluti si
 30 quis negaret se interfecisse eum, quem sub oculis iudicis
 in conspectu multorum interfecerat. Hic, quia se reum
 negat, sine examinatione feriri non potest. Aliquando ipsa
 evidentia operis reum testatur, quando opere publico
 crimen suum confitetur, tunc post secundam et tertiam

11 Nolite – 13 iudicabimini Matt. 7:1-2. **24 Tu – 26 cadit** Rom 14:4.

AaBcFdPSgGwBiMvPySb

5 non – sed] nisi *Ans.P976A53 non P^{pc} Mv^{pc} Fr. : om. Aa^{ac}BcFdP^{ac}Sg^{ac}
 B^{jac}Mv^{ac}PySb: add. et. eras. in marg. Aa^{pc}Sg^{pc} B^{ipc} 10 indiligenterque]*
indulgenterque Bc^{ac} 15 ante] antequam *Aa 17 cognitor Fd^{pc} BiPy*
Fr. : om. AaBcFd^{ac}PSg Mv Ans.A53: conditor Sb 20 conprobaret]
conpluret P 23 iustam veramque Fd : veram iustamque AaBcP Sg
Fr.BiMvPySb Ans.A53: veram et iustam P976 24 debemus] iubemus
Fd^{ac} apostolo] om. Bc 28 inficiatur] interficiatur *Bc factum*
AaBcSg Fr. BiMvPySb : facta Fd^{pc}: fact/ Fd^{ac}: factu P 33 post] post et
P

P 108va correctionem sine examinatione dampnandus est, si incorrigibilis extiterit. In hoc itaque ultimo casu intelligenda est auctoritas illa Ambrosii et Nicolai: “Manifesta accusatione non indigent”. Fornicator enim ille, in quem sine examinatione sententia apostolica processerat, publice coram omnibus novercam suam pro uxore habebat. Lotharius quoque, de quo Nicolaus scribit, similiter publice uxorem suam dimiserat et aliam superduxerat.

5

10

(QUAESTIO 2)

(C.2 q.2 d.a.c.1) ¶ Quod autem expoliatus ante iudicem stare non possit, multis auctoritatibus probatur. Ait enim Iohannes papa.

(C.2 q.2 c.1) ANTE LITEM CONTESTATAM POSSESSORI CUNCTA SUNT RESTITUENDA. 15

Bc 123va Antiquitus decretum est, ut omnes possessiones, et omnia sibi sublata, atque cunctos fructus ante litem contestatam preceptor vel primas possessori restituat.

(C.2 q.2 c.2) Item Nicolaus. 20

DE EODEM.

Omnes leges tam ecclesiastice quam vulgares et publice precipiunt, ut omnia sibi ablata restituantur ei, qui suis est rebus expoliatus.

(C.2 q.2 c.3) Item Stephanus papa. 25

3 Ambrosii Cf. C.2 q.1 c. 15, pag. 292: 3. **Nicolai** Cf. C.2 q.1 c. 16, pag. 292: 6. **7 Nicolaus** Cf. C.2 q.1 c. 16, pag. 292: 6. **17 Antiquitus – 19 restituat** Ps.-Iohannes I (JK †872) (ed. Hinschius, 694); *Anselmus 3.44, ed. Thaner, 137 (Iohannes); Ivo, *Decretum* 5.249 (Eusebius); *Panormia* 4.47 (Eusebius); *Polyc.* 5.1.35 (Iohannes); *Coll. 3 libr.* 2.32.70, ed. Motta, xx (xxx). **22 Omnes – 24 expoliatus** Ps.-Isidorus, *Praefatio* 6 (ed. Hinschius, 18).

AaBcFdPSgGwBiMvPySb **9 superduxerat** *PGwSg BiMvPySb]*

4 accusatione *AaSg Mv Sb^{pc} Fr.*: accusatore *FdBcP BiPy.* vel accusatore *add. supra lin. Sb^{pc}* **enim]** *autem Aa* : *autem enim Mv* **8 publice – suam]** *ux. suam publ. PySb Fr.* **19 preceptor** *AaBc Ans.P976:* *precept// Fd^{pc}*: episcopus vel *add. supra lin. Fd^{pc}*: preceptor episcopus *Fr. possessori]* possessiones *Fd*

NULLUS DEBET ACCUSARI, DUM SUIS REBUS FUERIT
EXPOLIATUS.

Nullus episcoporum, dum suis fuerit rebus expoliatus
debet accusari, priusquam omnia, quae ei ablata sunt
5 quocumque ingenio, legibus redintegrentur: ita ut omnes
possessiones, atque omnes fructus ante ceptam
accusationem primates et sinodus episcopo, de quo agitur,
funditus restituant.

(C.2 q.2 c.5) Item Iulius papa.

10 DE EODEM.

Nullus potest vocari aut iudicari, antequam omnia sibi
ablata et omnia iura ei in integrum restituantur, quia non
habet privilegium, quo possit exui iam nudatus.

(C.2 q.2 c.6) Item Zepherinus.

Aa 125v

15 DE EODEM.

Preceptum est ergo in antiquis statutis eiectos atque
suis rebus expoliatos ecclesias proprias recipere, et primo
sua omnia eis reddi, et demum, si quis eos iuste accusare
voluerit, equo periculo facere; iudices esse decernentes
20 episcopos recta sapientes, et in ecclesia convenientes, ubi
testes essent singulorum, qui oppressi videbantur, nec
prius eos respondere, quam omnia sua eis et ecclesiis
eorum legibus integerrime restituantur.

3 Nullus – 8 restituant Ps.-Stephanus I (JK †131) 6 (ed. Hinschius, 184); Ivo, *Decretum* 5.255; **Coll. Trip.* 1.21.3; *Coll. 3 libr.* 2.32.169, ed. Motta, xx. **12 in – 20 episcopos** Cf. Ps.-Iohannes I (JK †872) (ed. Hinschius, 694); 11 (ed. Hinschius, 277). **Nullus – 13 nudatus** Cf. Ps.-Eusebius I (JK †xx) 12, ed. Hinschius 237; cf. Ps.-Iohannes I (JK †872) (ed. Hinschius, 694); Anselmus 3.44 (Iohannes: Oves quae - vocationem eorum), ed. Thaner, 137; Ivo, *Decretum* 5.249a (Eusebius, *expl.* possessori restituat); *Coll. Trip.* 1.30.2a (Eusebius, *expl.* poss. rest.); *Panormia* 4.45 (Eusebius). **quia – 13 nudatus** Ps.-Iulius I (JK †xx) 12 (ed. Hinschius, 468). **16 Preceptum – 23 restituantur** Ps.-Zepherinus (JK †81) 12 (ed. Hinschius, 133); Ivo, *Decretum* 5.246b; **Coll. Trip.* 1.13.2; *Coll in 3 libr.* 2.32.168. **Preceptum – 18 reddi** *Panormia* 4.43a. **21 nec – 23 restituantur** *Panormia* 4.43b.

AaBcFd

4 accusari] excusari *Fd^{ac}* **ablata** Aa *Fr. Trip.*: oblata BcFd
6 ceptam AaBcFd *Trip.*: acceptam *Fr.* **8 restituant]** restituat *Fd^{ac}*
11 sibi om. AaBcFd, *an recte?* **12 quia]** qui *Fd^{ac}* **13 exui** *Fd Fr.*: ex in
(*vel ex inde?*) Bc. exinde Aa^{ac} **nudatus]** nudari Aa^{ac}

(QUAESTIO 3)

- Fd 28ra **(C.2 q.3 d.a.c.1) ¶** Qua autem pena feriendi sint qui in accusatione deficiunt, canonum censura diffinit. Penam enim illati criminis cum dispendio extimationis excipiet.
- Unde Gaius papa. 5
- Bc 123vb **(C.2 q.3 c.1)** DE HIS, QUI NON PROBANDA OBICIUNT.
Si quis circa huiusmodi personas non probanda detulerit, auctoritate huius sanctionis intelligat se iacturam infamie sustinere, ut dampno pudoris et estimationis dispendio discat, sibi aliene verecundie impune insidiari saltim de cetero non licere. 10
- (C.2 q.3 c.2)** Item Damasus papa.
SI ACCUSATOR IN ACCUSATIONE DEFECERIT.
Calumpniator, si in accusatione defecerit, talionem recipiat. 15
- (C.2 q.3 c.3)** Item ex decreto Adriani papae.
DE EODEM.
Qui non probaverit quod obiecerit, penam, quam ipse intulerit, patiat. 20
- (C.2 q.3 c.4)** Item. 20

7 Si – 11 licere Ps.-Gaius (JK †157; J³ †xx) 4 (ed. Hinschius, 214)-5; *Anselmus 3.45, ed. Thaner, 138; Algerus 2.57 (Si quis-xxx), ed. Kretzschmar, xxx; *Panormia* 4.63; Polyc. 5.148?; *Coll. 3 libr.* 2.32.49, ed. Motta, 1.xxx. **14 Calumpniator – 15 recipiat** Ps.-Damasus (JK †243; J³ †xx) 16 (ed. Hinschius, 504); *Anselmus 3.46, ed. Thaner, 139; Ivo, *Decr.* 6.337; *Panormia* 4.77; Polyc. 5.1.29. **18 Qui – 19 patiat** Ps.-Adrianus I, *Cap. Anglr.* 48, ed. Schon, MGH Studien und Texte 39.147.3-4; ed. Hinschius, 766; *Anselmus 3.89u, ed. Thaner, 165 (Adrianus); *Coll. 3 libr.* 2.32.18, ed. Motta, 1.441.6-7 (Adrianus). Cf. etiam C.2 q.3 c. 4a.

AaBcFd

2 pena – sint] fer. s<un>t pena Bc **3 Penam]** pena Fd
4 extimationis AaBcFdextimationis Fr. **excipiet]** excipient Fr.
8 intelligat] ostendat Fd^{ac} **10 dispendio]** tedio Fd^{ac} **13 defecerit]** def. talionem recipiat Fr., an recte? **18 ipse om.** Fd

DE HIS, QUI FALSIS CRIMINIBUS ALIQUEM INPETUNT.

Si quis episcopum aut presbiterum aut diaconem falsis criminibus appetierit et probare non potuerit, nec in fine dandam ei communionem censemus.

5 **(C.2 q.3 c. 4a)** Item Fabianus papa.

DE EODEM.

Qui non probaverit quod obiecerit penam quam intulerit ipse patiat.

10 **(C.2 q.3 d.p.c.5)** ¶ Set aliud est crimen illatum non posse probare, aliud est aliqua promissione accusationem deserere. Huic enim, qui promissione deceptus accusationem deserit, venia datur. Illi vero, qui crimen illatum probare non valuerit, infamia irrogatur.

15 Unde beatus Gregorius scribit Iohanni Corinthiorum episcopo.

(C.2 q.3 c.6) DE EO, QUI PROMISSIONE ILLECTUS ACCUSATIONEM DESERIT.

Paulum itaque diaconum quamvis culpa sua vehementer confundat, quod deceptus promissione ab

2 Si – 4 censemus Ps.-Adrianus I, *Cap. Angilr.* 5, ed. Schon, MGH Studien und Texte 39.155.1-3; ed. Hinschius, 767. Cf. Conc. Eliberitanum (a. 505/506) 75 (ed. Vives, 14); Anselmus *3.89zd (Adrianus), ed. Thaner, 166; Ivo, *Decretum* 6.240 (Conc. Carthaginense); *Coll. 3 libr.* 2.32.173, ed. Motta, 1.xxx.x-x (xx). **7 Qui – 8 patiat** Ps.-Fabianus I (JK †94; J³ †xx) 28 (ed. Hinschius, 168); *Anselmus 3.79 (Fabianus), ed. Thaner, 154; Ivo, *Decretum* 3.24; *Coll. Trip.* 1.18.12; *Panormia* 4.74; *Polycarpus* 5.1.16; Algerus 2.47 can, ed. Kretzschmar, 297.14. Cf. etiam C.2 q.3 c. 3. **18 Paulum – 302: 2 ignoscamus** Gregorius I, *Registrum* 5.57 (JE 1373; J³ xxx), ed. Norberg, CCSL 140A.352.16-21; ed. Ewald, MGH Epp. 1.361.4-8; *Anselmus 3.110, ed. Thaner, 186; *Polycarpus* 1.6.4; *Coll. 3 libr.* 2.32.159 (1.13.3, acc. to Horst???), ed. Motta, xx.

AaBcFd

2 falsis – 3 criminibus] crim. falsis *Bc* **3 fine]** finem *Fr.*
4 communionem censemus esse comm. *P976* **censemus]**
decernimus *Fd* **5 Item – 8 patiat** *om. Fr.* **9 Set]** item *Fd*
10 accusationem] accusationum *Bc* **14 Corinthiorum – 15 episcopo]**
episcopo Corinthiorum *Aa* **15 episcopo om. BcFd** **17 accusationem]**
deserit *AaBcFd*: ab accusatione destiterit *Fr.* **18 diaconum]** diac.
latorem presentium *P976* **19 confundat]** conf. atque redarguat *P976*

accusatione sui episcopi destiterit, tamen hanc ei culpam ignoscamus.

Aa 126r **(C.2 q.3 c.7) Idem.**

DE HIS, QUI ACCUSATIONEM DESERUNT, UT ECCLESIASTICOS ORDINES ACCIPIUNT.

5

Bc 124ra Euphemium atque Thomam, qui pro deserenda accusatione episcopi sui sacros ordines acceperunt, eisdem ordinibus privatos esse atque ita, sicuti depositi sunt, volumus permanere.

(C.2 q.3 d.p.c.7) ¶ (§ 2) Notandum quoque est, quod aliud est, cum aliquem penituerit criminaliter accusasse et inscriptionem fecisse, si ab innocente fuerit absolutus; aliud, si pecuniam a nocente acceperit, ut a probatione eius, quod obiecerat, desistat.

10

Unde in Libro capitularium clxxv capitulo legitur.

15

(C.2 q.3 c.8) DE EO, QUEM PENITET CRIMINALITER ACCUSASSE.

Si quem penituerit accusasse criminaliter et inscriptionem fecisse de eo, quod probare non potuerit, si

6 Euphemium – 9 permanere Gregorius I, *Registrum* 5.57 (JE 1373; J³ xxx), ed. Norberg, CCSL 140A.352.24-26; ed. Ewald, MGH Epp. 1.361.10-12; *Anselmus 3.110, ed. Thaner, 186; *Coll. 3 libr.* 2.32.159. **18 Si – 303: 5 constitutam** *Interpretatio Codicis Theodosiani* 9.37.1, ed. Mommsen et Meyer, 493.15-19; *Lex Romana Visigothorum* 9.27.1, ed. Haenel, 198; Ivo, *Decr.* 16.251a; **Coll. Trip.* 3.29.175a.

AaBcFd

1 accusatione] acc. quondam *P976* **sui episcopi]** ep. sui *P97*
destiterit *Aa Fr.*st(e?)terit *Fd^{ac}Bc^{ac}(?)*; dest. et cupiditatis studio silere
 contra animam suam potius quam prodere verba consensit *P97*
tamen] tamen quia pios nos plus esse convenit quam districtos *P976*
2 ignoscamus *AaBcFd*ignoscimus *Fr. P976*

Fr.: qui accusationes deserentes **4 qui – deserunt** *Fr.*: qui
 accusationes deserentes *Fd*: qui accusatione dimissa *Bc*: et ideo *Aa. Cf. Fr.*,
adn. 58. De lectione Gratiani valde ambigitur; quare quaestio oritur, si
rubricam inclusit? **5 accipiunt** *AaBcFd*: accipiant *Fr.* **6 Euphemium]**
 euphemium *Fd^{ac}* (*littera initialis e in margine suggesta*): euphemium *Aa Fr.*:
 ruphemium *Bc* (*littera R a pictore grossata*): <>uthemium *Fd^{ac}*: Euphemium
 vero *P976* **Thomam]** homam *Bc^{ac}* **deserenda]** deferenda *P976*
7 episcopi om. P976 **acceperunt]** susceperunt *Fd^{ac}* **8 privatos**
esse] esse privatos *P976* **sicuti]** vero *add. in marg. P976*
9 permanere] obtinere *Fd^{ac}* **10 quoque est** *Aa Fr.*: est quoque *Bc*:
 quoque *Fd^{ac}* **13 pecuniam]** pecunia *Fd^{ac}* **14 quod]** qui *Aa*
obiecerat] obiecerit *Fd^{ac}* **15 capitularium]** capitulorum *Fr.* **clxxv**
 – **legitur** *uncis incl. Fr.* **18 accusasse criminaliter]** crim. acc. *Fr.*

ei cum accusato innocente convenerit, invicem se
absolvant. Si vero iudex eum, qui accusatus est,
crimosum esse cognoverit et inter reum et accusatorem
per obreptionem convenerit de colludio, penam excipiat
5 legibus constitutam.

(QUAESTIO 5)

(C.2 q.5 d.a.c.1) ¶ Deficientibus vero accusatoribus
10 reus non videtur esse cogendus ad purgationem. Sicut
enim possessor deficiente actore titulum sue possessionis
probare non cogitur, ita qui impetitur ad innocentiam
suam purgandam cogendus esse non creditur. Aa 126v

Auctoritate quoque Cornelii papae et Triburiensis
15 concilii sacerdotes iurare prohibentur, nisi pro recta fide.
Ait enim Cornelius:

**(C.2 q.5 c.1) IURAMENTUM A SACERDOTIBUS NON EST
EXIGENDUM.**

Sacramentum hactenus a summis sacerdotibus vel
20 reliquis exigi, nisi pro recta fide, minime cognovimus fieri
nec sponte eos iurasse repperimus.

(C.2 q.5 c.2) Item.

Nos, sanctorum sequentes apostolorum et eorum
25 successorum iura firmamus, et sacramenta incauta fieri
prohibemus. Bc 124rb

(C.2 q.5 c.3) Item.

Nos sacramentum ab episcopis nescimus oblatum, nec
umquam fieri debet.

(C.2 q.5 c.4) Item ex concilio Triburiensi.

9 Sicut – 11 cogitur Cf. *Codex Iust.* 3.31.11. **18 Sacramentum – 20**
repperimus *Coll. Trip.* 1.19.1. **22 Nos – 24 prohibemus** *Coll. Trip.*
1.9.1. **26 Nos – 27 debet** ??

AaBcFd **5 constitutam** *AaBcFd*]

1 invicem] in invicem *Fd* **3 reum]** eum *Bc* **4 obreptionem** *Fr.:*
obtreptionem *Fd:* obreptionem *Bc:* obiectionem *Aa* **8 vero]** quoque
Fd^{pc}: v/ *Fd^{ac}* **9 reus** *om. AaBcFd, fortasse recte* **10 enim]** non *Fd*
13 Triburiensis *AaBcFd^{pc} Fr.:* Tiburiensis *Fd^{ac}* **18 summis** *om. Fd^{ac}*
19 fieri *om. AaBcFd* **22 sanctorum sequentes]** seq. sanct. *Fr.* **et**
eorum] eorumque *Fr.:* eorum *Bc^{ac}* **23 iura** *ante* apostolorum *loc. Fr*
incauta incaute *Aa* **28 Triburiensi** tiburienisi *Fd^{ac}*

SI PRESBITER CONTRA LAICUM VEL LAICUS CONTRA CLERICUM QUERIMONIAM HABET.

Aa 127r Si quis presbiter contra laicum, vel laicus contra presbiterum aliquam habet querimonie controversiam, episcopo precipiente sine personarum acceptione finiatur, laicus per iuramentum (si necesse sit) se expurget; presbiter vero vice iuramenti per sanctam consecrationem interrogetur, quia sacerdotes ex levi causa iurare non debent. Manus, per quam corpus et sanguis Christi conficitur, iuramento polluetur? Absit, cum Dominus in evangelio discipulis suis (quorum vicem nos indigni in sancta gerimus. ecclesia) dicat: "Nolite omnino iurare; sit autem sermo vester: est, est; non, non. Quod autem his habundantius est a malo est".

Fd 28rb **(C.2 q.5 d.p.c.4)** ¶ Verum his auctoritatibus non omnimoda iuramenta prohibentur fieri a sacerdotibus, sed tantum incauta et ea, quae pro qualibet causa temporali iudicio offeruntur. Cum autem populari infamia sacerdotes obprimuntur, tunc ad innocente sue assertionem iuramenta debent offerre. Unde Gregorius papa ait.

(C.2 q.5 c.5) SACERDOS A POPULO ACCUSATUS IURAMENTO INNOCENTIAM SUAM AFFIRMET.

Presbiter vel quilibet sacerdos si a populo accusatus fuerit, et certi testes inventi non fuerint, qui crimini illato veritatem dicant, iusiurandum in medio faciat, et illum testem proferat de innocente sue puritate, cui nuda et aperta sunt omnia.

(C.2 q.5 c.6) Item ex Registro Gregorii ad Iustinum Imperatorem capitulo VII

DE LEONE EPISCOPO, QUEM BEATUS GREGORIUS FECIT PURGATIONEM PREBERE.

Bc 124va Habet hoc proprium antiqui hostis invidia, ut quos inproborum actuum perpetracione (Deo sibi resistente) deicere non valet, opiniones eorum falsas, ad presens simulando, dilaceret. Quoniam igitur quaedam contra sacerdotale propositum de Leone fratre et coepiscopo

24 Presbiter – 28 omnia *Coll. Trip. 3.10.13; Panormia 5.9; Poly. 5.1.47; Coll. 3 libr. 2.32.142. **33 Habet – 305: 16 honorare** Panormia 5.5. **36** Anselm P976 3.148.

1 Si] si quis Fr. **2 querimoniam habet]** habuerit querimoniam Aa

nostro sinister rumor asperserat, utrum vera essent districta diutius fecimus inquisitione perquiri, et nullam in eo culpam invenimus de his, quae dicta fuerant. Sed ne quid videretur omissum, quod nostro potuisset cordi remanere ambiguum, ad beati Petri sacratissimum corpus districta eum ex habundanti fecimus sacramenta prebere. Quibus prestitis magna fuimus exultatione gavisi, quod huiusmodi innocentia eius evidenter enituit. Pro qua re gloria vestra predictum virum cum omni karitate suscipiat, et reverentiam ei, qualem sacerdotem decet exhibeat, nec aliqua cordibus remaneat de his, quae iam sunt purgata, dubietas. Et ita suprascripto vos episcopo devotissime oportet in omnibus adherere, ut congrue decenter quae Deum in eius persona, cuius minister est, videamini honorare.

(C.2 q.5 c.7) Item ex eodem ad Brunichildam Reginam Francorum, capitulo CCXXXVII

QUOD BEATUS GREGORIUS MENNAM EPISCOPUM IURAMENTO PURGARI FECIT.

Mennam vero reverentissimum fratrem et coepiscopum nostrum, postquam ea, quae de eo dicta fuerant, requirentes, in nullo invenimus esse culpabilem, qui insuper ad sacratissimum corpus beati Petri apostoli sub iureiurando satisfaciens, ab his, quae obiecta fuerant eius opinioni, se demonstravit alienum, reverti illum purgatum absolutum quae permisimus, quia, sicut dignum erat, ut, si in aliquo reus existeret, culpam in eo canonicè puniremus, ita dignum non fuit, ut eum adiuvante innocentia diutius retinere vel affligere in aliquo deberemus. (§ 1) Purgationem tamen ante te duobus sacerdotibus sibi iunctis, ubi accusator cessaverit, eundem hoc ex se prebere tuo committimus arbitrio. Vulgarem denique, ac nulla canonica sanctione fultam legem, ferventis scilicet sive frigide aque, igniti quae ferri contactum, aut cuiuslibet popularis inventionis (quia fabricante hec sunt omnino ficta invidia), nec ipsum exhibere, nec aliquo te modo volumus postulare, imo apostolica auctoritate prohibemus firmissime.

Aa 127v

Bc 124vb

20 Mennam – 306: 2 firmissime *Panormia* 5.6 et 5.8; *Burchard* 1.196 (only first part). Only Burchard includes "c. 232" in the inscription. This canon is interesting.

33 fultam] fulta *Fd^{ac}*: functa *Fd^{pc}*

(C.2 q.5 c.8) Idem Castorio Notario Ravenne.

DE MAXIMO SALONITANO EPISCOPO, UT SACRAMENTO SEMET IPSUM EXPURGET.

Quanto a nobis creditur, et necessarias vides causas iniungi, tanto strenuum debes te et sollicitum exhibere. Proinde, si Maximus Salonitanus prestito sacramento firmaverit se symoniaca heresi non teneri, atque de aliis ante corpus sancti Apollinaris tantummodo requisitus, innoxium se esse responderit, et de inobedientia sua (sicut deputavimus) egerit penitentiam, volumus, ut ad consolandum illum epistolam, quam ad eum scripsimus, qua ei et gratiam nostram, et communionem reddidisse signavimus), experientia tua dare debeat; quia sicut in contumacia persistentibus severos esse nos convenit, sic humiliatis et penitentibus locum venie negare non debemus.

(C.2 q.5 c.9) Idem Mariniano episcopo Ravenne.

DE EODEM.

quae de causa Maximi sint agenda, ex epistolis, quas ad vos transmisimus, agnovistis. Sed quia, qualis de hac re fraternitatis vestre voluntas sit magis a presentium latore Castorio cartulario nostro renunciante cognovimus, ideo, si idem Maximus coram vobis et predicto cartulario nostro de symoniaca heresi se sacramento purgaverit atque de aliis ante corpus sancti Apollinaris (ut scripsimus) tantummodo requisitus, liberum se esse responderit, causam ipsius fraternitatis vestre iudicio, de eo, quod excommunicatus missarum solemnia agere presumpserit, committimus, qua debeat penitentia talis culpa purgari. Et ideo quicquid vobis secundum Deum placet securiter disponite, nec aliquid de nobis dubium habeatis. Nam quicquid a vobis hac de causa ordinatum fuerit nos et gratis suscipimus, et libenter admittimus.

(C.2 q.5 c.10) Item Sixtus papa omnibus episcopis.

QUALITER SIXTUS SEMETIPSUM PURGAVIT.

Mandastis, ut scriberem vobis, qualiter instans iurgium contra me suscitatum sit, vel a quo, ut vestro

4 Quanto – 18 debemus *Coll. Trip. 1.55.10. **19 quae – 35 admittimus** *Coll. Trip. 1.55.11. **36 Mandastis – 12 dans** *Coll. Trip. 3.10.10.

29 qua] quam *Fd^{ac}* **debeat** //t *Fd^{ac}*: habeat *Trip.* **penitentia]**
penitentiam *BcFd^{ac}*

aminiculo pelleretur, et causa mea firmaretur. Scitote me
 criminari a quodam Basso, et iniuste persequi. Quod
 audiens Valentinianus Augustus nostra auctoritate
 5 sinodum congregari iussit. Et facto concilio, cum magna
 examinatione satisfaciens omnibus, (licet evadere aliter
 satis potuissem, suspicionem tamen fugiens,) coram
 omnibus me purgavi, me scilicet a suspicione et
 emulatione liberans; sed non aliis, qui noluerint aut
 sponte hoc non elegerint, faciendi formam dans.

10 **(C.2 q.5 c.11)** Item Alexander II. Rinaldo Cumano
 Episcopo

DE CAUSA GILLANDI PRESBITERI

Super causas Gillandi presbiter tui de morte episcopi
 sui, predecessoris tui, infamati, in medium consulimus.
 15 Itaque circumstantium fratrum unanimi assensu tue
 dilectioni referimus, prefatum Gillandum presbiterum
 ante te representandum, ubi, si certi accusatores
 defuerint, tunc dictante iusticia sine omni controversia
 presbiter quaecumque ob hoc iniuste amisit ac
 20 sacerdotrium accipiat et integra beneficia.

(C.2 q.5 c.12) Item ex concilio Agatensi.

DE PURGATIONE CLERICORUM, SI CONVINCERE NON
 POTERUNT.

Si legitimi accusatores crimina sacerdotis probare non
 25 potuerint, et ipse negaverit, cum septem sociis suis eius
 ordinis (si valet) a crimine semetipsum expurget.
 Diaconus vero si eodem crimine accusatus fuerit, cum
 tribus semetipsum excuset.

(C.2 q.5 c.13) Item ex concilio Ylerdensi.

30 DE EODEM.

Presbiter si a plebe sibi commissa mala opinione
 infamatus fuerit, et episcopus legitimis testibus adprobare
 non potuerit, suspendatur usque ad dignam
 satisfactionem, ne populus fidelium in eo scandalum
 35 patiat. Digna vero satisfactio est (sicut a maioribus

13 Super – 23 beneficia *Panormia* 5.7. **Super – 23 beneficia**
 Alexander II, *Ep. ad Rainaldum* (JL 4505), ed. PL 146.1406. **24 Si – 31**
excuset Conc. Moguntinum (a. 852) 8, ed. Hartmann, MGH Conc.
 3.246.2-6; **Coll. Trip.* 3.10.7; *Panormia* 5.1. **31 Presbiter – 308: 8**
offitium **Coll. Trip.* 3.10.9; *Panormia* 5.2.

6 potuissem] po///em *Fd^{bc}* **22 purgatione]** precatatione *Fd^{bc}*

- Bc 125va constitutum esse docetur), quando sive secundum canones, sive ad arbitrium episcopi septem sibi collegas adiungit, et iurat in sacro evangelio coram posito, quod crimen sibi illatum non perpetravit. Et hac satisfactione purgatus secure deinceps suum exequatur officium. 5
- (C.2 q.5 c.16)** Item Higmarus Remorum episcopus.
- DE EODEM.
- Si mala fama de presbitero exierit, et accusatores ac testes legales defuerint, ne, contra Apostolum, infirmorum corda de mala fama presbiteri percutiantur, et ne vituperetur ministerium nostrum, neve securiores presbiteri existentes licentius in peccatum prolabantur, secundum decreta maiorum cum denominatis sibi vicinis presbiteris, quos scimus se nolle periurare, sacramento famam suam purget. 10 15
- Aa 128v **(C.2 q.5 d.p.c.17)** ¶ In premissis auctoritatibus subintelligitur, si reus se purgare voluerit, ut sacri canones modum, non necessitatem purgandi accusato inponant, sicut a patet ex fine capituli Sixti papae, et auctoritate Leonis, qui data purgatione ait de se ipso. 20
- (C.2 q.5 c.18)** DE LEONE QUALITER SEMET IPSUM PURGAVIT.
- Auditum est fratres karissimi, qualiter mali homines gravia crimina in me confinxerunt. Quamobrem ego Leo pontifex sanctae Romane ecclesiae purifico me in conspectu vestro coram Deo et angelis eius, quia criminosas istas et sceleratas res, quas illi mihi obiciunt, nec perpetravi, nec perpetrare iussi. Hoc autem faciens non legem prescribo ceteris, qua id facere cogantur. 25
- (C.2 q.5 d.p.c.18)** ¶ Ecce uterque summus pontifex semetipsum purgat, nec tamen ceteris purgandi necessitatem prescribit. Unde datur intelligi, quod satisfactio purgationis in voluntate consistit accusati, non in arbitrio iudicis. Sed cum in Ylerdensi concilio presbiter iubeatur suspendi usque ad dignam satisfactionem, cum etiam decreto Leonis in arbitrio ponitur episcopi, quia manu sacerdos se purgare debeat, patet, quod ad purgationem cogendus est, nec in sua voluntate, sed in 30 35
- Bc 125vb

8 Si – 18 purget Ivo, *Decr.* 6.420; **Coll. Trip.* 3.10.11; Ivo, *Decr.* 6.420; **Coll. Trip.* 3.10.11. **23 Auditum – 32 cogantur** *Panormia* 5.4; Burchard 1.198. Like c. 7, potentially from Burchard. *Panormia* 5.4; Burchard 1.198. Like c. 7, potentially from Burchard.

arbitrio iudicis consistit. Item Leo papa scribens ad Karolum Regem ait.

Fd 28vb

(C.2 q.5 c.19) QUALITER SACERDOTES PURGARI DEBEANT.

5 Omnibus vobis visu aut auditu notum esse non dubitamus, quod sepissime suadente antiquo hoste sacerdotibus crimina diversa obiciantur. Sed qualiter ex eis ab his rationabilis examinatio et satisfactio fiat, licet tempore bone memorie domni genitoris vestri Pipini, sive
10 priscis temporibus a sanctis Patribus et reliquis bone devotionis hominibus sepissime ventilatum fuerit, nos tamen pleniter et aliquid inde finitum reperire minime quivimus. Nostris quippe temporibus id ipsum a sanctis episcopis, et reliquis sacerdotibus, ac ceteris ecclesiastice dignitatis ministris, vestris in regnis, seu in aliis Deo
15 degentibus, nobis quae una cum eis agentibus, sepissime propter multas et nimias reclamaciones, quae ex hoc ad nos de diversis partibus venerunt, ventilatum est. Sed qualiter consultu domni et patris nostri Leonis Apostolici, ceterorum quae Romane ecclesiae episcoporum, et
20 reliquorum sacerdotum, sive orientalium et grecorum patriarcharum, et multorum sanctorum episcoporum et sacerdotum, nec non etiam nostrorum episcoporum omnium quae ceterorum sacerdotum ac Levitarum auctoritate et consensu, atque reliquorum fidelium et
25 cunctorum consiliariorum nostrorum consultu diffinitum est, vos omnes utriusque ordinis ministros scire volumus. Statutum est namque ratione et necessitate auctoritate predicta consultu omnium, ut quotiescumque cuiquam sacerdoti crimen inponitur, si ipse accusator talis fuerit,
30 ut recipi debeat, (quia quales ad accusationem sacerdotum admitti debeant, in canonibus pleniter expressum est;) si autem (ut dictum est) ille accusator, qui canonice est recipiendus, eum cum legitimo virorum numero et bonorum testium approbare in conspectu episcoporum poterit, tunc canonice diiudicetur, et si culpabilis victus fuerit, canonice dampnetur. Si vero eum suprascripto
35 pretextu minime approbare ipse accusator poterit, et hoc canonice diiudicetur. Ipse ergo sacerdos, si suspiciosus aut incredibilis suo episcopo aut reliquis suis consacerdotibus, sive bonis et iustis de suo populo vel de sua plebe hominibus fuerit, ne in crimine aut predicta suspicione

Bc 126ra

Aa 129r

5 Omnibus – 310: 18 poterit *Coll. Trip. 3.10.50; Panormia 5.3.*Coll. Trip. 3.10.50; Panormia 5.3.

remaneat, cum tribus, aut quinque, vel septem bonis ac vicinis sacerdotibus, exemplo Leonis papae (qui duodecim episcopos in sua purgatione habuit) vel eo amplius, si suo episcopo visum fuerit, aut necesse esse propter tumultum populi perspexerit, et cum aliis bonis et iustis hominibus se sacramento coram populo super quatuor evangelia dato purgatum ecclesiae reddat. Si quis autem scire desiderat, quales testes ad accusationem sacerdotum recipi debeant, et quid de accusatore faciendum sit, pleniter in canonibus reperiri poterit.

(C.2 q.5 d.p.c.26) ¶ Illud vero, quod Sixtus et Leo in fine sue purgationis addiderunt, ex eorum exemplo intelligendum est; exemplo enim sue satisfactionis noluerunt prescribere ceteris legem purgandi.

Bc 126rb

(QUAESTIO 4)

(C.2 q.4 d.a.c.1) ¶ Quod vero quarto loco querebatur: An duorum testimonio episcopus sit condempnandus? multorum auctoritate probatur. Sicut enim in evangelio Iohannis legitur, ait Christus ad Iudeos: “In lege vestra scriptum est, quoniam duorum hominum testimonium verum est”. Hinc consequenter argumentatur contra eos, dicens: “Si testimonium duorum hominum verum est, quare testimonium meum et patris non accipitis?” Item Paulus in epistola ad Corinthios: “In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum”. Item in epistola ad Ebreos: “Quis prevaricans legem Moisi, duobus vel tribus testibus convictus, sine miseratione lapidabatur”.

(C.2 q.4 c.1) QUOT TESTIBUS QUISQUE CLERICORUM CONVINCI DEBEAT. ITEM EX CONCILIO BRACARENSE II

Placuit, ut si quis aliquem clericorum maculatione fornicationis inpetit, secundum preceptum Pauli apostoli duo vel tria testimonia requirantur ab illo. Quod si non potuerit datis testimoniis approbare quod dixit, excommunicationem accusati accusator accipiat.

(C.2 q.4 d.p.c.1) ¶ Ex premissis itaque colligitur, quod duorum vel trium testimonio episcopus potest convinci et dampnari. Porro Silvester papa in generali sinodo residens dixit econtra.

31 Placuit – 311: 3 accipiat *Coll. Trip. 2.46.2; Panormia 4.97.*

(C.2 q.4 c.2) QUOT TESTIBUS EPISCOPUS, VEL
PRESBITER VEL RELIQUI CLERICI SINT CONVINCENDI.

Presul non dampnetur nisi cum lxxii. testibus. Aa 129v
Presbiter autem cardinalis nisi in LXIV testibus non
5 deponatur; diaconus cardinalis urbis Rome nisi in XXVII
testibus non condempnabitur. Subdiaconus, acolitus, Bc 126va
exorcista, lector, hostiarius nisi in septem testibus non
condempnabitur. Testes autem et accusatores sine aliqua
sint infamia.

10 **(C.2 q.4 d.p.c.3)** ¶ Sed hoc vel speciali privilegio de
clericis Romane ecclesiae intelligitur, vel propter Fd 29ra
inprobitatem quorundam, qui, cum non sint spectate vite
et scientie, in accusatione ministrorum Dei repente
prosiliunt. Quorum vero vita adeo laudabilis est, ut
15 omnibus imitanda apareat, de quorum assertione nulla
dubitatio nasci poterit, eorum testimonio duorum vel
trium testium quilibet iure convinci et dampnari poterit.

(QUAESTIO 6)

20 **(C.2 q.6 d.a.c.1)** ¶ Sequitur sexta questio, qua
queritur: Quo remedio causa viciata sublevetur, et si
remedium illud sit dandum ei, qui causa dilationis vocem
appellationis exhibuerit? Causa vero viciata remedio
appellationis sublevari poterit. Unde Fabianus papa ait.

25 **(C.2 q.6 c.1)** CAUSE VICIATE REMEDIUM
APPELLATIONIS SUBUENIAT.

Liceat appellatori viciatam causam appellationis
remedio sublevare.

(C.2 q.6 c.3) Item Anacletus papa.

30 DE EODEM.

Omnis obpressus libere sacerdotum (si voluerit)
appellet iudicium, et a nullo prohibeatur, set ab his
fulciatur et liberetur et audiatur. Si autem difficiles cause
aut maiora negotia orta fuerint, ad maiorem sedem
35 referantur. Et si illic facile discerni non potuerint aut

3 Presul – 16 infamia *Anselmus 3.43, ed. Thaner, 136; *Panormia* 4.91.

27 Liceat – 35 sublevare Anselmus *2.10 (Fabianus) et 3.89f (Adrianus
Ans.P976), ed. Thaner, xx et 163; *Panormia* 4.121.

3 cum in *P976* **5 deponatur** dampnabitur *P976* **XXVII** xxvi. *P976*

6 Subdiaconus – 14 hostiarius S. A. E. L. O. *P976* **17 et** □ *Fd* (*exp.*
per corr.) **22 dilationis]** di///tionis *Fd^{ac}* **31 Omnis]** is~ *Fd^{ac}*; /s
Fd^{ac}

- Bc 126vb iuste terminari, ubi fuerit summorum congregatio congregata (quae per singulos annos fieri solet et debet), iuste et Deo placite coram patriarcha aut primate ecclesiastica et coram patricio secularia iudicentur negotia in commune. 5
- Item Sixtus papa omnibus rectoribus ecclesiae scribit, dicens
- (C.2 q.6 c.4)** QUI SQUIS PULSATUS FUERIT, APOSTOLICAM SEDEM APPELLET. 10
- Si quis vestrum pulsatus fuerit in aliqua adversitate, licenter hanc sanctam et apostolicam sedem appellet, et ad eam quasi ad caput suffugium habeat, ne innocens dampnetur aut ecclesia sua detrimentum patiat.
- (C.2 q.6 c.5)** Idem Grato episcopo. 15
- EPISCOPI GRAVIORIBUS CAUSIS PULSATI APOSTOLICAM SEDEM APPELLENT. 15
- Omnes episcopi, qui in aliquibus pulsantur vel criminantur gravioribus causis, quociens necesse fuerit libere apostolicam sedem appellent atque ad eam quasi ad matrem confugiant. 20
- (C.2 q.6 c.6)** Item Marcellus papa.
- AD ROMANAM ECCLESIAM AB OMNIBUS APPELLETUR.
- Ad Romanam ecclesiam omnes episcopi, qui voluerint vel quibus necesse fuerit, quasi ad caput suffugere eamque appellare debent, ut inde accipiant tuitionem atque consecrationem. Quod omnibus minime convenit denegari episcopis; set absque ulla custodia aut excommunicatione vel dampnatione aut expoliatione libere ire concedatur. 25
- Aa 130r
- (C.2 q.6 c.7)** Item Victor episcopus.
- QUI A PROPRIO METROPOLITANO SE GRAVARI PUTAVERIT, MAIOREM SEDEM APPELLET. 30
- Si quis putaverit se a proprio metropolitano gravari, apud patriarcham vel primatem dioceseos aut penes universalis apostolice ecclesiae iudicetur sedem.
- Bc 127ra

17 Omnes – 27 confugiant *Anselmus 2.11, ed. Thaner, 80-81.

11 sedem appellet] app. sedem *P976* **17 aliquibus]** quibusdam gravioribus *P976* **18 gravioribus** om. *P976* **23 episcopi]** quasi ad caput iuxta apostolorum eorumque successorius sanctiones episcopi *P976*
26 denegari] denegare *P976* **34 sedem]** sedere(?) *Fd^{bc}*

(C.2 q.6 c.8) Item Zepherinus urbis Rome archiepiscopus.

AD ROMANAM ECCLESIAM APPELLETUR AB OMNIBUS QUASI AD MATREM.

5 Ad Romanam ecclesiam ab omnibus, maxime tamen ab obpressis, est appellandum et concurrendum quasi ad matrem, ut eius uberibus nutriantur, auctoritate defendantur, suis obpressionibus releventur, quia non potest nec debet mater oblivisci filium suum.

10 **(C.2 q.6 c.9)** Item Iulius papa.

QUOCIENS ALIQUIS APPELLAVERIT, AUDIENTIA SIBI NON DENEGETUR.

15 Placuit, ut a quibuscumque ecclesiasticis iudicibus ad alios iudices ecclesiasticos (ubi est maior auctoritas) provocatum fuerit, audientia non negetur.

(C.2 q.6 d.p.c.10) ¶ Cum ergo Zepherinus dicat, ab omnibus esse appellandum, maxime tamen ab obpressis, et Marcellus scribat: "Omnes episcopi, qui voluerint vel quibus necesse fuerit, appellare debent:" patet, quod
20 accusato (sive gravetur, sive non) appellationis vox non est deneganda. Quidam tamen ita distinguunt, ut volentes ad consecrandos, necessitatem patientes ad obpressos referant, ut sit sensus: Omnes, qui voluerint a Romana ecclesia consecrationem accipere, et ab aliquibus
25 inpediuntur, eam debent appellare; quibuscumque in suis obpressionibus necesse fuerit ad eam subfugere, similiter vocem appellationis exhibeant, ut isti tuicionem, et illi consecrationem ab ea accipiant. Similiter et illud Zepherini distinguitur: "Ab omnibus est appellandum ad
30 Romanam ecclesiam:" intelligendum est, qui ab ea consecrationem voluerint accipere, vel qui a prelatibus suis aliquam iniuriam passi fuerint, maxime tamen ab obpressis. Secundum primam interpretationem obpressi intelliguntur aliqua iniuria affecti; iuxta secundam vero
35 obpressi dicuntur a iudice iniuste condemnati. Secundum hanc distinctionem qui in aliquibus negotiis non ad relevandum, sed ad differendum vocem appellationis exhibuerit, appellandi auctoritatem non habet.

Bc 127rb

Fd 29rb

2 archiepiscopus] archiepiscopopus *Fd^{bc}* **6 est appellandum]** app. est *P976* **8 suis]** et a suis *P976* **13 ecclesiasticis iudicibus]** iud. eccl *P976* **ad – 22 ecclesiasticos om. P976** **15 provocatum fuerit]** fu. prov. *P976* **23 referant]** redeant(?) *Fd^{bc}*

Sed cum Gregorius scribat omnibus per diversas provincias.

(C.2 q.6 c.11) DE CAUSA APPELLATIONIS COGNOSCERE NON LICET NISI EI, AD QUEM APPELLATUR.

Decreto nostro vestram rogantes karitatem
mandamus, ut nichil prius de eo, qui ad sinum sanctae
Romane ecclesiae confugerit eiusque inplorat auxilium,
decernatur quam ab eiusdem ecclesiae fuerit auctoritate
preceptum, quae vices suas ita aliis impertivit ecclesiis, ut
in partem sint vocate sollicitudinis, non in plenitudinem
potestatis. (§ 1) Si autem (quod non arbitramur) a
quoquam secus presumptum fuerit, ab officio cleri
submotus apostolice auctoritatis reus ab omnibus
iudicetur, ne lupi, qui sub specie ovium subintraverunt,
bestiali sevicia quosque audeant lacerare et quod sibi fieri
nolunt aliis inferre presumant.

(C.2 q.6 c.12) Item cum Vigilius papa dicat.

IUDICIA APPELLANTIUM AB EIS SUNT AUDIENDA, AD QUOS APPELLATUR.

Omnium appellantium apostolicam sedem episcoporum
iudicia et cuncta maiorum negotia causarum eidem
sanctae sedi reservata esse liquet.

(C.2 q.6 d.p.c.12) ¶ Item cum Nicolaus episcopus in
Remensem archiepiscopum invehatur, qui Rothardum
episcopum appellansem apostolicam sedem dampnare
ausus est, ita dicens.

(C.2 q.6 c.13) DE REMENSI ARCHIEPISCOPO, QUI APPELLANTEM ROMANAM SEDEM IUDICARE AUSUS EST.

Arguta tua sapientia, utinam in accepto bono fomite,
iudicii materiam depositionis adversus Rothardum
assumpsit et ab itinere apostolice sedis removit et
continuatim apostolicam sedem appellansem dampnavit et
carcerali custodie mancipavit. Et infra. (§ 1) Privilegia
tamen apostolice sedis vos oblivioni tradere nullatenus

20 Omnium – 33 liquet *Anselmus 2.18, ed. Thaner, 84; *Coll. Trip.* 1.52.2. **29 Arguta – 17 honore** *Anselmus 2.66, ed. Thaner, 106.

1 omnibus] omn. episcopis *P976* **3 De]** in *F^dc* **7 ecclesiae confugerit]** confugit ecclesie *P976* **8 auctoritate preceptum]** pre. auc. *P976* **15 quosque]** quosque *P976* **21 cuncta]** cunctorum *P976* **29 tua sapientia]** sap. tua *P976* **accepto bono]** bono acc. *P976* **31 apostolice sedis]** sed. ap. *P976* **32 apostolicam sedem]** sed. ap. *P976* **34 apostolice sedis]** sed. ap. *P976*

debuistis, quibus venerandi canones iudicia totius ecclesiae ad hanc deferri iubent. Et infra. (§ 2) Hec quippe nos in Rothardo idcirco noveris operatos, ut privilegia sedis apostolice, quae male a vobis violata esse videbantur, auctoritate apostolica et canonica patrum deliberatione pristino tandem ingenio et proprio decorentur honore.

(C.2 q.6 d.p.c.14) ¶ Patet ergo quod nulli appellanti inducie sunt denegande. Ceterum, si causa frustratorie dilationis appellaverit, a iudice, ad quem provocatum fuerit, condemnabitur. Tempus vero appellationis est ante datam sententiam vel post datam. Quociens enim se pregravari senserit, libere potest appellare.

Unde Sixtus papa ait.

(C.2 q.6 c.15) QUI GRAVATUR A PROPRIO METROPOLITANO, PRIMATIS AUT UNIVERSALIS ECCLESIAE SEDEM APPELLET.

Si quis putaverit se a proprio metropolitano gravari apud primatem dioceseos aut penes universalis apostolice ecclesiae papam iudicetur.

(C.2 q.6 c.17) Item Iulius papa.

DE EODEM.

Ideo huic sanctae sedi prefata privilegia specialiter sunt concessa, ut ab ea omnes obpressi auxilium et iniuste dampnati restitutionem sumant.

Bc 127vb

(C.2 q.6 d.p.c.17) ¶ Obpressi et se pregravari putantes intelliguntur ante datam sententiam, iniuste dampnati post datam.

(C.2 q.6 d.p.c.19) Item quod post datam sententiam appellari possit, Fabianus papa testatur, dicens.

(C.2 q.6 c.20) Non denegetur ei appellatio, quem in supplicio sententia destinavit.

23 Ideo – 4 sumant *Anselmus 2.48, ed. Thaner, 97-98.

6 ingenio] genio P976 19 primatem] patriarcham vel primatem P976
20 papam iudicetur] iud. sedem P976 papam] /// Fd^{bc}

Aa 131r Liceat etiam in criminalibus causis appellare, nec vox appellandi denegetur ei, quem in supplicio sententia destinaverit.

(C.2 q.6 d.p.c.20) ¶ Quod ante idem affirmat.

(C.2 q.6 c.21) ANTE DATAM SENTENTIAM LICET ALICUI APPELLARE. 5

Si quis iudicem adversum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat.

(C.2 q.6 d.p.c.21) ¶ Post datam vero sententiam qui appellare voluerit, infra quinque dies appellet et infra eosdem a quo provocavit dimissorias accipiat et infra eosdem ad quem appellavit iter arripiat. 10

Unde in Theodosianis legibus sic statutum invenitur.

1 Liceat – 14 destinaverit *Anselmus 2.10, ed. Thaner, 80; Anselmus 3.89g (Adrianus); *Coll. Trip.* 1.18.9 **Si – 18 purget** Hincmarus Remensis, *Ep.* 34 (Joanni ep. Cameracensi), ed. PL 126.254A. Cf. Hincmarus, *Capitulare II* 23, ed. Pokorny et Stratmann, MGH Capit. episc. 2.60.10-15 et *comm.*, p. 23-24. **vituperetur ministerium** 2 Cor. 6:3. **Auditum – 32 cogantur** Conc. Romanum (a. 800), ed. Werminghoff, MGH Conc. 2.1.226.25-227.9, *contractum et commutatum*, cf. adn. 1. **Placuit – 311: 3 accipiat** Conc. Bracarense II (a. 52) 8 (ed. Vives, 84). **Presul – 16 infamia** *Ex synodalibus gestis sancti Silvestri papae* (JK p. 29; J³ xxx) 2 (ed. Hinschius, 449). **Liceat – 35 sublevare** Ps.-Fabianus (JK †94) 27 (ed. Hinschius, 168); cf. *Cap. Angilr.* 34, ed. Schon, 136.2-3. **Omnis – 12 commune** Ps.-Anacletus I (JK †xxx) 16-17 (ed. Hinschius, 74). **Coll. Trip.* 1.2.8; cf. Anselmus 2.4-5, ed. Thaner, 76-77. **Si – 20 patiat** Anselmus 2.8, ed. Thaner, 78; *Coll. Trip.* 1.5.2. **Ad – 313: 2 concedatur** *Anselmus 2.7, ed. Thaner, 77-78. **Si – 8 sedem** *Anselmus 2.9, ed. Thaner, 79; Anselmus 3.88e (Adrian); *Coll. Trip.* 1.12.4. **Ad – 17 suum** *Anselmus 2.6 (ed. Thaner, 77). Cf. Dusil, *Wissensordnungen*, 361. **Placuit – 23 negetur** Ps.-Julius (JK †196) 12 (ed. Hinschius, 470); cf. *Cap. Angilr.* 42, ed. Schon, 142.1-3. **Coll. Trip.* 1.32.6; Anselmus 3.89p (Adrianus), ed. Thaner, 164. **Decreto – 27 presumant** Gregorius IV, (J³ †5174; JE †2579; ed. Duemmler, MGH Epp. 5.73). *Anselmus 2.17, ed. Thaner, 83; *Coll. Trip.* 1.55.1. **Si – 30 iudicetur** Anselmus 2.9 (Victor), ed. Thaner, 79; *Panormia* 4.126. **Liceat – 14 destinaverit** Ps.-Fabianus (JK †94) 27 (ed. Hinschius, 168); cf. *Cap. Angilr.* 35, ed. Schon, 136.4-5. **7 Si – 4 exhibeat** Ps.-Fabianus (JK †94) 27 (ed. Hinschius, 167); cf. *Cap. Angilr.* 32, ed. Schon, 135.1-2; *Anselmus 2.10 (ed. Thaner, 80); Ivo Decr. 5.248b et 6.331; *Coll. Trip.* 1.18.9; *Polyc.* 1.8.3. Cf. Dusil, *Wissensordnungen*, 361.

1 criminalibus causis cau. crim. P976 **4 Quod]** qui *Fd^{bc}* **affirmat]** assumant *Fd^{bc}* **7 iudicem adversum** adv. iud. P976^{ac}

(C.2 q.6 c.22) POST DATAM SENTENTIAM INFRA QUOD
TEMPUS QUIQUE APPELLARE DEBEAT.

Propter superfluum appellatorum licentiam, ne in
retractandis vel revocandis sententiis liberum habere
arbitrium viderentur et tempora appellationis, et pene
constitute sunt, ut quicumque apud iudicem, qui causam
eius audivit, appellare, et ad alium iudicem provocare
voluerit, infra v dies appellet, et in his ipsis v diebus ad
iudicem, ad quem provocaverat sine aliqua dissimulatione
perveniat et ipse dies in quo accepit litteras, in his v
diebus specialiter computetur. Quod si longius iter fuerit
v diebus spatium dierum, quo iter agi possit, computetur.

P 113va

Fd 29va

(C.2 q.6 c.24) Item.

A QUO APPELLATUR AD QUEM APPELLATUM FUERIT
DIMISSORIE LITTERE DIRIGANTUR.

Bc 128ra

Ab eo, a quo appellatum est, ad eum, qui de
appellatione cogniturus est, dimissorie littere dirigantur,
quae vulgo apostoli appellantur, quarum postulatio et
acceptio intra quintum diem ex officio finienda est. Ista
iam superius sub titulo de cautionibus et penis
appellationum interpretata sunt. (§ 1) Qui intra statuta
tempora dimissorias non postulaverint vel acceperint vel
reddiderint, rescriptione ab agendo submoveantur et
penam appellationis ferre cogantur.

(C.2 q.6 c.25) Item.

DE HIS, QUI CAUSA DILATIONIS APPELLANT.

Quicumque non confidentia iuste cause, set causa
afferende more, ne contra eum sententia proferatur,

3 Propter – **22** *Coll. Trip. 3.9.6; Panormia 4.127.* **16 Ab** – **318: 6**
cogantur Ab – **318: 6 cogantur** *Coll. Trip. 3.9.7; Panormia 4.128.* **27**

2 appellare] appellari *Aa* **3 in** – **13 retractandis]** inire tracc(?) andis
Bc^{ac}, ut vid. **4 habere** *om. Fd^{bc}* **7 et** – **17 et** *om. P* **8 infra]** et infra
Bc **9 provocaverat** *vocaverat BcFdP: vocaverit Aa: provocaverit*
11 specialiter – **21 diebus** *Aa: specialiter computetur (conp. spec. Fr.)*
quod si longius iter sit exceptis his (*om. Fr.*) quinque diebus *Fr.*
Trip.Pan.; om. BcFdP **15 dirigantur]** diriguntur(?) *Fd^{bc}* **16 a¹ om.**
Trip. **17 dimissorie littere]** lit. dim. *Trip.Pan.* **18 apostoli** *Fr.*
P690: epistole Aa: epistola BcFdP Trip.Pan.: vel epistoli add. supra lin.
P690 **19 acceptio]** acceptione *Fd* **ex** – **est]** fin. est ex off. *Fr.*
21 statuta – **4 tempora]** temp. prestituta *Pan.:* temp. constituta *Trip.*
23 rescriptione *AaBcFd Trip.Pan.:* prescriptione *Fr.* **submoveantur]**
submoventur *Aa Trip.* **24 cogantur]** cogentur *Trip.* **26 dilationis]**
dilectionis *Bc^{ac}* **28 more** *Aa Fr. Trip.Pan.:* morte(?) *Fd^{bc}* mote *Bc^{ac}P*

appellaverit, vel si de facto suo confessus, ne abdicatur appellare voluerit, huiusmodi appellationes non recipiantur.

(C.2 q.6 c.26) Item.

CUM POSSESSOR APPELLAT, DUM EVENTUS CAUSE DUBIUS EST, POSSESSIONIS FRUCTUS SEQUESTRENTUR. 5

Quociens post auditam causam iudicem possessor appellat, fructus possessionis, de qua agitur, dum sequende audientie eventus dubius est, merito sequestrantur. Nam si petitor appellaverit, ab eo hoc non potest postulari, quia non potest sequestrari quod non habet. (§ 1) Si propter predia urbana vel mancipia appellatur, possessiones eorum vel mercedes, vel vectura etiam, si de navi nauulo agatur, deponi solent. 10

(C.2 q.6 c.27) Item. 15

INIUSTE APPELLANS OMNIMODO PUNIENDUS EST.

Aa 131v
Bc 128rb

Omnimodo puniendus est, quociens iniusta appellatio pronuntiatur, sumptus, quos, dum sequeretur, adversarius inpendit, reddere cogatur non simplis, sed quadruplos.

(C.2 q.6 d.p.c.27) ¶Premissis auctoritatibus infra quinque dies post datam sententiam cuique appellare permittitur. Quod postea Iustinianus in constitutionibus suis corrigens, infra decem dies appellationis remedium cuique dandum decrevit, dicens. 20

(C.2 q.6 c.28) Imperator Iustinianus Augustus. 25

INFRA DECEM DIES APPELLATIONIS REMEDIUM CONCEDITUR.

Anteriorum legum acerbitati plurima remedia inponentes, et maxime hec circa appellationes facientes, et in presenti ad huiusmodi beneficium pervenire duximus esse necessarium. Antiquitati etenim cautum erat, ut si quis per se litem exercuerit et fuerit condemnatus, intra 30

Quicumque – 13 recipiantur Quicumque – 13 recipiantur *Coll. Trip.* 3.9.8; *Panormia* 4.129.

7 Quociens – 24 solent *Coll. Trip.* 3.9.8; *Panormia* 4.130. 17

Omnimodo – 4 quadruplos *Coll. Trip.* 3.9.9; *Panormia* 4.131. 28

Anteriorum – 321: 30 custodiendis Justinianus, Novel 23?, via Authenticum. cf. Winroth, Gratian and Roman Law, xx.

1 abdicatur] abdicetur *Aa*: addicatur *Trip.Pan.* **3 recipiantur]**

accipiantur *Fd^{pc}*: recipiuntur *Pan.* **7 iudicem]** a iudice: iudici *Trip.*

9 merito] merita *P690* **14 navi** *AaBcFd Trip.*: navis *Fr.*

duos dies tantummodo licentiam appellationis haberet; sin
autem per procuratorem causa ventilata sit, et in triduum
proximum eam extendi. Ex rerum autem experientia
invenimus hoc satis esse dampnosum; plures enim
5 homines ignaros subtilitatis legum, et putantes in
triduum provocationes esse porrigendas in promptum
periculum incidisse, et biduo transacto causas perdidisse.
Unde necessarium duximus huiusmodi rei competenter
mederi. Et omnes appellationes sancimus, sive per se, sive
10 per procuratores, seu per defensores, vel curatores et
tutores ventilentur, posse intra decem dierum spatium a
recitatione sententie numerandum ab his iudicibus,
quorum interest, offerri, sive magni sive minores sint
(excepta videlicet sublimissima pretoriana prefectura), ut
15 liceat homini intra id spatium plenissime deliberare, sive
appellandum ei sit, sive quiescendum; ne timore instante
opus appellatorium frequentetur, sed sit omnibus
inspectionis copia, quae indiscussos hominum calores
potest refrenare.

Bc 128va

(§ 1) Ad hec sancimus, si quando lis speratur in
nostrum inferri consistorium, si forte contigerit
inperatoriam maiestatem publicis occupatam causis ex
mundanis provisionibus non posse convocare patres,
quatinus causa agitetur, non ex hoc litem periclitari.
25 Quod enim vicium est litigantium, si culmen inperatorium
occupetur? vel quis tante est auctoritatis, ut nolentem
principem possit ad convocandos patres ceterosque
proceres coarctare? Sed si quid tale evenerit, causa intacta
permaneant, donec inperator motus sua sponte et
30 convocari proceres iusserit, et litem inferri patiat, et
omnia secundum morem procedere.

Fd 29vb

(§ 2) Illud etiam in tertio capitulo disponendum est,
quod antiquitas bene statuit, novitas autem neglexit. Cum
enim veneranda vetustatis auctoritas ita magistratus
digessit, ut alii maiores, alii medii, alii minores sint, et
35 appellationes a minoribus iudicibus non solum ad
maximos iudices remitterentur, sed ad spectabilium
iudicum tribunal, quatinus et ipsi sacro auditorio adhibito
litem exercerent, novitas autem hoc dereliquit, evenit, ut
40 super minimis causis maximi nostri iudices inquietentur,
et homines propter minimas causas magnis fatigentur

Aa 132r

20 Ad ¶ Ad Aa^{ac}BcFd 27 ceterosque cetero/// Fd^{ac} 32 Illud ¶ Illud
Fd 39 dereliquit dereliquum(?) Fd

Bc 128vb	<p>dispendiis, ut forsitan totius litis estimatio ad sumptus iudiciales non sufficeret. Ideo quae sancimus, si quando ex Egiptiaco tractu vel adiuncta ei utraque Libia provocatio speratur usque ad decem librarum auri quantitatem, non in hanc regiam urbem eam venire, sed ad prefectum augustalem, qui audiat et causam dirimat vice sacri cognitoris, nulla eis post diffinitivam sententiam appellatio est porrigenda. Simili quae modo quociens in Asiana diocesi vel Pontica tale aliquid emergerit, usque ad predictam quantitatem decem librarum auri appellationes ad viros spectabiles, comites forte, vel proconsules, vel pretores, vel moderatores, quibus specialiter easdem lites peragendas deputavimus, remittantur, quatinus et hi ad similitudinem prefecti augustalis vice sacri cognitoris intercedant et causas sine spe quidem appellationis, Dei tantum et legum timore perferant decidendas. Orientales autem tractus causas appellatione suspensas, et usque ad decem librarum auri quantitatem limitatas, ad virum spectabilem comitem orientis mittere, simili modo audientiam et finem eis inpositurum. Illo videlicet observando, uti viri spectabiles vel alii spectabiles iudices non ad alios eadem spectabilitate decoratos iudices suas transmittant appellationes in litibus, quantecumque sint quantitatis (cum non oporteat ad conpares iudices appellationes referri, sed a minore iudicio in maius tribunal ascendere), sed ad illustrissimam prefecturam illorum appellationes, cuiuscumque sint quantitatis, (ut dictum est) dirigantur, quae una cum viro excelso pro tempore questore eas dirimat utroque offitio subministrante, id est tam ex sacris scriniis more solito quam prefecto pretorio. Ita tamen hec sancimus, ut nec a ducibus vel ab aliis spectabilibus iudicibus (quibus forte et si privati sint, inperialis maiestas causas iniunxerit) appellatio ad memoratos iudices spectabiles currat ne causa non gradatim procedere, sed perperam videatur; sed a presidibus quidem provinciarum, et iudicibus a nobis datis, si non sint spectabiles iudices, intra memoratam quantitatem referetur. Si autem vel illustres sint dati a nobis iudices (quibus apices dignitatum super spectabilitatem sunt) vel duces, qui omnimodo spectabilitate sunt decorati, vel hi, qui principe delegati sunt, spectabilem habeant dignitatem, eorum appellationes sub quacumque quantitate in hanc regiam urbem ad competentes antiquo more iudices referantur,</p>	<p>5</p> <p>10</p> <p>15</p> <p>20</p> <p>25</p> <p>30</p> <p>35</p> <p>40</p>
Bc 129ra	<p>tribunal ascendere), sed ad illustrissimam prefecturam illorum appellationes, cuiuscumque sint quantitatis, (ut dictum est) dirigantur, quae una cum viro excelso pro tempore questore eas dirimat utroque offitio subministrante, id est tam ex sacris scriniis more solito quam prefecto pretorio. Ita tamen hec sancimus, ut nec a ducibus vel ab aliis spectabilibus iudicibus (quibus forte et si privati sint, inperialis maiestas causas iniunxerit) appellatio ad memoratos iudices spectabiles currat ne causa non gradatim procedere, sed perperam videatur; sed a presidibus quidem provinciarum, et iudicibus a nobis datis, si non sint spectabiles iudices, intra memoratam quantitatem referetur. Si autem vel illustres sint dati a nobis iudices (quibus apices dignitatum super spectabilitatem sunt) vel duces, qui omnimodo spectabilitate sunt decorati, vel hi, qui principe delegati sunt, spectabilem habeant dignitatem, eorum appellationes sub quacumque quantitate in hanc regiam urbem ad competentes antiquo more iudices referantur,</p>	<p>30</p> <p>35</p> <p>40</p>
Aa 132v	<p>tribunal ascendere), sed ad illustrissimam prefecturam illorum appellationes, cuiuscumque sint quantitatis, (ut dictum est) dirigantur, quae una cum viro excelso pro tempore questore eas dirimat utroque offitio subministrante, id est tam ex sacris scriniis more solito quam prefecto pretorio. Ita tamen hec sancimus, ut nec a ducibus vel ab aliis spectabilibus iudicibus (quibus forte et si privati sint, inperialis maiestas causas iniunxerit) appellatio ad memoratos iudices spectabiles currat ne causa non gradatim procedere, sed perperam videatur; sed a presidibus quidem provinciarum, et iudicibus a nobis datis, si non sint spectabiles iudices, intra memoratam quantitatem referetur. Si autem vel illustres sint dati a nobis iudices (quibus apices dignitatum super spectabilitatem sunt) vel duces, qui omnimodo spectabilitate sunt decorati, vel hi, qui principe delegati sunt, spectabilem habeant dignitatem, eorum appellationes sub quacumque quantitate in hanc regiam urbem ad competentes antiquo more iudices referantur,</p>	<p>40</p>

aliis omnibus, quae in appellationibus statuta sunt vel antiqua prosapia, vel ab auctoritate anteriorum constitutionum, vel a nostra humanitate, intactis illibatis quae custodiendis.

5 **(C.2 q.6 d.p.c.31)** ¶ Forma vero appellationis hec est: “Ego Adelinus S. Regine ecclesiae minister licet indignus sentiens me pregravari a domino Gvalterio S. Ravennatis ecclesiae archiepiscopo Romanam sedem appello, et apostolos peto”. **(§ 1)** Si vero post datam
10 sententiam appellare voluerit, hic erit ei modus appellandi: “Ego A. sanctae Regine ecclesiae minister licet indigus contra sententiam domini Gvalterii sanctae Ravennatis ecclesiae archiepiscopi iniuste in me latam pridie Kal. Magi Anno incarnationis Domini MCV feria quarta,
15 Romanam sedem appello, et apostolos peto”. **(§ 2)** Si autem unus, vel duo pro pluribus appellare voluerint, sic appellabunt: “Ego G. et P. syndici canonicorum Sancte Boloniensis ecclesiae sentientes nos pregravari vel contra
20 sententiam, etc. Romanam sedem appellamus, et apostolos postulamus”. Huiuscemodi appellationes in scriptis fieri debent. **(C.2 q.6 d.p.c.32)** Notandum vero est, quod quidam iudices sunt, a quibus appellari non oportet. Unde in concilio Milevitano legitur.

Bc 129rb

25 **(C.2 q.6 c.33)** A QUIBUS IUDICIBUS PROVOCARI NON LICET.

A iudicibus, quos communis consensus elegerit, non liceat provocari.

Fd 30ra

30 **(C.2 q.6 d.p.c.33)** ¶ Quod de arbitris intelligendum est. Iudicum enim alii sunt arbitrarii, alii sunt ordinarii. Ordinarii vero sunt, qui ab apostolico, ut ecclesiastici, vel ab inperatore, utpote seculares, legitimam potestatem accipiunt. Arbitrarii sunt, qui nullam potestatem habentes cum consensu litigantium in iudices eliguntur, in quos compromittitur, ut eorum sententiae stetur. Horum alii
35 sunt ordinarii et arbitrarii, alii arbitrarii tantum. Ordinarii et arbitrarii sunt, qui legitimam potestatem habentes ab eis eliguntur ad arbitrandum, qui non sunt sue ditioni subpositi. Ab his, etsi ut arbitrarii sedeant, et non ut ordinarii, privilegio tamen ordinarie dignitatis, gravatus
40 aliquis appellare valebit. Unde in Cartaginensi concilio legitur III

26 A – 11 provocari *Coll. Trip. 2.22.11; cf. Panormia 4.132.

(C.2 q.6 c.34) A IUDICIBUS, QUI ELIGUNTUR COMMUNI CONSENSU PROVOCARI LICET.

Bc 129va Sane, si ex consensu partium iudices electi fuerint, etiam a pauciori numero, quam constitutum est, liceat provocari.

5

(C.2 q.6 d.p.c.36) ¶ Arbitrarii tantum sunt qui nullam legitimam potestatem acceperunt, a quibus appellari non licet, quia eis inputandum est qui sibi tales elegerunt. Si vero sententia eorum, a quibus appellatur, soluta fuerit, nichil oberit eis, nisi forte vel inimicitia vel pecunia depravati iniustam probantur tulisse sententiam. Unde in eodem concilio Cartaginensi III legitur.

Aa 133r

10

(C.2 q.6 c.37) CUM PER APPELLATIONEM SENTENTIA SOLVITUR, NON DEBET EI OBESSE, QUI INIQUO ANIMO NON IUDICAVIT.

15

Hoc etiam placuit, ut a quibuscumque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, ubi est maior auctoritas, fuerit provocatum, non eis obsit, quorum fuerit soluta sententia, si convinci non potuerint vel inimico animo iudicasse, vel aliqua cupiditate aut gratia depravati.

20

(C.2 q.6 d.p.c.37) ¶ Queritur autem de eo, a quo appellatur, an sit devocandus in testimonium apud eum, ad quem appellatur, super negotio, cuius cognitionem suscepit. De hoc ita statutum est in concilio Cartaginensi V

25

(C.2 q.6 c.38) CLERICUS NON DEVOCETUR AD TESTIMONIUM ILLIUS CAUSE, CUIUS PRIMUM COGNITIONEM SUSCEPIT.

Statuendum est, ut qui in ecclesia quamlibet causam iure apostolico ecclesiis inposito agere voluerit, et forsitan decisio clericorum uni parti displicuerit, non liceat clericum in iudicium ad testimonium devocari eum, qui presens vel cognitor fuit, et nulla ad testimonium dicendum ecclesiastici cuiuslibet persona pulsetur.

30

(C.2 q.6 d.p.c.38) ¶ Ab eis quoque, ad quos provocatum fuerit (sicut in concilio Affricano legitur) ulterius provocari non licet.

Bc 129vb

35

3 Sane – 30 provocari *Coll. Trip. 2.17.6; Panormia 4.133. **16 Hoc – 8 depravati** *Coll. Trip. 2.17.6; Panormia 4.133. **29 Statuendum – 22 pulsetur** *Coll. Trip. 2.22.1.

(C.2 q.6 c.39) NON LICET APPELLARI AB EIS, AD QUOS PROVOCATUM FUERIT.

Si autem fuerit provocatum, eligat qui provocaverit iudices, et cum eo ille, contra quem provocaverit, ut ab
5 ipsi deinceps nulli liceat provocare.

(C.2 q.6 d.p.c.39) ¶ Cum autem in causa capitali vel status interpellatum fuerit, non per procuratores, sed per se ipsos appellantes causam suam agere oportet.

(C.2 q.6 c.40) APPELLATIONEM IN CAUSA CAPITALI VEL STATUS INTERPOSITAM PER PROCURATOREM EXEQUI NON LICET.
10

Si quando in causa capitali vel causa status interpellatum fuerit, non per exploratores, sed per se ipsos est agendum.

15

(QUAESTIO 7)

(C.2 q.7 d.a.c.1) ¶ Quod vero laici in accusatione episcoporum non sint audiendi, Evaristus papa testatur, dicens.

Bc 130rb

Fd 30rb

(C.2 q.7 c.1) LAICI IN ACCUSATIONE EPISCOPORUM RECIPIENDI NON SUNT.
20

Non est a plebe aut vulgaribus hominibus arguendus vel accusandus episcopus, licet sit inordinatus, quia pro meritis subditorum disponitur a Deo vita rectorum. Ideo
25 ista dico, quia insidiator bona sepissime solet convertere in malum et in electis ponit maculam.

(C.2 q.7 c.2) Item Silvester papa.

LAICUS CLERICUM NON ACCUSET.

Nullus laicus crimen audeat clerico inferre.

(C.2 q.7 c.3) Item Marcellus papa.
30

DE EODEM.

Laico non liceat quemlibet clericum accusare.

3 Si – 30 provocare *Coll. Trip.* 2.20.6. Problematic canon. Better form: Deusdedit 4.157.18; DS (9L) 6.2Add.3. **12 Si – 6 agendum** *Anselmus 3.890, ed. Thaner, 164. **22 Non – 18 maculam** *Anselmus 3.12, ed. Thaner, 123; *Coll. Trip.* 1.1.3; *Panormia* 4.37. **29 Nullus – inferre** *Anselmus 3.23, ed. Thaner, 128; *Panormia* 4.90. **32 Laico – accusare** *Anselmus 3.24 (Marcellinus), ed. Thaner, 128; *Coll. Trip.* 1.28.1 (Marcellinus).

13 se om. *P976* **22 vulgaribus** a vulg. *P976*

(C.2 q.7 c.5) Item Eusebius.

DE EODEM.

Laicos non accusasse episcopos hactenus observatum
et constitutum est, quia non sunt eiusdem conversationis
et oppido eis quidam existunt infesti, quippe cum vita
eorum et conversatio debeat esse secreta et a laicorum
actibus remota, nec ab his impeti debent, qui eorum
castitatem et gravitatem nolunt imitari, maxime cum eos
in suis nolunt recipere accusationibus.

(C.2 q.7 d.p.c.9) ¶ Personae inferiorum ordinum in
superiorum accusatione recipiende non sunt. Unde
Silvester papa.

(C.2 q.7 c.10) MINORES NON DEBENT ACCUSARE
MAIORES.

Clericus adversus exorcistam, exorcista adversus
acolitum, acolitus adversus subdiaconum, subdiaconus
adversus diaconum, diaconus adversus presbiterum,
presbiter adversus episcopum accusationem dare aut
testimonium ferre non valet.

Bc 130va

(C.2 q.7 c.11) Item Zepherinus papa.

DE EODEM.

Summorum quispiam minorum accusationibus non
inpetatur.

(C.2 q.7 c.12) Item Anacletus papa.

DE EODEM.

Sententia Cham filii Noe dampnantur qui suorum
doctorum vel prepositorum culpam produunt, ceu Cham,
qui verenda patris non operuit, sed ridenda monstravit.

(C.2 q.7 c.13) Item Eusebius papa.

OVES PASTOREM SUUM, NISI A FIDE EXORBITAVERIT,
ACCUSARE NON POSSUNT.

Oves, quae suo pastori commisse sunt, eum nec
reprehendere (nisi a fide exorbitaverit), nec ullatenus

3 Laicos – **325: 2 accusationibus** *Anselmus 3.26, ed. Thaner, 129;
Coll. Trip. 1.30.1. **15 Clericus** – **12 valet** *Anselmus 3.43, ed. Thaner,
136; *Panormia* 4.90. **22 Summorum** – **16 inpetatur** *Anselmus 3.58,
ed. Thaner, 144. **26 Sententia** – **21 monstravit** *Anselmus 3.37, ed.
Thaner, 134. **32 Oves** – **28 videantur** *Anselmus 3.37, ed. Thaner,
136-137; *Panormia* 4.39.

4 eiusdem om. P976 **22 Summorum** maiorum Aa

accusare possunt, quia facta pastorum oris gladio ferienda non sunt, quamquam reprehendenda recte videantur.

5 **(C.2 q.7 d.p.c.13) ¶** His auctoritatibus probatur, quod subditi, sive sint laici sine clerici, prelatos suos accusare non possunt. Verum de criminosis et de infamibus hoc intelligendum est, qui vitam prelatorum suorum parati sunt reprehendere, non imitari: quod ex verbis Anacleti datur intelligi, qui ait.

10 **(C.2 q.7 c.14) QUARE LAICI NON AUDIANTUR IN ACCUSATIONE EPISCOPORUM.**

Laici in accusatione episcoporum audiendi non sunt, quia oppido quidam eis infesti sunt, et indignum est ut ab eis accusentur, qui eorum gravitatem nolunt imitari.

(C.2 q.7 c.21) Item Evaristus papa.

15 **QUARE SUBDITI PRELATOS SUOS REPREHENDERE NON POSSUNT.**

Sunt nonnulli, qui prepositos suos perverse reprehendunt, si vel parum ipsis molesti extiterint.

20 **(C.2 q.7 d.p.c.21) ¶** Ex his omnibus datur intelligi, quod illi ab accusatione removentur, qui non affectione karitatis, sed pravitate sue actionis vitam eorum diffamare et reprehendere querunt.

Bc 130vb

25 **(§ 1) Quod vero premissis auctoritatibus criminosi prohibeantur ab accusatione prelatorum, testatur Augustinus in libro Soliloquiorum, ita dicens:**

(C.2 q.7 c.22) NON OMNES SUBDITI, SED CRIMINOSI TANTUM PROHIBENTUR ACCUSARE PRELATOS.

30 Presumunt prelati non debere se reprehendi vel accusari pro eo, quod canones non eos passim constituunt accusandos. Quod tamen negatur solum criminosis, cum

11 Laici – 5 imitari cf. c. 5 above. Anselmus 3.26 (Eusebius), ed. Thaner, 128; *Coll. Trip.* 1.30.1 (Eusebius). Highly reworked or from an.

17 Sunt – 10 extiterint *Anselmus 3.12, ed. Thaner, 124. **28**

Presumunt – 24 malo *Haud invenitur inter opera Augustini, cui vero ascribitur in quibusdam codicibus manu scriptis, ut Strasbourg, Bibl. nationale et universitaire 108 (cf. Munier, "Pour une édition de la Panormie d'Ive de Chartres," Revue des sciences religieuses 44, 1970, 161). In codice Parmensi 976, p. 233b (cf. Fowler-Magerl, Clavis canonum, AC 6.200), nulli auctoritati ascribitur. Cf. Kretzschmar, Alger von Lüttichs Traktat, 267; *Algerus 2.16 can., ed. Kretzschmar, 267.9-13; P976 6.200.*

28 vel – 21 accusari om. P976

de reprehendendo veritas ipsa constituat: “Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo.”

(C.2 q.7 d.p.c.22) ¶ Opponitur huic distinctioni: Ipsi sacri canones distinguunt, in quo casu pastores sint accusandi a subditis, dicentes: “Oves pastores suos non accusent nec reprehendant, nisi a fide exorbitaverint”. Ecce in quo casu sint accusandi a subditis: in aliis autem minime. **(§ 1)** Huic oppositioni sic respondetur: Distinctio illa canonum de criminosis et infamibus intelligitur. Oves enim criminose et infames pastorem suum accusare vel reprehendere non possunt, nisi a fide exorbitaverit. Ceterum si a fide exorbitaverit, tanta est labes illius criminis, quod ad eius accusationem et servi adversus dominum, et quilibet criminosis et infames adversus quemlibet admittuntur. Unde Dionisius papa.

(C.2 q.7 c.23) INFAMES HERETICOS ACCUSARE NON POSSUNT.

Bc 131ra Alieni erroris socium, vel a sui voluntarie propositi tramite recedentem, aut sacris Patrum regulis et constitutionibus non obedientem suscipere non possumus nec debemus, nec inpetere recte credentes vel sanctorum Patrum sanctionibus obtemperantes permittimus, quia infames omnes esse censemus, qui suam aut Christianam legem prevaricantur, aut apostolicam vel regularem postponunt libenter auctoritatem.

(C.2 q.7 d.p.c.25) ¶ In hoc capitulo decernitur, ut heretici non inpetant recte credentes. Unde econtra intelligitur, quod heretici ab hereticis inpeti possunt. Item a tramite sui propositi voluntarie recedentes non possunt inpetere servantes limitem sue professionis. Ex hoc datur intelligi, quod recedentes a suo proposito similiter recedentes criminari possunt. Item non obedientes sanctionibus Patrum sanctorum non possunt accusare obtemperantes sacris constitutionibus. In quo similiter intelligitur, quod inobedientibus inobedientes accusare licet. Unde generaliter colligitur, quod in accusatione equalitas fidei et conversationis inter accusantem et accusatum semper considerata est, ut is, qui accusat, vel par, vel superior inveniatur. **(C.2 q.7 d.p.c.26)** ¶ Sed queritur, si flagitiosissimus catholicus possit convenire

18 Alieni – 17 auctoritatem *Anselmus 3.12, ed. Thaner, 122.

31 a – 24 recedentes om. *Fd^{bc}*, add. in marg.

hereticum de alio crimine, quam de heresi? Huic questioni ita respondetur: In quo hereticus inferior est, videlicet in regula fidei, in eo a malo catholico accusari potest. In quo autem superior fuerit, videlicet in conversatione vite, in eo a flagitiosissimo convenire non potest. (§ 1) Item quod dicitur, pastores pro suis actibus magis sunt tollerandi quam corrigendi, dupliciter intelligitur, vel quia a criminosis tollerandi sunt et non corrigendi, unde ibi subinfertur, quia pro meritis subditorum depravatur sepe vita rectorum. Quorum ergo merito (Deo permittente) vita rectorum depravatur, ab eis potius sunt tollerandi, quam corrigendi. Vel quia sunt quidam, qui sepe deseruntur publicis documentis, et crimen, quod intendunt, probare non valent.

Bc 131rb

De quibus Augustinus ait in omelia de penitentia.

(C.2 q.7 c.27) QUAE PUBLICIS DOCUMENTIS PROBARI NON POSSUNT TOLLERANDA SUNT.

Plerique boni viri propterea sufferunt aliorum peccata, et tacent, quia sepe deseruntur publicis documentis, quibus ea, quae ipsi sciunt, iudicibus probare non possunt.

(C.2 q.7 d.p.c.27) ¶ De his etiam illud Anacleti intelligitur: "Sententia Cham filii Noe dampnantur, qui suorum doctorum vel prepositorum culpam produnt ceu Cham, qui patris pudenda non operuit, sed ridenda monstravit". Hac enim auctoritate subditi non prohibentur ab accusatione, sed a prodicione. Aliud enim est prodere, aliud accusare. Prodit qui non probanda defert: accusat qui reo presente crimen iudici offert, probaturus quod intendit. Cham solus vidit pudenda patris, et ideo per eum intelliguntur, qui, cum sint soli conscii criminum suorum prelatorum atque ideo eos accusare non possunt, vitam tamen eorum infamando aliis ridendam offerunt. (§ 1) Item obicitur quod subditi et religiosi prelatos suos accusare non possunt. Legitur enim in Exodo, quod Maria soror Aaron, quae prima post transitum maris rubri sumpto tympano ymnum cantare meruit, postea murmurans in Moysen, quod Ethiopissam duxerat in uxorem, a Domino lepra percussa est. (§ 2)

Bc 131va

18 Plerique – 13 possunt Augustinus, *Sermones* 351.4.10, ed. PL 39.1546. Anselmus 3.67, ed. Thaner, 148; Algerus 1.40 can., ed. Kretzschmar, 7-10.

3 regula – 36 videlicet *om. Fd^{ac}, add. in marg.*

Item in libro Regum legitur, quod cum David fugeret a facie Saul, latuit in spelunca, in quam cum Saul divertisset ad purgandum ventrem, David precidit oram clamidis eius, quod se fecisse postea graviter doluit et vehementer penituit. Saul a Domino erat reprobatus, et ex invidia David persequebatur, ut eum morti traderet. David erat vir humilis et mitis, Sauli a Domino substitutus, per Samuelem unctus in regem, sed tamen, quia precidit oram clamidis Saulis, graviter flevit, cum a Saule sola amministrazione unctionis superaretur. Unde datur intelligi, subditi, quamvis religiosi sint, prelatos suos criminosos accusare non possunt. Nam per Saulem, qui ventrem purgabat, prelati intelliguntur, qui malitiam corde conceptam in opus producunt. Item legitur in libro Regum, quod cum archa Domini reduceretur de Gabaa in Hierusalem, bubus recalcitrantibus archa inclinata est, cui dum Oza Levites manum adhiberet, ut eam erigeret, a Domino percussus interiit. Per archam intelliguntur prelati, per Ozam subditi, per inclinationem arche casus prelatorum intelligitur, per illum, qui manum adhibuit, intelliguntur reprehendentes vel accusantes vitam doctorum, qui a Domino percussi intereunt. (§ 3) His ita respondetur: Verum est, per archam significari prelatos, et per Ozam subditos. Illud vero falsum est, quod per inclinationem arche significetur casus prelatorum. Aliud est enim inclinari vel descendere, aliud cadere. Legitur enim quod salvator noster se inclinaverit, sicut quando digito scribebat in terra et de montibus frequenter descenderit, in quos ascendebat, ut vel pernoctaret in oratione, vel ut discipulos in monte altiora doceret precepta, vel ut turbas fugiens ex altitudine montis eas respicere et libere posset docere. Inclinatio vel descensio humilitatem significat, qua spirituales nonnumquam carnalibus condescendunt, et eorum infirmitati conpatiuntur, iuxta illud Apostoli: "Quis infirmatur, et ego non infirmor?" Hos etiam significaverunt angeli, quos Iacob vidit in scala descendentes. De his etiam per Prophetam dicitur: "inclinavit celos, et descendit". Per archam ergo inclinatam intelliguntur, qui subditorum culpas misericorditer portant, et eorum infirmitati humiliter conpatiuntur. Unde bene dicitur, quod bubus recalcitrantibus archa inclinata est. Boves quippe recalcitrantes subditos significant suis doctoribus non

16 bubus recalcitrantibus *om. Fd^{bc}, add. in marg.*

obedientes, quibus dum prelati conpatiuntur, quasi bubus recalcitrantibus archa inclinatur. Levita, qui manum adhibuit, significat illos, qui misericordie compassionem in prelati suis reprehendunt, eos quae in severitatis amaritudinem erigere volunt. Unde bene Levita ille Oza dicitur; Oza quippe robustus interpretatur. Illi enim robusti dicuntur, quia dum de sua iustitia presumunt, misericordiam Peccantibus negandam putant, et independentes reprehendunt. Unde a Domino percussi intereunt, quia sine misericordia iudicium erit illis, qui nolunt fieri misericordiam delinquentibus. Cui per Salomonem dicitur: "Noli esse nimis iustus, quia est iustus qui perit in iustitia sua". Sic et illud Moysi intelligitur. Per Moysen enim prelati intelliguntur, per Ethiopissam peccatores designantur. Moyses Ethiopissam uxorem ducit, cum quilibet predicator peccatorem sibi copulat, ut ex eo sobolem bonorum operum Deo gignere valeat. Hanc copulam dum Maria, id est subditi, reprehendunt, lepra peccati inficiuntur. Vel per Mariam synagoga intelligitur, quae in Moysen, id est in Christum, murmuravit, quia Ethiopissam, id est ecclesiam, de gentibus sibi copulavit, quos lepra perfidie et erroris sordidos fecit. Non ergo his auctoritatibus subditi prohibentur ab accusatione prelatorum, sed monentur, ne reprehendant misericordem compassionem eorum. (§ 4) Item per Saulem prelati intelliguntur, et per David subditi. Saul purgans ventrem eos significat, qui malitiam corde conceptam foras in opus producant. Sed in precisione clamidis non significatur reprehensio peccati. Per clamidem enim regni potestas intelligitur. Hanc precidit, qui prelatum sententia dampnationis ferit, quod nulli subditorum licet. Facta enim pastoris oris gladio, id est sententia dampnationis, a subditis ferienda non sunt. Hinc est, quod Ieronimus ait super Marcum de pontifice, qui scidit vestimenta sua. Scissio vestis scissionem significat sacerdotii, quod in proximo erat scindendum, et auferendum Iudeis. Vel per David significantur, qui nequiciam suorum prelatorum videntes, maiora eorum peccata contempnunt, minima vero et levia, quasi extremam oram clamidis precidentes, reprehendere et lacerare satagunt. Vel quia Saul solus divertit in speluncam, in qua David solus latebat. (§ 5) Idem super hoc potest intelligi quod de Cham dictum est, qui solus vidit pudenda patris, quae non operuit, sed ridenda

Bc 132ra

Bc 132rb

monstravit. Hac itaque auctoritate non inhibetur subditis
 accusare prelatos, si accusabiles fuerint. (§ 6) Item
 probatur, quod subditi prelatos suos accusare non
 possunt, etiam si religiosi fuerint. Infames enim sunt eo
 ipso, quod suorum doctorum vitam reprehendere
 conantur. Infames enim sunt (ut canonum tradit
 auctoritas) omnes, qui in patres armantur, et qui
 doctorum suorum vitam reprehendunt vel accusant.
 Nullus autem infamis in accusatione prelatorum est
 audiendus, nisi forte a fide exorbitaverit ut supra dictum
 est. Cum ergo subditi eo ipso, quod in accusationem
 prelatorum prosiliunt, infames efficiantur, infamibus
 autem copia accusandi denegetur, patet, quod subditi
 prelatos suos accusare non possunt. (§ 7) His ita
 respondetur: Omnes prelati non pro prelati habentur;
 nomen enim non facit episcopum, sed vita.

Unde Gregorius Ianuario episcopo scribit:

**(C.2 q.7 c.28) QUEM ETAS, NON VITA SENIOREM
 FACIT, GRAVITER INCREPANDUS EST.**

Paulus dicit: "Seniorem ne increpaveris". Set hec eius
 regula in eo est observanda, cum culpa senioris suo
 exemplo non trahit ad interitum corda iuniorum. Ubi
 autem senior iuvenibus exemplum ad interitum prebet, ibi
 districta increpatione feriendus est. Nam scriptum est:
 "Laqueus iuvenum omnes vos," et rursus, "Maledictus
 puer centum annorum".

(C.2 q.7 c.29) Item Ieronimus ad Eliodorum.

DIGNITAS NON FACIT EPISCOPUM, SED VITA.

Bc 132va Non omnes episcopi sunt episcopi. Attendis Petrum,
 Iudam considera. Stephanum suscipis, Nicolaum respice.
 (§ 1) Non facit ecclesiastica dignitas Christianum.
 Cornelius centurio adhuc ethnicus dono sancti Spiritus

20 Paulus – **21 annorum** Gregorius I, *Registrum* 9.1 (JE 1525), ed. Ewald, MGH Epp. 2.40.10-15; ed. Norberg, CCSL 140A.562.2-8. Algerus 2.18 can. a, ed. Kretzschmar, 268.9-14. **Seniorem – increpaveris** I Tim. 5.1 **25 Laqueus – vos** Is. 42.22 **Maledictus – 21 annorum** Is. 65.20 **29 Non – 332: 2 conculcetur** Algerus 2.19 can. a, ed. Kretzschmar, 268.20-269.5. **Non – 25 respice** Hieronymus, *Ep.* 14.9, ed. Hilberg, CSEL 54.57.14-15. **31 Non – 28 iudicat** *Ibid.*, ed. 58.3-5.

17 scribit om. P976 **18 Quem – 14 est** om. P976 **21 in eo** om. F
 eo ea P976 **est observanda** reservanda est P976 **suo – 17**
 exemplo exemplo suo P976

mundatur, presbiteros Daniel puer iudicat. (§ 2) Non est facile stare in loco Petri, et Pauli tenere locum, iam cum Christo regnantium. (§ 3) Infatuatum sal ad nichilum prodest, nisi ut proiciatur foras et a porcis conculcetur.

5 (C.2 q.7 c.30) Item Augustinus in omelia vi.

VITA EPISCOPI NON NOMEN REVERENTIAM MERETUR.

Non omnis, qui dicit: Pax vobiscum, quasi columba audiendus est. Corvi de morte pascuntur. Hoc columba non habet; immo de frugibus terre vivit, innocens est eius victus.

10 (C.2 q.7 d.p.c.31) ¶ Quia ergo non omnes episcopi sunt episcopi, presbiteri a Daniele puero indicantur, sal infatuatum a porcis conculcatur, et qui dicit: Pax vobiscum, plerumque non columba, sed corvus reputatur: patet, quod non semper pro offitio vel auctoritate persone ab accusatione est cessandum, imo contra pravos est agendum, cum omnis persona criminaliter peccans alteretur, et (ut ita dicam) capite minor legibus censeatur. Qui enim facit peccatum servus est peccati tam in pena quam in culpa.

Unde Augustinus.

(C.2 q.7 c.32) QUI SUSCEPTUM OFFITIUM NON ADMINISTRAT, NON EST EPISCOPUS, SED CANIS IMPUDICUS.

25 Qui nec regiminis in se rationem habuit, nec sua delicta deterisit, nec filiorum crimen correxit, canis impudicus dicendus est magis, quam episcopus.

1 Non – 332: 1 regnantium *Ibid.*, ed. 59.1-2. **3 Infatuatum – 2 conculcetur** *Ibid.*, ed. 59.5-6. **7 Non – 6 est** Augustinus, *In Iohannis evangelium tractatus* 6.4, ed. Willems, CCSL 36.55.6-7. Algerus 2.19 can. b, ed. Kretzschmar, 268.6-7. **8 Corvi – 8 victus** *Ibid.* 6.4, ed. 55.12-13. Algerus 2.19 can. c, ed. Kretzschmar, 268.8-9. **11 Quia – 18 culpa** Algerus 2.19 dict. d, ed. Kretzschmar, 269.11-16. **25 Qui – 25 episcopus** *Non invenitur inter scripta Augustini. In Collectione Hibernensi 37.25a (ed. Wassersleben, 161), ante quam compilatam illud capitulum non inventum est, caput falso adscribitur Gregorio Nazianzeno, v. Kretzschmar, 269, adn; Ivo, Decretum 5.317 (Gregorius); Algerus 2.20 can. a (Gregorius), ed. Kretzschmar, 269.19-270.1; Coll. 3 libr. 2.22.17 (Gregorius); *P976 6.204 (Augustinus).*

5 in om. Bc 6 nomen om. Bc^{ac} 8 Hoc] hec Bc, ut vid. **9 eius – 8 victus]** victus eius Bc **21 Augustinus Bc Alg.(P):** Gregorius Alg.(cet.codd.) **26 filiorum crimen** crim. fil. P976 **27 dicendus – magis** magis dic. est Fd P976

(C.2 q.7 d.p.c.32) ¶ Quibus ergo Ieronimus, Augustinus, Gregorius auferunt nomen columbe, episcopi, senioris, nonne et privilegium est auferendum dignitatis, ut possint a subditis reprehendi? Unde scriptura dissimulans privilegium prave senectutis ait: *Bc 132vb* “Maledictus,” non senior, set “puer centum annorum”. 5

Aparet ergo, quod illi ex accusatione prelatorum infames fiunt, qui eorum vitam reprehendere et lacerare conantur, qui locum sui regiminis non nomine tantum, sed vita et moribus tenent. Alii autem potius laudabiles fiunt ex accusatione prelatorum suorum, quam infames. Item, quod dicitur: “Maiorum quispiam minorum accusationibus non inpetatur,” minores non intelligendi sunt dignitate, sed vita. Unde Ieronimus ait de Paulo super epistolam ad Galatas. 10 15

(C.2 q.7 c.33) MAIORES ET MINORES NON DIGNITATE, SED VITA INTELLIGI OPORTET.

Paulus Petrum reprehendit, quod non auderet, nisi se non inparem sciret.

(C.2 q.7 d.p.c.33) ¶ Hoc non de offitio ecclesiastice dignitatis, sed de puritate vite et sanctitate conversationis intelligitur. Solus enim Petrus inter apostolos primatum gerebat. Hinc Augustinus ait ad Ieronimum. 20

(C.2 q.7 c.34) NON EPISCOPI NOMEN, SED VITA MAIOREM FACIT. 25

Quamquam secundum vocabula, quae usus obtinuit, episcopatus sit presbiterio maior, Augustinus tamen Ieronimo minor est.

(C.2 q.7 d.p.c.37) ¶ Item penitentes, bigami, sacerdotes accusare non possunt. Unde generaliter colligitur, quod quicumque sacerdotes non sunt vel esse non possunt, in sacerdotes accusationem vel testificationem proferre non possunt. Unde Fabianus ait. 30

1 Quibus – **333: 4 annorum** Algerus 2.20 dict. b, ed. Kretzschmar, 270.1-4. **6 Maledictus** – **annorum** Isa. 65:20. **18 Paulus** – **17 sciret** *Glossa ordinaria* 2.11, ed. Rusch, 358. Maybe in Alger?. **26 Quamquam** – **26 est** Augustinus, *Ep.* 82.4.33, ed. Goldbacher, CSEL 34.2.385.5-8; ed. Daur, CCSL 31xxxx.Algerus 2.21 can. a, ed. Kretzschmar, 270.9-11.

3 episcopi vel episcopi *P976* **4 dignitatis** *om. P976* **5 scriptura** et scriptura *P976*

(C.2 q.7 c.38) QUI SACERDOTES ESSE NON POSSUNT, SACERDOTES ACCUSARE NON VALENT.

Ipsi apostoli, et eorum successores statuerunt, ut sacerdotes Domini non accusent, nec in eos testificentur, qui sui ordinis non sunt nec esse possunt.

(C.2 q.7 d.p.c.39) ¶ Sic et illud Silvestri intelligitur: “Laicus non accuset clericum, etc.” id est, qui in inferiori gradu constituti ad superiorem ascendere non possunt, in superioribus agentes accusare non debent. **(§ 1)** Ecce, ostensum est, quid respondeatur auctoritatibus et argumentis, quibus subditi ab accusatione prelatorum videbantur repellendi. Nunc demonstrandum est, quibus rationibus probentur recipiendi, et quid contra respondeatur a prelati. Christus, qui erat pastor pastorum, ovibus suis, de quibus ait: “Non sum missus, nisi ad oves, quae perierunt, domus Isrel, etc.” inter obprobria et verbera, quae patiebatur ab eis, ait: “Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo”. Item: “Quis ex vobis arguet me de peccato?” At quicumque ad testificandum in aliquem vel ad arguendum admittuntur, ad eundem accusandum admitti possunt. Cum ergo oves, ut adversus pastorem suum testimonium ferant, et ut ipsum (si possunt) reprehendant, admittantur, patet, quod subditi possunt accusare prelatos suos. **(§ 2)** His ita respondetur: Christus, quamvis esset pastor suarum ovium, quas verbo et exemplo pascebat, tamen quantum ad officiorum distributionem (ex qua hodie in ecclesia alii presunt aliis, unde quidam prelati quidam subditi vocantur) in populo illo pastorale officium non gerebat. Mistica enim et visibili unctione nec in regem, nec in sacerdotem unctus erat, quae sole in illo populo persone prelature nomen sibi vendicabant. Non ergo ex hac auctoritate subditi probantur admittendi in accusatione prelatorum, sed tantum ostenditur, quod auditore eos reprehendere possunt, et in eos testificari, qui cum officia ecclesiastica non habeant, verbo tamen et exemplo quoscumque valent lucrari Deo satagunt. **(§ 3)** Respondetur et aliter. Aliud est, quod de rigore cogimus servare discipline, aliud, quod admittitur ex perfectionis consideratione. Christus Iudeos ad se arguendum admisit perfectione humilitatis, non severitate iuris. Si enim legis rigore essent admissi, hac auctoritate criminosi et infames

3 Ipsi – 5 possunt Anselmus 3.15, ed. Thaner, 125 (heavily abbreviated).

in accusatione religiosorum essent recipiendi, cum essent sceleratissimi, qui, de Christi nece tractantes, innocentem condemnare volebant. Hoc ergo exemplo prelati non coguntur recipere subditos in accusatione sui, sed permittuntur. (§ 4) Item Paulus Petrum reprehendit, qui princeps apostolorum erat. Unde datur intelligi, quod subditi possunt reprehendere prelatos suos, si reprehensibiles fuerint. Sed hoc facile refellitur, si, unde sit reprehensus, advertitur. Petrus cogebat gentes iudaizare et a veritate evangelii recedere, cum Iudeis gregem faciens, et a cibis gentilium latenter se subtrahens. Par autem est in se a fide exorbitare, et alios exemplo vel verbo a fide deicere. Hoc ergo exemplo non probantur prelati accusandi a subditis, nisi a fide forte exorbitaverint, vel alios exorbitare coegerint. (§ 5) Item cum Petrus intrasset ad Cornelium, conquesti sunt fratres, qui erant in Iudea, et reprehenderunt eum, quia ad gentilem divertisset. Ecce, quod prelati iure possunt reprehendi a subditis. Sed huic oppositioni beatus Gregorius respondit, dicens.

Bc 133va

(C.2 q.7 c.40) Petrus a fidelibus interrogatus, cur ad gentes intrasset non ex potestate respondit, sed humiliter rationem reddidit. Petrus potestatem regni acceperat, et tamen idem apostolorum primus querimonie contra eum a fidelibus factae, cur ad gentes intrasset, non ex potestate offitii, (qua posset dicere, oves pastorem suum non accusent nec reprehendant,) sed auctoritate divine virtutis, qua gentiles acceperant Spiritum sanctum, respondit.

(C.2 q.7 d.p.c.40) ¶ Cum ergo Petrus potuit ex officio repellere querelas, sed noluit, non hoc exemplo coguntur prelati suscipere reprehensionem subditorum. (C.2 q.7 d.p.c.41) Item cum Balaam ariolus iret ad maledicendum populum, angelus Domini asine, cui insidebat, in via se obposuit, evaginatoque gladio eam ab itinere conpescuit, quam dum ille verberibus affligeret, in vocem prorupit, et prophete vesaniam redarguit. Si ergo animal mutum angelica virtute prophete insipientiam reprehendit, multo magis subditi possunt accusare prelatos suos. (§ 1) His ita respondetur. Verum est, quod per asinam subditi significantur, et per Balaam prelati; non tamen hoc

23 Petrus – 31 respondit Algerus 2.22xx, ed. Kretzschmar, xx (heavily abbreviated).

exemplo probantur prelati accusandi a subditis, sed
 subditis tantum forma datur humiliter renitendi prelati,
 si forte eos ad malum cogere voluerint; Balaam namque
 asinam urgens, ut ad maledicendum populo Dei eum
 5 veheret, significat eos, qui verberibus et cruciatibus a
 subditis exigunt, ut eis in malo fautores et coadiutores
 existant. Sed quia angelus, quilibet videlicet predicator,
 evaginato gladio, aperte scilicet predicato timore et
 10 horrore future vindicte, a consensu aliene malicie illos
 revocat, licet eis in vocem conquestionis prorumpere et
 prelati suis dicere: Cur nos verberibus affligitis? cur
 nobis iniuste irascimini? numquid vobis aliquando
 inobedientes fuimus, nisi nunc, cum ad malum cogimur?
 15 Videte illum, qui prohibet ab incepto. Non ergo hinc
 prelati probantur accusandi a subditis. (§ 2) Item cum
 David adulterium et homicidium commisisset, missus est
 a Deo Nathan propheta, ut eum redargueret. Ecce, quod
 prelati sunt arguendi et reprehendendi a subditis. (§ 3)
 20 Sed notandum est, quod due sunt persone, quibus mundus
 iste regitur, regalis videlicet et sacerdotalis. Sicut reges
 presunt in causis seculi, ita sacerdotes in causis Dei.
 Regum est corporalem inrogare penam, sacerdotum
 spiritivalem inferre vindictam. David ergo, etsi ex regali
 25 unctione sacerdotibus et prophetis preerat in causis seculi,
 tamen suberat eis in causis Dei. Unde reges a prophetis et
 sacerdotibus ungebantur et eorum oblatione peccata
 regum expiabantur. (§ 4) Sicut ergo Achaz a Domino
 lepra percussus est, qui sacerdotum officia usurpare
 30 voluit, sic sacerdotibus et prophetis regum officia
 usurpare non licuit. Nathan ergo propheta, cum regem
 redarguit, suum executus est offitium, in quo erat rege
 superior, non usurpavit regis offitium, in quo erat rege
 inferior; monuit eum, ut per penitentiam peccata sua
 35 expiaret, non tulit in eum sententiam, qua tamquam
 adulter et homicida morti addiceretur. (§ 5) Sic et beatus
 Ambrosius inperatorem excommunicavit, et ab ecclesie
 ingressu prohibuit. (§ 6) Sicut enim non sine causa iudex
 gladium portat, ita non sine causa claves ecclesie
 40 sacerdotes accipiunt. Ille portat gladium ad vindictam
 malefactorum, laudem vero bonorum, isti claves habent
 ad exclusionem excommunicandorum et reconciliationem
 penitentium Hoc ergo exemplo subditi probantur
 reprehendendi a prelati, non prelati a subditis. (§ 7) Item
 Daniel nulla legitima potestate functus iudices a populo

Bc 133vb

Fd 31va

Bc 134ra

constitutos de falso testimonio convicit, et convictos dampnavit. Constat ergo, quod nullam potestatem habentes possunt redarguere dignitatibus sublimatos. (§ 8) His ita respondetur. Miracula (et maxime veteris testamenti) sunt admiranda, non in exemplum nostre actionis trahenda. Multa enim tunc concedebantur, quae nunc penitus prohibentur. Tunc enim Samuel Agag pinguissimum regem Amalech in frustra conscidit; nunc nulli ecclesiasticorum iudicium sanguinis agitare licet. Tunc Finees Iudeum coeuntem cum Madianita interfecit, et reputatum est ei in iustitiam; hodie sacerdotibus in perniciem sui verteretur offitii. potestatem subditi sibi in prelatos vendicarent, si illud in argumentum nostre actionis liceret assumi, quod nulla umquam auctoritate permittitur. Magis ergo ex hoc facto datur intelligi, quod in novissimis temporibus suscitaret Deus spiritum pueri iunioris, illius videlicet, de quo per prophetam dicitur: “puer natus est nobis,” et iterum: “Ecce puer meus,” qui iudices iniquitatis, scribas scilicet et Phariseos, falsis criminibus Susannam, id est ecclesiam, accusantes et ream adulterii pronunciantes, eo quod Christum sequeretur, convinceret et condempnaret. (§ 9) Item Ieronimus refert in libro virorum illustrium, quod Damasus papa a subditis de adulterio accusatus cum quadraginta duobus episcopis se purgavit. (§ 10) Item Simacus papa, in Romana sinodo dignitate sua expoliatus, prius statui pristino reddi decernitur, ut tunc veniret ad causam, et si ita recte videretur, accusantium propositionibus responderet. Digna res visa est maximo numero sacerdotum, atque mereretur effectum, et cum postmodum ordinaretur, quomodo esset accusandus, prefatus papa, ut causam diceret, occurrebat; sed ab emulis est inpeditus.

Item Gregorius papa ait de se ipso.

(C.2 q.7 c.42) REDARGUENDI SE LICENTIAM BEATUS GREGORIUS ALIIS PRESTAT.

Si quis super his nos redarguere voluerit, vel extra auctoritatem nos facere contenderit, veniat ad sedem

23 libro – 36 inpeditus Algerus 2.13 dict. a, can. a, dict. b, can. b, dict. c, ed. Kretschmar, 264.9-16. **Damasus – 29 purgavit** Cf. *Liber pontificalis* 39, ed. Duchesne, 1.212.8-9; ed. Mommsen, MGH Gesta pont. 1.84.1-3. **26 prius – 34 effectum** Conc. Romanum (a. 501) 3-4, ed. Mommsen, MGH: Auct. ant. 12.428.2-4. **31 prefatus – 36 occurrebat** Conc. Romanum (a. 501) 6, ed. Mommsen, 429.1. **36 Si – 7 suam**

*Anselmus 2.20, ed. Thaner, 84-85.

Bc 134ra

apostolicam, ut ibi ante confessionem beati Petri me cum iuste decertet, quatinus ibi unus ex nobis sententiam suscipiat suam.

5 **(C.2 q.7 d.p.c.42)** ¶ Ex his omnibus colligitur, quod subditi possunt reprehendere et accusare prelatos suos. Sed sicut de Christo dictum est, quando Iudeis dixit: “Si male locutus sum, etc.” ita de istis intelligendum est, quod suo exemplo prelati dederunt facultatem recipiendi subditos in accusatione sui, sed non coegerunt.

10 **(C.2 q.7 c.43)** Item.

Paulus Deacline civitatis episcopus accusatur a subditis de lapsu carnis, convincitur, deponitur, alter loco eius substituitur. Hoc an ex dispensatione accusati, an ex rigore iuris sit factum, ex registro Gregorii ad Iohannem episcopum capitulo CCXVII, potest perpendi, ubi ait.

15 **(C.2 q.7 c.44)** PAULUS DEACLINAE CIVITATIS EPISCOPUS SUBDITORUM ACCUSATIONE CONVICTUS DEPONITUR.

20 Lator Nemesion ad nos veniens indicavit, quod Paulus Deacline civitatis episcopus, inter alia mala in corporali crimine lapsus, a suis clericis accusatus atque convictus, episcopali sententia depositus est; postea, cum auxilio secularium veniens, episcopatum more predonis ingressus est, ablatisque rebus ecclesiae dilectissimum Nemesion latorem presentium sibi substitutum ab eo proiecit, et ad summam iniuriam ac necem pene perduxit. Fraternitas itaque vestra hec omnia curet addiscere, et quaecumque ecclesiae abstulit omni mora vel excusatione cessante reddere compellat. Si vero nichil ecclesiae, sed proprium se dixerit abstulisse, (quamvis grave et iniquum fuerit, ut non a vobis, vel a metropolitano eius hoc petierit, sed temerario ausu agere presumpserit,) verum tamen si quid proprium tulit, sub fraternitatis vestre debet examine constare si verum est. Sed et illud diligenter querendum est, si quid male de rebus dilapidavit ecclesiae, ut ex eo, quod nunc abstulit, illud reformare ac satisfacere modis omnibus compellatur.

Bc 134va

Fd 31vb

10 Item – 17 substituitur Algerus 2.13 dict. c, ed. Kretzschmar, 264.16-18. **11 Paulus – 19 ait** Algerus 2.13xx, ed. Kretzschmar, xx. **19 Lator – 339: 6 compellatur** Gregorius I, *Registrum* 12.10 (JE 1860), ed. Ewald, MGH Epp. 2.357.23-258.8; ed. Norberg, CCSL 140A.982.6-983.30. Cf. Algerus 2.13 can. c, ed. Kretzschmar, 264.19-265.3.

(C.2 q.7 d.p.c.44) ¶ Hoc dicto non in accusatores vel depositores ulciscitur, sed in depositum ulterius prosequitur, ut si ultra ad episcopatum aspirare temptaverit, modis omnibus repellatur, et ad agendam penitentiam perennem in monasterio detrudatur.

5

Quem ergo Gregorius ad episcopatum aspirantem modis omnibus repellit, quem gravi penitentiae subicit, patet, non sua dispensatione, sed canonum censura a subditis accusatum et convictum. Et ut iam non exemplis, sed legibus agamus, videndum est, quid Gregorius scribat Innocentio et reliquis episcopis Sardinie, ita dicens.

10

Bc 134vb **(C.2 q.7 c.45)** QUOD SUBDITI PRELATORUM SUOS ACCUSARE POSSUNT.

Metropolitanum vestrum in aliquo postponere non presumatis, excepto si (ut non optamus) contra eundem vos habere aliquid cause contingat, ut ob hoc sedis apostolice iudicium petere debeatis.

15

(C.2 q.7 c.46) Item universis episcopis Concilii Vizachii.

VITAM PRELATORUM SUBDITI NULLA SIMULATIONE NEGLIGANT.

20

Sicut, inquit, laudabile discretumque est reverentiam et honorem exhibere prioribus, ita rectitudinis et Dei timoris est, si qua in eis indigent correctione, nulla dissimulatione postponere, ne totum (quod absit) corpus morbus invadat, si languor non fuerit curatus in capite. Quaedam enim de primate vestro Clementio ad nos perlata sunt, quae quoniam ita gravia sunt, ut transire indiscussa nullo modo debeant, fraternitatem vestram hortamur, ut cum omni sollicitudine ac vivacitate veritatis indagare multis modis debeatis illata, et si sunt ut audita sunt, ultione canonica resecentur. **(§ 1)** Ammonemus autem, ut non cuiuscumque persone gratia, non favor, non quodlibet blandimentum quemquam vestrum ab his quae

25

30

1 Hoc – 11 detrudatur Algerus 2.13 dict. d, ed. Kretzschmar, 265.3-6.

14 Metropolitanum – 23 debeatis Gregorius I, *Registrum* 9.202 (JE 1729), ed. Ewald, MGH Epp. 2.190.14-16; 9.203, ed. Norberg CCSL 140A.761.17-21. Algerus 2.14 can. a, ed. Kretzschmar, 265.12-15. **22**

Sicut – 340: 13 movetur Algerus 2.14 can. b, ed. Kretzschmar, 265.16-

266.4. **Sicut – 340: 1 sunt**¹ Gregorius I, *Registrum* 12.12 (JE 1862), ed. Ewald, MGH Epp. 2.359.17-21; ed. Norberg CCSL 140A.985.2-8. **28**

quae – 5 resecentur *Ibid.*, ed. Ewald, 359.23-26; ed. Norberg, 985.10-14.

32 Ammonemus – 13 movetur *Ibid.*, ed. Ewald, 359.28-34; ed. Norberg, 985.17-986.24.

nunciata sunt nobis molliat, vel a veritate excutiat, sed sacerdotaliter ad investigandam veritatem vos propter Deum accingite. Nam si quis in hoc piger aut negligens esse presumpserit, dictis criminibus apud Deum se noverit esse participem, cuius zelo ad perscrutandas subtiliter nefandi facinoris causas non movetur.

(C.2 q.7 d.p.c.46) ¶ Hec si quis specialia, et ex his generalem regulam colligi non oportere contendit, audiat, quid Gelasius capitulo xx. vii. dicat, omnibus clericis cuiuscumque ordinis ita scribens.

Bc 135ra

(C.2 q.7 c.47) CLERICI EXCESSUS SUI EPISCOPI AURIBUS DEFERANT ROMANI PONTIFICIS.

Quapropter nec clericorum quisquam apostolice offense se confidat futurum immunem, si in his, quae salubriter sequenda deprompsit auctoritas apostolica, sive episcopum, sive presbiterum, seu diaconum viderit excedentem, et non protinus ad aures Romani pontificis deferre curaverit, probationibus dumtaxat competenter exhibitis, ut transgressoris ultio fiat ceteris interdictio delinquendi. Sin vero, modis omnibus erit unusquisque pontificum ordinis et honoris sui elisor, si cui clericorum vel auditui totius ecclesiae hec putaverit subprimenda.

(C.2 q.7 c.48) Item.

DE EODEM.

Si quid in ecclesia dampni, aut in his, quae sunt preceptionis nostre prohibita, pontificem vestrum videritis admittere, mox nostris auribus relatione signate, ut quid fieri debeat censeamus.

(C.2 q.7 c.49) Item ex concilio Calcedonensi.

CLERICI AUT LAICI SINE EXAMINATIONE AD EPISCOPORUM ACCUSATIONEM NON ADMITTANTUR.

Clericos aut laicos passim accusantes et sine probatione episcopos aut clericos ad accusationem non recipiendos decernimus, nisi prius discutiatur eorum estimationis opinio.

13 Quapropter – 29 subprimenda Gelasius I, *Ep.* 14 (JK 636) 28, ed. Thiel, 378-379. Algerus 2.15 can. a, ed. Kretzschmar, 266.9-16. **25 Si – 35 censeamus** *Anselmus 7.144, ed. Thaner, 422; *Coll. Trip.* 1.46.47 (too short). **32 Clericos – 7 opinio** Conc. Chalcedonensis 21, versio Dionysiana, ed. ed. Schwartz, *Acta conc. oecumen.* 2.2.2.zz, ed. Mühlenberg, *Conc. oecumen. gen. decreta* 1.zzz.xxx-xxx. Algerus 2.17 can. a, ed. Kretzschmar, 267.16-8.

(C.2 q.7 c.50) Item ex Sinodo Romana.

QUELIBET PERSONA EPISCOPOS AUT ALIOS ACCUSANS,
MONSTRANDA DOCUMENTIS INFERAT.

Bc 135rb Si quis episcopus, aut diaconus, vel quilibet clericus
apud episcopos (quia alibi non oportet) a qualibet persona
accusati fuerint, quicumque fuerit ille vir, sive sublimis
honoris, sive alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis
intentionis arripuerit, noverit dicenda probationibus,
monstranda documentis se debere inferre. 5

(C.2 q.7 c.51) Item Damasus papa Stephano
archiepiscopo. 10

SACERDOTES NON ACCUSENT QUI AD EUNDEM
ORDINEM PROVEHI NON POSSUNT.

Fd 32ra Sacerdotes (ut antiqua tradit auctoritas) criminari non
possunt, nec in eos testificari, qui ad eundem non debent
nec possunt provehi honorem. 15

(C.2 q.7 d.p.c.52) ¶ Colligitur itaque ex his omnibus,
quod subditi in accusatione prelatorum sunt admittendi.
Nunc videndum est, an monachi in accusatione
episcoporum sint audiendi? Adrianus papa videtur eos ab
accusatione remove, ita dicens. 20

(C.2 q.7 c.53) MONACHI SACERDOTES ACCUSARE VEL
IN EOS TESTIFICARI NON POSSUNT.

Placuit eorum accusandi sacerdotes et testificandi in
eos vocem obstruere, quos non humanis vocibus, sed
divinis mortuos esse scimus, quia funestam vocem potius
interdici quam audiri oportet. 25

(C.2 q.7 d.p.c.53) ¶ Item in concilio Calcedonensi
precipitur, ut ecclesiasticas actiones monachi atrectare
non presumant. 30

(C.2 q.7 c.54) Item Pelagius papa.

4 Si – 16 inferre Ps.-Sixtus III (JK †397) (ed. Hinschius, 562); cf. Cap. Angilr. 21, ed. Schon, 127.3-128.3; *Anselmus 3.88w, ed. Thaner, 161; Anselmus 3.45 (Gaius); *Coll. Trip.* 1.26.1; *Panormia* 4.63. Gratian tends to attribute canons from Anselm 3.88 to a "Holy Roman Synod." cf. Dillon, 317-318. **14 Sacerdotes – 23 honorem** *Anselmus 3.46, ed. Thaner, 138; *Panormia* 4.86a (loosely); *Coll. Trip.* **24 Placuit – 6 oportet** *Anselmus 3.89a, ed. Thaner, 163; *Coll. Trip.* 3.29.252; *Panormia* 5.45.

11 archiepiscopo] episcopo *Fd*

MONACHI IN ACCUSATIONE NON SUNT AUDIENDI.

Nullus monachus talia usquam arripiat, nec secularia aut ecclesiastica negotia perturbare presumat, quia mortua est in talibus vox eorum.

5 **(C.2 q.7 d.p.c.54)** ¶ Sed aliud est, quod ex
presumptione assumitur temeritatis: aliud, quod ex
necessitate geritur karitatis. Monachi enim ex
presumptione episcopos accusare non possunt: ex karitate
10 possunt. Unde et in canonibus precipitur, ut cubicularii
episcopi sint vel religiosi clerici, vel electi monachi, ut de
eius vita testimonium dicere possint.

Bc 135va

Item illud Eleuterii papae omnibus generaliter dicitur.

(C.2 q.7 c.55) CONSENTIRE CONVINCITUR, QUI CUM
POSSIT, PERVERSIS NEGLIGIT OBVIARE.

15 Negligere, perversos cum possis perturbare, nichil est
aliud quam fovere. Nec caret scrupulo societatis occulte
qui manifesto facinori desinit obviare.

Item Ieronimus tam de se, quam de aliis monachis in
primo prologo bibliotece scribit, dicens:

20 **(C.2 q.7 c.56)** ECCLESIAE PARUM PRODESSE
CONVINCITUR EIUS VITA, QUI DESTRUENTIBUS NON
RESISTIT.

25 Sancta quippe rusticitas solum sibi prodest, et
quantum ex vite merito edificat ecclesiam Christi, tantum
nocet, si destruentibus non resistat.

(C.2 q.7 c.57) Item Gregorius.

SUBDITI VICIA PRELATORUM REPREHENDERE
STUDEANT.

30 Ammonendi sunt subditi, ne plus quam expedit sint
subiecti, ne, cum student plus quam necesse est
hominibus subici, compellantur eorum vicia venerari.

Idem generali Sinodo presidens dixit.

2 Nullus – **14 eorum** Ps.-Pelagius II (ed. Hinschius, 731)
CHECK*Anselmus 3.59, ed. Thaner, 145. **15 Negligere** – **27 obviare**
Ps.-Eleutherius (JK †68; J³ †123) (ed. Hinschius, 127).Algerus 1.28 can.
b, ed. Kretzschmar, 208.14-16. **23 Sancta** – **6 resistat** *Coll. in 9 libr.*
6.5.4. Troublesome canon. Perhaps in Alger?. **29 Ammonendi** – **12**
venerari Gregorius I, *Regula pastoralis* 3.17.41, ed. PL 77.78D.Algerus
1.13 can. b, ed. Kretzschmar, 209.22-210.1.

(C.2 q.7 c.58) CLERICI SIVE ELECTI MONACHI SINT CUBICULARII EPISCOPI.

Cum pastoris vita in exemplo debeat esse discipulis, plerumque clerici qualis in secreto sit vita sui pontificis nesciunt, quam tamen, seculares pueri sciunt. De qua re presenti decreto constituimus, ut quidam ex clericis, vel etiam ex monachis electi, in ministerio cubiculi pontificalis obsequantur, ut is, qui in loco regiminis est, tales habeat testes, qui veram eius in secreto conversationem videant, et ex sedula visione exemplum profectus sumant.

(C.2 q.7 d.p.c.60) ¶ Item Iohannes Baptista, cum heremiticam vitam, duceret, scribas et Phariseos, sacerdotes et Levitas Iudeorum ad se venientes aspera increpatione redarguit. **(§ 1)** Item ex canonibus diffinitur: “Illi sacerdotes accusare possunt, qui ad eundem gradum conscendere valent”. Cum ergo monachi ad sacerdotii gradum laudabiliter pertingere valeant, patet, quod et ipsi sacerdotes libere accusare possunt.

Bc135vb

5

10

15

20

(QUAESTIO 8)

(C.2 q.8 d.a.c.1) ¶ De accusationibus vero, qualiter fieri debeat in canonibus aperte discernitur. Ait enim Calixtus papa.

(C.2 q.8 c.1) ACCUSATIO SEMPER FIAT IN SCRIPTIS. Accusatorum persone sine scripto numquam recipiantur nec absente eo, quem accusare voluerint, quibuslibet accusare permittatur.

(C.2 q.8 c.3) Item Euticianus papa.

ACCUSATIO SEMPER DEBET FIERI IN SCRIPTIS. Quisquis ille est, qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inscriptionis arripiat, custodie similitudinem (habita tamen dignitatis estimatione) potiat, nec sibi noverit licentiam mentiendi, cum calumpniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. Qui vero ad sortilegos magos quae concurrunt, nullatenus ad accusationem sunt admittendi.

25

30

35

3 Cum – 24 sumant *Anselmus 6.128, ed. Thaner, xx; *Coll. Trip.* 1.55.27; *Polycarpus* 4.6.10; *Coll. 3 libr.* 2.22.40, ed. Motta, xx. **26**

Accusatorum – 8 permittatur *Anselmus 3.53, ed. Thaner, 142; *Coll. Trip.* 1.14.13. **31 Quisquis – 17 admittendi** **Coll. Trip.* 1.25.1; Anselmus 3.89f+89zi, ed. Thaner, 159, 166; *Panormia* 4.76+86.

(C.2 q.8 c.4) Item Sixtus papa.

DE EODEM.

5 Qui crimen obicit, scribat se probaturum. Et qui non probaverit quod obiecit, penam, quam intulerit, ipse patiat.

(C.2 q.8 c.5) Sed Stephanus papa contra videtur scribere, dicens.

DE EODEM.

10 Per scripta nullius accusatio suscipiatur, sed propria voce (si legitima et condigna accusatoris persona fuerit) presente videlicet eo, quem accusare desiderat, quia nullum absens accusare potest, nec ab aliquo accusari.

15 **(C.2 q.8 d.p.c.5)** ¶ Sed Calixtus papa precepit, ut accusator presente eo, quem accusat, in scriptis accusationem iudici offerat, et propria voce litteras sue accusationis legat. Stephanus autem prohibet, ne absens aliquem per epistolam accusare audeat.

3 Qui – 22 patiat **Coll. Trip.* 1.42.4; Anselmus 3.89v+89u, ed. Thaner, 165. **9 Per – 29 accusari** Anselmus 3.54, ed. Thaner, 143; *Coll. Trip.* 1.21.5.

(CAUSA 3)

Fr 506 (C.3) ¶ Quidam a propria sede deiectus est, petit
 Aa 141r restitui; post restitutionem ducitur in causam, inducias
 Bc 136v postulat; tandem ad eius accusationem procedit quidam 5
 Fd 32rb non legitime coniunctus, et duo infames, et tres religiosi;
 Sg 66b accusatores testes de domo sua producunt, et alios sibi
 inimicos; extra suam provinciam reus criminoso iudici
 offertur; ab uno tantum audiendus et iudicandus. Quidam
 de accusatoribus et testibus absentes per epistolam illum 10
 accusare, et in eum testificari contendunt; cum multa
 capitula ei obicerentur, in primo accusatores deficiunt;
 accusatio in accusatorem vertitur. Hic PRIMUM queritur,
 an restitutio danda sit quibuslibet expoliatis? SECUNDO,
 de induciis, an post restitutionem tantum, an etiam post 15
 vocationem ad causam quibuslibet concedende sint?
 TERTIO, quo spatio mensium utrique sint concedende?
 Fr. 507 QUARTO, an infames et non legitime coniuncti ad
 accusationem sint admittendi. QUINTO, an testes de domo
 accusatorum sint producendi, vel inimicorum vox sit 20
 audienda? SEXTO, an extra provinciam reus sit
 producendus? SEPTIMO, an sit audienda eius sententia,
 quem cum reo par inficit malicia? OCTAVO, ab uno tantum
 episcopus sit audiendus vel iudicandus? NONO, an 25
 accusatores vel testes in absentem vocem accusationis vel
 testificationis exhibere valeant? DECIMO, an deficientes in
 primo capitulo sint admittendi ad sequentia? UNDECIMO,
 an accusato liceat accusationem in accusatorem vertere?

(QUAESTIO 1)

(C.3 q.1 d.a.c.1) ¶ Quod restitutio quibuslibet danda sit, multis auctoritatibus probatur.

(C.3 q.1 c.1) Ait enim Gaius papa:

3 quidam [AaBcFdP Gg **28 vertere** Gg]

3 quidam – **28 vertere** Sg, v. App. **quidam**] AaFd Fr.: quia BcP: qui
 (?) Gg **deiectus**] eiectus Fd **est**] restituit P^{ac} **6 coniunctus**]
 coniunctus vel coniuictus Gg **religiosi**] legitimi (vel religiosi add. supra
 lin.) Fd **9 tantum**] tamen Fd **13 accusatio**] BcFdP: demum
 accusatio AaGgFr. **16 quibuslibet**] quilibet P **18 coniuncti**]
 coniuncti vel coniuicti Gg **23 ab**] BcP: an ab FdGg Fr. **24 episcopus** –
audiendus] audiendus sit episcopus Fd **nono**] nno? Fd **an**] om.
 Fd^{ac} **31 restitutio quibuslibet**] qu. rest. Sg **33 papa**] papa, ut Sg

EXPOLIATIS VEL EIECTIS OMNIA SUNT
REDINTEGRANDA.

Episcopis suis rebus expoliatis vel a propriis sedibus
eiectis omnia, quae eis ablata sunt, legibus sunt
5 redintegranda, quia, priusquam hoc factum fuerit, nullum
crimen eis obici potest.

(C.3 q.1 c.2) Item Fabianus papa:

DE EODEM.

Episcopi, si a propriis sedibus aut ecclesiis sine
10 auctoritate Romani pontificis eiectione fuerint, antequam ad
sinodum vocentur, proprius locus et sua omnia eis
redintegranda sunt. Nulla enim ratio permittit, dum ad
tempus eorum bona vel ecclesiae atque res ab emulis aut a
quibuscumque detinentur, ut aliquid illis obici debeat. Nec
15 quisquam potest eis quilibet maiorum vel minorum
obicere, dum suis ecclesiis, vel rebus, vel potestatibus
carent.

(C.3 q.1 d.p.c.2) ¶ Sed notandum est, quod restitutio
20 alia fit per presentiam iudicis, veluti cum dicitur a iudice:
Censeo te in integrum restituendum, qua restitutione
animo tantum, non corpore possessio recipitur. Alia fit
per executorem iudicis quando restitutus corporalem
recipit possessionem. Queritur ergo quae harum
concedatur expoliatis, an illa tantum, quae fit per
25 sententiam iudicis, an illa etiam quae fit per executorem

Aa 141v

Bc 137rb

3 Episcopis – **6 potest** Ps.-Gaius I (JK †157) 4 (ed. Hinschius, 215). Anselmus 3.45, ed. Thaner, 138. **9 Episcopi** – **17 carent** Anselmus 3.48, ed. Thaner, 140; *Polycarpus* 5.4.4. **12 Nulla** – **17 carent** Ps.-Fabianus I (JK †93) 20 (ed. Hinschius, 165).

AaBcFdP

1 vel eiectis] *om. Sg sunt]* sint *Sg 4 eis]* ab eis *Sg legibus]* *om. Sg sunt² – 5 redintegranda]* red. sunt *Sg 5 hoc – fuerit]* *AaBcPSg.* factum fuerit hoc *FdFr. 10 eiecti]* *BcFdPSg.* expulsi *AaGg Fr. 11 proprius]* prius *Fd sua]* propria *Aa^{ac} eis]* *om. Fr. 12 redintegranda sunt]* sunt red. *Sg:* restituantur *Fd 14 ut]* aut *Fd^p aliquid]* aliquid *Fd^{bc} illis]* clericis *Fd^{bc} nec – 17 carent]* *om. Sg 15 quisquam]* *BcFdP.* quicquam *AaGgFr. quilibet]* *AaBcFdPGg.* quilibet *Fr. 18 sed – 348: 2 est]* *alia verba Fr. et omnes vel plerique codices Decreti secundam recensionem continentes, v. Winroth, Making, 148-151. Sg v. App. 19 veluti]* velut *Fd 20 qua]* *PBcSg.* quam *Aa:* quia *Fd restitutione]* *BcFd^{bc}PSg.* restitutionem *Aa:* restitutionis *Fd^{bc} (ut vid.) 21 animo]* *Sg 22 executorem]* executione *Fd 23 queritur]* quare *P.* unde queritur *Sg quae harum]* quare *P 25 sententiam]* presentiam *P executorem]* executione *Fd^{bc}*

sententie, qua expoliatis presentialiter omnia reciduntur.
Hec ultima expoliatis prestanda est.

Unde Iohannes urbis Rome episcopus scribit Zacharie archiepiscopo:

(C.3 q.1 c.3) QUOD OMNIA SUNT REDINTEGRANDA EXPOLIATIS. 5

Fr. 506 Redintegranda sunt omnia expoliatis vel eiectionibus episcopis presentialiter ordinatione pontificum, et in eo loco unde abscesserant, funditus revocanda, quacumque conditione temporis, aut captivitate, aut dolo, aut violentia maiorum, et per quascumque iniustas causas res ecclesiae, vel proprias, aut suas substantias perdidisse noscuntur. 10

(C.3 q.1 c.4) Item Eusebius apostolice sedis episcopus omnibus episcopis: 15

QUOD EXPOLIATIS OMNIA REDINTEGRANDA SUNT.

Fd32va Redintegranda sunt omnia expoliatis vel eiectionibus episcopis etc., usque funditus revocanda eodem modo ut supra.

Sg 67b **(C.3 q.1 d.p.c.6)** ¶ Patet ergo, quod expoliati prius sunt presentialiter restituendi, antequam ad causam sint vocandi. Sed obicitur, ubi non fuit legitima institutio, ibi nec potest esse restitutio. Non enim probatur destitutus qui prius non fuit institutus, ac per hoc nec restaurationem postulare potest. Illi ergo, quorum electio vitiosa est, vel qui a clero non sunt electi, vel a populo 20

Fr. 507 25

7 Redintegranda – 13 noscuntur Ps.-Iohannes I (JK †872) (ed. Hinschius, 694). Anselmus 3.44, ed. Thaner, 137; *Polycarpus* 5.1.35. **17 Redintegranda – 18 episcopis** Ps.-Eusebius I (JK †164) (ed. Hinschius, 237)-238; Anselmus 3.50, ed. Thaner, 141.

AaBcFdP

1 qua – reciduntur] *om. Sg* **reciduntur]** recidi precipiuntur *Fd^{bc}*
5 quod – 6 expoliatis] *AaFdP*: de eodem *BcGgFr*: *om. Sg*
8 ordinatione] ordinatione *Fd* **9 loco]** *om. Sg* **revocanda]** revocandi
Aa^{bc}Sg **quacumque – 13 noscuntur]** *om. Sg* **11 maiorum]**
AaFdPGg: malorum *BcFr*. **12 aut]** id est *Fr*. **16 quod – sunt]** *FdP*:
de eodem *AaBcGgFr*: *om. Sg* **17 vel eiectionibus]** *om. FdSg*
18 revocanda] revocandi *Sg* **20 patet – 349: 11 vocationem]** *Sg, v.*
App. **prius]** quid *Fd^{bc}* **21 sunt]** *BcSgFr*: *om. AaFd^{bc}*: possunt
restituendi] restituenda *Fd^{bc}* **23 nec]** non *Fr*. **24 prius – fuit]**
BcPFR: prius non fuerit *Aa*: non fuit prius *Fd*: non prius fuerit *Sg* **nec**
– 25 restaurationem] nec per restaurationem *Fd^{bc}*: nec restauratione *P*

expetiti, vel quia per simoniam irrepserunt, non sunt
 habendi inter episcopos, et ideo, si a sedibus, quas tenere
 videbantur, expulsi fuerint, non possunt restitutionem
 petere antequam vocentur ad causam. His ita respondetur. Aa 142r
 5 Si vitium electionis ecclesiae notum fuerit et ideo
 reprobati fuerint et si aliqua violentia in sedibus illis
 irrepserint eiecti restitutionem postulare non possunt. Si
 autem ecclesia eos per pacientiam toleraverit et eis
 gradum honoris concessit et si vitiosa fuerit eorum
 10 electio, tamen post eiectionem restituendi sunt, ante
 regularem ad synodum vocationem. Bc 137va

(QUAESTIO 2)

15 (C.3 q.2 d.a.c.1) ¶ De induciis autem post
 restitutionem prestandis, et quo spatio temporis
 concedende sint, scribit Iohannes papa, dicens:

(C.3 q.2 c.1) SECUNDUM TEMPUS EXPOLIATIONIS
 CONCEDUNTUR INDUCIE RESTITUTIONIS.

20 Quanto tempore expoliati vel expulsi esse videbantur
 antequam ad sinodum convocentur, sub eodem spatio
 temporis eis indutiae indulgeantur.

(C.3 q.2 c.5) Item Gaius papa:

Fr. 508

INDUCIE SEX MENSIVM EIECTIS VEL EXPOLIATIS
 PRESTANTUR.

25 Eiectis vel expoliatis post integram restaurationem
 anniversarie indutiae vel sex mensium indulgenda sunt.

19 Quanto – 20 convocentur Ps.-Iohannes I (JK †872) (ed. Hinschius, 694). Anselmus 3.44, ed. Thaner, 137; *Polycarpus* 5.1.35; *Coll. 3 libr.* 2.32.67, ed. Motta, 1.461. **25 Eiectis – 26 sunt** Ps.-Gaius I (JK †157) (ed. Hinschius, 215). Anselmus 3.45, ed. Thaner, 134.

AaBcFdP

1 quia] BcFdP: qui AaSgFr. **4 his – 10 tamen]** eras. Bc. alia verba Fr. et omnes vel plerique codices Decreti secundam recensionem continentes. Haec verba et in Aa inveniuntur post finem huius dicti, v. Winroth, Making, 183-185. **7 irrepserint]** P: irrepserit AaBcFd **eiecti]** om Fd^a
restitutionem] restaurationem Fd^{bc} **8 ecclesia]** om. Fd^a
toleraverit] Fd^{bc}P: toleravit Sg: tolerare voluerit AaFd^{bc}Fr.
9 gradum] gradus Fd^{bc} **concessit]** FdP: concesserit AaFr. **si]** om. Fd^{bc} **10 tamen]** tunc Fd^{bc} **11 regularem]** singularem P
16 concedende AaBcSgFr: concedendum P: restituenda Fd^{bc}
17 secundum – 18 restitutionis] om. Sg **18 conceduntur – restitutionis]** ind. rest. con. Aa **19 tempore expoliati]** exp. temp. Fr.

(C.3 q.2 c.6) Item Eusebius:

POST RESTITUTIONEM INDUTIE PRESTANDE SUNT.

Prius ergo oportet omnia expoliatis legibus redintegrari, et ecclesias, quae sibi sublatae sunt, cum omni privilegio sibi restitui, et postmodum non sub angusto tempore spatium eis indulgeatur, sed quantum expoliati vel expulsi videbantur, antequam ad sinodum convocentur.

(C.3 q.2 c.7) Item Felix:

DE EODEM.

Sg 68a Tamdiu in sede propria pacifice et potestative cuncta acta disponens resideat, quamdiu expulsus vel expoliatus suis carere visus est rebus.

(C.3 q.2 c.8) Idem:

ANTE RESTITUTIONEM ALIQUIS AD CAUSAM VOCARI NON DEBET.

Si episcopus suis fuerit aut ecclesiae sibi commisse rebus expoliatus, aut, quod absit, quod alienum ab omnibus esse debet fidelibus, a sede propria eiectus aut in detentione aliqua a suis ovibus fuerit sequestratus, tunc canonice ante in pristino statu restituatur cum omni privilegio sui honoris, et sua omnia, quae insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerant, legibus redintegrentur. Non enim convocari vel preiudicari poterit, nisi ipse pro sua necessitate, minime tamen iudicandus, advenire sponte elegerit. Nullatenus ergo a

3 Prius – 8 convocentur Ps.-Eusebius I (JK †164) 11 (ed. Hinschius, 237).Anselmus 3.50, ed. Thaner, 141; *Panormia* 4.50. **11 tamdiu – 13 rebus** Ps.-Felix II (JK †230) 9 (ed. Hinschius, 486).Anselmus 3.51, ed. Thaner, 141-142; *Panormia* 4.52; *Polycarpus* 5.4.7; *Coll. 3 libr.* 2.33.5, ed. Motta, 1.506. **17 Si – 351: 10 respondeat** Ps.-Felix I (JK †143) 10 (ed. Hinschius, 201); Anselmus 3.88.4, ed. Thaner, 158; *Coll. Trip.* 1.24.4-5; *Panormia* 4.44, 48; *Coll. 3 libr.* 2.32.177, ed. Motta, 1.500.

AaBcFdP

20 convocentur] vocentur *P* **22 Gaius**] Gelasius *Aa*
25 restaurationem] *AaBcFdSgFr.*: restitutionem *P* **2 post – sunt**]
om. Sg **5 sibi**] *om. Fd^{ac}Sg* **6 eis**] *AaBcSgFr.*: *om. FdP* **expoliati –**
7 vel] *om. P* **8 convocentur**] *Aa^{ac}BcFdSgFr.*: convocarentur *Aa^{ac}*:
vocentur *P* **10 de eodem**] *om. Sg* **11 tamdiu**] *AaBcSgFr.*: quamdiu
FdP **12 acta**] *om. Fd^{ac}* **14 – 17 Si**] *om. Sg* **15 ad causam**]
Aa^{ac}BcFr.: *om. Aa^{ac}FdP* **19 in**] *om. Aa* **20 detentione**] tentione *Aa^a*
fuerit] fuerint *P* **23 ablata**] *AaFdFr.*: oblata *BcP* **25 tamen**]
tantum *P*

quoquam cogatur antequam integerrime omnia, quae per
 suggestiones suorum inimicorum amiserat, potestati eius
 ab honorabili concilio legali ordine redintegrentur. Presul
 vero cum omni honore statui primo reddatur, et ipse
 5 dispositis ordinatisque libere ac secure diu suis, tunc
 regulariter infra iv, vel v, aut vi, aut vii menses, iuxta
 quod possibilitas ei fuerit, et non ante convocatus, ad
 tempus in legitimo concilio et canonico conveniat ad
 causam, et si ita iuste videtur, accusantium
 10 propositionibus respondeat.

(QUAESTIO 3)

(C.3 q.3 d.a.c.1) ¶ Quod vero post vocationem
 venienti ad iudicium inducie negande non sint, idem Felix
 15 testatur, dicens: Aa 142v

(C.3 q.3 c.1) VENIENTI AD IUDICIUM INDUTIE NON
 NEGENTUR.

Cum accusatus ad iudicium venerit, si voluerit, inducie
 ei petenti a patribus constitute absque inpedimento
 20 concedantur, et iudices a se electi sibi tribuantur.

(C.3 q.3 c.2) Item ex epistola Felicis papae secundi
 fratribus Egiptiorum: Fr. 510

QUOT MENSIVM INDUTIE EPISCOPIS PRESTANDE SINT.

De indutiis vero episcoporum, super quibus
 25 consuluistis, diversas a patribus regulas institutas
 invenimus. Quidam enim ad repellenda impetitorum
 machinamenta, et suas preparandas resposiones, et

18 Cum – 20 tribuantur Ps.-Felix II (JK †230) 9 (ed. Hinschius, 486). Anselmus 3.51, ed. Thaner, 142; *Coll. Trip.* 1.33.1; *Panormia* 4.98; *Polycarpus* 5.4.7; *Coll. 3 libr.* 2.33.5, ed. Motta, 1.506. **24 De – 352: 10 armare** Ps.-Felix II (JK †230) 15 (ed. Hinschius, 489). **De – 352: 6 sacerdotibus** Anselmus Bb 3.118; *Polycarpus* 5.3.1; *Coll. 3 lib.* 2.32.116, ed. Motta, 1.476. **De** Anselmus Bb 3.119; *Panormia* 4.102; *Polycarpus* 5.3.2.

AaBcFdP

4 statui] om. P **primo]** Aa^{ac}BcFdP: pristino Aa^{pc}Fr. **5 diu]** diutius Aa **6 aut¹]** AaBcP: vel FdFr. **aut²]** vel Fd **14 sint]** sunt Fd^{ac}
15 testatur dicens] dixit Sg **19 ei]** om. Fd^{pc} **petenti]** penitenti P??
21 ex] om. P^{ac} **23 quot – sint]** om. Sg **quot]** quod Aa **episcopis – sint]** Fd^{pc}PFr.: ep. sunt prest. Aa: ep. prest. sunt Fd^{ac}: prest. sint ep. Bc
24 vero] inquit Sg **26 repellenda]** repellendorum Aa^a
impetitorum – 27 machinamenta] mach. inp. Fr. **impetitorum]** impetitorum Sg

- Bc 138ra testes confirmandos, et consilia episcoporum atque amicorum querenda, annum et sex menses mandaverunt concedi. Quidam autem annum, in quo plurimi concordant. Minus vero quam sex menses non repperi, quia et laicis hec indulta sunt, quanto magis domini sacerdotibus? Et infra: Indutie non sub angusto tempore, sed sub longo spatio concedende sunt, ut accusati se preparare, et universos communicatores in provinciis positos convenire et testes preparare, atque contra insidiatores se pleniter armare. 5
- Fr. 511 (QUAESTIO 4)
Aa 143r (C.3 q.4 d.a.c.1) ¶ Quod vero infames et non legitime coniuncti ad accusationem admitti non debeant, et qui generaliter ab accusatione removendi sint, multorum auctoritatibus claret. Ait enim Iginus papa: 20
- (C.3 q.3 c.3) Item Eleuterius papa:
DE INDUCIIS PRESTANDIS.
Indutie non modice dande sunt, ne aliquid prepropere agi a quacumque parte videatur, quia per subreptionem multa proveniunt. 15
- (C.3 q.4 c.1) INFAMES EOS, QUI SUNT BONE FAME, ACCUSARE NON POSSUNT.
Alieni erroris societatem sectantem vel a sui propositi tramite recedentem aut apostolice sedis iussionibus 25

13 Indutie – 15 proveniunt Ps.-Eleuterius I (JK †68) 3 (ed. Hinschius, 126). Anselmus 3.52, ed. Thaner, 142; *Coll. Trip.* 1.11.2; *Panormia* 4.103; *Polycarpus* 5.4.16; *Coll. 3 libr.* 2.33.14, ed. Motta, 1.510. **24 Alieni – 353: 4 discretio** Ps.-Hyginus I (JK †36) 6, ed. Hinschius, 115. Anselmus 2.15, ed. Thaner, 82; *Coll. Trip.* 1.7.3; *Panormia* 4.70, 88; *Polycarpus* 1.19.1; *Coll. 3 libr.* 1.10.3, ed. Motta, 1.45.

AaBcFdP

3 autem] AaBcPSgFr: om. Fd in] et in Sg **5 hec]** hoc Aa **De]** om. Sg **9 convenire]** om. Fd^{ac} **De]** BcFdP: armare valeant AaFr.
12 de – prestandis] om. Sg **13 modice]** modice ad inquirendum Fr
ne aliquid] om. Fd^{ac} **prepropere]** BcFdFr: propeere AaP (ut videtur) Sg **14 quia]** om. Fd^{ac} **per]** om. P **subreptionem]** Bc^{ac}FdSgFr: subrep(er)nem Bc^{ac}: sub P **15 proveniunt]** proveniant Fd^{ac}Sg **19 et – 20 sint]** om. Sg **20 sint]** sunt Fd^{ac} **multorum]** pluribus Sg **21 claret]** aperitur Sg **ait – papa]** om. Fdac **ait enim]** unde Sg **papa]** om. Sg **22 infames – 23 possunt]** om. Sg **24 sectantem]** sectante P **25 recedentem]** redendente P

inobedientem suscipere non possumus, nec inpedire recte credentes, vel sanctorum Patrum iussionibus obtemperantes permittimus, quia inter fideles et infideles magna debet esse discretio. Fr. 512

5 (C.3 q.4 c.3) Item Pius papa:

A SUO PROPOSITO RECEDENTES FIUNT INFAMES.

Si quis vero a suo proposito retrorsum exorbitaverit, et iussa apostolice sedis libenter transgressus fuerit, infamis efficitur. Reprobati ergo oportet eorum redargutiones, qui in recta fide suspecti sunt. Sg 68b Bc 138 rb

10 (C.3 q.4 c.4) Item Calixtus papa:

INCESTUOSI ET NON LEGITIME CONIUNCTI SACERDOTES VEL LEGITIME CONIUNCTOS ACCUSARE NON POSSUNT.

15 Consanguineorum coniunctiones nec legitime sunt nec manere possunt, sed sunt repellende. Quisquis ergo non legitime coniunctus, vel absque dotali titulo ac benedictione sacerdotis constat copulatus, sacerdotes vel legitime coniunctos criminari vel in eos testificari minime potest, quoniam omnis incesti macula pollutus infamis est et accusare supradictos non permittitur. Non solum ergo hii repellendi sunt et infames efficiuntur, sed etiam omnes eis consentientes. Aa 143v

20 (C.3 q.4 c.5) Idem:

7 Si – 10 sunt Ps.-Pius I (JK †43) 4 (ed. Hinschius, 117). Anselmus 3.33, ed. Thaner, 132; *Coll. Trip.* 1.8.2; *Polycarpus* 5.1.8. **15**

Consanguineorum – 23 consentientes Ps.-Callistus I (JK †86) 16 (ed. Hinschius, 140). *Coll. Trip.* 1.14.7; *Polycarpus* 6.4.53; *Coll. 3 libr.* 3.11.51, ed. Motta, 2.122.

AaBcFdP

1 inobedientem – 2 iussionibus] *om. P* **2 credentes]** reddentes *Fd^p*
vel] *om. Aa^{ac}* **6 recedentes]** discedentes *Fr.* **fiunt infames]** *BcFr.:*
 infames fiunt *AaFd:* sunt infames *P* **7 retrorsum]** *om. Sg* **11 papa]**
om. Fd **12 incestuosi – 14 possunt]** *om. Sg* **et]** *om. Fr.*
16 manere] remanere *Sg* **repellende]** repellendi *Aa^{ac}*
18 sacerdotis] *BcPSgFr.:* sacerdotali *Aa: om. Fd^{ac}* **21 et –**
permittitur] *om. Sg* **22 repellendi – efficiuntur]** tamquam infames
 repelluntur *Sg* **et]** qui et *Fd^{ac}* **omnes – 23 eis]** eis omnes *Aa*
23 eis] eorum *Sg*

QUI NON SUNT RECIPIENDI IN ACCUSATIONE.

Conspiratores in nullius accusatione sunt recipiendi, nec eorum vel anathematizatorum vox ullum nocere aut ledere potest.

Fr. 513 (C.3 q.4 c.6) Item Stephanus papa: 5

DE EODEM.

Nullus anathematizatorum suscipiatur nec a quoquam credantur quae ab eis dicuntur vel conscribuntur. Eos dico anathematizatos esse, quos episcopi suis scriptis anathematizaverunt, aut eorum statuta anathematizant. 10

(C.3 q.4 c.7) Item Fabianus papa:

ANATHEMATIZATI FIDELES ACCUSARE NON POSSUNT.

Omnes quos sanctorum patrum statuta tam preteritis quamque futuris temporibus anathematizant, submovemus, et ab omni fidelium accusatione alienamus. 15

(C.3 q.4 c.8) Item Stephanus papa:

Bc 138va CLERICUS QUI EPISCOPUM ACCUSAVERIT INFAMIS EFFICITUR.

Clericus vero, qui episcopum suum accusaverit aut ei insidiator extiterit non est recipiendus, quia infamis effectus est, et a gradu debet recedere ac curie tradi serviturus. 20

(C.3 q.4 c.11) Item Euticianus papa:

INFAMIS VEL SACRILEGUS RELIGIOSUM CHRISTIANUM ACCUSARE NON POTEST. 25

Nulli umquam infami aut sacrilego de quocumque negotio liceat adversus religiosum Christianum, quamvis

2 Conspiratores – **4 potest** Ps.-Callistus I (JK †86) 9 (ed. Hinschius, 138).*Coll. Trip.* 1.14.12. **7 Nullus** – **10 anathematizant** Ps.-Stephanus I (JK †131) 7 (ed. Hinschius, 185).*Coll. Trip.* 1.21.4; *Panormia* 4.71. **13 Omnes** – **15 alienamus** Ps.-Fabianus I (JK †92) 5 (ed. Hinschius, 158).Anselmus 3.17, ed. Thaner, 126; *Polycarpus* 5.1.14; *Coll. 3 libr.* 2.26.8, ed. Motta, 1.348. **19 Clericus** – **22 serviturus** Ps.-Stephanus I (JK †131) 11 (ed. Hinschius, 186).*Coll. Trip.* 1.21.7; *Polycarpus* 5.1.21; *Coll. 3 libr.* 2.24.13, ed. Motta, 1.328. **26 Nulli** – **355: 2 inpetere** Ps.-Eutycianus I (JK †146) 6 (ed. Hinschius, 211)-212; Anselmus 3.25, ed. Thaner, 128; *Coll. Trip.* 1.25.1; *Panormia* 4.91.

AaBcFdP

1 sunt] sint *Fd* **3 vel]** *Sg* **6 de eodem]** *om. Sg*
10 anathematizant] *om. Sg* **12 anathematizati** – **possunt]** *om. Sg*
14 quamque] quam *Fd* **15 omni]** omnium *Fd^{pc}* **24 infamis** – **25 potest]** *om. Sg* **25 accusare** – **potest]** non accuset *Bc*

humilis servilisque persona sit, testimonium dicere, nec de qualibet ratione vel inscriptione Christianum inpetere. Fr. 514

(C.3 q.4 d.p.c.11) ¶ Notandum vero est, quod aliud sit excommunicatio, aliud anathematizatio. Sg 69a

5 (C.3 q.4 c.12) Unde Iohannes octavus scribit cuidam episcopo:

ALIUD EST EXCOMMUNICATIO, ALIUD ANATHEMATIZATIO.

10 Hengiltrudam uxorem Bosonis noveris non solum excommunicatione, quae a fraterna societate separat, sed etiam anathemate, quod ab ipso corpore Christi, quod est ecclesia, recidit, crebro percussam.

15 (C.3 q.4 d.p.c.12) ¶ Unde datur intelligi quod anathematizati intelligendi sunt non simpliciter a fraterna societate, sed a corpore Christi, quod est ecclesia, omnino separati.

(QUAESTIO 5)

20 (C.3 q.5 d.a.c.1) ¶ Quod vero testes de domo accusatorum producendi non sint, et quod vox inimicorum audienda non sit, multorum auctoritatibus monstratur. Ait enim Calixtus papa:

(C.3 q.5 c.1) CONSANGUINEI VEL FAMILIARES ADVERSUS EXTRANEOS NON DICANT TESTIMONIUM.

25 Consanguinei accusatores adversus extraneos testimonium non dicant nec familiares vel de domo

9 Hengiltrudam – 12 percussam Iohannes VIII, *fragm.* 14 (JE 2969; J³ 6796), ed. Caspar, MGH Epp. 7.280.15-17. *Coll. Trip.* 1.65.3. **25 Consanguinei – 356: 2 alios** Ps.-Callistus I (JK †86) 17 (ed. Hinschius,

AaBcFdP

3 notandum – est] sciendum igitur *Sg* **vero]** quoque aliud *F*
sit] est *Sg* **4 aliud]** *AaFdP*: et aliud *BcFr*: **5 scribit]** dicit *Sg*
7 aliud¹ – 8 anathematizatio] *om. Sg* **aliud²]** aliud est *P*
9 Hengiltrudam] *B^{pc}*: Engeltrudam *Fd^{pc}*: Engeltrudem *Aa*:
Hengiltrudim *Sg* **10 quae]** quod *P* **11 anathemate]** anathematite?
B^{cc} **13 unde]** ex quo *Sg* **15 societate]** societate omnino separati
Fr. **omnino – 16 separati]** *om. Fr.* **omnino]** *om. Sg* **20 et – 21**
sit] *om. Sg* **vox – 21 inimicorum]** inimicorum vox *Fr.*
21 multorum] multis *Fd^{pc}Sg* **22 monstratur]** comparatur *Sg* **ait –**
papa] unde Calixtus *Sg* **23 consanguinei]** ut cons. *Sg* **24 non –**
testimonium] test. n. dic. *AaFr*: **25 accusatores]** accusatoris *Fd^{pc}Sg*
26 vel] nec *AaFd^{pc}*

- Aa 144r prodeuntes, sed si voluerint et invicem consenserint, inter se parentes testificentur et non in alios.
- (C.3 q.5 c.2) Item Anacletus papa:
- Bc 138vb NUPER INIMICI ACCUSATORES VEL TESTES ESSE NON POSSUNT. 5
- Accusatores et testes esse non possunt, qui ante hesternum diem aut nudius tertius inimici fuerunt, ne irati nocere cupiant nec lesi se ulcisci velint. Inoffensus igitur accusatorum et testium affectus querendus est et non suspectus. 10
- Fd 33ra
- Fr. 515 Item Pontianus sanctae et universalis ecclesiae episcopus:
- (C.3 q.5 c.4) QUI NON POSSUNT ESSE ACCUSATORES VEL TESTES.
- Suspectos aut inimicos aut facile litigantes accusatores esse et testes antecessores nostri apostoli prohibuerunt et nos eorum auctoritate submovemus atque temporibus futuris excludimus. 15
- Fr. 517 (C.3 q.5 d.p.c.14) ¶ Quod vero inimici ab accusatione prohibentur, inde est, quia eorum calliditate innocentia 20
- Fr. 518 frequenter opprimi solet. Sed cum Athanasius sue cathedre reddi precipitur, quia de inimicitia sui patriarche conquestus est, patet quod etsi manifesta sunt crimina alicuius, non tamen accusatione inimici condempnandus est. 25
- Sg 69b

Unde Nicolaus scribit Michaeli imperatori:

141).Anselmus 3.53, ed. Thaner, 142; *Coll. Trip.* 1.14.13; *Panormia* 4.85; *Polycarpus* 5.1.12; *Coll. 3 libr.* 2.32.67, ed. Motta, 1.460.

6 accusatores – **10 suspectus** Ps.-Anacletus I (JK †4) 35 (ed. Hinschius, 84). Anselmus 3.14, ed. Thaner, 125; *Coll. Trip.* 1.2.22A-23; *Polycarpus* 5.1.3; *Coll. 3 libr.* 2.32.50, ed. Motta, 1.451-452. **15 Suspectos** – **18 excludimus** Ps.-Pontianus I (JK †89) 9 (ed. Hinschius, 149).Anselmus 3.16, ed. Thaner, 126; *Coll. Trip.* 1.16.1; *Polycarpus* 5.1.13, 57.

AaBcFdP **26 Unde** [*Tp*

1 invicem] in invicem *FdP* **3 papa**] *om. Sg* **4 nuper** – **5 possunt**] *om. Sg* **6 accusatores** – **possunt**] nuper inimici accusatores esse non possunt et testes *Sg* **7 fuerunt**] fuerint *Fr.* **8 nec**] *AaBcFd^{bc}P:* ne *Fd^{bc}SgFr.* **velint**] voluerint *Aa* **9 affectus**] effectus *P* **11 et**] *om. Fd^{bc}* **13 qui** – **14 testes**] *om. Sg* **16 et**¹] vel *Sg* **antecessores**] antecedentes *Fd^{bc}* **19 quod** – **25 est**] *Sg v. App.* **20 prohibentur**] *om. Fd^{bc}* **22 inimicitia**] ?? *P* **26 scribit** *om. Sg:* inter cetera que scribit *Tp*

(C.3 q.5 c.15) QUI INIMICI SUNT, IUDICES ESSE NON POSSUNT.

Athanasius a patriarcha suo depositus, quia de inimicitia conquestus est, iterato ad iudicium renovandum dirigitur, etsi manifesta sibi officiant crimina, sue ecclesiae tamen reddi precipitur.

Tp 14vb

(QUAESTIO 6)

Fr. 519

(C.3 q.6 d.a.c.1) ¶ Extra provinciam autem reus nullatenus est producendus.

Unde Fabianus papa scribit:

(C.3 q.6 c.1) UBI CRIMEN ADMITTITUR, IBI CAUSA VENTILETUR.

Ibi semper causa agatur, ubi crimen admittitur, et qui non probaverit quod obiecit, penam quam intulerit ipse patiat.

Bc 139ra

Idem:

(C.3 q.6 c.2) ACCUSATUS NON NISI IN FORO SUO AUDIATUR.

Si quis episcoporum super certis accusatur criminibus, ab omnibus audiatur qui sunt in provincia sua episcopis, quia non oportet accusatum alibi quam in foro suo audiri.

Aa 144v

3 Athanasius – 6 precipitur Nicolaus I, *Ep.* 88 (JE 2796), ed. Perels, MGH Epp. 6.461.19-22. *Coll. Trip.* 1.62.64. **14 Ibi – 16 patiat** Ps.-Fabianus I (JK †94) 28 (ed. Hinschius, 168). Anselmus 3.79, ed. Thaner, 154; *Coll. Trip.* 1.18.12; *Panormia* 4.74, 75; *Polycarpus* 5.1.16; *Coll. 3 libr.* 2.32.63, ed. Motta, 1.458. **20 Si – 22 audiri** Ps.-Fabianus I (JK †94) 26 (ed. Hinschius, 167). Anselmus 3.73, ed. Thaner, 152; *Coll. Trip.* 1.18.8; *Polycarpus* 5.1.16; *Coll. 3 libr.* 2.32.63, ed. Motta, 1.457.

AaBcFdPTp 6 precipitur Tp]

1 qui – sunt] inimici Sg **3 Athanasius – 6 precipitur]** eras. capitulo longiore secundae recensionis addito Bc **Athanasius]** <A>nathasius Fd^{pc}: Athanasius episcopus Tp **a – depositus]** dep. a suo patr. T **depositus]** deponitur Fd^{pc} **4 inimicitia]** inimicitia eius Tp Fr. Trip **est]** est in calcedonensi synodo Tp **5 officiant crimina]** cr. off. Fr **sue]** om. Fd^{pc} **6 tamen]** Fd. ante ecclesie loc. AaTp. t(antu)m P. om. Fr. Trip. **precipitur]** ?? Fd^{pc} **10 nullatenus]** nullo modo Sg **11 scribit]** BcFd. scribit Hylario (Ylario Fr.) episcopo AaFr.: om. ?? P **12 ubi]** Ibi semper causa ubi Fd **14 Ibi]** ibi inquit Sg **admittitur]** committitur Fd^{pc}: admittit ubi semper causa agitur Fd^{pc} **15 obiecit]** AaBcFdP. obiecit Fr.: Fr. **17 idem]** item Aa: vel item supra lin. Fd^{pc} **18 Accusatus]** ubi accusatus Sg **21 sunt]** om. Fd^{pc} **episcopis]** om. Sg

Idem:

(C.3 q.6 c.3) DE EODEM.

Pulsatus ante suum iudicem causam dicat. Non ante suum iudicem pulsatus, si voluerit, taceat. Pulsatis vero quotiens appellaverint inducie dentur.

5

(C.3 q.6 d.p.c.3) ¶ Hoc autem quod de loco dictum est tunc intelligendum est, cum veritas cause non nisi in loco admissi criminis deprehendi potest, aut nisi altera pars iudicium maioris persone interpellaverit, sive declinando iudicium, sive relevando sententiam.

10

Unde Stephanus, sanctae et apostolice atque universalis ecclesiae Romane episcopus, scribit omnibus episcopis:

(C.3 q.6 c.4) INTRA PROVINCIAM ET A CONPROVINCIALIBUS TANTUM CAUSA EST AUDIENDA.

15

Ultra provinciarum terminos accusandi licentia non progrediatur, sed omnis accusatio intra provinciam audiatur, et a conprovincialibus terminetur, nisi tamen ad apostolicam sedem fuerit appellatum.

Fr. 520

(C.3 q.6 c.5) Item Sixtus papa:

20

3 Pulsatus – 5 dentur Ps.-Fabianus I (JK †94) 28 (ed. Hinschius, 168). Anselmus 3.73, ed. Thaner, 153; *Coll. Trip.* 1.18.10; *Panormia* 4.123; *Polycarpus* 1.8.3b, 5.1.16; *Coll. 3 libr.* 2.32.63, ed. Motta, 1.458. **16 Ultra – 19 appellatum** Ps.-Stephanus I (JK †131) 10 (ed. Hinschius, 185)-186. Anselmus 3.74, ed. Thaner, 153; *Coll. Trip.* 1.21.7; *Panormia* 4.33; *Coll. 3 libr.* 2.32.137, ed. Motta, 1.483.

AaBcFdP

1 idem] vel item *supra lin. Fd^{pc}* **3 ante¹]** *AaBcFd^{pc}PFr.*: vero per *Fd^a* **suum iudicem]** iudicem suum *Aa* **causam]** causas *Polyc.* **non – 5 dentur]** *om. Sg* **non ante** et ante non *P976* **non]** et non *Ans.P976 Trip.Pan.* **4 pulsatus – taceat**

AaBiBIBrCdGgKaKbMiMdMeMkMmSb Fr. Ans. Trip.: *om. BcFd* **Pulsatis vero** Et ut pulsatus *P976* **Pulsatis]** pulsatus *Ham. 279:* et ut (*om. P976*) pulsatus *Ans.P976 Trip.Pan.Polyc.* **vero]** *om. Ans. Trip.Pan.Polyc.* **5 appellaverint]** *BcFd:* appellaverit *Aa^{pc}*

7 intelligendum est] **8 potest]** valet *Sg* **aut – 10 sententiam]** *om. Sg* **altera]** alteri *P* **9 maioris – 10 iudicium]** *AaBiBIBrCdGgKaKbMdMeMiMkMmMvSb Fr.:* *om. BcFdP*

10 relevando *BiBIBrCdGgKaKbMkMv Fr.:* revelando *AaBcFd^{pc}MiMm^{pc}PSb:* revelanda *Fd^{pc}* **11 sanctae – 12 scribit]** papa *Sg* **et]** *om. Fd*

14 Intra – 15 audienda] *om. Sg* **16 provinciarum]** prov. inquit *Sg* **17 provinciam]** provinciam tantum *Fd* **18 tamen]** t(ame)n *BcFdP:* tantum *AaFr.* **ad]** *om. Fd^{pc}*

A CONPROVINCIALIBUS IUDICATUS APOSTOLICAM SEDEM APPELLET.

Accusatus a conprovincialibus in aliqua causa episcopus licenter appellet, et adeat apostolice sedis pontificem, qui aut per se aut per vicarios suos retractare eius negotium procuret. Et dum iterato iudicio pontifex causam suam agit, alius in eius loco non ponatur aut ordinetur episcopus, quoniam, quamquam conprovincialibus episcopis accusati causam episcopi scrutari liceat, non tamen diffinire inconsulto romano pontifice permissum est.

Bc 139rb

(C.3 q.6 c.7) Item Eleuterius papa:

CONPROVINCIALES ET METROPOLITANI EPISCOPORUM CAUSAM AUDIRE, SED DIFFINIRE NON POSSUNT.

Quamvis liceat apud provinciales, et metropolitanos, atque primates episcoporum ventilare accusationes vel criminationes, non tamen licet diffinire sine huius sanctae sedis auctoritate, sicut ab apostolis eorumque successoribus multorum consensu episcoporum iam diffinitum est. Nec in eorum ecclesiis alii aut preponantur aut ordinentur, antequam hic eorum iuste terminentur negotia. Reliquorum vero clericorum causas apud provinciales, et metropolitanos, et primates et ventilare et iuste finire licet.

(C.3 q.6 d.p.c.10) ¶ Alias autem irrita erit episcoporum sententia et a sinodo retractanda.

Fr. 522

Unde Felix papa:

3 accusatus – **11 est** Ps.-Sixtus II (JK †133) 2 (ed. Hinschius, 190). Anselmus 2.11, ed. Thaner, 81; *Coll. Trip.* 1.12.3, 1.22.2; *Polycarpus* 1.8.1; *Coll. 3 libr.* 1.12.3, ed. Motta, 1.57. **15 Quamvis** – **24 licet** Ps.-Eleutherus I (JK †68) 2 (ed. Hinschius, 125). *Coll. Trip.* 1.11.1; *Panormia* 4.136.

AaBcFdP

1 iudicatus] *Aa^{ac}BcFd^{ac}P.* accusatus vel iudicatus *Aa^{pc}Fd^{pc}Fr.*
3 accusatus] *BcP:* accusatus vel iudicatus *AaFdFr.* **5 aut²]** qui aut *P*
CHECK! **7 agit]** aug; *P CHECK!* **9 episcopis]** provincialibus *Fd^{ac}:*
a conprovincialibus *Aa* **episcopi]** *om. Fd^{ac}* **14 causam]** causas *F*
audire sed] audientes *Aa* **17 non tamen]** *BcFd:* tamen non *Fd:* non
t(antu)m *P* **18 eorumque]** eorum *Fd* **20 preponantur]**
preponuntur *Fd^{ac}* **21 ordinentur]** ordinantur *Fd^{ac}* **23 provinciales]**
Aa^{ac}BcFdP. conprovinciales *Aa^{pc}Fr.*

(C.3 q.6 c.11) DAMPNATIO INIUSTA INRITA EST ET IN SINODO RETRACTANDA.

Inritam esse episcoporum dampnationem iniustam censemus et idcirco a sinodo retractandam, ita ut oppressis ab omnibus in cunctis subveniatur causis.

5

(C.3 q.6 d.p.c.11) ¶ Quod autem metropolitanum contempnere, et aliorum iudicium alicui expetere non liceat, Sixtus papa testatur, dicens:

(C.3 q.6 c.12) PEREGRINA IUDICIA SUNT SUBMOVENDA.

10

Aa 145r Peregrina iudicia, salva in omnibus apostolica auctoritate, generali sanctione prohibemus, quia Fr. 523 indignum est ut ab extraneis iudicentur qui conprovinciales et a se electos debent habere iudices.

Item Innocentius:

15

(C.3 q.6 c.14) NULLI LICEAT ALIARUM PROVINCIARUM IUDICIUM EXPETERE.

Bc 139va Non liceat cuiquam sine preiudicio tamen Romane Sg 70a ecclesiae, cui in omnibus causis reverentia debetur, relictis his sacerdotibus, qui in eadem provincia Dei ecclesias nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias vel aliarum provinciarum episcoporum iudicia expeti vel pati. Quod si quis presumpserit, ab officio cleri submotus et iniurie reus ab omnibus iudicetur.

20

Fd 33rb

(C.3 q.6 d.p.c.14) ¶ Reverentia autem, quae apostolice debetur ecclesiae, et eius auctoritas intelligenda est, cum

25

3 Inritam – **5 causis** Ps.-Felix I (JK †142) 4 (ed. Hinschius, 198).Anselmus 3.65, ed. Thaner, 148; *Coll. Trip.* 1.24.3. **11 Peregrina** – **14 iudices** Ps.-Sixtus III (JK †397) (ed. Hinschius, 562).Anselmus 3.73, ed. Thaner, 152; *Coll. Trip.* 1.42.2. **18 Non** – **24 iudicetur** Innocentius I (JK 286) ???; Anselmus 3.75, ed. Thaner, 153; *Coll. Trip.* 1.38.20; *Coll. 3 libr.* 2.32.135, ed. Motta, 1.483.

AaBcFdP

1 dampnatio iniusta] iniusta dampnatio Aa **in** – **2 sinodo]** a synodo Aa **2 retractanda]** tractanda P **3 iniustam]** iniusticiam P; et iniustam Fr. **6 Quod]** si quis Sg **metropolitanum]** metr. suum Fd^{pc}Fr.: proprium metr. Sg **7 non]** hoc nulli Sg **8 Sixtus]** unde Syxtus Sg **testatur dicens]** om. Sg **9 sunt** – **10 submovenda]** subm. sunt Aa **11 iudicia]** inquit iudicia Sg **16 nulli]** AaBcFd^{pc}Fr.: non Fd^{pc}: non ulli P **19 causis** – **debetur]** rev. deb. ca. Fd **21 convolare]** convocare Fd **22 expeti vel** om. Sg **23 officio cleri]** AaBcFr.: officio dei Fd^{pc}: ab officio dei Fd^{pc}: ab officio clerici P **24 reus]**

vel ad ipsam appellatum fuerit, vel ab ea iudices electi conceduntur. Unde Sixtus papa, cum diceret "conprovinciales et a se electos debet habere iudices", statim subiungit "nisi fuerit appellatum".

5 Et item Anacletus:

(C.3 q.6 c.15) APOSTOLICE SEDIS DECRETO EXTRANEOS IUDICES ADIRE NON POSSUMUS.

10 Unaqueque provincia tam iuxta ecclesiasticas quam iuxta seculi leges suos debet iustos et non iniquos habere iudices, et non extraneos, nisi apostolice huius sedis decreverit auctoritas.

Item ex Romana sinodo:

(C.3 q.6 c.16) NISI PER APPELLATIONEM ALTERIUS PROVINCIÆ IUDICES ADIRE NON OPORTET.

15 Neminem exhiberi de provincia ad provinciam ad comitatum oportet, nisi ad relationem iudicis, ita ut auctor rei forum sequatur. Et infra: Illa quae sunt per unamquamque provinciam, ipsius provincie sinodus dispenset, sicut in Niceno constat esse decretum concilio.
20 Ultra provincie terminos accusandi licentia non progrediatur. Omnis accusatio intra provinciam audiatur et a conprovincialibus terminetur. **(C.3 q.6 c.17)** Item: Si

Fr. 524

8 Unaqueque – **11 auctoritas** Ps.-Anacletus I (JK †2) 15 (ed. Hinschius, 73); Anselmus 3.80, ed. Thaner, 155; *Coll. Trip.* 1.2.7; *Coll. 3 libr.* 2.6.9, 2.33.8, ed. Motta, 1.145, 1.507-8. **15 Neminem** – **22 terminetur** Anselmus 3.88.4, 9-10, ed. Thaner, 159, 160; *Polycarpus* 5.1.31.a, b; *Coll. 3 libr.* 2.32.82, 87, 88, ed. Motta, 1.467-468. **Neminem** – **17 sequatur** *Capit. Anglr.* 3x-y, ed. Schon, 109. Anselmus 3.88.4, ed. Thaner, 159; *Polycarpus* 5.1.31.a, b; *Coll. 3 libr.* 2.32.82, ed. Motta, 1.467. **17 Illa** – **22 terminetur** *Capit. Anglr.* 8a-9a, ed. Schon, 113-114. **22 Si** – **362: 4 pertrahendum** *Capit. Anglr.* 7, ed. Schon, 112. Anselmus

AaBcFdP

res *P* **ab omnibus** *om. Sg* **25 Reverentia** – **361: 4 appellatum]** *alia verba Sg, v. App.* **3 debet]** debent *Fr.* **5 et]** *AaBcFdP: om. SgFr.* **6 apostolice** – **decreto]** ut *Sg* **apostolice]** *AaBcFdP: absque apostolice Fr.* **7 iudices]** *AaBcFd^{pc}P: iudicare Fd^{ac}* **non]** *om. Bc per coniecturam, ut opinimur.* **possumus]** *AaBcFd^{pc}P: possunt Fd^{ac}:debemus Sg* **8 ecclesiasticas]** seculi leges *Fd^{ac}* **9 leges]** ecclesiasticas *Fd^{ac}* **suos]** suas *Fd^{ac}: om. Sg* **non]** *om. Aa^{ac}* **10 sedis]** *om. Fd^{ac}* **12 Item** – **362: 4 pertrahendum** *om. Sg* **13 nisi per]** *AaBcFd^{pc}P: super Fd^{ac} Fr* **alterius** – **14 provincie]** *AaBcFr: provincie alterius Fd^{ac}: provincie Fd^{ac}* **14 adire]** audire *Fd^{ac}* **15 exhiberi]** exhibere *Aa^{ac}* **ad²** – **16 comitatum]** *Aa^{ac}BcFd^{ac}P: vel (om. Fd) de comitatu ad comitatum Aa^{pc}Fd^{pc}Fr.* **17 auctor]** *Aa^{ac}BcFdP: actor Aa^{pc}Fr.*

Bc 139vb quis clericus super quibuslibet criminibus accusatus fuerit, in provincia, in qua consistit ille qui pulsatur, suas exerat actiones, nec estimet eum accusator suus alibi aut longius ad iudicium pertrahendum.

Item ex decreto Adriani papae:

5

(C.3 q.6 c.18) UBI CRIMEN ADMITTITUR, IBI CAUSA VENTILETUR.

Qui crimen obicit scribat se probaturum. Revera ibi causa agatur ubi crimen admittitur.

10

(QUAESTIO 7)

(C.3 q.7 d.a.c.1) ¶ Quod iudex esse non possit quem cum reo par aut maior macula inficit, multis auctoritatibus probatur. Dicit enim sancta romana sinodus:

15

(C.3 q.7 c.1) INFAMES IUDICES ESSE NON POSSUNT.

Infamis persona nec procurator potest esse, nec cognitor.

Fr. 526

(C.3 q.7 d.p.c.2) ¶ Idem testatur Felix papa, et eisdem verbis. Item in evangelio: "Ille qui trabem gestat in oculo probatur non posse educere festucam de oculo fratris sui." Item David in libro psalmodum: "Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iusticias meas?" etc. Item Gregorius: "Cuius vita despicitur, restat, ut eius predicatio contempnatur."

20

Aa 146v

(C.3 q.7 c.3) Idem in Moralibus:

25

3.88.8, ed. Thaner 159; *Polycarpus* 5.1.31b; *Coll. 3 libr.* 2.32.82, ed. Motta, 1.468.

8 Qui – 9 admittitur *Capit. Angilr.* 47, ed. Schon, 147. Anselmus 3.89.21, ed. Thaner, 165; *Polycarpus* 5.1.40; *Coll. 3 libr.* 2.32.18, ed. Motta, 1.441. .

17 Infamis – 18 cognitor *Capit. Angilr.* 3s, ed. Schon, 108. Anselmus 3.7, 3.88.4, ed. Thaner, 122, 159; *Coll. Trip.* 1.24.7; *Panormia* 4.78; *Polycarpus* 5.1.31a; *Coll. 3 libr.* 2.32.79, ed. Motta, 1.467. **20 Ille – 21 sui** Matt. 7:5

CHECK! **22 Peccatori – 23 meas** Ps. 49:16 CHECK! **24 Cuius – 25 contempnatur** Gregorius I, *Homiliae in Evangeliiis* 12, ed. xxxxxx.

AaBcFdP

4 ad iudicium] om. Fd^{ac} **8 scribat]** AaBcFdP: sciat Fr. CHECK Fd **ibi]** si Sg^{ac} **12 quod – 14 probatur]** alia verba Sg, v. App. **quod]** qui Fd^{ac} **esse]** om. Fd^{ac} **13 par]** pars Fd^{ac} **14 Dicit enim]** unde Sg **15 sinodus]** sinodus ait Sg **16 possunt]** possint Sg **19 et]** om. Fd^{ac} **26 idem]** item Fd (vel idem add. supra lin.)

QUI ALIORUM VITIA PUNIUNT SUA PRIUS CORRIGERE Sg 70b
STUDEANT.

“Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem
mittat.” Prius ergo ipsi purgandi sunt, per quos aliorum Fr. 527
5 culpe feriuntur, ut ipsi iam mundi per ultionem veniant,
qui aliorum vicia corrigere festinant?

(C.3 q.7 c.4) Item Ambrosius super “Beati
immaculati”:

10 ILLE DE VITA ALTERIUS IUDICET QUI NON HABET IN SE
IPSO QUOD PUNIAT.

Iudicet ille de alterius errore, qui non habet quod in se
ipso condempnet. Iudicet ille, qui non agat eadem, quae in
alio putaverit punienda ne, cum de alio iudicat, in se ferat
sententiam. Iudicet ille, qui ad pronunciandum nullo odio,
15 nulla offensione, nulla levitate ducatur.

Bc 140ra

Item Gregorius:

(C.3 q.7 c.5) GRAVATUS CRIMINIBUS ALIENA IUDICARE
NON VALET.

20 In gravibus peccatis quis positus, dum suis premitur,
aliena non diluit. Cunctis enim liquet, quia, cum his
displicet, qui ad intercedendum mittitur, irati animus
procul dubio ad deteriora provocatur. Scriptum quippe
est: “victime inpiorum abhominabiles Deo”, vota iustorum
placabilia. Neque enim in omnipotentis Dei iudicio quid,
25 sed a quo datur, inspicitur. Hinc est enim quod scriptum
est: “Respexit Deus ad Abel et ad munera eius, ad Cain
vero et ad munera eius non respexit.” Dicturus quippe,

3 Qui – 6 festinant EGH*Coll. 3 libr.* 2.33.55, ed. Motta, 1.523. **Qui – 4 mittat** Ioh. 8:7. **11 Iudicet – 15 ducatur** Anselmus 3.35, ed. Thaner, ??; *Coll. 3 libr.* 2.33.17, ed. Motta, 1.511. **19 In – 364: 7 exaudiet** *Coll. Trip.* 1.55.41-43. **23 victime – Deo 26 Respexit – 27 respexit** Gen. 4:4-5.

AaBcFdP

3 lapidem – 4 mittat] mittat lapidem *P* **4 prius]** primus *Fd^p*
ergo] *om. Fr.* **5 per]** *om. Aa^{ac}* **10 ipso]** *om. Fd^{bc}* **12 agat]** agit *Aa*
14 sententiam] sententia *P* **15 nulla offensione]** *om. Fd^{bc}* **16 Item**
– 364: 7 exaudiet] *om. Sg* **20 enim]** *om. Trip.* **his]** *Bc^{ac}Fd^{bc}P:* is
AaFr. **22 provocatur]** vocatur *Fd^{bc}* **quippe]** *om. Trip.*
23 victime] *Fd^{bc}:* victorie *Fd^{bc}* **Deo]** *BcFdP:* domino *Aa:* sunt deo *Fr.*
24 in] *om. P, ut vid.* **omnipotentis]** omnipotentia *Fd^{bc}* **25 datur]**
detur Trip. **26 ad²]** *om. Fd^{bc}* **ad³ – 27 eius]**
AaBcCdGgKaKbMeMiMm Fr.: om. BcBIFdMdP. ad Cain autem nec ad
munera eius *BiBrMk ante ad³]* verba non respexit *canc. Sb* **27 vero]**
autem *BIMi Trip.* **non]** *om. Bi*

quia dominus respexit ad munera, premisit sollicite, quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur, quia non offerens a muneribus, sed munera ab offerente placuerunt. Dona quippe iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblationibus eorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Item: Longe est dominus ab impiis, et orationes iustorum exaudiet. 5

(C.3 q.7 d.p.c.7) ¶ Item in evangelio: "Sal infatuatum ad nichilum utile esse dicitur, nisi ut proiciatur foras et ab hominibus conculcetur." Ex quibus omnibus datur intelligi, quod criminosus alterius criminis iudex esse non potest, et se ipsum condempnat, dum in alterius crimen sententiam profert. Sed obicitur: Saul cum a domino esset reprobatus, populum dei iudicabat, et eius iudicium universus populus expetebat. Item, David, cum esset adulter et homicida, interrogatus a propheta, sententiam in divitem dedit, qui ovem pauperis rapuit dicens: "Iudicium mortis est viro huic." Item, Salomon, cum amore muliercularum deos gentium coleret, tamen universa plebs Isrelitica ad eius iudicium confluebat. Sic et Ahaab, quamvis coleret Baal, tamen x tribus iudicabat. Multi etiam alii tam in veteri quam in novo testamento inveniuntur, quorum vita cum esset blasphemabilis, tamen eorum sententia, quia ex offitio suo servata iudicarii ordinis integritate processit, invenitur servata. Unde et dominus ait in evangelio: "Super cathedram Moysi sederunt scribe et Pharisei, etc." Hinc liquido constat, quod mali pastores, dum sententia iusti examinis aliorum crimina feriunt, sibi ipsis nocent, dum sine exemplo sue emendationis aliorum vitia corrigere curant; subditis vero prosunt, si, eorum increpatione correcti vel sententia coerciti vitam suam in melius commutare 10 15 20 25 30

8 Sal – 10 conculcetur Matt. 5:13 (VL) **18 Iudicium – huic** Ier. 26:11.
26 Super – 27 Pharisei Matt. 23:2.

AaBcFdP

1 dominus] *om. Fd^{bc}* **3 a**] *om. Fd^{bc}* **8 Item – 365: 2 licet**] *alia verba Sg, v. App.* **evangelio**] *evangelio dominus Aa* **infatuatum**] *Bc*
9 dicitur] *videtur Aa* **ut**] *om. Fd^{bc}* **proiciatur**] *proicitur Bc*
12 se ipsum] *Fd* **14 dei iudicabat**] *iudicabat dei Fd^{bc}* **17 dedit**] *om. Fd^{bc}* **20 confluebat**] *conflueret Fd^{bc}* **21 Ahaab**] *P. Haab Bc. Achab AaFdFr.* **22 veteri**] *BcP: veteri testamento AaFdFr.* **novo testamento**] *Bc (novo t.) P. novo AaFdFr.* **27 Pharisei**] *Pharisei dicentes FdFr.AB*

didicerint. Ac per hoc, dum ab ecclesia tollerati fuerint, eorum iudicium subterfugere non licet.

(QUAESTIO 8)

Fr. 529

5 (C.3 q.8 d.a.c.1) ¶ Quod autem episcopus ab uno tantum audiri vel iudicari non debeat, Zepherinus papa testatur, dicens:

(C.3 q.8 c.1) EPISCOPUS NON NISI A PLURIBUS AUDIATUR ET IUDICETUR.

10 Accusatores episcoporum omni careant suspicione, quia columnas suas dominus firmiter stare voluit, non a quibuslibet agitari. Nullum namque eorum sententia a suo iudice non dicta constringat, quia et leges seculi id ipsum fieri precipiunt. Xii iudices quilibet episcopus accusatus, si
15 necesse fuerit, eligat, a quibus eius causa iuste iudicetur. Nec prius audiatur, aut excommunicetur, vel iudicetur, quam ipsi per se eligantur, et regulariter vocato ad suorum primo conventum episcoporum, per eos eius causa
20 iuste audiatur et rationabiliter discernatur. Finis vero eius cause ad sedem apostolicam deferatur, ut ibidem terminetur. Absens vero nemo iudicetur, quia et divine et humane leges hoc prohibent.

Bc 140va

Item Felix episcopus dixit in concilio Cartaginensi iii:

25 (C.3 q.8 c.2) A QUOT EPISCOPIS AUDIATUR EPISCOPUS, QUI IN REATUM INCIDIT.

Suggero secundum statuta veterum conciliorum, ut si quis episcopus, quod non optamus, in reatum aliquem

8 Episcopus – 9 iudicetur **10 Accusatores – 22 prohibent** Ps.-Zephyrinus (JK †80) 5 (ed. Hinschius, 131)-132. Anselmus 2.37, 3.41, 3.58, 3.62, ed. Thaner, 92, 135, 144, ??; *Coll. Trip.* 1.13.1; *Polycarpus*, 1.6.7, 5.1.11, 5.4.3; *Coll. 3 libr.* 2.33.6, ed. Motta, 1.506. . **26 Suggero – 366: 3 episcopis** ??Anselmus 3.42, ed. Thaner, 136.

AaBcFdP

6 tantum] tamen *P* CHECK! **8 Episcopus – 9 iudicetur** *om. Sg*
10 careant] carent *P* **12 nullum]** non *P* **13 dicta]** *om. Fd^{bc}* **id]**
ad *Aa* CHECK! **14 fieri precipiunt]** precipiunt fieri *Aa* **xii – 22**
prohibent *om. Sg* **xii iudices]** iudices duodecim *Fr.* **15 iudicetur]**
iudicatur *Aa* **18 per – eius]** *om. Fd^{bc}* **causa – 19 iuste]** iuste causa
Fd **19 eius – 20 cause]** cause eius *Aa* **20 ut]** et *Aa^{ac}* **21 vero**
nemo] *Bc* **et¹]** *om. Fd^{bc}* **23 episcopus]** papa *Sg* **dixit]** dicit *A*
in concilio] *om. Fd* **24 A – 25 incidit]** *om. Sg* **25 in reatum]**
nonreatum *Bc* **incidit]** *BcFdP.* inciderit *Fr.* CHECK *Aa!*
26 veterum] in veterum *Fd^{bc}*

inciderit, si fuerit ei nimia necessitas non posse plurimos congregare, ne in crimine remaneat, a xii audiatur episcopis.

(QUAESTIO 9)

5

(C.3 q.9 d.a.c.1) ¶ De accusatoribus vero vel testibus, quod in absentem vocem accusationis vel testificationis exhibere non valeant, multorum auctoritatibus liquet.

Ait enim Telesforus papa:

(C.3 q.9 c.1) NISI REO PRESENTE ACCUSATOR NON AUDIATUR.

10

Aa 147v
Fr. 530

Accusatori omnino non credi decernimus, qui absente adversario causam suggerit, ante utriusque partis iustam discussionem.

Item Eleuterius papa:

15

(C.3 q.9 c.2) ABSENTE ADVERSARIO SENTENTIAM FIERI NON LICET.

Caveant iudices ecclesiae, ne absente eo, cuius causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit; immo et causam in synodo pro facto dabunt. Proditoris vero nec calumpnia nec vox audiatur.

20

Item Calixtus papa:

9 Ait enim unde **12 Accusatori** – **14 discussionem** Ps.-Telesphorus I (JK †34) 4 (ed. Hinschius, 111)-112. Anselmus 3.13, ed. Thaner, 124; *Coll. Trip.* 1.6.6. **18 Caveant** – **21 audiatur** Ps.-Eleutherus I (JK †68) 5 (ed. Hinschius, 126); Anselmus, 3.28, ed. Thaner, 130; *Coll. Trip.* 1.11.4; *Polycarpus* 5.1.10; *Coll. 3 libr.* 2.33.13, ed. Motta, 1.510. **22 papa** *om.*

AaBcFdP

1 ei] *om.* *Fd^{bc}* **necessitas]** necessitas *P* **3 episcopis]** episcopus *Fd^{bc}* **6 De** – **8 liquet]** *alia verba Sg, v. App.* **7 vel testificationis]** *om.* *P* **9 Ait enim]** unde *Sg* **Telesforus]** Telesforus *Fd^{bc}Fr.*: Telesphorus *AaBc^{pc}PSg.* Telesporus *Bc^{ac}.* Telesforus *Fd^{bc}.* **12 non credi]** credi non *Fd^{bc}* **decernimus]** concedimus *Sg* **13 iustam]** *om.* *P* **17 fieri]** *Aa^{ac}BcFdP.* ferri *Aa^{pc}Fr.* **20 pro facto]** profecto *Aa^p* **nec** – **21 vox]** nec vox nec calumpnia *Fd* **22 papa** *om.* *Sg*

(C.3 q.9 c.3) REO ABSENTE ACCUSATOR NON AUDIATUR.

Absente eo, quem accusare voluerit, quicumque accusatori non credatur. Qui sine scripto difficile, per scriptum autem numquam recipiantur, quia per scripturam nullus accusari potest, sed propria voce, et presente eo, quem accusare voluerit, suam quisque agat accusationem.

Item Cornelius papa:

10 *Sg*

(C.3 q.9 c.4) QUAE IN ABSENTES GERUNTUR OMNINO EVACUENTUR. Sg71b

15 Omnia, quae adversus absentes in omni negotio aut loco aguntur aut iudicantur, omnino vacuentur, quoniam absentem nullus addicit nec ulla lex dampnat.

Item Marcellus papa:

(C.3 q.9 c.5) NON IUDICETUR QUI PRESENTIALITER NON ACCUSATUR VEL CONVINCITUR.

20 Non oportet quemquam iudicari vel dampnari priusquam legitimos habeat presentes accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

Item Damasus papa:

(C.3 q.9 c.6) DE EODEM.

25 Habetur quoque in decretis sanctorum patrum sancitum, non fore canonicum quemquam sacerdotum iudicare vel dampnare antequam accusatores canonicè examinatos presentes habeat, locumque defendendi accipiat, id est inducias ecclesiasticas ad abluenda crimina,

3 Absente – 8 accusationem Ps.-Callistus I (JK †86) 17 (ed. Hinschius, 141); Anselmus 3.53, ed. Thaner, 142; *Coll. Trip.* 1.14.13; *Polycarpus* 5.1.12; *Coll. 3 libr.* 2.32.64, ed. Motta, 1.460. **13 Omnia – 15 dampnat** Ps.-Cornelius I (JK †115) 6 (ed. Hinschius, 174). Anselmus 3.57, ed. Thaner, 144; *Coll. Trip.* 1.19.3. **19 Non – 21 crimina** Ps.-Marcellus (JK † ??) 9 (ed. Hinschius, 227). *Coll. Trip.* 1.29.1. **24 Habetur – 368: 1 etc** Ps.-Damasus I (JK † 243) 19 (ed. Hinschius, 505). Anselmus 2.39, ed. Thaner, ??; *Coll. Trip.* 1.35.3; *Coll. 3 libr.* 2.32.118, 2.32.132, ed. Motta, 1.480, 1.484.

AaBcFdP

1 reo – 2 audiatur] de eodem *Aa: om. Sg* **reo absente]** *BcFdP*:
absente reo *Fr.* **4 per – 5 scriptum]** proscriptum *P* **5 recipiantur]**
BcFdP: recipiatur *AaSgFr.* **6 nullus]** nullius *Fd^{bc}* **14 vacuentur]**
evacuentur *Aa* **15 nullus]** nullius *Fd^{bc}*

- Fr. 531 etc. **(C.3 q.9 c.8)** Qui accusare alium elegerit, presens per se, et non per alium accuset, inscriptione videlicet premissa. Neque ullus umquam iudicetur antequam legitimos accusatores presentes habeat locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. 5
- Item ex concilio Tolletano vii.
- (C.3 q.9 c.9)** DE EODEM.
- Bc 141ra Dignum est, ut vita innocentis nulla maculetur perniciē accusatoris; ideo quisquis a quolibet criminatur, non ante accusatus supplicio detur, quam accusator presentetur, atque legum et canonum sententia exquiratur. Quod si indigna ad accusandum persona invenitur, ad eius accusationem non iudicetur. 10
- Fd 33vb
- Item Bonifacius papa episcopus ad Gallos:
- (C.3 q.9 c.10)** DE EODEM ET QUOD QUI CAUSE NEGLEGIT ADESSE SENTENTIA DEBET FERIRI. 15
- Decrevimus vestram debere intra provinciam esse iudicium, et congregare synodum ante kalendarum diem novembrium, ut, si adesse voluerit, presens, si confidit, ad obiecta respondeat; si vero adesse neglexerit, dilationem sententie de absentia non lucretur. Nam manifestum est, confiteri eum de crimine, qui indulto et totiens delegato iudicio purgandi se occasione non utitur. 20
- Aa 148r
- Item Felix papa:

1 Qui – **5 crimina** Ps.-Damasus I (JK †245) (ed. Hinschius, 520). Anselmus 3.47, ed. Thaner, 139-140; *Coll. Trip.* 1.35.4; *Polycarpus* 5.1.30; *Coll. 3 libr.* 2.32.70, ed. Motta, 1.463. **8 Dignum** – **13 iudicetur** Conc. Toletanum VI (a. 639) 11 (ed. Vives, 241). *Coll. Trip.* 2.38.5. **17 Decrevimus** – **23 utitur** (JE 349) ??Anselmus 3.34, ed. Thaner, ??; *Coll. Trip.* 1.40.1; *Panormia* 4.105; *Polycarpus* 5.3.4.

AaBcFdP

1 etc²] *Fd^{bc}* **4 habeat]** habeant *P^{ac}* **6 vii]** *Fr.VI Fr.Fr.*
14 episcopus] ep(iscopu)s *BcP*: episcopis *Fd^{bc}*, *del. Aa*: episcopos *Fd^{bc}*:
om. Fr.: Bonifacius episcopus ad Gallos *Trip. Forsitan Gratianus vocem*
papa, quae in textum lapsa est, glossavit vel correxit vocem episcopus. **15 de**
– 16 feriri] Sententia feriat qui causae suae negligit adesse *Fr.* **de**
– quod] *Bc*: de eodem quod *Fd. om. Aa*: quod *P* **16 sententia]** sentiam
Bc^{ac} **21 est]** *om. Fd^{bc}* **22 confiteri eum]** eum confiteri *Fd*

(C.3 q.9 c.11) ABSENS NEC IUDICARI NEC ACCUSARI
POTEST.

Absente adversario non audiatur accusator, nec
sententia absente parte alia a iudice dicta ullam obtinebit
firmitatem.

Item Nicholas papa Vuallinoni Senensi Fr. 532
archiepiscopo.

(C.3 q.9 c.14) DE EODEM.

Indicas Herimannum episcopum super quibusdam
frequenter fuisse accusatum, pro quibus, quia ex parte
ipsius persona deest, nos uni parti ad discrimen alterius
credere procul dubio non possumus, quamvis nec usque
adhuc qui fuerint illi excessus dixeris, nec utrum sane
mentis erat idem antistes nec ne, cum ipsos excessus
perpetrabat, evidenter ostenderis, satiusque arbitramur,
quamlibet interim infirmitatem ad penam peccati, quam
ad ipsum pertinere peccatum, cui magis consulendum et
conpatiendum sit quam puniendum vel etiam aliquo modo
feriendum.

Item Calixtus papa:

(C.3 q.9 c.15) TESTES NON DICANT TESTIMONIUM,
NISI DE HIS, QUAE PRESENTIALITER NOVERUNT.

Testes per quamcumque scripturam testimonium non
proferant, sed presentes de his, quae viderunt et noverunt,
veraciter testimonium dicant. Nec de aliis causis vel

3 Absente – **5 firmitatem** Ps.-Felix I (JK †143) 11 (ed. Hinschius, 202).
Anselmus 3.7, ed. Thaner, 122; *Coll. Trip.* 1.24.7; *Panormia* 4.54;
Polycarpus 5.1.23. **9 Indicas** – **19 feriendum** Nicolaus I, *Ep.* 103 (JE
2674), ed. Perels, MGH Epp. 6.12.18-24. *Coll. Trip.* 1.62.49. **23 Testes**
– **370: 2 noscuntur** Ps.-Callistus I (JK †86) 17 (ed. Hinschius,
141). Anselmus 3.53, ed. Thaner, 142; *Coll. Trip.* 1.14.13; *Panormia* 4.93;
Polycarpus 5.1.13; *Coll. 3 libr.* 2.32.64, ed. Motta, 1.460.

AaBcFdP

1 iudicari – **accusari**] *FdP*: accusari nec iudicari *AaBcFr.*
6 Vuallinoni] *Bc*: Wallioni *Aa*: Wallinio *Fd^{bc}*: Vallienonii *P*: Gallinoni
Fr. **Senensi**] *Bc*: Senonensi *Aa*: //ensi *Fd^{bc}*: Sennensi *P*: CHECK!
7 archiepiscopo] episcopo *Fd^{bc}* **9 Herimannum**] *AaBcP*: Erimannum
Fd: Hermannum *Fr.* **12 credere**] *cedere Fd* **nec**] *om. Aa*
15 satiusque] *satisque Fd^{bc}* **20 Calixtus**] *Kalixtus Aa* **21 dicant**]
indicant Fd^{bc} **22 presentialiter**] *BcFd^{bc}Fr.*: presentialiter et veraciter
Aa: presentialiter veraciter *Fd^{bc}P* **noverunt**] *noverint Aa*
23 scripturam] **24 de**] *Polyc.* **25 dicant**] *proferant BiGg* **nec** –
370: 1 dicant] *Bc^{bc}BrKaKbMdMeMiMkMv^{pc}SaFr.*: nec (nisi *Sb*) dicant

negotiis testimonium dicant, nisi de his, quae sub eorum presentia acta esse noscuntur.

Fr. 533 Item Felix papa:

(C.3 q.9 c.18) ABSENS NEC ACCUSARE NEC ACCUSARI POTEST.

5

Absens per alium accusare aut accusari non potest, nec affinis testis admittatur.

Item Pelagius papa Sindue magistro militum:

(C.3 q.9 c.19) REO ABSENTE LIBELLUS ACCUSATIONIS FRUSTRA OFFERTUR.

10

Cartas quas nobis dedit Lucidius, si illo tempore adversarius ipsius illic presens fuisset, valide erant. Sed quia adversario absente gesta, quae nobis recensuit, facta leguntur, talia leges non recipiunt.

Fr. 534 Item Nicolaus papa Higmaro Remorum archiepiscopo:

15

(C.3 q.9 c.21) ACCUSATUS ET ACCUSATOR SIMUL DEBENT ADESSE.

Necesse est secundum sacrarum scripturarum documenta ac secundum iustitiae trutinam, et accusatum et accusatorem simul adesse, et unam partem, quantacumque et qualicumque predata sit auctoritate, sic prorsus audiri, ut alteri parti nullum preiudicium irrogetur.

20

Aa 148v
Bc 141va

6 Absens – **7 admittatur** Ps.-Felix I (JK †143) 11 (ed. Hinschius, 202). Anselmus 3.7, ed. Thaner, 122; *Coll. Trip.* 1.24.7; *Polycarpus* 5.1.23. **11 cartas** – **14 recipiunt** Pelagius I, *Ep.* 31.1 (J³ 1929; JK 990; ed. Gassó et Batlle, 87.1-4). *Coll. Trip.* 1.54.9. **18 Necesse** – **23 irrogetur** Nicolaus I, *Ep.* 128 (JE 2838), ed. Perels, MGH Epp. 6.649.20-24. *Coll. Trip.* 1.62.33.

AaBcFdP

(nec *add. Sb*) de aliis causis vel negotiis testimonium *BiCdGgSb: om. AaBc^{ac}FdMmP* **1 dicant]** proferant *MiSa nisi]* *BcPFR:*; et nisi *Aa^{ac}:* non nisi *Fd^{ac}* **2 acta esse]** *Polyc.* **11 cartas]** *Aa^{ac}Bc^{ac}(?)Fd^{ac}PFR:* *Kartas Trip.:* cates *Fd^{ac}:* carte *Bc^{ac}Fr.* **nobis dedit]** *AaBcFd^{ac}P:* dedit nobis *Fr.:* nobis *Fd^{ac}* **Lucidius]** lucidus *P* **12 ipsius]** *om. A fuisset]* fuisse *Fd* **15 Higmaro]** *AaBc:* Hygmaro *Fd:* Higamaro *P:* Igmaro *Fr.* **archiepiscopo]** archiepiscopo necesse est secundum *P* **16 accusatus** – **accusator]** accusator et accusatus *Fr.* **17 adesse]** simul adesse *Aa* **18 scripturarum]** litterarum *Aa^{ac}* **19 trutinam]** trutinam *Bc^{ac}:* trutinam *P* **22 audiri]** *non liquet Aa* CHECK!

(QUAESTIO 10)

(C.3 q.10 d.a.c.1) ¶ Quod vero deficientes in primo capitulo non sint admittendi ad sequentia, ex concilio Cartaginensi vii confirmatur, in quo sic statutum legitur:

5 (C.3 q.10 c.1) QUI IN PRIMO CAPITULO DEFICIT AD CETERA NON ADMITTATUR.

Placuit, ut quotienscumque clericis ab accusatoribus multa crimina obiciuntur, et unum ex his, de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cetera iam non admittantur.

10 (C.3 q.10 d.p.c.1) ¶ Probatur illud idem auctoritate Arelatensis Concilii iii, in quo sic diffinitum est:

(C.3 q.10 c.2) QUI FALSA FRATRIBUS OBICIUNT USQUE AD EXITUM NON COMMUNICENT.

15 Eos, qui falsa fratribus capitula obiecisse convicti fuerint, placuit usque ad exitum non communicare, sicut magna synodus ante constituit, nisi digna satisfactione penituerint.

Item Felix in secundo decretali episcopis Gallie:

20 (C.3 q.10 c.3) QUI QUOD OBICIT PROBARE NON VALET, DE CETERO AD ARGUENDUM NON ADMITTITUR, NISI PROPRIAM CAUSAM CIVILEM DUMTAXAT ASSERERE VOLUERIT.

25 Si accusatorum persone in iudicio episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum de cetero non admittantur, nisi proprias causas asserere, non tamen criminales vel ecclesiasticas, voluerint.

30 (C.3 q.10 d.p.c.3) ¶ Cum ergo qui falsa fratribus obiciunt usque ad exitum vite a communione prohibeantur; cum illi, qui in episcoporum iudicio culpabiles inveniuntur, ad arguendum de cetero admitti

7 Placuit – 10 admittantur *Coll. Trip.* 2.21.3; *Panormia* 4.64. **15 Eos – 18 penituerint** *Coll. Trip.* 2.24.8. **24 Si – 27 voluerint** Ps.-Felix I (JK †143) 11 (ed. Hinschius, 202). Anselmus 3.56, ed. Thaner, 144; *Coll. Trip.* 1.24.6, 3.10.49; *Polycarpus* 5.4.6.

AaBcFdP

3 sint] sunt *Fd^{ac}* **sequentia]** consequentia *Fd* **5 ad]** ut ad *Bc^{ac}*
11 illud] *BcPfr.*: hoc *Fd* CHECK *Aa!* **12 Arelatensis]** aurelatensis
AaFd^{pc} **13 obiciunt]** abiciunt *Bc* **20 probare – valet]** non valet
probare *Fd* **21 admittitur]** *BcFd^{pc} Fr.*: admittatur *AaFd^{ac}P*
29 exitum] extremum *Fd^{ac}* **communione]** communicatione *Fd^{ac}*
31 de cetero] *om. Fd*

- Bc 141vb prohibeantur: apparet, quod in primo capitulo deficientes tamquam falsorum obiectores ad sequentia procedere non valent.
- Fr. 535 (QUAESTIO 11) 5
(C.3 q.11 d.a.c.1) ¶ Ab accusato vero accusationem in accusatorem verti, multorum auctoritate prohibetur. Ait enim Stephanus papa:
- (C.3 q.11 c.1)** ACCUSATI, NISI PRIUS SE PURGAVERINT, ALIOS ACCUSARE NON POSSUNT. 10
- Neganda est accusatoris licentia criminandi, priusquam se crimine quo premuntur exuerint, quia non est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicati sunt, nisi se prius probaverint innocentes. Quoniam periculosa est, non debet admitti rei adversus quemcumque professio. 15
- Bc 34ra Item ex decreto Adriani papae:
- (C.3 q.11 c.3)** DE EODEM. 20
- Non est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicantur, nisi se prius probaverint innocentes, quia periculosa est et admitti non debet rei adversus quemcumque professio.
- Aa 149r **(C.3 q.11 d.p.c.3)** ¶ Hoc autem intelligendum est in pari vel minori crimine. Ceterum si de maiori eum accusare voluerit, veluti si accusatus de fornicatione de periurio, vel homicidio, vel symonia, vel quolibet alio huius modi crimine accusatorem suum inpetere voluerit, his auctoritatibus non prohibetur. 25

11 neganda – **16 professio** Ps.-Stephanus I (JK †131) 11 (ed. Hinschius, 186). Anselmus 3.71, ed. Thaner, 152; *Coll. Trip.* 1.21.7; *Panormia* 4.67. **19 Non** – **22 professio** Ps.-Stephanus I (JK †131) 11 (ed. Hinschius, 186). Cf. *Capit. Angilr.* 31, ed. Schon, 134. Anselmus 3.89, ed. Thaner, 163; *Polycarpus* 5.1.40; *Coll. 3 libr.* 2.32.3, ed. Motta, 1.437.

AaBcFdP **28 prohibetur** *AaBcP*]

1 prohibeantur] prohibentur *AaP* **2 sequentia**] *BcFd^{ac}Fr.*: subsequentia *AaFd^{pc}PFr.* **7 prohibetur**] vel per(hibetur) *add. supra lin. Fd^{pc}* **11 neganda**] *Bc.* deneganda *Fd* **accusatoris**] *Bc^{ac}FdP.* accusatis *AaB^{pc}Fr.* **13 alios**] ilios *Fd^{pc}*, *ut vid.* **14 implicati sunt**] *AaFd.* implicatis *BcP* **15 non**] *BcP.* et non *FdFr.* CHECK *Aa!* **rei**] *BcPFr.*: reus *Aa: om. Fd* **18 de eodem**] *om. P* **21 debet**] debent *P^{ac}* **22 adversus** – **professio**] prof. adv. qu. *Fr.* **24 minori**] maiori *Fd^a* **maiori**] *AaBcP.* maiori crimine *FdFr.* **25 voluerit**] voluerint *AaP*

(CAUSA 4)

(C.4) ¶ Quidam in excommunicatione constitutus Fr. 536
 episcopum accusare disponit; adolescentem infra decimum
 5 et quartum etatis sue annum ad assertionem sue cause Fd 34rb
 adducit; prohibitus ab accusatione adolescentem
 accusatorem et se testem facit; adolescens personam
 accusatoris et testis gerere cupit; die statuta ad electorum
 iudicium iudicium episcopus minime occurrit; a
 10 communione suspenditur; tandem renovato iudicio
 accusator culpabilis in accusatione invenitur; demum ad
 assertionem proprie cause procedit. Hic PRIMUM queritur,
 an in excommunicatione constitutus alium accusare
 valeat? SECUNDO, an infra decimum quartum annum in
 15 criminali causa testari quis possit? TERTIO, utrum ab
 accusatione prohibitus personam testificantis possit
 assumere? QUARTO, an idem possit esse accusator et
 testis? QUINTO, an die constituta non occurrens a
 20 communione sit removendus? SEXTO, si in episcoporum
 iudicio accusatoris persona culpabilis inventa fuerit, an ad
 assertionem proprie cause de cetero sit admittenda?

(QUAESTIO 1)

(C.4 q.1 d.a.c.1) ¶ De prima questione sic statutum
 25 legitur in concilio Cartaginensi VII, cui interfuit
 Faustinus Romane ecclesiae legatus:

(C.4 q.1 c.1) AD ACCUSANDUM NON ADMITTITUR QUI
 IN EXCOMMUNICATIONE PERSEVERAT.

Diffinimus, eum rite ad accusationem non admitti, qui
 30 posteaquam excommunicatus fuerit, in ipsa adhuc
 excommunicatione constitutus, sive sit clericus sive
 laicus, accusare voluerit. (§ 1) Omnes etiam infamie Fr. 537

29 Diffinimus – **374: 3 prohibentur** *Coll. Trip. 2.24(21).1-2; ID 14.69;
 Panormia 4.72; Coll. 3 libr. 23.126-7; Polycarpus 5.1.51.

Fd

3 Quidam *om. Fd^{ac}* **4 disponit** disposuit *Fd^{ac}* **6 adducit** adhuc *Fd^{ac}*
7 se *om.? Fd^{pc}* **8 gerere cupit** esse cupit gerere *Fd^{ac}*: cupit gerere *Fd^p*
electorum – **9 iudicium** iudicium electorum iudicium *Fd* **9 occurrit**
 concurrat *Fd* **13 in** *om. Fd^{ac}* **15 testari quis** q.t. *Fd* **18 constituta**
 constituto *Fd* **20 culpabilis** – **fuerit** i. f. c. *Fd* **an** *om.? Fd^{pc}*
28 excommunicatione accusatione *Fd^{ac}* **29 Diffinimus** diffinivimus
Fd^{ac} **31 excommunicatione** excusatione *Fd* **clericus** sive clericus
Fd^{ac}

maculis aspersi, id est histriones aut turpitudinibus subiecte persone, heretici etiam, sive pagani sive Iudei, ab accusatione prohibentur.

(QUAESTIO 2 ET 3)

5

(C.4 q.2-3 d.a.c.1) ¶ Secunda autem et tertia questio eodem concilio, uno eodemque capitulo terminatur. Illud vero est huiusmodi:

Fr. 538 (C.4 q.2-3 c.1) QUI AB ACCUSATIONE REPELLUNTUR, AUT AD ANNUM XIV NONDUM PERVENERUNT, TESTES ESSE NON POSSUNT. 10

Testes autem ad testimonium non admittendos esse censemus, qui nec ad accusationem admitti iussi sunt, vel etiam quos ipse accusator de domo sua produxerit. Ad testimonium autem intra annos quatuordecim etatis sue constituti non admittantur. 15

Fr. 541 (C.4 q.2-3 d.p.c.3) ¶ Sed obicitur illud beati Bricii, qui voce pueri triginta dies ab ortu habentis innocens probatus est. Sed miracula divina sunt admiranda, non in exemplum humane actionis trahenda. 20

(QUAESTIO 4)

(C.4 q.4 d.a.c.1) ¶ De quarta vero questione Fabianus papa constituit, dicens:

(C.4 q.4 c.1) ACCUSATOR, TESTIS VEL IUDEX ALIQUIS SIMUL ESSE NON POTEST. 25

Nullus umquam presumat accusator simul esse et iudex vel testis, quoniam in omni iudicio quatuor personas semper esse necesse est, id est iudices electos, et idoneos accusatores, defensores congruos atque legitimos testes. Iudices autem debent uti equitate, testes veritate, 30

12 Testes – 16 admittantur *Coll. Trip. 2.24(21).4; ID 6.64; Coll. 3 libr. 2.32.129; Polycarpus 5.1.53. **27 Nullus – 375: 2 causam** Anselmus 3.72; ID 6.321; Coll. Trip. 1.18.6; Panormia 4.81; Coll. 3 libr. 2.32.68; Polycarpus 5.1.17.

Fd

2 persone pers//e *Fd^{ac}* **8 est huiusmodi** h. e. *Fd* **12 esse** om. *Fd*
16 admittantur admittuntur *Fd^{ac}* **20 exemplum** //lum *Fd^{ac}*
24 constituit consti// *Fd^{ac}* **29 esse – est¹** n. est esse *Fd* **et** om.
Fd^{ac} **30 idoneos accusatores** accusatores ac *Fd^{ac}*; accusatores idoneos
ac *Fd^{ac}* **congruos** om. *Fd^{ac}* **legitimos – 31 testes¹** testes *Fd^{ac}*;
testes legitimos *Fd^{ac}* **31 Iudices – 375: 2 causam** om. *Fd^{ac}*

accusatores intentione ad amplificandam causam,
defensores extenuatione ad minuendam causam.

(C.4 q.4 c.2) Item Damasus papa.

5 QUILIBET IN CAUSA DUAS PERSONAS GERERE NON
VALET.

Nullus introducatur personaliter ad causam, sed
accusatores et accusati equa audiantur ratione, iuxta quod
ordo exigit. Accusatores vero et iudices non iidem sint,
sed per se accusatores, per se iudices, per se testes, per se
10 accusati, unusquisque in suo ordine. (§ 1) Inscriptio
semper fiat ut talionem calumpniator recipiat, quia ante
inscriptionem nemo debet iudicari vel dampnari, cum et
seculi leges hec eadem retineant.

Fr. 542

15 (QUAESTIO 5)

(C.4 q.5 d.a.c.1) ¶ De quinta vero questione in
concilio Cartaginensi III sic invenitur diffinitum:

20 (C.4 q.5 c.1) NON EST A COMMUNIONE
SUSPENDENDUS, QUI DIE STATUTA AD CAUSAM
PERVENIRE NON POTUIT.

Quisquis episcoporum accusatur, ad primates provincie
ipsius causam deferat accusator. Nec a communione
suspendatur cui crimen intenditur, nisi ad causam suam
dicendam electorum iudicum, die statuta, litteris evocatus
25 minime occurrerit, hoc est infra spatium mensis ex ea die,
qua eum litteras accepisse constiterit. Quod si aliquas
veras necessitatis causas probaverit, quibus occurrere non
potuisse manifestum sit, sue cause dicende intra alterum
mensem integram habeat facultatem. Verum tamdiu post
30 mensem secundum non communicet, donec purgetur. Si
autem ad universale concilium occurrere noluerit, ut vel

Fr. 543

6 Nullus – **13 retineant** Anselmus 3.47; Ivo, *Decretum* 6.337; *Coll. Trip.*
1.37.1; *Coll. 3 libr.* 2.32.73. **21 Quisquis** – **376: 10 probaverit** **Coll.*
Trip. 2.20(17).3; Ivo, *Decretum* 5.270; *Panormia* 4.106; *Coll. 3 libr.*
2.32.180; *Polycarpus* 5.3.6.

Fd

2 causam *om. Fd^{ac}Fd^{pc}* **7 equa** *eque Fd^{ac}* **8 iidem** *idem Fd* **9 per²**
– **testes** *per se testes per se iudices Fd* **10 Inscriptio** – **13 retineant**
Haec verba paleam esse suggessit Zapp, v. Buchner n. 105 et p. 172. **13 hec**
eadem *hoc idem? Fd* **17 III** *iiii Fd* **21 accusatur** *accusator Fd*
24 iudicum *iudicium Fd^{ac}* **26 Quod** *qui Fd^{ac}: vel quod add. sup. lin. Fd^{pc}*
28 potuisse *potuisset Fd^{ac}* **sue cause** *c. s. Fd*

ibi causa eius terminetur, ipse in se dampnationis sententiam dixisse iudicetur. Tempore sane, quo non communicat, nec in sua ecclesia vel parrochia communicet. Accusator autem eius, si numquam diebus
 Fd 34va cause dicende defuerit subtrahens se, a communione non removeatur. Si vero aliquando defuerit subtrahens se, restituito in communione episcopo, removeatur a communione accusator, ita tamen, ut nec ipsi adimatur facultas cause peragende, si se ad diem constitutam occurrere non voluisse, sed non potuisse probaverit. 5
 10

(QUAESTIO 6)

(C.4 q.6 d.a.c.1) ¶ Sexta vera questio eodem capitulo terminatur, in quo sequitur:

(C.4 q.6 c.1) IN CIVILI ET PROPRIO DUMTAXAT NEGOTIO AD ARGUENDUM ADMITTITUR, QUI IN EPISCOPI ACCUSATIONE CULPABILIS INVENITUR. 15

Illud vero placuit, ut cum agere ceperit in episcoporum iudicio, si fuerit accusatoris persona dampnabilis de cetero ad arguendum non admittatur, nisi proprias causas, non tamen ecclesiasticas vel criminales, asserere voluerit. 20

(C.4 q.6 c.2) Item ex concilio Cartaginensi VII

PROPRIAM CAUSAM AGERE VALET CUI ACCUSARE NON LICET.

Omnibus, quibus accusatio denegatur, in causis propriis accusandi licentia non est neganda. 25

18 Illud – 21 voluerit *Coll. Trip. 2.20(17).3; Ivo, Decretum 5.270; Panormia 4.106; Coll. 3 libr. 2.32.180; Polycarpus 5.3.6. 25 Omnibus – 26 neganda *Coll. Trip. 2.24(21).2.* Coll. Trip. 2.24(21).2.

Fd

1 in se om.? Fd^{pc} 3 in vel Fd^{pc} 5 cause ca// Fd^{pc} a – 6 se om. Fd
 8 nec om. Fd^{pc} 9 constitutam – 10 voluisse noluisse Fd^{pc}; non noluisse Fd^{pc} 10 potuisse potuisse occurrere Fd 13 eodem – 14 terminatur t. e. c. Fd 15 In – 17 invenitur Quod in accusatione episcopi culpabilis invenitur ad arguendum de cetero non admittatur Fd
 18 Illud //de Fd^{pc} agere ag//t Fd^{pc} 19 accusatoris accusator Fd^{pc}; accusationis Fd^{pc} persona om. Fd 23 Propriam – 24 licet Non negatur audientia in propria causa cui accusatio interdicitur Fd 26 non om. Fd^{pc} neganda deneganda Fd

(CAUSA 5)

(C.5) ¶ In infamiam cuiusdam episcopi cartula Fr. 544
 accusationis occulte conscribitur; tandem accusator
 procedit in publicum. Episcopus semel litteris evocatus, Fd 34va
 5 cause sue die statuta adesse non valens, per procuratorem
 iudici se representavit; absque sinodali audientia
 dampnatur. Demum iudicio per appellationem renovato,
 de accusatoris inimicitia episcopus conqueritur; tandem in
 probatione deficit accusator. PRIMO queritur, qua pena sit
 10 ferendus, qui, famosum libellum clanculo scribens,
 probare negligit quae litteris mandavit? SECUNDO,
 quotiens sit vocandus ad causam ante, quam sententiam
 dampnationis excipiat? TERTIO, an per procuratorem
 causam suam agere valeat qui per se ipsum cause sue
 15 adesse non potest? QUARTO, an absque sinodali audientia
 sit dampnandus? Quinto, an ideo aliquis sit habendus
 inimicus, quia crimen alterius indicat? SEXTO, qua pena
 sit plectendus, qui quod intulit probare non valet?

(QUAESTIO 1)

(C.5 q.1 d.a.c.1) ¶ De prima questione Adrianus papa
 scribit, dicens:

(C.5 q.1 c.1) FLAGELLETUR QUI SCRIPTA IN ALTERIUS
 FAMAM PROBARE NEGLEXERIT.

25 Qui in alterius famam publice scripturam aut verba
 contumeliosa confinxerit, et repertus scripta non
 probaverit, flagelletur, et qui eam prius invenerit rumpat,
 si non vult auctoris facti causam incurrere.

(C.5 q.1 c.2) Item Gregorius.

30 DE EODEM.

Quidam maligni spiritus consilio repletus, contra
 Castorium notarium ac responsalem nostrum nocturno
 silentio in civitatis loco contestationem posuit in eius
 crimine loquentem, mihique etiam asserebat eum de

25 Qui – 28 incurrere *Coll. 3 libr. 2.23.17; Anselmus 3.89s; Ivo,
 Decretum 4.156/16.235; Coll. Trip. 3.29.160. 31 Quidam – 378: 15
 existat *Coll. 3 libr. 2.32.164; Ivo, Decretum 6.381; Coll. Trip.
 1.57(55).105.

Fd

3 conscribitur scribitur Fd^{ac} 6 audientia licentia Fd^{ac} 9 Primo om.
 Fd 10 clanculo om. Fd^{ac} 14 se ipsum semetipsum ad diem? Fd^{ac}
 18 qui om. Fd^{ac} intulit intit//is Fd^{ac}; intit// Fd^{ac} 28 facti om. Fd^{ac}

Fr. 545 facienda pace callide contradicentem. Qui si non exierit, neque publice confessus fuerit, quisquis ille sit, qui hoc agere presumpserit, vel consensum tante iniquitatis consilio prebuit, ex Dei et Domini nostri Iesu Christi spiritu diffinimus, ut sancti eius corporis ac sanguinis participatione privatus sit. Sin vero, quia latet, et quoniam nescitur, teneri ad disciplinam non valet, tanti mali conscius, et prohibitus, corpus et sanguinem Domini percipere presumit, anathematis ultione percutiatur, ut fallax ac pestifer a sanctae ecclesiae corpore sit divisus. Sin autem in eandem civitatem ingressus publice potuerit docere quae dixit, vel certe sciens se non posse quae scripsit ostendere, errorem suum fuerit aperte confessus, dominici corporis et sanguinis participatione non sit privatus, neque a sanctae ecclesiae corpore alienus existat.

(QUAESTIO 2)

(C.5 q.2 d.a.c.1) ¶ Vocatio autem eius, qui inpetitur, non semel, sed bis et tertio per congruum spatium rationabilibus scriptis fieri debet. Unde Damasus papa scribit, dicens:

(C.5 q.2 c.1) VOCATIO AD SINODUM EIUS, QUI INPETITUR, IN SCRIPTIS, ET PER SPATIUM FIAT CONGRUUM.

Vocatio ad sinodum iuxta decreta Patrum canonica eius, qui inpetitur, rationabilibus scriptis per spatium debet fieri congruum atque canonicum, quia, nisi canonicè vocatus fuerit suo tempore et canonica ordinatione, licet venerit ad conventum quacumque necessitate, nisi sponte voluerit, nullatenus suis respondebit insidiatoribus.

(C.5 q.2 c.2) Item Silvester papa.

25 Vocatio – 30 insidiatoribus *Coll. 3 libr. 2.32.72; Anselmus 3.46; Ivo, *Decretum* 5.266; Polycarpus 5.1.29.

Fd

1 exierit egerit *add. sup. lin. Fd^{bc}* **2 publice** *om. Fd^{bc}* **5 ac** et *Fd*
6 privatus sit s. p. *Fd* **9 percipere** accipere *Fd^{bc}* **10 a** *om. Fd^{bc}*
11 civitatem civitate sit *Fd^{bc}*; civitate *Fd^{bc}* **13 scripsit** dixit *Fd^{bc}*
14 et ac *Fd* **15 a sanctae** ab *Fd^{bc}*; ab sancte *Fd^{bc}* **19 sed** vel *Fd^{bc}*
26 per – **27 fieri** fieri debet et per spatium *Fd* **27 canonicum** canonicè *Fd* **28 suo** et suo *Fd^{bc}*

QUIBUS TEMPORUM SPATIIS REUS VOCETUR AD CAUSAM.

Presenti decreto censemus, ut inprimis paternaliter vocentur, et per septem dies expectentur, nullius ecclesiastice rei interdicta licentia. Huic vero expectationi iterum addantur dies septem, interdicta licentia ecclesiam intrandi et omnia divina officia audiendi. Post vero adiciantur duo dies, quibus a pace et communione sanctae ecclesiae sint suspensi. Deinde vero iterum aliis duobus diebus sub eadem expectatione deportentur. Quibus uno die superaddito, omni expectatione veluti iam desperata, reus mox anathematis gladio feriatur.

(C.5 q.2 c.3) Item Damasus papa.

NULLIUS ACCUSATIO PER SCRIPTA SUSCIPIATUR.

Relatum est ad sedem apostolicam, vos accusationes fratrum per scripta suscipere absque legitimo accusatore. Quod deinceps in omni terrarum orbe fieri apostolica auctoritate prohibemus, et quod nuper factum est absque ulla retardatione corrigere curamus, nec umquam prius per scripta eorum, qui accusantur, causas discutere quam per querelantium institutionem vocati canonice ad sinodum veniant, et presens per presentem agnoscat veraciter et intelligat quae ei obiciuntur. (§ 1) Leges enim seculi accusatores presentes exigunt, et non per scripta absentes. Unde canonica Patrum constituta non semel, sed sepissime clamant, nec accusationes, nec testimonia ullum per scripta proferre posse, nec de aliis negotiis quicumque testimonium dicant, nisi de his, quae sub eorum presentia acta esse noscuntur. Similiter et qui accusare alium elegerit presens per se, et non per alium accuset, inscriptione videlicet premissa. Neque ullus umquam iudicetur ante, quam accusatores legitimos presentes habeat, locumque defendendi accipiat ad

3 Presenti – **12 feriatur** *Coll. 3 libr. 2.32.176/181; Polycarpus 5.3.3.
15 Relatum – **380: 2 licet** *Coll. 3 libr. 2.32.73; Anselmus 3.47; Polycarpus 5.1.30.

Fd

1 spatii spatios *Fd^{bc}* **6 dies septem** vii *Fd^{ac}*: vii dies *Fd^{bc}*
8 adiciantur adiciuntur *Fd^{bc}* **quibus** *om. Fd* **communione** a comm.
Fd **9 sint** *om. Fd* **17 terrarum orbe** o. t. *Fd* **19 ulla** omni *Fd*
27 proferre posse posse proferre *Fd* **32 accusatores legitimos** l. a. *Fd*

abluenda crimina. Curandum quoque est, ne ira cuiquam subripiat, faciatque citius omne quod non licet.

(C.5 q.2 c.4) Item Felix papa Athanasio, et omnibus orientalibus episcopis.

VI AUT TIMORE EIECTI, AUT SUIS REBUS EXPOLIATI, AD SINODUM NON EVOCENTUR. 5

Fr. 547 Si primates accusatores episcoporum cum eis pacificare familiariter minime potuerint, tunc tempore legitimo eos ad sinodum canonicè convocata non infra angusta tempora canonicè convocent, et non prius, quam eis per scripta significant quid eis opponitur, ut ad responsionem preparati adveniant. Nam si aut vi, aut timore eiectionis, aut suis rebus expoliati fuerint, nec canonicè vocari ad sinodum possunt, nec respondere emulis debent ante, quam canonicè restituantur, et sua omnia eis legaliter reddantur. 10 15

(C.5 q.2 d.p.c.4) ¶ His auctoritatibus evidentissime datur intelligi, quod nisi quis canonicè vocatus fuerit, etiamsi aliqua occasione ad sinodum veniat, suis nullatenus cogitur respondere insidiatoribus. Canonica autem vocatio est, quando servato dierum interstitio, secundum auctoritatem beati Silvestri, cause sue litteris adesse iubetur, quibus quid ei obiciatur auctoritate Felicis papae significari oportet. 20

25

(QUAESTIO 3)

(C.5 q.3 d.a.c.1) ¶ Quod autem per procuratorem causam suam agere valeat qui inpeditus cause sue adesse non valet, auctoritate Romane Sinodi, quae tempore Adriani papae celebrata est, probari videtur, in qua sic statutum legitur: 30

(C.5 q.3 c.1) PRO SE LEGATUM AD SINODUM MITTAT QUEM GRAVIS NECESSITAS PREMITS.

Si egrotans fuerit episcopus, aut aliqua eum gravis necessitas detinuerit, pro se legatum ad sinodum mittat, 35

7 Si – 16 reddantur *Coll. 3 libr. 2.32.58 et 174; Ivo, *Decretum* 5.335a.

Fd

1 est om. *Fd^{ac}* **2 non om.** *Fd* **9 convocata** antevocata? *Fd^{ac}*
12 eiectionis coniecti *Fd^{ac}* **19 veniat** veniant *Fd^{ac}* **22 beati** presbiteri *Fd^{ac}*

nec a communione suspendatur cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam, electorum iudicum die statuta litteris evocatus, minime occurrerit, hoc est (nisi aliena preoccupaverit necessitas) infra spatium duorum vel trium mensium, vel eo amplius, prout causa dictaverit.

Fd 35ra

(C.5 q.3 d.p.c.1) ¶ Ecce episcopus si inpeditus et cause sue adesse non valens, legatum pro se iubetur mittere ad sinodum. Sed legatus iste non ad causam agendam, sed ad necessitatem sinodo exponendam mittitur, qua inpeditus episcopus sinodo presentiam suam exhibere non valuit. Causam autem (maxime criminalem) nulli nisi per se agere licet. Unde Adrianus papa ait.

(C.5 q.3 c.2) CRIMINALITER ACCUSANS VEL ACCUSATUS PER SE EXPERIATUR.

In criminalibus causis nec accusator, nisi per se, aliquem accusare potest, nec accusatus per aliam personam se defendere permittitur.

(C.5 q.3 c.3) Item Anacletus papa.

IN OMNIBUS CAUSIS, PRETERQUAM IN CRIMINALIBUS, EPISCOPI ET SACERDOTES PRO SE ADVOCATUM HABEANT.

Quia episcopus universique sacerdotes ad solam laudem Dei bonorumque operum actionem constituuntur, debet unusquisque eorum tam pro ecclesiasticis, quam etiam pro suis actionibus (excepto publico videlicet crimine) habere advocatum, non male fame suspectum, sed bone opinionis et laudabilis artis inventum, ne, dum humana lucra attendunt, eterna premia perdant.

Fr. 548

(QUAESTIO 4)

(C.5 q.4 d.a.c.1) ¶ Quod autem absque sinodali audientia dampnari non debeat auctoritate Iulii papae probatur, qui ait:

34 Si – 381: 5 dictaverit *Coll. 3 libr. 2.32.80; Anselmus 3.88c; Ivo, *Decretum* 5.161; *Panormia* 4.19; *Polycarpus* 2.16.1.

15 In – 17 permittitur *Coll. 3 libr. 2.32.8; Anselmus 3.89h; *Panormia* 4.56.

21 Quia – 27 perdant Conc. Romanum (a. 826) 19, ed. Werminghoff, MGH Conc. 2.2.575.18-22. Cf. Conc. Romanum (a. 853), ed. Hartmann, MGH Conc. 3.323.11-16. *Coll. 3 libr. 2.32.130.

Fd

6 Ecce ecce quod *Fd* **si** *om. Fd^{ac}* **7 iubetur** – **8 sinodum** ad sin. iub. mitt. *Fd* **14 experiatur** experiantur *Fd* **21 Quia** qui *Fd^{ac}* **31 Iulii** – **32 probatur** probatur iulius pape *Fd*

(C.5 q.4 c.1) NISI IN LEGITIMA SINODO EPISCOPUS IUDICARI VEL AUDIRI NON DEBET.

Nullus episcopus, nisi in legitima synodo et suo tempore apostolica auctoritate convocata, super quibusdam criminationibus pulsatus audiatur, vel iudicetur vel dampnetur. Sin aliter presumptum a quibusdam fuerit, in vanum deducatur quod egerint, nec inter ecclesiastica statuta ullo modo reputetur.

5

(C.5 q.4 c.2) Item Zepherinus Urbis Rome episcopus omnibus episcopis.

10

EPISCOPUS ACCUSATUS A DUODECIM AUDIATUR, FINIS VERO CAUSE AD APOSTOLICAM SEDEM DEFERATUR.

Duodecim iudices quilibet episcopus accusatus, si necesse fuerit, eligat, a quibus eius causa iudicetur, nec prius audiatur, aut excommunicetur vel iudicetur, quam ipsi per se eligantur, et regulariter vocatus ad suorum conventum primo episcoporum, per eos eius causa iuste audiatur, et rationabiliter discernatur. Finis vero eius cause ad sedem apostolicam deferatur, ut ibidem terminetur, nec ante finiatur, quam eius auctoritate fulciatur.

15

20

(QUAESTIO 5)

Fr. 549 **(C.5 q.5 d.a.c.1)** ¶ Nunc autem queritur, an sit aliquis iudicandus malivulus, quia crimen alterius indicat. De hoc ita scribit Augustinus:

25

(C.5 q.5 c.1) MAGIS NOCET QUI CRIMEN CELAT QUAM QUI AMICABILITER INDICAT.

Non vos iudicetis malivolos, quoniam crimen alterius indicatis. Magis quippe nocentes estis, quam si fratres vestros, quos indicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus habet in corpore,

30

3 Nullus – 8 reputetur * *Coll. Trip.* 1.34(32).1. **13 Duodecim – 21 fulciatur** Anselmus 3.41; *Coll. Trip.* 1.13.1; *Coll. 3 libr.* 2.33.6; *Polycarpus* 5.4.3. **29 Non – 383: 3 corde ??.**

Fd

1 episcopus episcopo *Fd* **2 vel – debet** non debet vel audiri *Fd* **3 in om. *Fd^{ac}*** **4 super om. *Fd^{ac}*** **9 episcopus** archiepiscopus *Fd* **11 finis** – **12 sedem** cause vero finis ad apostolicam *Fd* **17 conventum primo** p. c. *Fd* **iuste** i. i. *verbum duplicatum Fd* **18 audiatur** iudicetur *Fd^{ac}* **19 ut et *Fd^{ac}*** **20 ante** ana *Fd^{ac}*: an//a *Fd^{ac}* **25 alterius indicat** i. a. *Fd* **29 malivolos** malivol//s *Fd^{ac}* **31 perire om. *Fd^{ac}***

quod velit occultari, cum timet secari, nonne crudeliter a te siletur et misericorditer indicatur? quanto ergo potius debes manifestare, ne deterius putrescat in corde?

5 (C.5 q.5 c.2) Idem ad Vincentium Donatistam et Rogatistam.

NEC QUI PARCIT EST AMICUS, NEC QUI VERBERAT INIMICUS.

10 Non omnis, qui parcit, amicus est, nec omnis, qui verberat, inimicus. "Meliora sunt vulnera amici quam voluntaria oscula inimici". Melius est cum severitate diligere quam cum lenitate decipere. (§ 1) Utilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligebat, quam esurienti panis frangitur, ut iniustitie seductus acquiescat. (§ 2) Et qui freneticum ligat, et qui lethargicum excitat, ambobus molestus ambos amat. (§ 3) Quis nos potest amplius amare quam Deus? Et tamen nos non solum docere suaviter, verum etiam salubriter terrere
Fr. 550
20 adiungit, exercet fame patriarchas, etiam pios et religiosos; populum contumacem penis gravioribus agit; non aufert ab Apostolo stimulum carnis tertio rogatus, ut virtutem in infirmitate perficiat. Et infra: (§ 4) Noveris aliquando furem avertendis pecoribus pabulum spargere,
25 et pastorem aliquando flagello ad gregem pecora errantia revocare.

30 (C.5 q.5 d.p.c.3) ¶ Ex his verbis datur intelligi, quod magis contulerit utilitati fraterne, qui crimen accusando vel indicando persequitur, quam qui celando fovere nititur. Eusebius autem contra statuere videtur, dum aliorum crimina sponte confitentes in episcoporum accusatione recipi prohibet dicens:

8 Non – 26 revocare Anselmus 12.54d-f; Polycarpus 7.5.26d-f.

Fd

1 cum non *Fd^{ac}* **7 inimicus** est inimicus *Fd* **16 nos**¹ non *Fd^a*
nos² – **17 solum** non solum nos *Fd* **17 docere** //ocere *Fd^{ac}*
18 Fomentis fomitis *Fd* **19 etiam** et *Fd^{ac}* **tribulationis**
tribulationibus *Fd^{ac}* **24 aliquando** aliquem *Fd^{ac}* **28 contulerit**
utilitati vel placet caritati *add. sup. lin. Fd^{ac}* **29 indicando** vindicando?
Fd **31 episcoporum** – **32 accusatione** accusationem episc. *Fd*

(C.5 q.5 c.4) AD ACCUSATIONEM NON ADMITTANTUR ALIORUM CRIMINA SPONTE CONFITENTES.

Fd 35rb

Illi, qui aut in fide catholica, aut inimicitia suspecti sunt, ad pulsationem episcoporum non admittantur. Nec illi, qui aliorum sponte crimina confitentur. Et ideo replicanda sollicitate est veritas, quam sponte prolata in illis habere vox non potest. Hanc diversis cruciatibus e latebris suis religiosus tortor exigere debet, ut dum penis corpora subiciuntur, quae gesta sunt fideliter et veraciter exquirantur.

5

10

(C.5 q.5 c.5) Item in Proverbiis.

DE EODEM.

Qui ambulat fraudulenter, revelat archana; qui autem fidelis est, celat animi commissum. Et infra: **(§ 1)** quae viderunt oculi tui ne proferas in iurgio cito, ne postea emendare non possis, cum dehonesteris amicum tuum.

15

(C.5 q.5 d.p.c.5) ¶ Sed aliud est ex karitate aliorum crimina deferre, ut quos secreta ammonitione corrigere non possumus convictos iudicis sententia corripiat, atque aliud insidiando falsa obicere, vel insultando vera facile exprobrare. Illud autem karitatis, hoc vero impietatis est offitium. **(§ 1)** Unde in eisdem Proverbiis dicitur: “Verba inpiorum insidiantur sanguini: os iustorum liberabit eos”.

20

Fr. 551

Et infra: “Qui quod novit loquitur, iudex iustitiae est: qui autem mentitur, testis est fraudulentus”. Item: “Labium veritatis firmum erit in perpetuum: qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacii”. Item: “Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. Verbum mendax iustus detestabitur: impius autem confundit et confundetur”. **(§ 2)** Item Augustinus in Psalmo 34: “Si aliquando humana infirmitate pedes nostri in aliquod peccatum moventur, insurgunt lingue iniquissime

25

30

3 Illi – 10 exquirantur Anselmus 3.26; *Coll. 3 libr.* 2.32.124. **13 Qui – 16 tuum ??.**

Fd

5 sponte crimina c. s. *Fd* **6 replicanda** replicata *Fd^{pc}* **sollicite est** e. s. *Fd* **in illis** ullius *Fd^{pc}* **7 habere vox** v. h. *Fd* **9 subiciuntur** solvuntur *Fd^{pc}*: vel subiciuntur *add. sup. lin. Fd^{pc}* **15 in iurgio** iniurio *Fd^{pc}* **19 convictos** coniunctos? *Fd^{pc}* **20 vera** om. *Fd^{pc}* **33 iniquissime** – **385: 1 inimicorum** iniquissime iniquorum *Fd^{pc}*: iniquissimorum inimicorum *Fd^{pc}*

inimicorum; cum fuisset miserendum, irrident inpii, unde dolent pii”.

(QUAESTIO 6)

5 (C.5 q.6 d.a.c.1) ¶ Qui autem quod intulit probare non valet, puniendus est. Unde Adrianus papa ait:

(C.5 q.6 c.1) PUNIATUR QUI ALIIS FALSA INTULERIT.

Omnis, qui aliis falsa intulerit, puniatur, et pro falsitate ferat infamiam.

10 (C.5 q.6 c.2) Item Gregorius.

DE EODEM.

Qui calumpniam illatam non probat, penam debet incurrere, quam, si probasset, reus utique sustineret.

(C.5 q.6 c.3) Idem in Registro.

15 QUA PENA FERIATUR QUI CRIMEN ILLATUM NON PROBAT.

20 Quia iuxta canonicas patrum sententias qui calumpniam illatam non probat penam debet incurrere, ac per hoc, quia subdiaconus crimen diacono probare non potuit, quoniam inpositionem manus (qua carere potuisset) non habuit, non solum sacerdotio, sed officio caruit, et tamquam revera infamis meruit verberibus castigari. Nam cui cum tribus testibus veluti laico crimen quodlibet approbatur, non est mirum, quod obicit dum
25 probare non sufficit, si corporali infamie quemadmodum laicus ex iuris similitudine subiugatur. Quod enim esset diacono gradum amittere, hoc fuit subdiacono fame plenitudine caruisse.

(C.5 q.6 c.4) Idem Ianuario episcopo.

Fr. 552

8 Omnis – **9 infamiam** *Coll. 3 libr. 2.32.11; Anselmus 3.891. **12 Qui** – **13 sustineret** *Coll. 3 libr. 2.32.133. **17 Quia** – **28 caruisse** *Coll. 3 libr. 2.32.158.

Fd

7 aliis falsa f. a. *Fd* **8 falsitate** facultate *Fd^{bc}* **12 illatam** illam *Fd*
14 Idem item *Fd^{ac}*: vel idem *add. sup. lin. Fd^{bc}* **20 inpositionem** in
possessionem *Fd^{ac}* **21 solum** *om. Fd* **26 laicus** non laicus *Fd^o*
subiugatur subiugatur *Fd^{bc}* **27 fame** – **28 plenitudine** p. f. *Fd*

AD SANCTAE COMMUNIONIS MINISTERIUM NON
ACCEDAT QUI CRIMEN ILLATUM NON PROBAT.

Epiphanium presbiterum quorundam sacerdotum
litteris criminaliter accusatum, cuius nos, ut valuimus,
causam discutientes, nichilque in eo obiectorum 5
reperientes, ut ad locum suum reverteretur absolvimus.
Criminis ergo eius auctores volumus te perscrutari, et nisi
qui eandem transmisit epistolam paratus fuerit hoc, quod
obiecit, canonicis atque districtissimis probationibus
edocere, nullatenus ad sanctae communionis ministerium 10
accedat.

3 Epiphanium – 11 accedat *Coll. 3 libr. 2.32.160.

Fd

1 ministerium misterium *Fd*

(CAUSA 6)

(C.6) ¶ Duo fornicatores et infamia notati quendam religiosum episcopum de symonia accusare nituntur; reus alterius provincie archiepiscopi iudicium expetit; tandem in probatione deficit accusator; reus cogitur ad innocentie sue assertionem. PRIMO queritur, an crimine irretiti vel infamia notati ad huiusmodi accusationem sint admittendi? SECUNDO, si episcopus in eos accusationem vertere voluerit, an simplici assertioni sue sit fides habenda? TERTIO, si liceat sibi expetere iudicium archiepiscopi alterius provincie? QUARTO, cuius iudicium sibi sit expetendum, si circa suam sententiam episcopos sue provincie discordare contigerit? QUINTO, si in probatione deficit accusator, an reus sit cogendus ad probationem innocentie sue?

Fr. 553

Fd 35va

(QUAESTIO 1)

(C.6 q.1 d.a.c.1) ¶ Quod autem crimine irretiti alios accusare non possunt, Anacletus papa testatur, dicens:

(C.6 q.1 c.1) A CRIMINOSIS SACERDOS ACCUSARI NON PERMITTITUR.

Si sacerdos sine crimine eligi precipitur, nullatenus a criminosis accusari aut calumpniari permittitur, nec ab aliis, quam ab his, qui sine crimine sunt, et iusta electione sacerdotes ordinari possunt, et tales per omnia inveniuntur, quales eligi sacerdotes iubentur.

(C.6 q.1 c.4) Item Fabianus papa.

Fr. 554

ANTE SATISFACTIONEM EXCOMMUNICATI AD ACCUSATIONEM NON ADMITTANTUR.

Omnes illi sunt ab accusatione repellendi, quos Apostolus commemorat, dicens: "Cum his nec cibum sumere," et ante satisfactionem ecclesiae non sunt suscipiendi.

22 Si – 26 iubentur * Coll. 3 libr. 2.32.113. **30 Omnes – 33 suscipiendi**
* Coll. 3 libr. 2.32.59; Polycarpus 5.1.50.

Fd

2 Duo *om. Fd* **5 accusator** *accusatorum Fd* **innocentie – 6 sue** *s. i. Fd* **6 Primo** *om. Fd* **7 sint** *om. Fd^{bc}* **9 vertere voluerit** *vol. ver. Fd* **12 sibi** *om. Fd* **15 innocentie sue** *s. i. Fd* **28 excommunicati** *excommunicandi Fd*

- Fr. 555 (C.6 q.1 d.p.c.6) ¶ Non solum autem criminosi, sed etiam quilibet alii ab accusatione episcoporum repelluntur. Unde Anacletus papa ait:
- (C.6 q.1 c.7) DEO NON PLACET QUI SUOS SERVOS ACCUSAT. 5
- Si omnia in hoc seculo vindicata essent, locum divina iudicia non haberent. Supervacuis laborat inpendiis, qui solem certat facibus adiuvere. Ideo si aliquis putat se Deo in hoc placere, quod servos suos accusat, et ut meliores fiant dicit se hoc agere, in vanum laborat, et plus invidie 10 stimulis agitur quam karitatis, quoniam gratie plenitudo adiectione non indiget, nec ulla requirit commendationis augmenta.
- Fr. 556 (C.6 q.1 d.p.c.11) ¶ Verum hac auctoritate prohibentur spirituales a carnalibus accusari, non carnales a spiritualibus. Quod ex verbis eiusdem datur intelligi, quibus in eodem capitulo subiunxit, dicens: “Capite 15 languescente facilius reliqua corporis membra inficiuntur, sicut scriptum est: Omne caput languidum, et omne cor merens; a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas”. Quapropter manifestum est, diabolum (qui sicut leo rugiens circuit, querens quem devoret) cordibus plebium suadere, ut doctoribus atque pastoribus suis detractiones irrogent, vel accusent, ut plebes languescentes (non tenentibus pastoribus frena eorum) 20 lasciviant, atque in ima ruant, ut saltem sic periclitari possint. Multum vero distant dampna morum a dampnis rerum temporalium, cum ista extra nos sint, illa vero in nobis. Et infra: “Peius malum fore non existimo, quam Christianos suis invidere sacerdotibus”. Hinc etiam Felix 25 II ait:
- Fr. 557

6 Si – 13 augmenta * Coll. 3 libr. 2.32.117.

Fd

3 papa *om. Fd* 4 suos servos *serv. suos Fd* 6 vindicata *iudicata? Fd^{bc}* 8 se – 9 hoc *in hoc se deo Fd* 9 quod *quid Fd^{bc}* 11 karitatis *caritas Fd^{bc}* 15 prohibentur // *hibetur Fd^{bc}; prohibetur Fd^{bc}* 16 ex verbis *om. Fd^{bc}* 20 usque ad *usq// Fd* 22 rugiens *om. Fd^{bc}* 24 irrogent *interrogent Fd^{bc}* 25 eorum *earum Fd^{bc}* 26 lasciviant *laxaverant Fd^{bc}; lasciviunt Fd^{bc}* 29 fore *om. Fd^{bc}* existimo *extimo Fd* 30 Christianos *christiano Fd^{bc}*

(C.6 q.1 c.12) DEO RECTE FAMULANTES PERSEQUI NON LICET.

Quiescite, inquit sancta sinodus Nicena, et nolite
persequi eos, qui recte Deo famulantur, et sincera
5 voluntate superna Dei mandata custodiunt, et nostris
legibus subiugantur; quia non decet, ut carnales
spirituales persequantur.

(C.6 q.1 d.p.c.16) ¶ Patet ergo, ut premissum est, Fr. 558
quod carnales prohibentur ab accusatione spiritualium,
10 non spirituales ab accusatione carnalium. (§ 1) Cum
itaque criminosi et infames ab accusationibus
prohibeantur, videndum est, quos canonum sacra
auctoritas infames appellet. De his Stephanus Romane
ecclesiae episcopus scribit Ylario, dicens:

(C.6 q.1 c.17) QUAE PERSONE INFAMES HABEANTUR.

Infames esse eas personas dicimus, quae pro aliqua
culpa notantur infamia, id est omnes, qui Christiane legis
normam abiciunt, et statuta ecclesiastica contempnunt; Frd 35vb
similiter fures, sacrilegos et omnibus capitalibus
20 criminibus irretitos; sepulcrorum quoque violatores, et
omnes, qui adversus patres armantur, qui in omni mundo
infamia notantur; similiter et incestuosos, homicidas,
periuros, raptos, maleficos, veneficos, adulteros, de
bellis publicis fugientes, et qui indigna sibi petunt loca
25 tenere, aut facultates ecclesiae auferunt iniuste, et qui
fratres calumpniantur, aut accusant et non probant, et qui
contra innocentes principum animum ad iracundiam
provocant, et omnes anathematizatos vel pro suis
sceleribus ab ecclesia repulsos, et omnes, quos
30 ecclesiastice vel seculi leges infames pronunciant. Hii
nimirum omnes, nec servi ante legitimam libertatem, nec
penitentes, nec bigami, nec illi, qui curie deserviunt, vel
non sunt integri corpore, aut sanam non habent mentem
vel intellectum, aut inobedientes sanctorum decretis

3 Quiescite – 7 persequantur *Coll. 3 libr. 2.32.114. **16 Infames –**
390: 6 possunt *Coll. 3 libr. 2.32.64; Anselmus 3.5; Ivo, *Decretum* 5.291;
Coll. Trip. 1.21.1; *Panormia* 4.66; *Polycarpus* 5.1.19.

Fd

4 recte Deo r. d. *Fd* **5 nostris** vestris? *Fd* **9 quod** quia *Fd^{ac}*
10 spirituales spiritualium *Fd* **16 dicimus** dicamus *Fd^{ac}* **17 legis**
leges *Fd* **19 omnibus** omnes *Fd* **24 fugientes** fug//ntes *Fd^{ac}*
27 principum animum a. p. *Fd* **ad iracundiam** om. *Fd^{ac}* **31 servi**
ante servant *Fd^{ac}* **legitimam libertatem** lib. leg. *Fd*

existunt, aut furiosi manifestantur, hi omnes, inquam, nec ad sacros gradus debent provehi, nec isti, nec liberti neque suspecti, neque rectam fidem vel dignam conversationem non habentes, summos sacerdotes possunt accusare, nec ad accusationem seu ad testimonium ullatenus iuste recipi possunt. 5

Fr. 559 (C.6 q.1 d.p.c.19) ¶ Sed licet infames ab accusatione episcoporum prohibeantur, non tamen isti ab huius accusatione prohibendi sunt. Hereticos namque accusare infamibus non prohibetur, ut supra patuit in ea causa, ubi de accusatione minorum adversus maiores disputatum est. 10

(C.6 q.1 c.20) Item.

Cum maiores scientia et moribus a minoribus accusari prohibeantur, non equales ab equalibus, vel minores a maioribus, ab huius accusationibus non sunt hii prohibendi, cum hereticus catholico minor sit. 15

(C.6 q.1 c.21) Sed hoc an generaliter accipiendum sit, Augustinus non diffinit, dicens:

DUBIUM EST, AN SCIENS AVARUS, AN NESCIENS HERETICUS GRAVIUS PECCET. 20

Quero ergo, quis peccet gravius, qui nesciens heresim incurrerit, an qui sciens ab avaritia, id est ab ydolatria non recesserit? Secundum illam regulam, qua peccata scientium peccatis ignorantie preponuntur, avarum conscientia vincit in scelere. Sed si, forte hoc faciat in heresi ipsius sceleris magnitudo, quod facit in avaritia scientis admissio hereticus nesciens avaro scienti coequatur. Item: (§ 1) Utrum catholicum pessimis moribus alicui heretico, in cuius vita, preter id, quod hereticus est, non inveniunt homines quod reprehendant, preponere debeamus, non audeo precipitare sententiam. 25 30

(C.6 q.1 d.p.c.21) ¶ Verum hoc Augustini, et illud de infamium accusatione, de his intelligendum est, quos constat esse hereticos, non de his, qui se negant in 21 Quero – 31 sententiam ??.

Fd

2 gradus ordines *Fd^{bc}*: vel gradus *add. sup. lin. Fd^{bc}* debent – 5
 accusare nec ad sacros ordines provehi *Fd^{bc}* 6 recipi possunt p. r. *Fd*
 8 ab a// *Fd^{bc}* huius – 9 accusatione a. h. *Fd^a* 10 ubi ut *Fd^{bc}*
 13 moribus a maioribus et *Fd^{bc}*: in omnibus a *Fd^{bc}* 15 huius
 accusationibus huiusmodi accusatione *Fd* hii – 16 prohibendi hii
 sunt hii proh. *Fd^{bc}* 23 qua quia *Fd^{bc}* 30 quod qui *Fd^{bc}*

heresim lapsos. Hic autem in omnibus religiosus aprensus, dum se negat heretice communionis aliquando macula infectum, infames atque alios huiusmodi a sua accusatione ipse repellit. Fr. 560

5

(QUAESTIO 2)

(C.6 q.2 d.a.c.1) ¶ Quod autem queritur, si episcopus accusationem in accusatorem vertere voluerit, an sue simplici assertioni fides sit habenda? facile solvitur, si sanctorum Patrum auctoritas diligenter inspiciatur. Ut enim sancti patres diffiniunt, nullius persone, quantumlibet exercitate, confessioni fides est adhibenda, nisi competentes probationes adhibeat. Unde in IV Cartaginensi concilio legitur: Fr. 561

15 (C.6 q.2 c.1) EPISCOPUS, CRIMEN ALICUI OBICIENS, IN SINODO PROBET QUOD OBICIT.

Episcopus, si clerico vel laico crimen inposuerit, deducatur ad probationem in sinodum.

20 (C.6 q.2 d.p.c.1) ¶ Sed obicitur: Si se solum alieni sceleris conscium noverit, probare illud testibus non valet; quid ergo tunc sibi faciendum sit, ex concilio Vasensi sic diffinitur:

(C.6 q.2 c.2) EPISCOPUS NON PROFERAT QUOD PROBARE NON POTEST.

25 Si tantum episcopus alieni sceleris se conscium novit, quamdiu probare non potest, nichil proferat, sed cum ipso ad conpunctionem eius secretis correctionibus elaborat. Quod si forte correptus pertinacior fuerit, et se communioni publice ingesserit, etiam si episcopus in redarguendo illum, quem reum iudicat, probatione deficiat, indempnatus (licet his qui nichil sciunt, secedere ad tempus pro persone maioris auctoritate iubeatur) ille tamen, quamdiu nichil probare potest, in communione

17 Episcopus – 18 sinodum *Coll. Trip. 2.21(18).28; Coll. 3 libr. 2.33.27.
25 Si – 392: 2 permanebit *Coll. Trip. 2.30(27).3; Ivo, Decretum 6.364.

Fd

2 dum non Fd^{ac} 3 a – accusatione ab accusatione sua Fd
8 accusationem – accusatorem accusatorem accusationem Fd an ac
Fd^{ac} 10 auctoritas om. Fd^{ac} 12 exercitate exercitacione Fd^{ac}
confessiononi confessioni Fd 14 Cartaginensi concilio co. carth. Fd
21 tunc sibi s. t. Fd 22 Vasensi varensi Fd 28 Quod qui F
forte om. Fd^{ac} 32 iubeatur iu//eatur Fd^{ac}

omnium, preterquam eius, qui eum reum iudicat, permanebit.

Fd 36ra **(C.6 q.2 c.3)** DE EPISCOPO, QUI SIBI SOLI DICIT ALIQUEM SUUM CRIMEN FUISSE CONFESSUM.

Placuit, ut si quando episcopus dicit aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget, non putet ad iniuriam suam episcopus pertinere, quod illi soli non creditur. Et si scrupulo proprie conscientie se dicit neganti nolle communicare, quamdiu excommunicato non communicaverit suus episcopus, eidem episcopo ab aliis non communicetur episcopis, ut magis caveat episcopus, ne dicat in quemquam quod aliis documentis convincere non potest.

(QUAESTIO 3)

(C.6 q.3 d.a.c.1) ¶ Iudicium vero archiepiscopi alterius provincie alicui expetere non licet. Unde Gregorius ait:

Fr. 562 **(C.6 q.3 c.1)** ALTERIUS PARROCHIANUM ALICUI IUDICARE NON LICET.

Scriptum est in lege: “Per alienam messem transiens falcem mittere non debes, sed manu spicas contere et manducare”. Falcem enim iudicii mittere non debes in ea segete, quae alteri videtur esse commissa, sed per affectum boni operis frumenta dominica viciorum suorum paleis expolia, et in ecclesiae corpus admonendo et persuadendo, quasi mandendo, convertere.

(C.6 q.3 c.2) Item Pelagius papa omnibus episcopis.

QUOT CIVITATES UNAQUEQUE PROVINCIA HABEAT.

Scitote certam esse provinciam, quae habet X aut XI civitates, et unum regem, et totidem minores potestates sub se, et unum metropolitanum, aliosque suffraganeos X vel XI episcopos iudices, ad quorum iudicium omnes cause episcoporum, et reliquorum sacerdotum, ac

5 Placuit – **13 potest** * *Coll. Trip.* 2.24(21).5; Ivo, *Decretum* 5.363. **20 Scriptum** – **26 convertere** * *Coll. 3 libr.* 2.32.171. **29 Scitote** – **393: 10 appellatum** Ps.-Pelagius II (J³ †2056; JK †1051; ed. Hinschius, 724). * *Coll. 3 libr.* 2.33.7; Anselmus 6.103; *Panormia* 4.24; *Polycarpus* 5.1.34.

Fd

3 De – **4 confessum** *rubrica omissa Fd* **6 crimen fuisse** f. c. *Fd* **7 ad om.** *Fd^{bc}* **10 communicaverit** communicavit *Fd^{bc}* **18 alicui** alicui accu *Fd^{bc}* **22 debes** potes *Fd* **25 expolia** expoliat *Fd^{bc}*: expoliare *Fd^{bc}* **26 convertere** convertite *Fd^{bc}* **30 minores** minore// *Fd*

civitatum referantur, ut ab his omnibus iuste consona
 voce discernatur, nisi ad maiorem auctoritatem fuerit ab
 his, qui iudicandi sunt, appellatum. Unde non oportet, ut
 degradetur vel dehonoretur unaqueque provincia; sed
 5 apud semetipsam habeat iudices, sacerdotes et episcopos,
 singulos videlicet secundum ordines suos, et quicumque
 causam habuerit a suis iudicibus iudicetur, et non ab
 alienis, id est a sue iustis iudicibus provincie, et non ab
 10 extraneis, nisi (ut iam est prelibatum) a iudicandis fuerit
 appellatum.

(QUAESTIO 4)

(C.6 q.4 d.a.c.1) ¶ Porro cuius iudicium sibi Fr. 563
 expetendum sit, si iudices electi inter se discordare
 15 ceperint, in Laudicensi concilio sic invenitur diffinitum:

(C.6 q.4 c.1) A QUO SIT FERENDA SENTENTIA,
 QUANDO CONPROVINCIALES EPISCOPI DISCORDANT.

Si quis episcopus criminaliter in iudicio episcoporum
 fuerit accusatus, contingat autem episcopos provincie, qui
 20 convenerint, diversas habere sententias, et alios quidem
 innocentem eum pronunciare, alios reum, propter
 huiusmodi controversiam amputandam placuit sanctae
 synodo metropolitanum episcopum alterius vicine
 provincie advocari, et aliquantos cum eo episcopos alios,
 25 qui pariter residentes quaecumque fuerit dirimant
 questionem, propter hoc, ut sit firmum iudicium, quod ab
 unius provincie episcopis fuerit promulgatum.

(C.6 q.4 c.2) Item ex concilio Martini papae. Fr. 564

18 Si – 27 promulgatum Ivo, *Decretum* 5.263; *Coll. Trip.* 2.6.9.

Fd

1 referantur *om. Fd^{ac}* 2 discernatur discernantur *Fd* fuerit *ante*
 appellatum *Fd* 3 non *om. Fd^{ac}* 9 est *om. Fd* 10 appellatum
 appellandum *Fd* 17 quando in quam *Fd* 19 episcopos episcopis *Fd*
 21 alios alias *Fd^{ac}* 22 sanctae *om. Fd* 23 vicine vic// *Fd^{ac}* 24 eo
 episcopos coepiscopus *Fd* 25 quaecumque fuerit quicumque fuerint
Fd 27 unius huius *Fd^{ac}*

QUANDO ELECTI IUDICES INTER SE DE SENTENTIA DISCORDES EXTITERINT, DE VICINA PROVINCIA ARCHIEPISCOPUS ADVOCETUR.

Si quis episcopus in aliquibus iudicatur, et viderit ipsos episcopos, qui in provincia sua sunt, inter se iudicio discrepare, ut alii videantur eum, qui iudicatur, iustificare, alii condempnare, pro diffinitione huius dissensionis hoc placuit sanctae synodo, ut de provincia vicina alter metropolitanus convocetur episcopus, ut per eum confirmetur quod secundum rectum placuerit canonem.

(C.6 q.4 d.p.c.4) ¶ Sed si omnium conprovincialium concordia sententia fuerit dampnatus, manebit erga eum immobilis censura. Unde in Laudicensi concilio legitur:

(C.6 q.4 c.5) EPISCOPUS, QUI AB EPISCOPIS SUE PROVINCIE CONSONAM SENTENTIAM REPORTAVERIT, AB ALIIS IUDICARI NON POTERIT.

Si quis episcopus criminaliter accusatus ab omnibus, qui sunt intra provinciam, episcopis exceperit unam consonamque sententiam, ab aliis ulterius iudicari non poterit, sed manere circa eum oportet tamquam convenientem, quae ab omnibus prolata est, firmam ratamque sententiam.

(C.6 q.4 d.p.c.5) ¶ Subintelligendum vero est, nisi ad iudicem maioris auctoritatis fuerit provocatum. Tunc enim per appellationem soluta sententia firmitatem non obtinet. Unde Nicolaus papa ait:

(C.6 q.4 c.6) SEMEL DIFFINITUM RETRACTARI NON LICET, NISI UBI MAIOR AUCTORITAS FUERIT.

Quod bene semel diffinitum est et interpositis iuramentis deliberatum, nulla debet iteratione, nisi fortassis ubi fuerit maior auctoritas, retractari.

(C.6 q.4 c.7) Item ex concilio Sardicensi.

4 Si – **10 canonem** Martinus Bracarensis *Capitula* 13 (ed. Vives, 89). * *Coll. Trip.* 2.53(47).13. **17 Si** – **22 sententiam** *Coll. Trip.* 2.6.10; *Coll. 3 libr.* 2.33.33; *Polycarpus* 5.4.32. **29 Quod** – **31 retractari** * *Coll. 3 libr.* 2.32.150.

Fd

1 electi – **se** iudices electi *Fd* **4 iudicatur** iudicatis *Fd^{ac}* **5 sua** *om. Fd* **15 reportaverit** non rep. *Fd^{ac}* **19 sententiam** *om. Fd^{ac}* **21 quae** *om. Fd^{ac}* **25 soluta** solita *Fd^{ac}* **30 iteratione** ratione *Fd^{ac}*

IN RENOVATIONE IUDICII MEMORIA BEATI PETRI EST HABENDA.

Osius episcopus dixit: “Quod si aliquis episcopus adiudicatus fuerit in aliqua causa, et putat se bonam causam habere, alterum iudicium renovetur, si vobis placet, S. Petri apostoli memoriam honoremus, ut scribatur vel ab his, qui examinaverunt, vel etiam ab aliis episcopis, qui in provincia proxima morantur, Romano episcopo. Et si iudicaverit renovandum esse iudicium, renovetur et det iudices. Si autem probaverit talem causam ut ea non refricentur, quae acta sunt, quae decreverit Romanus episcopus confirmata erunt. Si hoc ergo omnibus placet, statuatur”. Sinodus respondit: Placet.

Fd 36ra

15

(QUAESTIO 5)

(C.6 q.5 d.a.c.1) ¶ Quod autem deficiente accusatore reus non sit cogendus ad probationem, auctoritate Gregorii probatur, qui scribens Maximo ait:

20

(C.6 q.5 c.1) ONUS PROBATIONIS REO NON INCUMBIT.

Quod autem postulas, ut illuc personam dirigere debeamus, qua de his, quae dicuntur, possit esse probatio, esset utcumque excusabile, si umquam ratio ei, qui accusatur, necessitatem probationis inponeret. At postquam non tibi, sed accusantibus hoc onus incumbit, ad nos, sicut prefati sumus, dilatione cessante venire non desinas.

25

(C.6 q.5 c.2) ¶ Hoc autem servandum est, quando reum publica fama non vexat. Tunc enim auctoritate eiusdem Gregorii propter scandalum removendum, famam suam reum purgare oportet.

Fr. 566

30

3 Osius – 14 Placet *Coll. 3 libr. 2.33.20; Coll. Trip. 2.5.4. **21 Quod – 27 desinas** *Coll. 3 libr. 2.32.161. **30 Gregorii** Cf. C.2 q.5 c. 5, pag. 304: 24.

Fd

1 iudicii – Petri beati petri memoria Fd **4 fuerit** fuit Fd^{ac} **causa** c. habere Fd^{pc} **5 renovetur** removetur Fd^{ac} **7 examinaverunt** examinant Fd^{pc} **8 morantur** memorantur? Fd^{ac} **11 refricentur** reficerentur Fd **13 Sinodus** – **14 Placet** s. p. r. Fd^{ac} **22 qua** quia Fd^{pc} **24 necessitatem** necessitates Fd^{ac} **28 servandum** observandum Fd

(CAUSA 7)

Fr. 566 **(C.7) ¶** Longa invaletudine gravatus episcopus alium
 sibi substitui rogavit, cuius precibus summus pontifex
 annuit, et quod rogaverat ei concessit. Postea vero
 Fd 36rb convaluit idem episcopus, et quod prius fecerat cupit
 rescindi; adversus eum, qui sibi accesserat, questionem
 movet, suam cathedram tamquam sibi debitam reposcit.
 Hic PRIMUM queritur, utrum vivente episcopo alius possit
 in ecclesia eadem ordinari? SECUNDO, an iste valeat
 reposcere cathedram, quam sua intercessione alter
 accepit? 5
 10

(QUAESTIO 1)

(C.7 q.1 d.a.c.1) ¶ Quod vivente episcopo alius
 superponi aut superordinari non possit, ex concilio apud
 Alverniam celebrato diffinitum est, in quo legitur: “ut
 nullus vivente episcopo alius superponatur aut
 superordinetur episcopus, nisi forsitan in eius locum,
 quem capitalis culpa deiecerit”. 15

(C.7 q.1 c.1) Item ex Registro Gregorii papae, ad
 Anatolium Constantinopolitanum Diaconem. 20

PRO MOLESTIA CORPORIS SUO HONORE NON PRIVETUR
 EPISCOPUS.

Scripsit mihi dilectio tua, me reverentissimo fratri meo
 Iohanni prime Iustiniane episcopo pro egritudine capitis,
 quam patitur, episcopum precipere succedi, ne fortasse,
 dum episcopi iura eadem civitas non habeat, (quod absit)
 ab hoste depereat. Et quod nusquam canones precipiunt,
 ut pro egritudine episcopi episcopus succedat, et ideo
 iniustum est, ut, si molestia corporis irruit, honore suo
 privetur egrotus. Sed suggerendum est, ut si quis, in
 regimine, egrotat, dispensator illi talis requiratur, qui
 possit eius curam omnem agere, et locum illius in
 regimine ecclesiae (ipso non deposito) conservare, ut 25
 30

24 Scripsit – 397: 2 inveniatur Ivo, *Decretum* 5.304; *Coll. 3 libr. 2.13.2*;
Polycarpus 2.17.1; *Coll. s. Mar. Nov.* 26.1.

Fd

2 Longa *AaBc*: quidam longa *FdFr.* **episcopus alium** *ep// Fd^{ac}*
4 rogaverat *rogavit Fd* **ei concessit** *c. e. Fd* **5 convaluit** *valuit Fd*
8 alius *al// Fd^{ac}* **9 ecclesia eadem** *ea. ecc. Fd* **17 nullus** *missus Fd^a*
aut – 18 superordinetur *om. Fd* **19 capitalis** *capitat? Fd^{ac}*
23 episcopus *om. Fd* **24 meo** *om. Fd^{ac}* **25 Iustiniane** *Iustinian//*
Fd^{ac} **27 eadem** *illa Fd* **33 agere** *gere// Fd*

neque Deus omnipotens offendatur, neque civitas neglecta esse inveniatur.

(C.7 q.1 c.4) Item Nicolaus Alvino Iovaviensi Archiepiscopo. Fr. 567

5 PRO INFIRMITATE VEL EGRITUDINE PONTIFICES NON
SUNT ABICIENDI, NEC IN EORUM LOCO ALII
SUBSTITUENDI.

10 pontifices, qui aliqua occupantur infirmitate vel
egritudine, abiciendi non sunt, nec alios in eorum loco
consecrari oportet, nisi ex hac fuerint luce subtracti. Quod Fr. 36va
si de ministerio sibi concesso conqueruntur, quae licita
sunt sacerdotes expleant. In his vero, quae his presumere
non licet, vicinorum usque ad recipiendam sanitatem
episcoporum auxilia subrogentur, et hoc cum cautele
15 studio peragant, ne per necessitatis occasionem
presumptionis pullulet ambicio.

(C.7 q.1 c.5) Item ex epistola Cipriani episcopi et Martiris. Fr. 568

20 VIVENTE EPISCOPO ALIUS SIBI SUCCEDERE NON VALET.
Factus est Cornelius episcopus de Dei et Christi eius
iudicio, de clericorum pene omnium testimonio, de plebis,
quae tunc affuit, suffragio, de sacerdotum antiquorum et
bonorum virorum consensu cum nemo ante se factus
esset, cum Fabiani locus, id est cum locus Petri et gradus
25 cathedre sacerdotalis vacaret, quo occupato et de Dei
voluntate, atque omnium nostrum consensione firmato,
quisquis iam episcopus fieri voluerit, foris fiat necesse est,
nec habeat ecclesiasticam ordinationem, qui ecclesiae non
tenet unitatem. Quisquis ille fuerit, licet de se multum
30 iactans et plurimum sibi vendicans, profanus est, alienus
est, foris est. Et cum post primum esse non possit,
quisquis post unum, qui solus esse debet factus est, iam
non secundus ille, sed nullus est.

8 pontifices – **16 ambicio** *Coll. Trip. 1.64(62).19; Ivo, *Decretum* 5.352.
20 Factus – **33 est** *Anselmus 6.56; Ivo, *Decretum* 5.359; Coll. Trip.
3.9.16; Coll. 3 libr. 1.4.12; Polycarpus 7.3.7.

Fd

6 nec – **7 substituendi** *om. Fd^{ac}* **9 eorum loco** l. e. *Fd* **10 hac** hac
causa si *Fd^{ac}* **11 si** sibi *Fd^{ac}* **sibi** *om. Fd^{ac}* **19 succedere** *verbum*
duplicatum Fd^{ac} **22 de** et de *Fd* **26 nostrum** nostrorum *Fd^{ac}*
27 iam tam *Fd* **foris** *om. Fd^{ac}* **29 fuerit** fuit *Fd* **31 post** *om. Fd^{ac}*
32 iam nam *Fd*

(C.7 q.1 c.6) Item eiusdem.

NON EST EPISCOPUS QUI IN LOCUM IRREPSE-
RIT VIVENTIS.

Novatianus episcopus non est, qui Cornelio episcopo in
ecclesia a sedecim coepiscopis facto, adulter atque 5
extraneus episcopus fieri a desertoribus per ambitum
nititur, et cum sit a Christo una ecclesia per totum
mundum in multa membra divisa, item episcopatus unus,
multorum episcoporum concordii numerositate diffusus,
ille post Dei traditionem, post connexam et ubique 10
coniunctam catholice ecclesiae unitatem, humanam
conatur ecclesiam facere, et per plurimas civitates novos
suos apostolos mittit, ut quaedam recentia institutionis
sue fundamenta constituat; cum quae iam pridem per
omnes provincias et per urbes singulas ordinati sint 15
episcopi in etate antiqui, in fide integri in pressura
probat, in persecutione proscripti, ille super eos creare
alios pseudoepiscopos audeat, quasi possit aut totum
orbem novi conatus obstinatione peragrare, aut
ecclesiastici ordinis compaginem discordie sue 20
seminatione rescindere, nesciens scismaticos semper inter
initia fervere, incrementa vero habere non posse, nec
augere quod illicite ceperint, sed statim cum prava sua
emulatione deficere. Et infra: **(§ 1)** Qui ergo nec unitatem
Spiritus, nec coniunctionem pacis observat, et se ab 25
ecclesiae vinculo atque a sacerdotum collegio separat,
episcopi nec potestatem potest habere, nec honorem, qui
episcopatus nec unitatem voluit habere, nec pacem.

Fr. 570 **(C.7 q.1 c.11)** Item Evaristus papa omnibus episcopis.

4 Novatianus – 28 pacem *Anselmus 6.57.

Fd

2 irrepserit – **3 viventis** v. i. **5 sedecim** ?? *Fd^{ac}* **coepiscopis**
coepiscopum *Fd^{ac}* **6 a om.** *Fd* **9 diffusus** divisus *Fd^{ac}* **10 post**¹
potest *Fd* **Dei iudei** *Fd^{ac}* **14 constituat** consistat *Fd^{ac}* **15 per om.**
Fd^{ac} **16 in**² et in *Fd* **18 pseudoepiscopos** pseudoapostolos *Fd^{ac}*: per
pseudoepiscopos *Fd^{ac}* **20 ordinis** corporis *Fd^{ac}*: ordinis corporis *Fd^p*
discordie sue discordi *Fd^{ac}* **24 unitatem** unitate *Fd*
25 coniunctionem coniunctionis *Fd* **26 atque** et *Fd* **27 nec**
potestatem p. n. *Fd^{ac}* **potest habere** h. p. *Fd* **29 Evaristus**
eucharistus *Fd*

NON LICET EPISCOPO ECCLESIAM SUAM DIMITTERE.

Sicut vir non debet adulterare uxorem suam, ita nec episcopus ecclesiam suam, id est ut illam dimittat, ad quam consecratus est. Et sicut uxori non licet dimittere virum suum, ut alteri se vivente eo matrimonio societ ut eum adulteret, licet fornicatus sit eius vir, sed iuxta Apostolum aut viro suo debet reconciliari, aut manere innupta, ita ecclesiae non licet dimittere episcopum suum, aut se ab eo segregare, ut alterum vivente eo accipiat; sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat, id est alterum episcopum suo vivente non accipiat, ne aut fornicationis aut adulterii crimen incurrat. Si vero adulterata fuerit, id est si se alteri iunxerit, aut super se alterum episcopum adduxerit, aut esse fecerit vel desideraverit, per acerrimam penitentiam aut suo reconcilietur episcopo, aut innupta permaneat. (§ 1) Episcopum vero oportet oportune et inopportune, atque sine intermissione ecclesiam suam docere, eamque prudenter regere et amare, ut a viciis se absteineat et salutem consequi possit eternam. Et illa cum tanta reverentia eius doctrinam debet suscipere, eumque amare et diligere ut legatum Dei et preconem veritatis.

Fr. 571

(C.7 q.1 d.p.c.11) ¶ Ecce his auctoritatibus patenter ostenditur, quod episcopo vivente alius superordinari non potest, nec etiam pro eius egritudine. Sed illud Gregorii intelligendum est, quando ille, qui egrotat, alium sibi substitui non rogat. Ceterum, quando aliquis vel senectute, vel infirmitate gravatus susceptum officium administrare non valet, si alium sibi substitui petierit, rationabiliter fieri potest. Unde in eodem capitulo sequitur: "Si vero idem Iohannes fortasse pro molestia sua petierit, ut ab episcopi honore debeat vacare, eo petitionem dante scripto, concedendum est; aliter id

2 Sicut – **22 veritatis** *Anselmus 6.98; Coll. 3 libr. 2.5.6; Polycarpus 1.10.1.

Fd

1 dimittere dimittere et ad aliam transire *Fd* **2 ita nec** n. i. *Fd^{ac}*
4 consecratus sacratus *Fd* **5 ut**² aut *Fd* **6 fornicatus** fornicator *Fd^b*
eius vir v. e. *Fd* **7 viro** – **debet** d. v. s. *Fd* **13 si** om. *Fd*
18 eamque atque *Fd^{ac}*: atque eam *Fd^{bc}* **21 eumque** atque *Fd^{ac}*: atque eum *Fd^{bc}* **26 quando** quod *Fd^{ac}* **28 gravatus** gravatu// *Fd^{ac}* **29 si** – **sibi** sed alium *Fd^{ac}*: sed alium si *Fd^{bc}* **31 sequitur** om. *Fd^{ac}* **idem** isdem *Fd* **32 debeat** debent *Fd* **33 dante scripto** s. d. *F*
concedendum cedendum *Fd*

Fd 36vb *facere non valemus*”. Hinc etiam beatus Augustinus episcopo suo nondum defuncto, sed senectute gravato, cathedram episcopalem suscepit. Unde in epistola Paulini ad Romanum legitur:

(C.7 q.1 c.12) AUGUSTINUS NON TAM SUCCESSIT QUAM ACCESSIT. 5

Non autem hoc tantum scripsimus gratulandum, quod episcopatum Augustinus acceperit, sed quod hanc curam Dei gratia meruerit Africane ecclesiae, ut verba celestia Augustini ore perciperet, qui ad maiorem dominici muneris gratiam novo more proventus ita consecratus est, ut non succederet in cathedra episcopo, sed accederet. Nam incolumi Valerio Ipponensis ecclesiae episcopo coepiscopus Augustinus est. 10

(C.7 q.1 d.p.c.12) ¶ Hoc idem probatur auctoritate beati Gregorii, qui Ariminensi episcopo, dolore capitis laboranti, alterum subrogavit, ita scribens in Registro suo, capitulo 238: 15

(C.7 q.1 c 13) EPISCOPO GRAVATO INFIRMITATE ALIUS SUBROGARI POTEST. 20

Qualiter ordinati a nobis sacerdotis, corporis, quia notum est, inpediente molestia, Ariminensis ecclesia pastoralis hactenus ac sacerdotali sit regimine destituta, dudum fraternitas vestra cognovit. Quem dudum habitatorum illius loci precibus permoti sepius hortati sumus, ut si de eadem capitis, qua detinebatur, molestia, melioratum esse se sentiret, ad suam auxiliante Deo reverteretur ecclesiam. Qui datis induciis in hoc quadriennio expectatur. Quem, dum cleri, vel civium huc venientium, nosque precibus arguentium instantius hortaremur, ut, si valeret, cum eis auxiliante Domino remearet, datis scriptis supplicatione nos petit, ut quia ad 25 30

Fr. 572

21 Qualiter – **401: 21 antistes** Ivo, *Decretum* 5.305; *Coll. s. Mar. Nov.* 26.2; Burchardus 1.189.

Fd

2 gravato grava//o? *Fd^{ac}* **3 Paulini** – **4 Romanum** pauli ad romam *Fd^{ac}* **5 tam** tantum *Fd^{ac}* **7 tantum** aliqua incognita add. et eras. sup. lin. *Fd* **9 Africane ecclesiae** africana ecclesia *Fd* **11 muneris** corporis *Fd^{ac}* **13 Valerio** valeriano *Fd* **Ipponensis** hyponiensis *Fd^{ac}*: hyponensis *Fd^{ac}* **16 beati** om. *Fd^{ac}* **qui** prope qui *Fd* **18 238** cccxviii? *Fd^{ac}* **22 Ariminensis** ariminensi *Fd^{ac}* **25 illius loci** l. i. *F* **sepius** om. *Fd^{ac}* **26 de** om. *Fd^{ac}* **27 esse se** s. e. *Fd* **29 cleri** clerici *Fd* **31 hortaremur** ortaretur *Fd^{ac}* **32 quia** qui *Fd*

eiusdem ecclesiae regimen vel susceptum offitium pro eadem, qua detinetur, molestia assurgere nullatenus posset, ecclesiae Christi episcopum ordinare deberemus. Unde, quia cunctarum ecclesiarum iniuncta cura sollicitudinis nos constringit, ne diutius gregi fidelium desit pastoralis custodia, illorum precibus, huius ex sui impossibilitate renunciatione compulsi, visum est nobis eidem Ariminensi ecclesiae debere episcopum ordinari, et datis ex more preceptis, clerum plebemque eiusdem ecclesiae non destitimus ammonere, quatinus ad eligendum sibi antistitem concordi provisione concurrant. Hortamur ergo, ut fraternitas vestra eum, quem uno consensu omnes elegerint, sicut et ipsi a nobis poposcisse noscuntur, ad se faciat evocari, quem cauta ex omnibus examinatione discutite, et si, in eo, quae in textu Eptatici continentur, minime Domino opitulante fuerint reperta, atque fidelium personarum relatione eius quoque vita vobis placuerit, ad nos eum cum decreti vestri pagina, addita quoque testificationis epistola destinate, quatinus eiusdem a nobis ecclesiae Domino disponente consecretur antistes.

(C.7 q.1 c.14) Item ex eodem capitulo 233 ad Eleutherium episcopum.

DE EODEM.

Quamvis triste nobis sit valde quod loquimur, atque fraterna nos compassione potius arguat, quam aliquid de auditis diffinire permittat, suscepti tamen sollicitudo regiminis cor nostrum instanti pulsat aculeo, magna nos ecclesiis cura prospicere, ne qua earum possit utilitas deperire. Pervenit igitur ad nos quibusdam referentibus, quemdam episcopum ita passionem capitis incurrisse, ut quod mente alienata agere soleat gemitus et fletus audire sit. Ne ergo languente pastore grex (quod absit)

25 Quamvis – **402: 20 consecrari** *Coll. 3 libr. 2.13.3; Polycarpus 2.19.4; Coll. s. Mar. Nov. 26.4; Burchardus 1.191.*

Fd

3 Christi ipsi *Fd* **7 renunciatione** et r. *Fd* **compulsi** om. *Fd^{ac}*
8 debere deberet *Fd^{ac}*: deberi *Fd^{pc}* **9 ex more** amore *Fd^{ac}*: ex amore?
Fd^{pc} **10 destitimus** destituimus *Fd* **13 sicut** sicut ut *Fd^{pc}* **15 quae**
qui *Fd^{ac}* **Eptatici** eptati *Fd^{ac}* **16 Domino** om. *Fd^{ac}* **reperta**
reparata *Fd* **17 personarum** perharum? *Fd* **18 vobis** nobis *Fd*
20 a nobis om. *Fd^{ac}* **21 antistes** antistites *Fd* **25 nobis sit** s. n. *Fd*
28 instanti pulsat p. i. *Fd* **29 prospicere** proficere *Fd^{ac}* **earum**
eorum *Fd* **32 alienata** om. *Fd^{ac}* **33 Ne** non? *Fd^{ac}* **pastore** om. *Fd*

insidiatoris laniandus dentibus exponatur, vel ecclesiae ipsius utilitates depereant, cauta nos necesse est provisione tractare. Et ideo, quia viventem episcopum ab offitio suo necessitas infirmitatis, non crimen abducit, alium loco eius (nisi recusante eo) nulla sinit ratio ordinari; sed si intervalla egritudinis habere est solitus, ipse data petitione non se ulterius ad hoc ministerium subvertente infirmitate posse fateatur assurgere, et alium loco suo expetat ordinandum. Quo facto omnium solemniter electione alter, qui dignus fuerit, episcopus ordinetur, sic tamen, ut quousque eundem episcopum in hoc seculo vita tenuerit, sumptus ei debiti de eadem ecclesia ministrentur. Enimvero si nullo tempore ad sane mentis redit offitium, persona fidelis ac vite probabilis est eligenda, quae ad regimen ecclesiae idonea possit existere, atque de animarum utilitate cogitare, inquietos sub discipline vinculo constringere, ecclesiasticarum rerum curam gerere, et maturum atque efficacem in omnibus se exhibere, qui etiam episcopo, qui nunc egrotat, superstes, loco eius debeat consecrari.

Fr. 573

Fr. 574 (C.7 q.1 d.p.c.16) ¶ Ecce, quod episcopo petente, precibus etiam populi, infirmitate gravato alius possit subrogari, patenter monstratur. Senectute autem gravato non successor, sed coadiutor dari debet, qui ei decedenti in locum regiminis succedat. Sic Augustinus dicitur accessisse, non successisse Ypponensium episcopo. Hinc etiam Zacharias papa scribit Bonifatio, Maguntino Archiepiscopo:

Fd 37ra

(C.7 q.1 c.17) SENECTUTE GRAVATO COADIUTOR EST DANDUS, QUI MORIENTI SUCCEDAT.

Petisti, ut cum nostro consultu pro superveniente tibi senectute atque corporis inbecillitate, si invenire poteris alium in eandem sedem, in qua prees, pro tua persona debeas collocare. Nos vero adiutore Deo consilium prebemus tue sanctitati, ut pro salute animarum rationabilium fautore Christo sedem, quam obtines, Maguntine ecclesiae nequaquam relinquo. Sin vero

31 Petisti – 403: 22 valeat * Coll. 3 libr. 2.15.7-9.

Fd

1 insidiatoris insidiatori// Fd^{ac} 3 viventem vivente? Fd^{ac} 5 sinit sit Fd 13 si nullo sinillo? Fd 15 quae quequam Fd^{ac} 18 efficacem inefficacem Fd^{ac} in – se s. i. o. Fd 23 subrogari suboriri Fd 25 Sic sicut Fd^{ac} 27 etiam om. Fd^{ac} 31 pro om. Fd^{ac}: vel Fd^{ac}

Dominus dederit iuxta tuam petitionem hominem perfectum, qui possit sollicitudinem habere, et curam pro salute animarum pro tui persona ordinabis illum episcopum, eritque in evangelio tibi credito et ministerio Christi portando in omni loco requirens et confortans ecclesiam Dei. Item: (§ 1) Si eundem voluerit divina clementia post diem tui transitus superesse, si eum aptum cognoveris, et in tua voluntate fuerit diffinitum, ea hora, qua te de presenti seculo migraturum cognoveris, presentibus cunctis tibi successorem designa, ut huc veniat ordinandus. Hoc nulli alii concedi patimur, quod tibi karitate cogente largiri censuimus. Item: (§ 2) De eo autem, quem tibi successorem constituere dixisti, ut te iubente in tuo loco eligatur episcopus, hoc nulla ratione concedi patimur, quia contra omnem ecclesiasticam regulam vel instituta Patrum esse monstratur; sed volumus, ut tibi ministret, et sit in evangelio Christi adiutor. (§ 3) Nimis enim reprehensibile esse manifestum est, ut te vivente alium tibi substituamus; sed hoc conmonemus, ut orare non cesses, ut tibi Deus illum successorem concedat, qui ei possit esse placabilis, et populum irreprehensibiliter regere valeat.

Fr. 575

(C.7 q.1 d.p.c.18) ¶ Illud vero Cipriani de hereticis intelligendum est, qui catholicorum ecclesias sibi usurpare contendunt. (§ 1) Illud vero Evaristi papae tunc intelligendum est, quando nec inevitabilis necessitas (persecutorum videlicet) nec apostolica aut regularis mutacio, sed sola ambicio episcopum de ecclesia ad ecclesiam transire cogit. (§ 2) Unde cum in principio sui capituli diceret: "Episcopus non debet dimittere ecclesiam suam," subsequenter adiunxit: "Absque inevitabili necessitate, aut apostolica vel regulari mutacione, et alteri se ambitus causa coniungere". §. 3. Ambicionis enim causa quicumque ecclesiae sue mediocritate despecta ad maiorem ecclesiam transire voluerit, debet revocari ad

Fr. 576

Fd

1 Dominus si dominus *Fd* **3 persona** persona quia *Fd^{ac}* **6 voluerit** divina d. v. *Fd* **7 post** – **tui** t. p. d. *Fd* **12 cogente** largienti *Fd^{ac}*
14 eligatur ordinetur *Fd* **18 esse** – **19 est** m. est esse *Fd* **19 alium** tibi t. a. *Fd* **22 regere** agere *Fd^{ac}* **25 Evaristi** eucharisti *Fd* **27 aut** nec *Fd* **30 dimittere** dimitte *Fd^{ac}* **31 subsequenter** subsecutus *Fd*
32 apostolica apostol//a *Fd^{ac}* **vel** aut *Fd* **33 ambitus causa** c. a. *Fd*
34 mediocritate mediocritatis *Fd*

propriam. Quod si redire contempserit, careat aliena et propria. Unde in Niceno concilio legitur:

(C.7 q.1 c.19) EPISCOPUS VEL QUI LIBET CLERICUS RELICTA SUA ECCLESIA NON DEBET AD ALIAM TRANSIRE.

Non oportet episcopum vel reliquos ordines de civitate ad civitatem migrare; non episcopus, non presbiter, non diaconus transeat. Si quis autem post diffinitionem sancti et magni concilii tale quid agere temptaverit, et se huiusmodi negotio mancipaverit, hoc factum prorsus in irritum ducatur, et restituatur ecclesiae, cuius fuit episcopus, aut presbiter, aut diaconus ordinatus.

Fr. 578 **(C.7 q.1 c.30)** Item Ylarius papa.

REMOVENDUS EST EPISCOPUS AB ECCLESIA, CUI INREPSEKIT ET AD SUAM REDIRE COGENDUS.

Remoto ab ecclesia Barchinonensi atque ad suam remisso Yreneo episcopo, sedatis per sacerdotalem modestiam voluntatibus, quae per ecclesiasticarum legum ignorantiam desiderant quod non licet obtinere, talis protinus de clero proprio Barchinonensibus ordinetur episcopus, qualem te precipue, frater Ascani, oporteat eligere et deceat consecrare, ne si aliter forte factum sit non sine obiurgatione maxime tui nominis retundat nostra preceptio, quod in iniuriam Dei (a quo specialiter sacerdotalium est gratia dignitatum) didicerimus admissum.

(C.7 q.1 c.31) Item Leo episcopus urbis Rome Anastasio, Thessalonicensi episcopo.

QUI ALIENAM CATHEDRAM APPETIT, AB EA EXPULSUS ETIAM PROPRIA CAREAT.

Si quis episcopus sue civitatis mediocritate despecta amministrationem celebrioris loci ambierit, et ad maiorem

5 Non – 11 ordinatus *Anselmus 6.100; Ivo, *Decretum* 6.174; *Polycarpus* 2.34.5. **15 Remoto – 25 admissum** *Anselmus 6.97. **30 Si – 405: 5 augeri** *Anselmus 6.92; Ivo, *Decretum* 5.103; *Coll. Trip.* 1.45(43).24; *Coll. 3 libr.* 2.5.4; *Polycarpus* 1.10.5.

Fd

8 agere om. *Fd^{ac}* **12 Ylarius** hyla//ius *Fd^{ac}* **14 inreperit** irrepsit *Fd*
15 Barchinonensi barbonensi *Fd^{ac}* **17 modestiam** molestiam *F*
ecclesiasticarum – 18 ignorantiam i. e. l. *Fd* **19 ordinetur – 20**
episcopus e. o. *Fd* **20 Ascani** asca// *Fd^{ac}* **oporteat** oportet *Fd*
21 sit fuerit *Fd* **22 retundat** re//undat *Fd^{ac}* **23 in** om. *F*
specialiter spiritualiter *Fd^{ac}* **24 sacerdotalium – dignitatum** e. s. d.

se plebem quacumque ratione transtulerit, a cathedra
quidem pellatur aliena, carebit etiam propria, ut nec illis
presideat, quos per avariciam concupivit, nec illis, quos
per superbiam sprexit. Suis igitur terminis quisque
5 contentus sit, nec supra mensuras iuris sui affectet augeri.

(C.7 q.1 d.p.c.33) ¶ Quod vero communi consilio
atque aliorum utilitate mutaciones episcoporum fieri
possint et in ecclesiis, a quibus recesserint, eis viventibus
alii substitui valeant, Anterius papa demonstrat, scribens
10 omnibus episcopis:

(C.7 q.1 c.34) NECESSITATIS VEL UTILITATIS CAUSA
EPISCOPORUM MUTACIONES FIERI POSSUNT.

Mutaciones episcoporum scitote communi utilitate
atque necessitate fieri licere, sed non propria cuiusquam
15 voluntate aut dominacione. Petrus sanctus magister
noster et princeps apostolorum de Antiochia civitate
utilitatis causa est translatus Romam, ut ibidem proficere
potius posset. Eusebius quoque de quadam civitate parva
apostolica auctoritate mutatus est in Alexandriam.
20 Similiter Felix de civitate, in qua ordinatus erat, electione
civium propter doctrinam et bonam vitam, quam habebat,
auctoritate huius sanctae sedis et communi episcoporum
et reliquorum sacerdotum ac populorum consilio
translatus est Ephesum. Non enim transit de civitate ad
25 civitatem, nec transfertur de minori ad maiorem, qui hoc
non ambitu, nec propria voluntate facit, sed aut vi a
propria sede pulsus, aut necessitate coactus, aut utilitate
loci vel populi, non superbe, sed humiliter ab aliis
translatus est. (§ 1) Nam sicut episcopi habent potestatem
30 ordinare regulariter episcopos et reliquos sacerdotes, sic
quociens utilitas aut necessitas exegerit supradicto modo
et mutare et intronizare potestatem habent, non tamen

13 Mutaciones – 406: 3 voluntatis *Anselmus 6.90; *Panormia* 3.69;
Coll. 3 libr. 2.5.2; *Polycarpus* 1.10.3.

Fd

g. *Fd* **27 Anastasio** anathasio *Fd^{ac}* **28 Qui** quod *Fd^{ac}*
31 administracionem administraciones *Fd^{ac}* **2 pellatur** appellatur
Fd^{ac} **carebit etiam** e. c. *Fd* **4 igitur** ergo *Fd* **6 communi** omni.
Fd^{ac} **7 atque – utilitate** *post* episcoporum *Fd^{ac}* **8 et** *om. Fd^{bc}*
17 ibidem isdem *Fd* **proficere – 18 potius** prorsus proficere *Fd^{ac}* :
vel potius *add. sup. prorsus Fd^{bc}* **18 civitate parva** p. c. *Fd*
21 doctrinam et *om. Fd^{ac}* : doctrinam *Fd^{bc}* **23 populorum** apostolorum
Fd **24 translatus – Ephesum** eph. t. est *Fd* **29 episcopi** ipsi *Fd^{ac}*
30 regulariter episcopos e. r. *Fd* **31 supradicto** et sup. *Fd^{ac}*

sine sacrosanctae Romane sedis auctoritate et licentia. (§ 2) Alia etenim causa est utilitatis, alia avaricie et presumptionis atque proprie voluntatis.

(C.7 q.1 c.35) Item Pelagius papa Benigno archiepiscopo.

5

CAUSA NECESSITATIS MUTACIONES EPISCOPORUM FIERI POSSUNT.

Scias, frater dilectissime, aliud esse causam necessitatis et utilitatis, aliud presumptionis ac proprie voluntatis.

Fr. 580

Non ergo mutat sedem qui non mutat mentem, id est qui non avaricie causa, aut dominacionis, aut proprie voluntatis vel dilectionis sue migrat de civitate ad civitatem, sed causa necessitatis et utilitatis mutatur. Nam et plurimorum utilitas unius utilitati vel voluntati preferenda est. Aliud est enim mutare, et aliud mutari. (§ 1) Nam aliud est sponte transire, et aliud coacte aut necessitate venire. Unde non isti mutant civitatem, sed mutantur, quia non sponte, sed coacte hoc agunt. (§ 2) Non ergo bene intelligunt ecclesiasticas regulas, qui hoc negant causa utilitatis vel necessitatis fieri posse, quociens communis necessitas aut utilitas persuaserit.

10

15

20

Fr. 581

(C.7 q.1 c.39) Item Calixtus papa omnibus episcopis.

ECCLESIA UNIUS EPISCOPI AB ALIO DISPONI NON DEBET.

Sicut alterius uxor nec adulterari ab aliquo, vel iudicari, aut disponi, nisi a proprio viro eo vivente permittitur, sic nec uxor episcopi, quae eius ecclesia vel parochia indubitanter intelligitur, eo vivente absque consilio eius et voluntate alteri iudicare, vel disponere, aut eius concubitu, id est ordinatione, frui, non conceditur. Unde ait Apostolus: "Alligata est uxor legi viri, quamdiu vir eius vivit, eo vero defuncto soluta est a lege viri". Similiter sponsa episcopi (quia sponsa uxorque eius

25

30

8 Scias – **21 persuaserit** Ps.-Pelagius II, *Ep.* . (J³ ; JK ed. Hinschius, 726 CHECK). *Anselmus 6.93; *Coll. 3 libr.* 2.5.5; *Polycarpus* 1.10.6. **25 Sicut** – **407: 12 est** *Anselmus 6.99; Ivo, *Decretum* 3.53; *Coll. 3 libr.* 2.5.1; *Polycarpus* 1.10.2a.

Fd

1 sedis ecclesie *Fd^{ac}* **2 causa est** e. c. *Fd* **alia avaricie** av. al. *Fd*
9 aliud et aliud *Fd* **11 dominacionis** dominacio//s *Fd^{ac}* **12 vel dilectionis** om. *Fd^{ac}* **14 unius** u// *Fd^{ac}* **22 papa** om. *Fd^{ac}*
27 ecclesia cella *Fd^{ac}* **29 consilio eius** e. c. *Fd* **30 id est** aut *Fd*
31 viri om. *Fd* **33 sponsa**¹ sp. que *Fd* **eius** om. *Fd*

dicitur ecclesia) illo vivente ei alligata, eo defuncto soluta est. "Et cui voluerit nubat, tantum in Domino," id est regulariter. Si enim eo vivente alteri nupserit, adultera iudicabitur. Similiter et ille, si aliam sponte duxerit, adulter estimabitur, et communione privabitur. Si autem persecutus in sua fuerit ecclesia, fugiendum est illi ad alteram, eique sociandum, dicente Domino: "Si persecuti vos fuerint in una civitate fugite in aliam". Si autem utilitatis causa fuerit mutandus, non per se hoc agat, sed fratribus invitantibus, cum auctoritate huius sanctae sedis faciat, non tamen ambitus causa, sed aut utilitate aut necessitate, ut dictum est.

(C.7 q.1 d.p.c.41) ¶ Ecce in quibus casibus episcopo vivente alius potest ei substitui, quamquam secundum rei veritatem non vivente episcopo talis probetur succedere. Translatus enim ab una civitate ad aliam desinit esse episcopus illius civitatis, a qua transfertur, atque ideo qui huic succedit non viventi, sed defuncto quodammodo episcopo probatur substitui. Sed inter eum, qui hostilitatis necessitate, et eum, qui utilitatis causa transfertur, hoc interest, quod ille, qui metu hostilitatis ad aliam transit, si priorem contigerit aliquando ab hostibus liberam fieri, ad eandem illum redire oportet. Unde Gregorius papa scribit Iacobo episcopo Squillatino, capitulo 25:

Fr. 582

(C.7 q.1 c.42) QUI METU HOSTILITATIS AD ALIUM LOCUM TRANSIERIT POSTEA AD SUAM ECCLESIAM REDIRE OPORTET.

Pastoralis officii cura nos ammonet, destitutis ecclesiis proprios constituere sacerdotes, qui gregem dominicum pastorali sollicitudine gubernare debeant. Propterea te Iohannem ab hostibus captivatum Lesimane civitatis episcopum in Squillitana ecclesia cardinalem necesse duximus statuere sacerdotem, ut et susceptam semel

Fd 37va

28 Pastoralis – 408: 9 permanere * Anselmus 6.95; Ivo, *Decretum* 5.223; *Coll. 3 libr.* 1.7.88; *Polycarpus* 1.9.10.

Fd

3 adultera alter *Fd^{ac}* **8 una civitate** unam civitatem *Fd^{ac}* **10 sanctae sedis** sancte sedis sancte *Fd^{ac}* **11 non tamen** *om.?* *Fd^{pc}* **18 sed – quodammodo** quodam *Fd^{ac}* **21 hostilitatis** hostilitatis causa transfertur hoc interest *Fd^{ac}* **24 Iacobo** i//sobo *Fd^{ac}* **Squillatino** squillactino *Fd^{ac}*; squillacino *Fd^{pc}* **28 Pastoralis officii** pasto// *Fd^{ac}* **29 gregem** regem *Fd^{ac}* **30 Propterea** properi? *Fd^{ac}* **31 captivatum** captivitate *Fd* **Lesimane** lesin//ane *Fd^{ac}* **32 Squillitana** squillacina *Fd^{ac}*

- animarum curam intuitu future retributionis inpleas. Et licet tua sis hoste imminente depulsus, aliam, quae a pastore vacat, debes ecclesiam gubernare, ita tamen, ut si civitatem illam hostibus liberam effici et Domino protegente ad priorem statum contigerit revocari, in eam, in qua prius ordinatus es, ecclesiam revertaris; sin autem predicta civitas continua captivitatis calamitate premitur, in hac, in qua es incardinatus a nobis, debeas ecclesia permanere. 5
- Fr. 583 (C.7 q.1 d.p.c.42) ¶ Qui vero causa utilitatis transfertur nequaquam ad priorem redire cogitur. Est etiam alius casus, in quo episcopus vivente episcopo substituitur. Cum enim aliquis relicta priori cathedra sua auctoritate ad aliam transierit, si alius ei substitutus fuerit, licet ille prioris ecclesiae episcopus esse non desierit, substitutus tamen episcopatum habebit. Unde Damasus, urbis Rome episcopus, scribit omnibus episcopis: 10
- (C.7 q.1 c.43) DE SACERDOTIBUS, QUI RELICTIS ECCLESIIS SUIS AD ALIAS MIGRARUNT. 20
- Eos sacerdotes, qui de ecclesiis ad ecclesias migraverunt, tamdiu a communione habuimus alienos, quamdiu ad eas redierint civitates, in quibus sunt constituti. Quod si alius alio transmigrante in locum viventis est ordinatus, tamdiu vacet a sacerdotii dignitate qui suam deservit civitatem, quam diu successor eius quiescat in Domino. 25
- Fr. 584 (C.7 q.1 d.p.c.43) ¶ Episcopalium etiam sedium mutationes metu hostilitatis interveniente nonnumquam fieri solent. Unde Gregorius scribit Iohanni, episcopo Belitrano: 30

21 Eos – 27 Domino *Anselmus 6.91; Coll. 3 libr. 2.5.3; Polycarpus 1.10.4.

Fd

2 tua – imminente tu ab imminente hoste *Fd* 3 vacat *om. Fd^a*
 debes debet *Fd* 4 hostibus liberam l. h. *Fd* 8 incardinatus
 ordinatus *Fd^{pc}* 10 causa utilitatis u. c. *Fd* 12 vivente viventi *Fd*
 15 non *om. Fd^{pc}* 20 ecclesiis suis s. e. *Fd* migrarunt migrant *Fd*
 24 transmigrante transmigrande *Fd^{pc}* locum loco *Fd*

(C.7 q.1 c.44) NECESSITATE TEMPORIS EPISCOPALIUM SEDIUM MUTACIONES FIERI POSSUNT.

Temporis qualitas nos ammonet episcoporum sedes, constitutas antiquitus certis civitatibus, ad alia, quae
 5 securiora putamus, eiusdem diocesis loca transponere, quo et habitatores securi valeant degere, et barbaricum possit periculum facilius declinari. Propterea te Iohannem fratrem et coepiscopum nostrum Belitrensis civitatis, sedemque tuam in loco quondam Arenata ad S. Andream
 10 apostolum precipimus transmigrare, quatinus ab hostilitatis incursu liberior existere valeas, et illic consuetudinem solempnium festive disponas.

(C.7 q.1 d.p.c.44) ¶ Item cum aliquis causa humilitatis apostolica concessione de episcopali sede ad monachalem
 15 descenderit subiectionem, alius loco eius subrogari poterit; ille vero ad pontificatum resurgere nequaquam valebit. Unde in quinta actione Constantinopolitane Sinodi, CCCLXXXIII patrum, sub VIII Iohanne papa, cui prefuit Petrus presbiter cardinalis, et Paulus Anchonitanus episcopus, et Eugenius Hostiensis
 20 episcopus, apocrisarii papae dixerunt:

(C.7 q.1 c.45) EPISCOPUS, QUI CAUSA HUMILITATIS MONACHUS EFFICITUR, AD PONTIFICATUM REDIRE NON VALET.

Fr. 585

Hoc nequaquam apud nos habetur, ut quicumque de pontificali ordine ad monachorum descenderit vitam, ulterius possit ad pontificatum reverti. Item: (§ 1) Precepit sancta synodus, ut quicumque de pontificali dignitate ad monachorum vitam et penitentiae descenderit
 25 locum, nequaquam ad pontificatum resurgat. Monachorum enim vita subiectionis verbum habet et discipulatus, non docendi, vel presidendi, vel pascendi alios.

3 Temporis – 12 disponas *Anselmus 6.94; Ivo, *Decretum* 3.79; *Panormia* 2.37; *Polycarpus* 3.30.1. **25 Hoc – 33 alios** *Coll. Trip. 2.16(13).1b(2); Ivo, *Decretum* 7.149b.

Fd

4 constitutas post civitatibus *Fd* **7 periculum – declinari** d. f. p. *Fd*
8 Belitrensis b//litrensis *Fd^{bc}* **11 hostilitatis** hostili *Fd^{bc}* **13 causa** casu *Fd^{bc}* **15 alius** om. *Fd^{bc}* **16 resurgere nequaquam** n. r. *Fd*
17 actione action// *Fd^{bc}* **19 et Paulus** om. *Fd^{bc}* **29 vitam et** e. v. *Fd^{bc}* **30 nequaquam – pontificatum** a. p. n. *Fd* **31 verbum habet** h. v. *Fd* **32 presidendi** possidendi *Fd^{bc}*

Fr. 588 (C.7 q.1 d.p.c.49) ¶ Multorum auctoritatibus apparet, quando viventibus episcopis alii possint substitui, et quando non.

(QUAESTIO 2)

(C.7 q.2 d.a.c.1) ¶ Quod autem iste valetudine recepta suam repetit cathedram, nulla auctoritate ratum habetur. Celebrationem vero sacrificiorum, si causa infirmitatis dimiserit, valitudine recuperata exequi non prohibetur. Unde Alexander II scribit Gebonardo Iuvaviensi Archiepiscopo: 5

(C.7 q.2 c.1) DE QUODAM PRESBITERO, QUI CADUCO MORBO LABORABAT.

In litteris tuis continebatur sic: Hic clericus ordinem habet presbiteri; sed quia caduco morbo laborat, et ipsi hoc in presentiarum agnovimus, non ausi fuimus sibi concedere ut offerret vel missam celebraret. Quia vero languor non in culpa est, super hac re auctoritatis nostre decreto consulendum deliberavimus. Consulimus itaque, ut, si frequenter hoc morbo tangitur, ab oblatione et missarum celebratione omnimodis prohibeatur. Indecens enim est et periculosum, ut in consecratione eucharistie morbo victus epilentico cadat. Si vero Dei misericordia convaluerit, quandoquidem non culpa, sed infirmitas est in causa, eum sacrificare iam non interdiciamus. 10 15 20 25

14 In – 25 interdiciamus * Coll. Trip. 3.10.40; Ivo, Decretum 6.405.

Fd

2 possint possunt Fd 8 si om. Fd^{ac} 10 Gebonardo gebonar//o Fd^a
Iuvaviensi //iuvanensi Fd^{ac} 11 Archiepiscopo episcopo Fd^{ac}
16 hoc – presentiarum in presenti// hoc Fd^{ac}: in presentiarum hoc Fd^p
sibi – 17 concedere c. s. Fd 17 ut offerret sibi Fd celebraret
celebrare Fd 21 prohibeatur prohibetur Fd^{ac} 24 convaluerit
convaluit Fd^{ac}

(CAUSA 8)

(C.8) ¶ In extremis agens quidam episcopus
 successorem sibi ex testamento instituit; inde suorum
 amicorum patrocinio in eundem episcopatum eligitur;
 5 post electionem pro indemnitatem ecclesiae canonicis
 iuramentum prebuit; accusatur de symonia, tamquam
 munus ab obsequio prestiterit; ante tempus sententiae a
 clericis suis derelinquitur; sine litteris apostolici ad
 ecclesiam suam episcopus revertitur. Hic PRIMO queritur,
 10 an liceat episcopo successorem sibi instituere? SECUNDO,
 an amicorum patronia in electione debeant
 conualescere? TERTIO, an habendus sit symoniacus qui
 post electionem huiusmodi iuramentum canonicis
 prestat? QUARTO, an liceat clericis ante sententiae tempus
 15 ab episcopo suo discedere? QUINTO, an sine litteris
 apostolici debeat redire ad propriam ecclesiam?

Fr. 589

Fd 37vb

Aa 161r

Bc 154ra

(QUAESTIO 1)

(C.8 q.1 d.a.c.1) ¶ Quod autem episcopo successorem
 20 sibi instituere liceat, ex verbis Zacharie papae conicitur,
 quibus Maguntino archiepiscopo permisit adiutorem sibi
 statuere, qui ei defuncto in plenitudinem succederet
 potestatis. (§ 1) Item ex verbis Symachi papae dicentis:
 25 “Si transitus papae inopinatus evenerit, ut de sui electione
 successoris non possit ante decernere” apparet, quod
 episcopi successores sibi instituere possunt. (§ 2) Item
 exemplo beati Petri illud idem probatur, qui beatum
 Clementem sibi successorem instituit. Unde Iohannes III
 scribit episcopis Germanie et Gallie:

Fr. 590

Bc 145rb

30 (C.8 q.1 c.1) QUOD PETRUS SIBI ADIUTORES ASCIVIT
 LINUM ET CLETUM.

Si Petrus princeps apostolorum adiutores sibi ascivit
 Linum et Cletum, non tamen potestatem pontificii, aut
 ligandi aut solvendi normam eis tradidit, sed successori
 35 suo Clementi, qui sedem apostolicam post eum et
 potestatem pontificalem tradente sibi beato Petro tenere
 promeruit. Linus vero et Cletus ministrabant exteriora;
 princeps autem apostolorum Petrus verbo et orationi
 instabat.

32 Si – 39 instabat *Coll. Trip. 1.53.1; Anselmus 1.55, ed. Thaner xxx;
 Coll. 3 libr. 1.3.3, ed. Motta, xxx;

(C.8 q.1 d.p.c.2) ¶ Sed in Antiocono concilio hoc omnino fieri prohibetur, in quo sic statutum legitur:

(C.8 q.1 c.3) EPISCOPUS SUCCESSOREM SIBI CONSTITUERE NON DEBET.

Episcopo non licere decernimus pro se alterum sibi successorem constituere, licet ad exitum vite perveniat. Quod si tale aliquid factum fuerit, irritum sit huiusmodi constitutum. Servetur autem ius ecclesiasticum, id continens, non aliter oportere fieri, nisi cum synodo et iudicio episcoporum et electione clericorum, qui post obitum quiescentis potestatem habent eum, qui dignus extiterit, eligere et promovere.

(C.8 q.1 c.4) Item ex concilio Martini papae.

DE EODEM.

Aa 161v Episcopo non liceat ante finem vite alium in loco suo constituere successorem. Si quis autem hoc usurpare temptaverit talis constitutio irrita erit. Non ergo aliter fieri oportet, nisi cum consilio et iudicatu episcoporum qui post exitum predecessoris potestatem habent dignum eligere.

(C.8 q.1 c.5) Item Ylarius papa.

DE EODEM.

Bc 154va Plerique sacerdotes in mortis confinio constituti in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare, scilicet ut non legitima expectetur electio, sed defuncti gratificatio pro populi habeatur assensu. Quod quam grave sit estimate. Ab universis acclamatum est: Hec presumptio numquam fiat. quae Dei sunt ab homine dari non possunt.

(C.8 q.1 c.6) Item Ieronimus.

DE EODEM.

Moises amicus Dei, cui facie ad faciem locutus est Deus, potuit utique successores principatus filios suos facere, et posteris propriam relinquere dignitatem; sed

5 Episcopo – 12 promovere *Coll. 3 libr. 2.13.1, ed. Motta, xxx; Anselmus 6.55, ed. Thaner xxx; Ivo *Decr.* 5.301; *Polycarpus* 2.18.1. **15**

Episcopo – 20 eligere Martinus Bracarenensis, *Capitula* 8 (ed. Vives, 88); *Coll. *Trip.* 2.53.8 (BB 2.47.8); Ivo, *Decretum* 5.303; *Polycarpus* 2.18.2. **23**

Plerique – 29 possunt *Coll. 3 libr. 2.13.4; *Polycarpus* 2.18.3. **32**

Moises – 413: 8 inpetrarunt *Coll. 3 libr. 2.13.5.

Fd

extraneus de alia tribu eligitur Iesus, ut sciremus, principatum in populos non sanguini deferendum esse, sed vite. Ac nunc cernimus plurimos hanc rem beneficium facere, ut non querant eos in ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscant ecclesiae prodesse, sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequiis deliniti, vel pro quibus maiorum quispiam rogaverit, et (ut deteriora taceam) qui ut clerici fierent muneribus inpetrarunt.

(C.8 q.1 d.p.c.7) ¶ His omnibus auctoritatibus prohibentur episcopi successores sibi instituere. Sed aliud est de sui successoris electione cum fratribus deliberare, et aliud est ex testamento tamquam sue dignitatis heredem sibi querere. Illud fieri permittitur: hoc autem penitus prohibetur. Illud autem beati Petri ab illis valet in argumentum assumi, qui tales sibi substituunt, qualem sibi successorem beatus Petrus quesivit. Verum, quia offitium non vite, sed sanguini cepit deferri, atque ad episcopatum tales quisque successores sibi querere cepit, qui vel odiosi populis vel a plebe docendi invenirentur, sacris canonibus constitutum est ne quisquam sibi sui offitii querat successorem, sed populi electione queratur qui eorum utilitati digne deserviat, qui illorum utilitatem, non sua lucra querat, qui Christo semen velit suscitare, non sibi divitias congregare. Quod qui facere contempserit iure ab ecclesia repudiatur. Unde Augustinus in libro contra Manicheos:

Bc 154vb

Fr. 592

(C.8 q.1 c.8) QUI SIBI ET ECCLESIAE PRODEST UTROQUE PEDE CALCIATUS INTELLIGITUR.

Olim iussus est frater premortui fratris uxorem ducere, ut non sibi, sed illi suscicaret sobolem, eiusque nomine vocaret quod inde nasceretur. Quod si recusaret, discalciatus uno pede conspui solebat in facie. Nunc evangelii quisque predicator ita debet in ecclesia laborare, ut defuncto fratri, id est Christo, suscitaret semen, qui pro nobis mortuus est, et quod suscitatum fuerit eius nomen accipiat. At vero qui electus ab ecclesia ministerium evangelizandi rennuerit, ab ipsa ecclesia digne meritoque contempnitur. Qui enim et sibi prodest, et ecclesiae, bene intelligitur utroque pede calciatus. Unde illud: "Quam speciosi pedes evangelizantium bona". Qui autem lucratorum curam refugit aliorum, discalciati illius non

Aa 162r

29 Olim – 414: 2 obprobrium * Coll. 3 libr. 2.1.44.

Fd

figuratum significavit, sed in se inpletum portavit obprobrium.

(C.8 q.1 c.9) Item Gregorius in Registro.

LOCUS REGIMINIS SICUT DESIDERANTIBUS EST
NEGANDUS, ITA FUGIENTIBUS EST OFFERENDUS. 5

In scriptis vestris vos magnopere requiem quesisse narratis, sed per hoc ad pastorem sollicitudinem vos congrue venisse ostenditis, quia, sicut locus regiminis desiderantibus negandus est, ita fugientibus offerendus. Et sicut scriptum est: "Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Domino tamquam Aaron," et rursus idem egregius predicator dicit: "Si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: et pro omnibus Christus mortuus est, superest ut qui vivunt non iam sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est et resurrexit," et pastori sanctae dicitur ecclesiae: "Simon Iohannis amas me? Pasce oves meas". Ex quibus verbis colligitur, quia si is, qui valet, omnipotentis Dei oves pascere rennuit, ostendit se pastorem summum minime amare. Si enim unigenitus Patris pro explenda utilitate omnium de secreto Patris ad publicum nostrum egressus est, nos quid dicturi sumus, si secretum nostrum preponimus utilitati proximorum? (§ 1) Quies itaque nobis et ex corde appetenda est, et tamen pro multorum lucro aliquando postponenda. Nam, sicut toto desiderio debemus occupationem fugere, ita si desit qui predicet, occupationis onus libenti necesse est humero subire. Quod ex duorum prophetarum opere docemur, quorum unus predicationis offitium vitare conatus est, et alter appetiit. Nam mittenti se Domino Ieremias respondit, dicens: "A, a, a, Domine Deus, nescio loqui, quia puer ego sum". Et cum omnipotens Deus personam ad predicandum quereret, dicens: "Quem mittam, et quis ibit nobis?" ultro se ysaias

Bc 155ra

Fd 38rb

Fr. 593

6 In – 415: 16 contradicat *Coll. 3 libr. 2.1.48; Coll. Trip. 1.57.44 (BB 1.55.44).

Fd

6 scriptis scripturis *Fd^{ac}* **vestris** //stris *Fd^{ac}* **10 sumit** sumat *Fd*
12 egregius *om. Fd^{ac}* **Si unus** summus *Fd^{ac}* **14 Christus – est** m. e.
c. *Fd* **vivunt** – **15 vivunt** vivit non iam vivat *Fd* **15 resurrexit**
surrexit *Fd^{ac}* **16 dicitur ecclesiae** e. d. *Fd* **18 oves – rennuit** r. o. p.
Fd **19 amare** *om. Fd^{ac}* **20 unigenitus** genitus *Fd^{ac}* **pro –**
utilitate pro exemplo et humilitate *Fd* **21 quid** qui *Fd^{ac}*
22 preponimus proponimus *Fd^{ac}* **23 nobis et** *om. Fd^{ac}*: nobis *Fd^{ac}*
27 duorum duobus *Fd*

obtulit, dicens: "Ecce ego, mitte me". En ab utrisque
 exterius diversa vox prodiit, sed non a diverso fonte
 dilectionis emanavit. Duo quippe sunt precepta karitatis,
 amor Dei et proximi. Per activam igitur vitam prodesse
 5 proximis cupiens Ysaïas offitium predicationis appetit. Bc 155rb
 Per contemplativam vero Ieremias amori conditoris
 sedule inherere desiderans, ne mitti ad predicandum
 Aa 162v
 debeat, contradicit. Quod laudabiliter ergo unus appetiit,
 hoc laudabiliter alter expavit; iste, ne tacite
 10 contemplationis lucra loquendo perderet, ille, ne dampna
 studiosi operis tacendo sentiret. Sed hoc in utrisque est
 subtiliter intuendum, quia et is, qui recusavit, plene non
 restitit, et is, qui mitti voluit, ante se per altaris calculum
 purgatum vidit, ne aut non purgatus adire quisque sacra
 15 misteria audeat, aut quem superna gratia eligit sub
 humilitatis specie superbe contradicat.

(C.8 q.1 c.12) Item Petrus.

Fr. 594

PRO INGENIO DISCENTIUM DOCTOR MODERETUR
 VERBA DOCTRINE.

20 Oportet eum, qui docet et instruit animas rudes, esse
 talem, ut pro ingenio discentium semet ipsum possit
 aptare, et verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere.
 Debet ergo adprime esse eruditus et doctus,
 inreprehensibilis, maturus, pavidus, sicut ipsi probastis
 25 fore Clementem hunc post me.

(C.8 q.1 c.13) Item eiusdem.

QUI OMNIBUS PREEST SINGULOS RELEVARE
 CONTENDAT.

30 Clemens tamquam omnibus preesse volueris singulos,
 prout potueris, iuva, et singulos releva, qui et singulorum
 onus ac sollicitudinem portas.

(C.8 q.1 c.14) Item Ieronimus.

20 Oportet – 25 me *Coll. 3 libr. 2.1.49. 29 Clemens – 31 portas
 *Coll. 3 libr. 2.1.50.

Fd

1 En ecce *Fd* 5 Ysaïas ante prodesse *Fd* 7 sedule sedulo *Fd*
 8 laudabiliter ergo e. l. *Fd* 10 lucra loquendo lo. lu. *Fd* perderet
 prederet *Fd^{bc}* 11 est – 12 subtiliter s. e. *Fd* 12 qui qui mitti *Fd^{bc}*
 14 non om. *Fd^{bc}* 15 eligit el//git *Fd^{bc}* 16 specie spe// *Fd* 21 pro
 ingenio propinquo *Fd^{bc}* 23 doctus d. et *Fd* 24 sicut sicut et *Fd^{bc}*
 25 fore //e *Fd^{bc}* 27 singulos singul//s *Fd^{bc}* 29 Clemens iu
 antequam *Fd^{bc}*

CONTRA CHRISTUM FACIUNT QUI GRATIE, NON MERITIS GRADUM ECCLESIASTICUM TRIBUUNT.

Bc 155va Qui vos spernit me spernit. Ex quo manifestum est, quod, qui Apostoli lege contempta ecclesiasticum gradum non meritis voluerint alicuius deferre, sed gratie, contra Christum facere, qui qualis in ecclesia presbiter constituendus sit per Apostolum suum in sequentibus executus est. 5

(C.8 q.1 c.15) Item Ieronimus in libro Levitici.

AD SACERDOTIUM NON ELIGATUR, NISI QUI CETERIS ET SANCTIOR ET DOCTOR HABEATUR. 10

Fr. 595 Licet ergo Dominus de constituendo principe precepisset, et Dominus elegisset, tamen convocatur et sinagoga. Requiritur enim in ordinando sacerdote et populi presentia, ut sciant omnes et certi sint, quia qui prestantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotium, et hoc astante populo, ne qua postmodum retractatio cuiquam, ne quis scrupulus resideret. Hoc autem est, quod et Apostolus precipit in ordinatione sacerdotis, dicens: "Oportet autem illum et testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt". Ego tamen et amplius aliquid video in eo, quod dicit: "quia convocavit Moyses omnem sinagogam," hoc sit, colligere omnes animi vires et in unum congregare virtutes, ut cum sermo de sacerdotalibus habetur sacramentis, vigilant omnes animi virtutes, et intente sint, nichil in eis sapientie, nichil scientie, nichil desit industrie, sed adsit omnis multitudo sensuum, adsit omnis congregatio sanctarum cogitationum, ut quid sit pontifex, quid unctio, quid indumenta eius, conferens intra sacrarium cordis sui possit advertere. 15 20 25 30

Aa 163r

(C.8 q.1 c.16) Item ex libro Numerorum.

3 Qui – 8 est *Coll. 3 libr. 2.1.51. **12 Licet – 32 advertere** Origines, *Homilia 6 ad c. 8 Lev., interprete Rufino.* Coll. 3 libr. 2.1.54.*

Fd

1 non om. *Fd^{ac}* **2 gradum ecclesiasticum** e. g. *Fd* **3 spernit¹** spernit// *Fd^{pc}* **4 quod** om. *Fd* **11 et¹ – doctior** doctior et sanctior *Fd* **13 tamen** //en *Fd^{ac}* **18 astante** attestante *Fd^{pc}* **19 resideret** rescinderet *Fd^{ac}* **20 autem est** e. a. *Fd* **precipit** *post* sacerdotis *Fd* **25 vires** om. *Fd* **26 sacerdotalibus** sacerdotibus *Fd^{ac}* **habetur** hab//etur *Fd^{pc}* **sacramentis** sacramenti *Fd^{ac}* **28 sed** // *Fd^{ac}* **31 indumenta** indumento *Fd^{pc}*

POPULI GUBERNATIO DIVINA ELECTIONE PRESTETUR.

Si ergo tantus ille ac talis Moyses non permittit iudicio suo de eligendo populi principe, de constituendo successore, quis erit qui audeat, vel ex plebe, quae sepe clamoribus ad gratiam aut ad precium fortasse excitata moveri solet, vel ex ipsis etiam sacerdotibus quis erit, qui se ydoneum ad hoc iudicet, nisi si cui oranti et petenti a Domino reveletur. Sicut et Deus dicit ad Moysen: "Assume ad te ipsum Iesum filium Nave, hominem qui habet Spiritum Dei in semetipso, et inpones manus tuas super eum, et statues eum coram Eleazaro sacerdote et precepta dato ei in conspectu totius sinagoge, et precipe de ipso coram eis, et dabis claritatem tuam super illum, ut audiant illum filii Israel". Audis evidenter ordinationem principis populi tam manifeste descriptam, ut pene expositione non egeat. Nulla hic populi adclamatio, nulla consanguinitatis ratio, nulla propinquitatis habita contemplatio est. Propinquis agrorum et prediorum relinquatur hereditas. Gubernatio populi illi tradatur, quem Deus elegerit, homini scilicet tali, qui habet (sicut scriptum audistis) in semetipso spiritum Dei, et precepta Dei in conspectu eius sunt, et qui Moysi valde notus et familiaris sit, id est in quo sit claritas legis et scientia, ut possint eum audire filii Israel.

25 (C.8 q.1 c.20) Unde Ieronimus. Fr. 596

EX ELECTIONE NON PREFICIUNTUR EPISCOPI, SED CONPROBANTUR.

Illud inferendum est adversus eos, qui de episcopatu intumescunt, et putant, se non dispensationem Christi, sed inperium consecutos, quia non statim omnibus his meliores sint, quicumque episcopi non fuerint ordinati, et ex eo, quod ipsi electi sunt, se magis existiment

2 Si – 24 Israel Origines, *Homilia 22 ad c. 27 Num. 4.* Coll. 3 libr. 2.1.55.*
28 Illud – 418: 6 occupare * Coll. 3 libr. 2.1.56.

Fd

5 clamoribus // moribus *Fd^{ac}* ad² om. *Fd* 7 et – 8 Domino // domino petenti *Fd^{ac}*: et a domino petenti *Fd^{bc}* 11 Eleazaro Eleazar // *Fd^{ac}* 14 illum om. *Fd* 16 adclamatio exclamatio *Fd^{ac}*
18 contemplatio est contemplatione *Fd* 19 tradatur traditur *Fd^{bc}*
20 elegerit eliget *Fd* 22 eius sunt s. e. *Fd* 23 familiaris – est vel *Fd^{ac}*
25 Unde item *Fd* 26 Ex – 27 conprobantur in electione episcopi nec munerum datio nec aliquorum patrocinia convalescant *Fd*
28 est om. *Fd* 30 quia qui *Fd^{bc}* 31 sint fuerint *Fd^{ac}*: sunt? *Fd^p*
quicumque qui *Fd^{ac}*

- conprobatos; si autem peccata filiorum ab episcopatu iustum prohibent quanto magis se unusquisque considerans, et sciens, quia potentes potenter tormenta patientur, retrahet se ab hoc, non tam honore quam onere, et aliorum locum, qui magis digni sunt, non ambiget occupare.
- Bc 156ra 5
- Fr. 597 (C.8 q.1 c.21) Item eiusdem.
- Gw 13ra PRO GRADU SUI OFFITII QUEMQUE MELIOREM ESSE OPORTET.
- Qualis enim edificatio erit discipuli, si intelligat se esse maiorem magistro? Unde non solum episcopi, presbiteri et diacones magnopere debent providere, ut cunctum populum, cui president, conversatione et sermone preeant, verum etiam inferior gradus, exorciste, lectores, editui, acoliti, et omnes omnino, qui domui Dei deserviunt, quia vehementer ecclesiam Christi destruit meliores laicos esse quam clericos.
- 10 15
- Aa 163v (C.8 q.1 c.22) Idem.
- POPULUS IUDICABIT EPISCOPUM SUA OFFITIA NON AGENTEM.
- 20
- Vereor, quomodo regina austri, veniens a finibus terre audire sapientiam Salomonis, iudicatura est homines sui temporis, et viri Ninivite acta penitentia ad predicationem lone condempnabunt eos, qui maiorem etiam Iona salvatorem contempserunt, sic plurimi in populis episcopos iudicent subtrahentes se ab ecclesiastico gradu, et ea, quae episcopo conveniunt, non exercentes.
- 25
- (C.8 q.1 d.p.c.24) ¶ Ne ergo, ut supra dictum est, tales sui offitii successores sibi aliquis quereret, prohibentur episcopi alterum pro se successorem sibi statuere, ac designatis nominibus in locum suum alium subrogare.
- 30

10 Qualis – 17 clericos * Coll. 3 libr. 2.1.57.
exercentes * Coll. 3 libr. 2.13.6.

21 Vereor – 27

Fd

2 prohibent //hibent *Fd^{bc}* se unusquisque u. se *Fd* 4 patientur
patiuntur *Fd* retrahet retrahit *Fd* ab – tam non tam ab hoc *Fd*
10 erit *om. Fd* 11 magistro *post intellegat Fd* 12 et *om. F*
magnopere debent d. m. *Fd* 14 etiam et *Fd* exorciste lectores l.
e. *Fd* 15 editui edit// *Fd^{bc}* acoliti *om. Fd* 19 iudicabit iudicabit
Fd 22 sui – 23 temporis t. s. *Fd* 27 ea a *Fd^{bc}* 29 sibi aliquis a. s.
Fd 31 alium *om. Fd^{bc}*

(QUAESTIO 2)

(C.8 q.2 d.a.c.1) ¶ Quod autem amicorum patrocina
in aliquorum electione conualescere non debeant,
auctoritate beati Gregorii papae probatur, qui in tertio
5 libro Registri scribit Antonio Subdiacono, dicens:

(C.8 q.2 c.1) IN ELECTIONE EPISCOPI NEC MUNERUM Fr. 598
DATIO, NEC ALIQUORUM PATROCINIA CONVALESCANT.

Illud quidem pre omnibus cure tibi sit, ut in hac
electione nec datio quibuscumque modis interveniat
10 premiorum, nec quarumlibet personarum patrocina
conualescant. Nam si quorundam patrocino quisquam
fuerit electus, voluntatibus eorum, cum fuerit ordinatus,
reverentia exigente obedire compellitur, sicque fit, ut res
15 illius minuantur ecclesiae, et ordo ecclesiasticus non
servetur. Talem ergo te admonente debent personam
eligere quae nullius incongrue voluntati deserviat, sed
vita et moribus decorata tanto ordine valeat digna
inveniri.

(QUAESTIO 3)

(C.8 q.3 d.a.c.1) ¶ Quod autem symoniacus habendus
non sit qui post electionem pro indemnitatem ecclesiae
iuramentum prestitit, facile probatur. Aliud est enim ante
electionem iuramentum facere, vel se facturum pacisci ad
25 hoc, ut eligatur: aliud est nulla precedenti conventionem
post electionem huiusmodi iuramentum offerre. Illud ab
offitio tamquam munus inpensum deicit: hoc autem
consecrando nullum impedimentum generat. De priori
casu scribit Pelagius clero Catinensi:

(C.8 q.3 c.1) QUI IN EPISCOPUM ELIGITUR DE REBUS Fr. 598
ECCLESIASTICIS ALIQUAM SECURITATEM NULLI FACIT.

Cum hic filius noster, vir magnificus, Leo pretor Fr. 599
venisset, retulit nobis de singulis, quae illic mota sunt, et

8 Illud – **18 inveniri** *Coll. Trip. 1.57.99 (BB 1.55.99); Ivo, *Decretum*
5.129; Polycarpus 2.3.1b. **32 Cum** – **420: 15 poterit** Pelagius I, *Ep.* 23.4-

Fd

2 autem *om. Fd* **3 aliquorum** *om. Fd* **5 Antonio** antonino *Fd^{bc}*
8 cure tibi t. c. *Fd* **hac** *om. Fd^{bc}* **9 datio** dampnatio *Fd^{bc}* **13 ut** ut
et? *Fd^{pc}* **15 debent** debent sibi *Fd* **17 valeat digna** d. v. *Fd*
18 inveniri invenire *Fd* **23 ante** *om. Fd^{ba}* **24 ad** – **25 ut** ut ad hoc
Fd^{pc}: ut hoc *Fd^{bc}* **27 munus** minus *Fd^{bc}* **29 Catinensi**
carthaginensi *Fd^{bc}* **31 facit** faciat *Fd*

quomodo prope vota totius civitatis in Elpidio diacone concordarent. Unde, quia de memorati viri testimonio dubitare omnino non possumus, idcirco, Elpidium sicut dictum est, diaconem ad nos facite properare, nec expectetis ulterius, ut ammonitio ad eum debeat nostra destinari. Quem tamen per vestram dilectionem presenti iussione specialiter ammonemus, ne cui se aliquid dare vel daturum esse promittat, sed neque de ecclesiasticis preteritis causis aliquam securitatem cuiquam facere audeat sive promittere, aut quasi factus episcopus ea, quae direpta sunt, permanere libere patiat, sciens, quod si tale aliquid fecerit vel fecit, nec a nobis omnino permittitur ipsa valere promissio, et cum iudicii nostri, quod de ipso habuimus, dampno pastoralis consecrationis ordinem promereri non poterit.

(C.8 q.3 d.p.c.1) ¶ De secundo vero casu in gestis Urbani II legitur:

(C.8 q.3 c. 2) POST ELECTIONEM PRO INDEMPNITATE ECCLESIAE LICET ELECTO IURAMENTUM PRESTARE.

Artaldus Arelatensis episcopus, Narbonensis ecclesiae suffraganeus, Romam consecrandus ad dominum papam Urbanum venit; suus quippe archiepiscopus eum consecrare nolebat, quoniam post electionem suam propter bona ecclesiae conservanda canonicis iuravit. Consecratus itaque est a domino papa Urbano, ante purgatus huiusmodi iuramento: "De iuramento, quod canonicis feci nostre ecclesiae post electionem, nullam conventionem ante ut eligerer feci. Narbonensis vero archiepiscopus nullius preter id criminis causa consecrationem nostram omisit, me sciente, neque michi criminis conscius sum, propter quod a sacerdotio me repellat".

6 (J³ 1921; JK 982; ed. Gassó et Batlle, 71.15-72.29). *Coll. Trip. 1.56.4 (BB 1.54.4); Anselmus 6.39b; Polycarpus 2.3.1b.

20 Artaldus – 32 repellat *Coll. Trip. 2.56.12.1 (BB 2.50.22).

Fd

1 vota *om. Fd* 3 Elpidium – 4 est s. d. e. elpidium *Fd* 5 ad *om. Fd^a*
 nostra vestra *Fd* 6 tamen tamen ac *Fd* 8 esse *om. Fd^{ac}* 11 direpta
 directa *Fd* 12 fecerit – fecit fecit vel fecerit *Fd* 13 permittitur
 promittitur *Fd^{ac}* 14 quod quo *Fd^{ac}* consecrationis contractionis?
Fd^{ac} 20 Artaldus ortaldus *Fd* Arelatensis alaniensis *Fd^{ac}*;
 amalensis *Fd^{ac}* Narbonensis – 22 archiepiscopus *om. Fd^{ac}*; *add. in*
 marg. Fd^{ac} 24 iuravit iurat *Fd* 27 feci – ecclesiae n. e. f. *Fd*
 29 archiepiscopus nullius episcopus nullus *Fd^{ac}*

(QUAESTIO 4)

(C.8 q.4 d.a.c.1) ¶ Quod autem ante clericis tempus
sententiae ab episcopo suo discedere non liceat, probatur
5 auctoritate Simaci papae, dicentis:

(C.8 q.4 c.1) Ante tempus sententiae non licet clericis
ab episcopo suo discedere.

Nonne directa sunt verba canonum: "Qui clericorum ab
episcopo suo ante tempus sententiae pro dubia suspitione
10 discesserit, manifestam in eum manere censuram?" (§ 1) Fr. 600
Lex enim ecclesiastica pontificem ab aliis accusatum
prius, quam sub luce obiecta constiterint exigit non
relinqui.

15 (QUAESTIO 5)

(C.8 q.5 d.a.c.1) ¶ Sine litteris apostolici episcopus
accusatus, et a sancta sede vocatus ad suam non
revertatur ecclesiam. Unde Sixtus papa ait:

(C.8 q.5 c.1) A SEDE SANCTA APOSTOLICA VOCATUS
20 EPISCOPUS AD DOMUM NON REVERTATUR, NISI PURGATUS
ET APOSTOLICIS LITTERIS INSTRUCTUS.

Quilibet fratrum pulsatus, atque ab hac sancta sede
vocatus, cum se nobis representaverit non prius
revertatur, quam hinc litteris apostolicis vel formatis
25 pleniter instructus atque purgatus sit, si fuerit unde, et,
postquam domum reversus fuerit, cognoscant vicini sui
qualiter suam aliorumque causam hic finierit, quatinus
illam absque ulla ambiguitate nunciare et predicare
30 omnibus possit. Ab hac enim sancta sede a sanctis
apostolis tueri, defendi et liberari episcopi iussi sunt, sicut
eorum dispositione ordinante Domino primitus constituti
sunt, sic huius sanctae sedis (cuius dispositioni eorum
causas et iudicia servaverunt) protectione futuris
35 temporibus sint ab omnibus perversitatibus semper liberi.
Unde culpantur hii, qui circa fratres aliter egerint, quam
huius sedis rectoribus placere cognoverint.

Bc 156vb

Bm 95va

Mk 121va

Aa 164v

8 Nonne – 13 relinqui *Coll. Trip. 1.50.1-2 (BB 1.48.1-2); Ivo, *Decretum*
6.340-41. 22 Quilibet – 36 cognoverint *Coll. Trip. 1.5.2-4.

Fd

3 ante clericis c. a. *Fd* 4 discedere – liceat n. l. d. *Fd* 9 tempus
sententiae s. t. *Fd* 10 in om. *Fd*

Fd

(CAUSA 9)

(C.9) ¶ Sententia excommunicationis notatus quidam archiepiscopus aliquot clericos alterius metropolitani ordinavit; quendam capellanum sui suffraganei illo inconsulto deposuit atque alium in loco eius ordinavit. QUERITUR, an ordinatio, quae ab excommunicatis facta est, aliquo modo possit rata haberi? SECUNDO, an liceat episcopo, archiepiscopo, primati vel patriarche clericos alterius sine propriis litteris ordinare? TERTIO, an archiepiscopus clericos sui suffraganei illo inconsulto dampnare valeat vel dampnatos absolvere?

Bc 157ra
P 140rb
Cg 7va
Mv 234a
Sb 141ra

(QUAESTIO 1)

(C.9 q.1 d.a.c.1) ¶ Quod ordinatio, quae ab excommunicatis celebratur, nullas omnino vires obtineat nec etiam consecratio appellanda sit, testatur Gregorius dicens:

Fr. 601

(C.9 q.1 c.1) NON POTEST APPELLARI CONSECRATIO, QUAE FIT AB EXCOMMUNICATIS.

Nos consecrationem dicere nullo modo possumus, quae ab excommunicatis est hominibus celebrata.

(C.9 q.1 c.2) ¶ Item excommunicati illicite manus imponunt, quia potestatem ordinandi non habent. Ubi autem illicita est manus impositio, vulnus infigitur. Unde reiterari necesse est quod minime probatur esse collatum.

20 Nos – 21 celebrata Gregorius I, *Registrum* 4.20 (JE 1292; J³ 2337; ed. Norberg, CCSL 140.238?.x-x; ed. Ewald, MGH Epp. 1.255.2-3). *Coll. Trip. 1.57(55).93.

Fd **2 Sententia** [*AaBcGwP BiBmBpCgMkMvSb*

2 Sententia] penitentia *P*: signaculo *Mv* **3 aliquot**] aliquos *Fd^{ac}*

5 atque *AaBcFdP Bm, om.* **6 Queritur**] primo queritur *Cg*: hic

primum queritur *BpMk* **8 archiepiscopo**] *AaBc^{ac}P BmMk: om. Fd^{ac},*

add. sup. lin. Fd^{pc}: an arch. Bc^{pc} **vel** *om. Bm* **9 propriis litteris**] litt.

pr. BpCgSb Fr. **10 sui suffraganei**] *suf f. sui. Mk Fr.*

11 dampnare] *condempnare Bi* **15 obtineat**] *habeat Bm*

16 testatur *Aa^{pc}* **19 excommunicatis**] *excommunicato Gw* **20 Nos**

om. Mk **dicere – modo**] *nullo modo dic. Aa Bm Fr.* **dicere**] *facere*

P **nullo**] *nullum Aa* **21 est – celebrata**] *hom. cel. est Bm: hom. est*

cel. Bp **est hominibus** *BcFd^{pc}P MkMv: est omnibus Fd^{pc}: illicite est*

hom. Sb: illicite Bi: hom. est Cg Fr. **22 Item – 25 collatum** *om.*

BhBiBmBpMkMvMzSb; Rom. Fr. paleam esse notant. Cf. Buchner, Paleae

im Dekret, n. 114 (p. 189-190 et 440), incl Bc **Item** *om. Fr.*

23 habent] *habeant Aa* **24 autem** *om. P*

(C.9 q.1 c.3) Unde Damasus papa ait.

Bc 157rb ILLICITA MANUS IMPOSITIO CAPITI VULNUS INFIGIT.
 Per illicitam manus impositionem vulneratum caput
 Fd 39ra illi, qui videbantur aliquid accepisse, habebant, et ubi
 P 140va vulnus infixum est, necesse est medicinam adhibere, qua 5
 infixa sanetur macula, id est, reiterari necesse est quod
 legitime actum aut collatum minime probatur. Nam
 quomodo possit honorem retinere qui ab illo accepit, qui
 potestatem dare non habuit legitime, invenire non
 possum. 10

(C.9 q.1 d.p.c.3) ¶ Set excommunicati hic intelligendi
 sunt, qui in ipsa sua ordinatione penam
 excommunicationis contraxerunt, qui numquam in
 numero catholicorum fuerunt. Ceterum qui inter
 catholicos prius deputati sunt, si postea 15
 excommunicationis sententia notati fuerint, ordinationes
 tamen eorum ab ecclesia misericorditer tollerantur. Unde
 Urbanus secundus scribit dicens:

(C.9 q.1 c.4) AB EXCOMMUNICATIS ORDINATI
 MISERICORDITER IN EISDEM ORDINIBUS RECIPI POSSUNT. 20

Ab excommunicatis quondam tamen catholicis
 episcopis ordinatos, si quidem non symoniacae ordines

3 Per – 10 possum Ps.-Damasus, *Ep.* (JK †244; J³ †571; ed. Hinschius, 514). **Coll. 3 libr.* 2.4.1, ed. Motta, 1.125.2-7; *Polycarpus* 2.35.1. **21 Ab – 425: 8 promeruerit** Urbanus II, *Ep.* (JL 5393; ed. Somerville, *Pope Urban II*, 139.24-31; v. *etiam* Erdmann et Fickermann, MGH Briefe 5.255.19-30). Ivo, *Decretum* 6.406; *Coll. Trip.* *1.67.1 et 3.10.41.

AaBcFdPGwBiBmBpCgMkMvSb

1 Unde – 10 possum *om.* *BhBiBmBpMkMvMzSb*; *Rom. Fr. paleam esse notant. Cf. Buchner, Paleae im Dekret, n. 115 (p. 189-190 et 441), incl. B Damasus]* Urbanus *Gw ait]* epistola IV ait *Fr.* **2 Illicita – infigit** *om. Fr. vulnus]* nullus *P* **3 illicitam]** illicite *P* **4 illi]** illius? *Fd^{ac}* **5 adhibere]** adhiberi *AaBcFdP* **6 id est]** idem *Fd* **reiterari]** iterari *P* **7 aut]** a// *Fd^{ac}* **probatur** *BcFd 3L:* probatur, si perfectum esse debet *Fr. orig. probatur om. BcFd* **8 possit honorem]** hon. pos. *Fr. accepit AaBcFdP 3L:* acceperit *Fr.* **9 non¹ – legitime]** leg. non hab. *Fr. habuit]* habuerit *P* **10 possum]** possumus *Fd^{ac}:* possit *Fd^{ac}* **11 excommunicati** excommunicati/ *P^{ac}* **hic]** hi *A* **intelligendi – 12 sunt** intelliguntur *MkMk* **14 catholicorum]** *AaBcFdP BhBmBp:* cath. clericorum *Fd* **15 prius om. Mk si]** et si *Bm:* et *BiMv* **16 sententia** ex sententia *Mk* **ordinationes]** dinationes *P* **18 secundus** *BcFdP Bm:* II *BiCgMk Fr.* **19 Ab – 20 possunt** *BcFdGwP MvSb:* Ordinationes ab excommunicatis non symoniacae facte ex misericordia tollerantur *BiBmBpCgMk Fr.*

	ipsos acceperunt, et si ipsos episcopos symoniacos non fuisse constiterit, ad hoc, si eorum religiosior vita et doctrine prerogativa visa fuerit promereri, penitentia indicta, quam congruam duxeris, in ipsis, quos	Sb 141rb Bp 114rb Aa 165r
5	acceperunt, ordinibus permanere permittas. Ad superiores autem conscendere non concedimus, nisi necessitas et utilitas maxima flagitaverit, et ipsorum sancta conversatio promeruerit.	Mv 234b Bm 95vb
10	(QUAESTIO 2) (C.9 q.2 d.a.c.1) ¶ Quod autem episcopus vel quilibet superiorum clericos alterius sine propriis litteris ordinare non debeat, Calixtus papa scribit dicens:	Bi 129va Cg ?vb Mk 121vb
15	(C.9 q.2 c.1) ALTERIUS PARROCHIANUM NULLUS IUDICARE PRESUMAT. Nullus alterius terminos usurpet nec alterius parrochianum iudicare vel ordinare aut excommunicare presumat, quia talis iudicatio vel ordinatio aut excommunicatio vel dampnatio nec rata erit, nec vires	Fr. 602 P 140vb Bc 157va
20	ullas habebit, quoniam nullus alterius iudicis nisi sui sententia tenebitur aut dampnabitur. Unde et Dominus in evangelio loquitur dicens: “Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui”.	Sb 141va
	(C.9 q.2 c.3) Idem.	Fr. 603

22–23 Prov. 22:28

16 Nullus – 23 tui Ps.-Calixtus I, *Ep.* 2 (JK †86; J³ †162) 12 (ed. Hinschius, 138-139). **Coll. Trip.* 1.14.4; Anselmus 6.115; Ivo, *Decretum* 5.235.

AaBcFdPGwBiBmBpCgMkMvSb **8 promeruerit** *Aa*]

1 non – 2 fuisse] confuisse *P* **2 hoc**] hec *Aa* **et om.** *Mk*
3 doctrine] doctrina *Bi* **4 indicta**] inducto(?) *Fd* **duxeris**] dixeris
Bm **ipsis**] ipsos *Bm* **5 acceperunt**] receperunt *Bm* **permittas**] permittat *Mk* **6 concedimus** *Aa^{ac}* **12 litteris** *om. P* **13 Calixtus**] Urbanus ii *Gw^{ac}* **14 Alterius – 15 presumat** *BcFdGwP Bi*: Alterius ecclesie parrochianum nullus iudicare presumat vel excommunicare *BiBmBpCg Fr.*: Nullus alterius terminos usurpare nullus (*om. Mv*) alterius parrochianum iudicare vel excommunicare presumat *MvS nullus*] nullum *Gw* **15 iudicare**] iudicium *Bi^{ac}* **17 vel**] aut *BiBmMvSb* **18 iudicatio**] //dicatio *Fd^{ac}* **aut**] vel *Bm* **20 ullas** suas *Fd^{ac}* **21 et** etiam *MkSb: om. Fd Bp* **22 Ne** n// *Fd^p* **transgrediaris**] transgrediatis *Mk* **24 Idem**] item *BiCgMv*: Item Celestinus papa *Bp*

IN ALTERIUS ECCLESIA NISI EO VOCANTE NULLI QUID
AGERE LICET.

Nullus primas, nullus metropolitanus nullusque
reliquorum episcoporum alterius adeat civitatem aut ad
possessionem accedat, quae ad eum non pertinet et alterius
episcopi parrochiam, super cuius dispositionem, nisi
vocatus ab eo, cuius iuris esse cognoscitur, ut quicquam
ibi disponat vel ordinet aut iudicet, si sui gradus honore
potiri voluerit. Sin aliter presumpserit, dampnabitur et
non solum ille, set cooperantes et consentientes ei, quia
sicut ordinatio, ita eis et iudicatio et aliarum rerum
dispositio prohibetur.

(C.9 q.2 d.p.c.9) ¶ His auctoritatibus prohibentur
Fr. 605 quilibet episcopi clericos alterius ordinare. Set queritur, si
contingat eos aliquibus sacros ordines distribuere, an
P 141ra ordinati ab episcopis suis in propriis ordinibus recipi
possint? De his ita scribit Urbanus papa Hugoni,
Lugdunensi archiepiscopo:

(C.9 q.2 c.10) CLERICI AB EPISCOPO ALTERIUS
PARROCHIE ORDINATI A PROPRIO IN SUIS ORDINIBUS
RECIPI POSSUNT.

Lugdunensis parrochie clericos, quos contra statuta
Bc 157vb canonum ab alterius parrochie episcopis ordinatos

3 Nullus – 12 prohibetur Ps.-Calixtus I, Ep. 2 (JK †86; J³ †162) 5 (ed.
Hinschius, 139). *Coll. Trip. 1.14.5; Anselmus 6.114; Ivo, *Decretum* 5.100;
*Panormia 4.28; Coll. 3 libr. 2.33.9; Polycarpus 2.24.4. ?? **22**

BcFdPGwBiBmBpCgMkMvSb

1 In om. Bm ecclesia] ecclesiam *BmMv* **vocante]** convocante *B*
quid *BcFdP*: aliquid *BhBiBmBpCgMkMvSb Fr.* **3 primas]** prima vel
primates *P* **4 alterius adeat]** adeat alt. *BmMv* **5 eum]** eam(?) *Bc^a*
Fd^{ac}Mv **6 parrochiam]** est parrochie *orig. Rom*
super – 7 eo] *hic Gratianus fontibus deceptus plane erravit* **cuius** *BcFdP*
Cg: cuiusque *Trip.Pan.vl*: cuiusquam *Trip.vlPan. Rom.:* eius
BhBiBmBpMkMvSb Fr. **dispositionem** *Trip.vlPan.vl*: dispositione *Bm*
Trip.Pan.orig. **7 iuris** *BhBiBmBpMkMvSb Fr. Trip.:* verus *FdP*: verius
Bc: ius *Cg* **9 voluerit** voluit *P* **10 non om. Fd^{ac}** **ei]** sibi *Fd*
11 eis et] et eis *Fd*: etiam eis *Mk*: etiam *Mv*: et *Sb* **12 post prohibetur**
verba nam qui ordinare non poterit, quomodo iudicabit? nullatenus
proculdubio iudicabit aut iudicare poterit *add. Bp Fr.* **15 aliquibus]** a
quibus *Fd^{ac}* **an]** am *P* **17 possint** *Bc BiBpMvSb Fr.:* possit *Fd^{ac}*:
possunt *P BhBmMk* **scribit** scribi *P* **papa** *Fd, om. Bc^aP C*
Hugoni] Hugon *Fd^{ac}*: Ugoni *Bc* **19 Clerici – 3 possunt** nec episcopi
sine metropolitani consensu nec ille sine quorum consensu aliquid agere

litterarum tuarum significatione monstrasti, cum
 graduum suorum honore recipere religionis tue prudentia
 poterit, si eos alias canonicè et sine pravitate aliqua
 ordinaros constiterit, si tamen eorum vitam probabilem id
 5 indulgentie perspexeris promereri. Legimus quippe
 sanctum Epiphanium episcopum ex diocesi sancti
 Iohannis Crisostomi quosdam clericos ordinasse, quod
 sanctus vir omnino non fecisset, si eis detrimentum fore
 perpenderet. Quos igitur recipiendos moderatio tua
 10 arbitrata fuerit iniuncta satisfactionis gratia propter
 ecclesiam, quam offenderunt cognita penitentia
 miserationis intuitu in suo quoque honore recipies, salva
 in omnibus sanctorum canonum disciplina.

Bm 96rb

Aa 165v

15

(QUAESTIO 3)

(C.9 q.3 d.a.c.1) ¶ Quod archiepiscopus clericos sui
 suffraganei illo inconsulto dampnare valeat vel absolvere,
 sic videtur posse probari. Sicut totius episcopatus
 ecclesiae in potestate sunt episcopi, sic et ecclesiae totius
 20 archiepiscopatus ad diocesim pertinent archiepiscopi.
 Vocantur enim episcopi a metropolitano in partem
 sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Sic quippe
 vices suas eis impertit, ut potestatem suam sibi non
 adimat. Unde et sine eius consilio nichil eis agere licet,
 25 sicut in concilio Martini papae legitur:

Fr. 606

P 141rb

Lugdunensis – 18 disciplina Urbanus II, *Fragm.* (JL 5723; ed. Mansi 20.677D-E; PL 151.521B-C). Ivo, *Decretum* 6.412; **Coll. Trip.* 3.10.44.

BcFdPGwBiBmBpCgMkMvSb **16 Quod** [*Bh*
 debeat *P* (cf. *infra* C.9 q.3 c. 1) **ab om. Fd** **23 episcopis**] episcopo
Fd^{ac}, om. *Bj^{ac}*: archiepiscopus *Bp* **1 monstrasti**] monstrati *Bc^{ac}*
2 religionis – prudentia] religionis prudenti// *Fd^{ac}*: prud. tue rel. *Fr.*
3 alias] alios *Fd^{ac}Cg^{ac}* **sine**] si *Fd* **4 vitam probabilem**] prob.
 vitam *Mk* **id**] ad *Bc^{ac}*(*ut. vid.*)*Fd* **5 perspexeris**] prospexeris *Bc*
6 ex] et *P* **8 eis**] ei *BiBp^{ac}CgSb* **9 recipiendos**] recipiendos *Bm*
11 ecclesiam *BhBiBmMkMvSb Fr. Trip., om. Bc^{ac}FdP* **cognita**]
 congrua *Trip.* **12 suo**] sui *Fd^{ac}* **quoque**] quemque *Trip*
recipies *Fd BhBiBmMkMvSb Fr. Trip.*: recipiens *BcP* **22 non add in**
 marg. Bm **in**] im *Bc, om. P* **23 eis** om. *Fd^{ac}* **sibi non**] non sibi *Bm*
25 concilio] communi consilio *Cg* **legitur** om. *Mk*

(C.9 q.3 c.1) NEC EPISCOPI SINE METROPOLITANI CONSENSU, NEC ILLE SINE EORUM CONSENSU ALIQUID AGERE DEBET.

Fd 39rb Per singulas provincias oportet episcopos cognoscere metropolitanum suum, et ipsum primatus curam suscipere, nichil autem agere reliquos episcopos preter eum, secundum quod antiquitus a patribus nostris constitutum continetur in canone. Propter quod et metropolitanus nichil presumptive assumat absque consilio ceterorum. 5
Bc 158ra 10

Fr. 607 **(C.9 q.3 d.p.c.3)** ¶ Probatur illud idem exemplo apostoli, qui fornicatorem Corinthium inpenitentem satane tradidit, postea penitentem ecclesiae reconciliavit, hoc tamen scribens Corinthiis in prima et secunda epistola, ut excommunicato non communicarent, et reconciliato socia karitate copularentur. 15

Set econtra probatur auctoritate multorum. Ait enim Iginus papa:

(C.9 q.3 c.4) METROPOLITANUS SINE EPISCOPORUM PRESENTIA ALICUIUS EORUM NON AUDIAT CAUSAS. 20

Salvo in omnibus Romane ecclesiae privilegio nullus metropolitanus absque ceterorum omnium comprovincialium episcoporum instantia aliquorum

4 Per – 12 ceterorum Martinus Bracarenensis, *Capitula* 4 (ed. Vives, 87).
*Coll. Trip. 2.53.4. **21 Salvo – 8 fratribus** Ps.-Hyginus, *Ep.* 1.2 (JK †35; J³ †74; ed. Hinschius, 114). Ivo, *Decretum* 5.99; *Coll. Trip. 1.7.1; Polycarpus 2.24.2

BcFdPGwBhBiBmBpCgMkMvSb

1 Nec – 5 debet] clericio episcopo alterius parrochie ordinati a proprio in suis ordinibus recipi possunt *P*(cf. supra C.9 q.2 c. 10) **sine om.** *Fd^a*
metropolitani] metropolitanorum *Bm* **2 consensu¹**] conscientia
BpMk: consilio *Cg* **ille]** illi *Bh^{pc}Bm* **3 debet]** debent *Fd*: licet *Bh*
6 agere] oportet agere *BhBiBmBpMkMvSb* **8 constitutum – canone]**
canonice continetur *Fd* **constitutum – continetur]** continetur (-ntur
Sb) constitutum *BiBmMvSb* **continetur – canone]** in can. cont. *Mk*
12 fornicatorem f/rnicatorem *Bc^{ac}* **Corinthium** corinthi// *Fd^a*
inpenitentem – 15 satane *Bc^{pc}Fd BmMk*: inpenitentem *Bc^{ac}P*: sat. inp.
BhCgFr. **13 penitentem** penitent/ *P^{ac}* **14 tamen** *Fd Bm*: tantum
BcP BiBpMkMv Fr. **15 excommunicato** excommunicaret *Fd^a*
communicarent communicaret *Fd^{ac}* **16 socia** sa//ia *Fd^{ac}*
17 econtra *BcFdP BhBiMkSb*: contra *Bm Fr.* **Ait]** ut ait *Mk* **enim**
om. BcFdP BhMv **18 Iginus om.** *Gw* **20 presentia** consensu
BmMvSb^{ac}: consensu vel presentia *Bp* **alicuius eorum** alic//rum *Bc^{ac}*:
aliquorum *Gw*: alicuius causas *BhBi* **causas om.** *BhBi*

audiat causas eorum, quia irritate erunt aliter acte, quam in conspectu eorum omnium ventilate, et ipse, si fecerit, coherceatur a fratribus.

(C.9 q.3 c.5) Item Anicius papa.

5 DE EODEM.

Archiepiscopus nichil de episcoporum causis aut aliis communibus iuxta statuta apostolorum absque cunctorum illorum agat consilio, nec illi, nisi quantum ad suas pertinet parochias, sine suo, quoniam tali gaudet concordia Altissimus et gloriatur in membris suis.

Bi 140va

Sb 142rb

P 141va

10

(C.9 q.3 c.6) Idem.

DE EODEM.

Si autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit et sine omnium conprovincialium presentia vel consilio episcoporum aut eorum aut alias causas (nisi eas tantum, quae ad propriam suam pertinent parochiam) agere, aut eos gravare voluerit, ab omnibus districte corrigatur, ne talia deinceps presumere audeat. Si vero incorrigibilis eisque inobediens apparuerit, ad hanc apostolicam sedem, cui omnia episcoporum iudicia precepta sunt, eius contumacia referatur, ut vindicta de eo fiat, et ceteri timorem habeant.

15

Fr. 608

20

Mk 122vb

Bc 158rb

(C.9 q.3 c.7) Item Calixtus papa.

6 Archiepiscopus – 15 suis Ps.-Anicetus, *Ep.* 1.2 (JK †57; J³ †104; ed. Hinschius, 121). **Coll. Trip.* 1.9.2. **13 Si – 430: 3 habeant** Ps.-Anicetus, *Ep.* 1.3 (JK †57; J³ †104; ed. Hinschius, 121). **Coll. Trip.* 1.9.5.

BcFdPGwBhBiBmBpCgMkMvSb

1 audiat audeat *Fd^{ac}* **quia** que *Fd* **acte]** facte *Bm* **2 eorum omnium** *Fd Mk: omnium eorum BcP BhBpBiBmCgMvSb Fr.* **ipse si** si ipse *Sb: si BiBmMv* **4 Anicius** amicitus *Mk* **5 De eodem** *om. Gw* **6 aut – 12 communibus** *om. Sb* **7 communibus** *BcFdP Mk Trip.: omnibus Bm: communibus causis BhBpCgMv Fr., om. Bj^{ac}* **8 illi** *BcFdP Bj^{ac} Cg Trip.: illi assumant BmMk Fr.* **9 pertinet]** pertinent *BmS* **suo** *BcFd Bi Trip.: consilio suo P: suo consensu BhBmBpMkSb Fr* **gaudet – 15 concordia** conc. gaudet *Mk* **12 De eodem** *om. Gw* **13 autem aliquis]** aliquis autem *BmMv* **15 aut¹** *BcFdP Trip.: aut causas BhBiBmBpCgMvSb Fr.: vel causas Mk* **16 propriam suam]** suam propriam *Bm* **17 eos – omnibus** grav. eos vol. ab omn. *Mk: grav. vol. eos ab omn. BiSb: grav. vol. ab omn. eos Mv* **20 episcoporum – precepta** *Bc^{ac}FdP Bm: ep. iud. terminare prec. Trip.: ep. iud. referri prec. BhBiBpCgMkSb Fr.: referri ep. iud. Bm: referri ep. iud. prec. Mv*

DE EODEM.

Aa 166r	Nullus primas, nullus metropolitanus diocesani ecclesiam vel parrochiam aut aliquem de eius parrochia presumat excommunicare vel iudicare, aliquidve agere absque eius consilio vel iudicio; set hoc observet, quod ab apostolis ac patribus et decessoribus nostris est statutum, et a nobis confirmatum; id est: si quis metropolitanus episcopus (nisi quod ad suam solummodopropriam pertinet parrochiam) sine consilio et voluntate omnium conprovincialium episcoporum extra aliquid agere temptaverit, gradus sui periculo subiacebit, et quod egerit irritum erit et vacuum. Set quicquid de conprovincialium episcoporum causis, eorumque ecclesiarum et clericorum atque secularium necessitatibus agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu conprovincialium agatur pontificum non aliquo dominationis fastu, set humillima et concordi amministrazione, sicut Dominus ait: "Non veni ministrari, set ministrare," et alibi: "Qui maior est vestrum erit minister vester". Similiter et ipsi conprovinciales episcopi cuncta cum eius consilio (nisi quantum ad proprias pertinet parrochias) agant iuxta sanctorum constituta patrum, ut uno animo, uno ore concorditer sancta glorificetur Trinitas in secula.	5 10 15 20
P141vb	(C.9 q.3 c.8) Item Nicholaus Rodulfo, Bituricensi archiepiscopo.	25

22–23 Matt 20:28 23–24 Matt. 23:11

2 Nullus – **28 secula** Ps.-Calixtus I, *Ep.* 2.13 (JK †86; J³ 162; ed. Hinschius, 139). Ivo, *Decretum* 5.100; *Coll. Trip.* 1.14.5; *Panormia* 4.27; *Polycarpus* 2.24.4; *Coll. 10 part.* 5.7.3.1.

BcFdPGwBhBiBmBpCgMkMvSb **24 secula** *Cg*]

5 consilio concilio *P^{ac}* **7 quis**] aliquis *Bm* **9 pertinet**] pertineat *Bm*
10 episcoporum] *Bh*coepiscoporum *Bm* **extra aliquid**] aliquid extra
BiBmMvSb **agere**] si agere *P* **13 episcoporum**] *Bh*coepiscoporum
BcFd^{ac}P BiBmCgMvSb **15 cum omnium**] communi *BhMK*
16 conprovincialium omnium compr. *Bh* **19 Qui** quia *Bc^{ac}*
21 quantum quantus *Bc^{ac}* **24 secula** *Bc^{ac}Fd^{ac}P BpCg^{ac}Sb(?)*: ecclesia
Bc^{ac}Fd^{ac} BhBiMkMv: ecclesia sua *Bm* **25 Bituricensi** tticensi(?) *Fd^{ac}*:
bitericensi *P MkSb^{ac}*: bituriensi *BhMv^{ac}*

IN SUFFRAGANEI PARROCHIA NICHIL ABSQUE EIUS
CONSILIO METROPOLITANUS AGAT.

Gw 13rb

Conquestus est apostolatu nostro frater noster
Sigegodus archiepiscopus Narbonensis, quod clericos suos
5 eo invito ad iudicium tuum venire compellas, et de rebus
ad ecclesiam suam pertinentibus eo inconsulto quasi iure
patriarchatus tui disponas, cum hoc nec antiquitas (cui
patres sanxere reverentiam) habeat, et auctoritas
sacrorum canonum penitus interdicat, nisi forte pro
10 causis, quae apud se terminari non possunt, ad te quasi ad
patriarcham suum provocaverint vel si episcopus suus
decesserit, res ecclesiae sue iudicio tuo dispensare
voluerint. Primates enim vel patriarchas nichil privilegii
habere pre ceteris episcopis, nisi quantum sacri canones
15 concedunt et prisca consuetudo illis antiquitus contulit,
diffinimus, ita ut secundum Nicenas regulas sua privilegia
serventur ecclesiis.

Bc 158va

Fr. 609

Sb 142va

P 142ra

(C.9 q.3 c.9) Item Beda super Apocalipsin: “Et angelo
ecclesiae Ephesi scribe”.

20–21 Apoc. 2:1

3 Conquestus – **19 ecclesiis** Nicolaus xxxxx. *Coll. Trip.* 1.64(62).74;
Ivo, Decretum 5.56; *Panormia* 4.29

BcFdPGwBhBiBmBpMkMvSb

1 In] an *Gw* **suffraganei** suffraganti *Bc* **eius** *om. P* **2 post agat**
voces prima sedes nullius iudicio subiacet *add. Bi* **4 Sigegodus** *BcFdP*
BhBiBmMkMvSb: Sigegodus *Fr.* Sagegodus *Bp* **11 provocaverint** *BcFd*
Bj^{ac}Bp *Trip.Pan.*: prov. per appellationes *BhBmMkMv* *Fr.*
12 ecclesiae] de ecclesie *P* **iudicio tuo]** tuo iud. *Fr.* **13 voluerint]**
voluerit *P Mk* **privilegii]** privilegium *BcFd* **15 illis]** illius *P*
17 post ecclesiis *voces plurae add. BhBiBmBpMkMvSb* *Fr.* **18 super** –
Et *Fd^{pc}: /// Fd^{ac}* **19 ecclesiae** *om. BhBm*

DE EODEM.

Episcopo scribit, de cuius manu peccata requirit subditorum, nec sine cuius consilio subditos iudicare debebat.

	(C.9 q.3 d.p.c.21) ¶	Set aliud est quod ex temeritate assumitur presumptionis, aliud quod ex necessitate geritur karitatis. Cum suffraganei archiepiscoporum subditis suis ad malum favere ceperint, atque circa eorum correctionem negligentes extiterint, tunc licet metropolitanis preter illorum voluntatem et ligandos dampnare, et reconciliandos absolvere. Cum vero episcopi zelo divine karitatis accensi bonos verbo et exemplo edificant, malorum vicia aspera increpatione redarguunt, absque talium consilio non licet metropolitanis in eorum parochia aliquid agere vel disponere. Unde in fine capituli Martini papae non simpliciter dictum est: "nichil agat," set cum determinatione "nichil presumptive assumat absque eorum consilio," ut vicium presumptionis videatur improbatum, non offitium karitatis. Sic et apostolus, quia Corinthios vidit negligentes circa correctionem fornicatoris, sua auctoritate illum dampnavit. Iohannes vero, quia episcopum Ephesiorum vidit paratum ad corrigenda vicia subditorum, sine eius auctoritate illos corrigere noluit, set illum tantum de eorum correctione admonuit.	5 10 15 20 25
Fr. 612			
Fd 39va			
Aa 166v			
Bc 158vb			
Mv 238a			
P 142rb			

2 Episcopo – 4 debebat *Glossa ordinaria ad Apoc. 2:1 (codices manu scripti pervetusti nomen Bedae citant, ut e.g. Troyes, xxxx). Invenies verba eadem aliis pluribus locis, ut: Ps.-Anselmus Laodicensis, Enarrationes in Apocalipsin, incipiens "Deus et dominus" (Stegmüller 1361; cf. 10449, 10601, 10671), ed. PL 162.1507B (sine Bedae attributione). Beda, Explanatio Apocalipsis, ed. Gryson, CCSL 121A.249.99?, aliis verbis usus est. 16 nichil – 17 agat*

BcFdPGwBhBiBmBpMkMvSb 25 **admonuit** *BcGwP BhBiBmBpMkMvSbBm]*

2 Episcopo] //o *Fd^{ac}* **scribit]** scribe *Fd^{ac}* **de – 3 subditorum** *Fd BiBmMkSb Fr., om. Bc^{ac}P* **3 subditorum** *om. BiBmBpMkMvSbB nec om. Bh* **cuius** *BcFdP BhBiBmMkMvSb:* eius *Fr.* **subditos** *Fd BiBmMkMvSb Fr.:* subditus *BcP* **iudicare** *iud. non Bh* **4 debebat** *BcFdP BhBmMv:* debeat *BiBpMkSb Fr.* **6 presumptionis** *presumpstionis Bc^{ac}* **13 redarguunt** *regarguunt P^{ac}* **14 in – 15 aliquid]** *aliqu.in eor. parr. BmMvSb* **21 fornicatoris]** *fornicationis B^{ac}BmBp* **22 quia]** *qui P* **23 eius – 24 auctoritate]** *auct. eius BmMvSb* **24 noluit]** *voluit P* **tantum]** *Fd BiBmMk Fr.:* tamen *Bc^{ac}(ut vid.)P Sb*

(CAUSA 10)

(C.10) ¶ Quidam laicus basilicam a se factam a diocesiana lege segregare querit; episcopus ecclesiam cum omni dote sua ad suam dispositionem pertinere contendit; tandem evincit episcopus, per parrochias militibus comitatus crudeliter deservit; quae ecclesiarum sunt tamquam sibi debita usurpare contendit. Modo primum queritur, an basilica cum omni dote sua ad episcopi ordinationem pertineat? SECUNDO, an res ecclesiarum episcopis usurpare liceat? TERTIO, quid nomine cathedralitici a suis sacerdotibus exigere valeat?

Fr. 612

Fd 39va

Aa 166v

Bc 159ra

(QUAESTIO 1)

(C.10 q.1 d.a.c.1) ¶ De prima questione sic diffinitur in concilio Ylerdensi:

Fr. 613

(C.10 q.1 c.1) BASILICA, QUAE CONSECRATUR, A DIOCESIANA LEGE NON SEGREGATUR.

Si ex laicis quisquam a se factam basilicam consecrari desiderat, nequaquam eam sub monasterii specie, ubi congregatio non colligitur, a diocesiana lege audeat segregare.

(C.10 q.1 c.2) Item ex concilio Tolletano III

ECCLESIAE CUM DOTIBUS SUIS IN EPISCOPI POTESTATE CONSISTANT.

Sic quidam contra omnem auctoritatem ecclesias, quas edificaverint, postulant consecrari, ut dotem, quam eidem ecclesiae contulerint, censeant ad episcopi ordinationem non pertinere. Quod factum taliter in preterito corrigatur, ut et in futuro ne fiat prohibeatur, et omnia secundum constitutionem antiquam ad episcopi ordinationem et potestatem pertineant.

Bc 159rb

(C.10 q.1 c.3) Item ex concilio II Cabillonensi.

18 Si – **21 segregare** Conc. Ilerdense (a. 546) 3 (ed. Vives, 56).* *Coll. Trip.* 2.37(34).3. **25 Sic** – **31 pertineant** Conc. Toletanum III (a. 589) 19 (ed. Vives, 131).* *Coll. Trip.* 2.39(36).8; Ivo, *Decretum* 3.23; *Panormia* 2.12; *Polycarpus* 3.4.5; *Coll. 3 libr.* 3.32.5.

Fd

9 ecclesiarum] ecc. suarum *Fd^{ac}* **10 quid** qu// *Fd^{ac}* **11 suis om.** *Fd*
15 Ylerdensi ylerdensi *Fd^{ac}* **16 consecratur** consecratur *Fd^{ac}*
20 non // *Fd^{ac}* **29 ut et** et *Fd^{ac}* : ut *Fd^{ac}* **32 concilio II** secundo concilio *Fd*

ECCLESIAE ET OMNIA IURA EARUM AD EPISCOPI
ORDINATIONEM PERTINENT.

Decretum est ut omnes ecclesiae cum dotibus suis, et
decimis, et omnibus suis, in episcopi potestate consistent,
atque ad ordinationem suam semper pertineant.

5

Fr. 614 (C.10 q.1 c.7) Item ex concilio Aurelianensi.

DE EODEM.

Aa 167r

De his, quae parrochiis in terris, vineis, mancipiis atque
peculiis quicumque fideles obtulerint, antiquorum
canonum statuta serventur, ut in episcoporum potestate
consistent. De his tamen, quae altario accesserint, tertia
pars fideliter episcopis deferatur.

10

Fd 39vb

(C.10 q.1 c. 8) Item ex eodem.

DE HIS, QUAE ALTARIO OFFERUNTUR, MEDIETATEM
SIBI EPISCOPUS VENDICET.

15

Antiquos canones relegentes priora statuta credimus
renovanda, ut de his, quae in altario oblationes fidelium
conferuntur, medietatem sibi episcopus vendicet, et
medietatem sibi dispensandam secundi gradus clerus
accipiat tam de propriis prediis, quam de omni
commoditate in episcoporum potestate durantibus.

20

Fr. 616 (C.10 q.1 c.13) Item Ieronimus ad Damasum papam.

OBLATIONES ECCLESIAE LAICIS USURPARE NON LICET.

Quia sacerdotes pro omnibus orare solent, quorum
elemosinas et oblationes accipiunt, qua fronte presumunt
laici oblationes, quas Christiani pro peccatis suis offerunt,
vel ipsi comedere, vel aliis concedere, cum ipsi non
debeant ex offitio pro populo orare? Ob hoc, papa
glorioso, mittere oportet illos presumptores in
excommunicationem perpetuam, ut ceteri metum habeant,
et amplius hec in ecclesia non fiant.

25

Bc 159va

30

3 Decretum – **5 pertineant** *Coll. Trip. 3.3.28; Coll. 3 libr. 3.32.1; Ivo,
Decretum 3.211. **8 De** – **12 deferatur** *Coll. Trip. 2.32(29).11. **16**
Antiquos – **21 durantibus** *Coll. Trip. 2.32(29).10. **24 Quia** – **31 fiant**
*Coll. 3 libr. 2.32.9; Polycarpus 3.9.11.

Fd

4 episcopi // Fd^{ac} **potestate** proprietate Fd **5 ad** ab Fd **8 atque**
om. Fd **9 fideles** fide// Fd^{ac} **10 serventur** servantur Fd
11 accesserint accesser// Fd^{ac} **12 pars** om. Fd **16 Antiquos**
//ntiquos Fd^{ac} **17 quae** qui Fd^{ac} **oblationes fidelium** fidei
oblationes Fd^{ac} **18 conferuntur** conferunt Fd **20 propriis** om. Fd
28 ex offitio om. Fd **30 excommunicationem** communicationem Fd^{ac}

(C.10 q.1 c.15) Item Damasus papa.

ECCLESIARUM OBLATIONES SUB LAICORUM DOMINIO
NON DETINEANTUR.

5 Hanc consuetudinem, quae contra sanctam ecclesiam
catholicam augeri videtur, omnino interdiciamus, ut nullo
modo umquam ullo tempore oblationes, quae intra
sanctam ecclesiam offeruntur, sub dominio laicorum
detineantur. Sed tantummodo sacerdotibus, qui cottidie
10 Domino servire videntur, illis solis licet comedere et
bibere, quia in veteri testamento prohibuit Dominus
panes sanctos comedere filiis Israel, nisi tantummodo
Aaron et filiis eius, qui longe erant ab istis panibus, qui
nunc in sancta ecclesia offeruntur, quia illi sub umbra
15 legis erant, qui vero modo sub gratia Spiritus sancti toto
mundo evangelio coruscante lucidiores esse videntur. Qua
fronte aut qua consciencia oblationes vultis accipere, qui
vix valetis pro vobis, nedum pro aliis Deo preces offerre?
quia pravum est et contra preceptum dominicum
20 detrimentum sue anime infert qui illud agere conatur,
quod ei nulla ratione conceditur. Quia omnibus sanctis
Patribus nostrisque prioribus placuit hanc sanctionem
fieri, et nos similiter in eisdem persistere volumus, ut
nullus audeat irritum facere hoc, quod constitutum est, si
25 in perpetua dampnatione noluerit persistere. Si quis vero
contra hanc regulam nostram et contra regulam
sanctorum Patrum CCC., qui in Niceno concilio hoc
constituerunt, temerarius presumptor fuerit, et ulterius
oblationes de sacris ecclesiis molitus auferre fuerit, sub
anathematis vinculo sit colligatus et condemnatus.
30 Responderunt omnes: Fiat, fiat.

Fr. 617

Bc 159vb

35 **(C.10 q.1 d.p.c.15)** ¶ Premissis auctoritatibus
ecclesiae cum omnibus rebus suis ad episcopi
ordinationem pertinere monstrantur, et tam ecclesiae
quam oblationes et facultates earum a laicorum
dispositione probantur esse immunes.

Aa 167v

4 Hanc – 30 fiat * *Coll. 3 libr. 2.32.10; Polycarpus 3.9.12.*

Fd

10 bibere //bere *Fd^{ac}* **14 qui vero** quomodo *Fd^{ac}* **16 consciencia**
scientia *Fd^{ac}* **17 vix valetis** valetis vix *Fd* **Deo** *om. Fd^{ac}*
18 preceptum dominicum d. p. et *Fd* **21 nostrisque** nostris quia *Fd^{ac}*
23 hoc *om. Fd^{ac}* **26 Patrum CCC** ccc patrum *Fd* **28 molitus auferre**
a. m. Fd **29 colligatus** obligatus *Fd*, vel colligatus *add. in marg.*
34 et vel *Fd^{ac}* **a** *om. Fd^{ac}*

(QUAESTIO 2)

(C.10 q.2 d.a.c.1) ¶ Sed cum in episcoporum potestate facultates ecclesiae constitute esse dicantur, potestas dispensandi intelligenda est, non distrahendi vel dilapidandi. Unde in Agatensi concilio legitur: 5

(C.10 q.2 c.1) RES ECCLESIAE ALIQUO MODO ALIENARE EPISCOPIS NON LICET.

Casellas vel mancipiola ecclesiae episcopi, sicut prisca canonum precepit auctoritas, vel vasa monasterii quasi conmendata fidei preposito, integro ecclesiae iure possideant, id est ut neque vendere, neque per quoscumque contractus res, unde pauperes vivunt, alienare presumant. Quod si necessitas compulerit, ut pro ecclesiae necessitate aut utilitate vel in usufructu, vel indirecta venditione aliquid distrahatur, apud duos vel tres conprovinciales aut vicinos episcopos causa, quae necesse sit vendendi primitus conprobetur, ut, habita discussione sacerdotali, eorum subscriptione quae facta fuerit venditio vel transactio roboretur. Aliter facta venditio vel transactio non valebit. Minus vero utiles possessiones peregrinis vel clericis salvo iure ecclesiae in usum prestare permittimus. 10 15 20

Bc 160ra

Fr. 621 **(C.10 q.2 c.7)** Item ex concilio Martini papae.

RES ECCLESIAE DISPENSANDI POTESTATEM HABEAT EPISCOPUS. 25

Episcopus habeat potestatem in rebus ecclesiae, ut dispenset necessitatem habentibus cum omni reverentia et timore Dei. Participare etiam eum oportet quae necessaria sunt. Si tamen ipse aut qui cum eo sunt fratres indiguerint aliquo, ut necessitatem nullo modo patiantur, secundum 30

Fd 40ra

9 Casellas – 23 permittimus *Coll. Trip. 2.31(28).6; Coll. 3 libr. 3.48.2.
27 Episcopus – 437: 11 concilio Martinus Bracarenensis, *Capitula* 16, ed. Vives, 90-91.*Coll. Trip. 2.53(47).16.

Fd

3 potestate – **4 facultates** facultate facultates *Fd^{bc}* **4 esse** *om. Fd*
5 dispensandi dispensanda *Fd^{bc}* **distraxendi** destruendi *Fd*
7 alienare – **8 episcopis** e. a. *Fd* **11 integro** in integro *Fd*
14 presumant presum//nt *Fd^{bc}* **Quod** – **23 permittimus** *Haec verba paleam censendam esse contendit Buchner, n. 119 et p. 193.* **17 quae** quam *Fd*
18 sit s//t *Fd^{bc}* **vendendi** vendi *Fd* **20 vel** – **roboretur** corroboretur *Fd* **25 habeat** habent? *Fd^{bc}* **31 ut** u// *Fd^{bc}* **nullo** ullo *Fd* **patiantur** patiuntur *Fd^{bc}*

Apostolum sanctum dicentem: "Victu et tegumento, his contenti sumus". Si autem res ecclesiasticas episcopus in suas voluntates usurpare voluerit, aut fratribus vel filiis, vel quibuscumque propinquis suis dederit potestatem, ut per eos latenter res ledantur ecclesiae, hunc oportet obnoxium esse concilio; sin aliter, episcopus vel qui cum eo sunt presbiteri aut diaconi accusentur, quia ea, quae ex reddito, vel ex quolibet actu ecclesiae veniunt, in suos usus colligunt, et pauperes fraudant et fame conficiunt, hos corripere oportet secundum quod ordinatum fuerit a sancto concilio.

Fr. 622

(C.10 q.2 d.p.c.7) ¶ Si vero contra hanc prohibitionem aliquam de rebus ecclesiae episcopum vendere contigerit, et res ipsa ecclesiae restauranda, et ipse a gradu suo eiciendus decernitur. Unde in eodem concilio Martini papae legitur:

(C.10 q.2 c.8) DE EPISCOPO, QUI NULLA NECESSITATE RES ECCLESIAE VENDIT.

Si quis episcopus nulla ecclesiastice rationis necessitate compulsus in suo clero, aut ubi forte presbiter non est, de rebus ecclesiasticis presumpserit aliquid vendere, res ipsas ecclesiae proprie restaurare cogatur, et in iudicio episcoporum deiciatur auditus et convictus, et tamquam furti aut latrocinii reus suo privetur honore.

Bc 160rb
Aa 168r

25

(QUAESTIO 3)

(C.10 q.3 d.a.c.1) ¶ Quid vero nomine cathedratici episcopus exigere debeat, in secundo concilio Bracarense legitur:

19 Si – **24 honore** Martinus Bracarense, *Capitula* 14, ed. Vives, 89-90.**Coll. Trip.* 2.53(47).14; Ivo, *Decretum* 3.172/2.242/5.329; *Polycarpus* 6.5.16.

Fd

1 sanctum om. *Fd^{ac}* **5 res ledantur** refregantur *Fd* **7 ea** om. *F*
ex om. *Fd^{ac}* **8 actu** iactu *Fd^{ac}* **9 usus** actus *Fd^{ac}* **10 hos** hos enim
Fd **13 aliquam** aliqua *Fd* **episcopum** – **14 ecclesiae** om. *Fd^{ac}*, *add.*
in marg. **19 ecclesiastice rationis** ration// eccl. *Fd^{ac}*: rationis eccl.
Fd^{ac} **22 restaurare** restaurari *Fd* **23 et convictus** om. *Fd*
28 debeat debet *Fd^{ac}*

(C.10 q.3 c.1) PRETER HONOREM CATHEDRATICI
NICHIL PER DIOCESES EXIGAT EPISCOPUS.

Placuit, ut nullus episcoporum, per suas dioceses
ambulans, preter honorem cathedre sue, id est duos
solidos, aliud aliquid per ecclesias tollat, neque tertiam
partem ex quacumque oblatione populi in ecclesiis
parrochialibus facta sibi usurpet; sed ecclesiae reparationi
servetur, et singulis annis episcopo ratio fiat. Nam si
tertiam partem illam episcopus tollit, lumen et sacra tecta
ecclesiae abstulit. Similiter etiam parrochiales clerici
servili more in aliquibus operibus episcopo servire non
cogantur, quia scriptum est: "Neque ut dominantes in
clero".

Fr. 623 **(C.10 q.3 c.4)** Item Pelagius Cresconio illustri.

DE EODEM. 15

Illud te modis omnibus volumus custodire, ne quis
episcoporum Sicilie de parrochiis ad se pertinentibus
nomine cathedratici amplius quam duos solidos presumat
accipere, neque compellere presbiteros aut clerum
parrochiarum suarum supra vires suas eis convivia
preparare. 20

(C.10 q.3 c.5) Item Gelasius papa Fabiano episcopo.

BAPTIZANDIS NUMERUS NON INPONATUR, NEC
CATHEDRATICUM ULTRA MOREM VETUSTUM EXIGATUR.

Nec numerus baptizandis iuste creditur inponendus,
cum quanti petierint vel ad regenerationem festinaverint
non sint pro alterius voluntate repellendi. Et ideo, frater,
huiusmodi superfluum constitutionem modis omnibus
removebis, ut unusquisque aut in vicina sibi ecclesia, aut
in electa pro sue mentis baptizetur arbitrio.
Cathedraticum etiam non amplius, quam vetusti moris
esse constiterit, ab eius loci presbitero noveris
exigendum, et de his, quae die dedicationis fuerint

3 Placuit – **13 clero** Conc. Bracarense II (a. 572) 2, ed. Vives, 81-82. **Coll. Trip.* 2.52(46).2. **16 Illud** – **21 preparare** Pelagius I, *Ep.* 32 (J³ 1930; JK 991; ed. Gassó et Batlle, 88.1-6). **Coll. Trip.* 1.56(54).11; Ivo, *Decretum* 3.136. **25 Nec** – **439: 2 servabis** **Coll. Trip.* 1.48(46).33.

Fd

2 per dioceses *om. Fd^{ac}: add. post episcopus Fd^{pc}* **10 ecclesiae abstulit**
abs. eccl. Fd **etiam** *et Fd* **14 Pelagius pelagius papa Fd** **16 quis**
quis Fd^{ac} **19 aut** *neque Fd* **25 numerus** *n// pro Fd^{ac}*
27 repellendi *pellendi Fd* **28 huiusmodi** *huius Fd* **modis omnibus**
o. m. Fd **30 electa** *electi Fd^{pc}* **31 etiam** *et Fd^{ac}* **33 fuerint** *om. Fd^{ac}*

offerentium devotione collata, consuetudinem, quae generaliter omnibus ecclesiis est prescripta, servabis.

(C.10 q.3 d.p.c.5) ¶ Cathedricum, quod his auctoritatibus episcopis permittitur exigere, preter medietatem vel tertiam partem oblationum, quae pro varia ecclesiarum consuetudine ex premissis auctoritatibus episcopo debetur, intelligendum est, nec illa pars oblationum omnium generaliter intelligenda est, sed vel anniversarie dedicationis, vel quorumdam etiam solemniurn dierum, prout inter episcopum et sacerdotem tempore dedicationis convenerit. De his vero episcopis, qui per parochias suas crudeliter deseviunt, sic statutum est in tertio concilio Tolletano:

(C.10 q.3 c.6) ULTRA MOREM ANTIQUUM A PARROCHIANIS PRESBITERIS NICHIL EPISCOPI EXIGANT.

Quia cognovimus episcopos per parochias suas non sacerdotaliter, sed crudeliter desevere, et dum scriptum sit: "Forma estote gregi, non ut dominantes in clerum" qui exactiones diocesi sue vel dampna infligunt ideo censemus (excepto, quod veterum constitutiones a parrochiis habere iubent episcopos), ut alia illis, quae hucusque presumpta sunt, denegentur, hoc est, neque in angariis presbiteri aut diacones, neque aliquibus fatigentur indictionibus, ne videamur in ecclesia Dei exactores potius quam Dei pontifices nominari. Hii vero clerici, tam locales quam diocesani, qui se ab episcopo gravari cognoverint, querelas suas ad metropolitanum non differant deferre, et metropolitanus non moretur eiusmodi presumptiones avertere.

Aa 168v

Bc 160vb

(C.10 q.3 c.7) Item ex concilio Cabillonensi.

16 Quia – **29 avertere** Conc. Toletanum III (a. 589) 20 (ed. Vives, 132); * *Coll. Trip.* 2.39(36).9; Ivo, *Decretum* 3.137.

Fd

2 est *om. Fd^{ac}* **11 his** – **episcopis** episcopis vero *Fd* **12 suas** *om. Fd*
15 presbiteris *om. Fd^{ac}* **17 dum** cum *Fd* **19 qui** *om. Fd* **diocesi**
 diocesis *Fd^{ac}* **infligunt** infl//igunt *Fd^{pc}* **20 constitutiones**
 institutiones *Fd^{ac}* **21 illis** illic *Fd^{ac}* **quae** *om. Fd* **23 aliquibus** in
 aliq. *Fd* **25 nominari** n//are *Fd^{ac}* **28 non**¹ – **deferre** def. non diff. *Fd*

Fd 40rb	A PARROCHIANIS STIPENDIA NON NISI CUM KARITATE EPISCOPI EXIGANT.	
Fr. 625	Cavendum sane est, ne, cum episcopi per parrochias suas peragrunt, quandam non solum erga subditos sed erga socios tyrannidem exerceant, ne (quod absit, cum karitate, sed cum quadam iactantie temeritate nec cum gratiarum actione, sed cum quadam iudiciaria inventione stipendia ab eis exigant. Observandum modis omnibus est, ut, si quando eis peragrande parrochie necessitas incumbit, in confirmandis hominibus, in inquirendis rebus emendatione dignis, in predicatione verbi Dei, in lucris animarum potius quam in depredandis et spoliandis hominibus et scandalizandis fratribus operam dent. Et si quando eis ad peragendum ministerium suum a subditis aut a fratribus aliquid accipiendum est, hoc summopere observare debent, ne quem scandalizent aut gravent. Tanta ergo discretio in hac re tenenda est, ut verbi Dei predicator, ubi proprii sumptus desunt, a fratribus accipiat, et idem fratres illius potentia non graventur, exemplo apostoli Pauli, qui, ne quem gravaret, arte et manibus victum querebat.	5 10 15 20
Bc 161ra		
Aa 169r	(C.10 q.3 c.9) Item Gregorius episcopis Sicilie. SACERDOTES AB EPISCOPIS SUIS ULTRA MODUM NON GRAVENTUR.	
Fr. 626	Relatum est nobis, sanctae memorie decessoris mei temporibus per Servum dei diaconem, qui tunc ecclesiastici patrimonii curam gessit, fuisse dispositum, ut sacerdotes per universas vestras dioceses constituti, quociens ad consignandos infantes egredimini, ultra modum gravari minime debuissent. Summa enim prefixa fuerat, vobis, ut audio, consentientibus, quae ab eis sacerdotibus pro labore clericorum dari debuisset. Atque	25 30

3 Cavendum – **21 querebat** Conc. Cabillonense (a. 813) 14, ed. Werminghoff, MGH Conc. 2.1.276.24-35; *Coll. Trip. 3.3.16; Ivo, *Decretum* 3.133. **25 Relatum** – **441: 3 existere** *Coll. 3 libr. 2.22.37.

Fd

1 stipendia non nisi st. *Fd^{ac}* **5 ne** neque *Fd^{ac}* **8 modis** m// *Fd^{ac}*
9 peragrande perag//nde *Fd^{ac}* **10 in inquirendis** inquirendis *Fd^{ac}*
14 suum om. *Fd^{ac}* **a – 15 fratribus** a fr. aut a su. *Fd* **16 observare**
conservare *Fd^{ac}* **scandalizent** scandalizant *Fd^{ac}* **17 verbi** v// *Fd^{ac}*
18 predicator ubi predicato si *Fd^{ac}* **19 accipiat** accipiant? *F*
graventur gravet *Fd* **23 suis** om. *Fd* **27 patrimonii** //atrimonii *Fd^{ac}*
28 universas vestras diversas *Fd^{ac}*: *universas Fd* **31 ut audio** om. *Fd^{ac}*
32 debuissent debuissent *Fd*

hoc, quod tunc placuit, sicut nunc dicitur, minime custoditur. Unde fraternitatem vestram admoneo, ut subiectis vestris graves non studeatis existere.

(C.10 q.3 c.10) Item Pelagius papa Cresconio illustri.

5 SECUNDUM LOCI MEDIOCRITATEM EPISCOPIS
CONVIVIA PARENTUR.

Illud magnitudinem tuam minime volumus ignorare, quod Siracusane civitatis episcopus inter alia, quae in cautionum suarum pagina spondit, hoc etiam specialiter
10 sub interpositione pene legitime promississe legitur, numquam se a quolibet diocesis sue presbitero ultra duos solidos cathedratici nomine petiturum, nec per quamlibet aliam occasionem quicquam in eius dispendio se esse gesturum. Quod magnitudo tua non solum a predicto
15 episcopo, sed de omnium episcoporum Sicilie personis competenti sollicitudine custodire non desinat, nec ipsa quoque prandia enormia fieri, sed secundum mediocritatem loci uniuscuiusque episcopo ad consignationem venienti susceptionis parare convivium,
20 quia nec eo pretextu pauperibus incuti dampna volumus aut qualibet ratione permittimus.

Bc 161rb

7 Illud – 21 permittimus Pelagius I, *Ep.* 25.1-2 (J³ 1923; JK 984; ed. Gassó et Batlle, 79.1-80.15); **Coll. 3 libr.* 2.22.38; Anselmus 6.157; *Polycarpus* 4.22.1.

Fd

1 hoc *om. Fd^{ac}* **2 admoneo** *moneo Fd* **13 se ante** *in Fd* **15 sed** *si Fd^{bc}*
omnium *omni Fd^{ac}* **17 prandia** *pr//dia Fd^{ac}* **18 loci**
uniuscuiusque *u. l. Fd* **19 parare convivium** *c. p. Fd* **20 incuti**
incuti Fd^{bc}

(CAUSA 11)

Fr. 626 (C.11) Clericus adversus clericum questionem de
 Aa 170r prediis agitavit, quem ad civilem iudicem producere voluit
 Fd 40va reus non nisi ante iudicem ecclesiasticum stare volebat.
 Actor vero potentia civilis iudicis illum a possessione sua 5
 Aa 170v deiecit. Quo audito episcopus eum ab offitio suspendit. Ille
 contempta episcopi sui sententia offitium suum
 administravit. Hoc comperto episcopus sine spe
 restitutionis in eum sententiam dedit. Hic PRIMUM
 queritur, utrum clericus ante civilem iudicem sit 10
 producendus? SECUNDO, si producendus non est, an hec
 culpa sit digna suspensione? TERTIO, si digna non fuerit,
 an contemptorem sententiae sui episcopi irreparabiliter
 oporteat deponi?

15

(QUAESTIO 1)

Fr. 627 (C.11 q.1 d.a.c.1) ¶ Quod clericus apud seculares
 iudices accusandus non sit, Gaius papa scribit, dicens:

(C.11 q.1 c.1) APUD SECULAREM IUDICEM NULLUS
 CLERICUS CONVENIATUR. 20

Nemo umquam episcopum aut reliquos clericos apud
 iudicem secularem accusare presumat.

(C.11 q.1 c.3) Item Marcellinus papa.

DE EODEM.

Clericum cuiuslibet ordinis absque pontificis sui
 permisso nullus presumat ad seculare iudicium attrahere,
 nec laico quemlibet clericum liceat accusare. 25

(C.11 q.1 c.4) Item ex concilio Niceno.

21 Nemo – **22 presumat** Ps.-Gaius (JK †157) 3 (ed. Hinschius, 214);
 *Anselmus 3.45; *Coll. 3 libr.* 2.32.170. **25 Clericum** – **27 accusare** Ps.-
 Marcellinus (JK † 159) 3 (ed. Hinschius, 221); *Anselmus 3.24; *Coll. 3*
libr. 2.32.131; *Panormia* 4.31.

Fd

3 quem que *Fd^{ac}*: quam *Fd^{pc}* **4 non** aut *Fd^{ac}*: aut non *Fd^{pc}* **7 episcopi**
sui s. e. *Fd* **8 Hoc** // *Fd^{ac}* **10 utrum** u. sit *Fd* **sit** – **11**
producendus¹ prodicendus *Fd^{ac}*: producendus *Fd^{pc}* **11 est** sit *Fd*
12 sit digna d. s. *Fd* **18 iudices** iudicem *Fd* **21 aut reliquos** a. r. a.
r. verba duplicata Fd^{ac} **26 seculare iudicium** secularem iudicem *Fd^{ac}*:
add. supra lin. vel [secula]re vel [iudi]cium *Fd^{pc}* **seculare**
28 concilio Niceno n. c. *Fd*

AB EIS QUISQUE IUDICANDUS EST, QUOS SIBI IUDICES
ELEGERIT.

Iudices alii non debent esse, nisi quos ipse, qui
inpetitur, elegerit, aut quos suo consensu hec sancta sedes
5 aut eius primates auctoritate huius sanctae sedis
delegaverint.

(C.11 q.1 c.5) Item Valentinianus, Theodosius et
Archadius.

AD SECULARIA IUDICIA NULLUS CLERICUS EST
10 PERTRAHENDUS.

Continua lege sancimus, ut nullus episcoporum vel
eorum, qui ecclesiae necessitatibus serviunt, ad iudicia
sive ordinariorum sive extraordinariorum iudicum
pertrahantur. Habent illi suos iudices, nec quicquam his
15 publicis est commune cum legibus.

(C.11 q.1 c.8) Item Bonifatius ad episcopos Gallie. Fr. 628

NEQUE PRO CIVILI, NEQUE PRO CRIMINALI CAUSA
EPISCOPUS APUD CIVILEM IUDICEM PRODUCATUR.

Nullus episcopus neque pro civili, neque pro criminali
20 causa apud quemvis iudicem sive civilem sive militarem
producatur vel exhibeatur. Magistratus enim, qui hoc
iubere ausus fuerit, amissione cinguli condemnatione
plectetur.

(C.11 q.1 c.9) Item Silvester papa.

25 QUILIBET CLERICUS NON EST IN PUBLICO
EXAMINANDUS.

Testimonium clerici adversus laicum nemo recipiat
nemo clericum quemlibet in publico examinare presumat
nisi in ecclesia.

30 (C.11 q.1 c.10) Idem. Fr. 629

3 Iudices – **6 delegaverint** Ps.-Iulius (JK †196) 18 citans Concilium
Nicenum (ed. Hinschius, 473); *Anselmus 3.21; *Coll. 3 libr.* 2.33.29;
Panormia 4.19. **11 Continua** – **15 legibus** *Constitutiones Sirmondianae*,
xxxxx; *Anselmus 3.106. **19 Nullus** – **23 plectetur** *Epitome Juliani* 436
(JK †358), ed. Haenel, xxx; *Coll. Trip.* 3.9.20; *Coll. 3 libr.* 2.33.15;
Polycarpus 5.2.3. **27 Testimonium** – **29 ecclesia** *Excerpta e synodalibus*
gestis Silvestri papae 5 (ed. Hinschius, 449); *Anselmus 3.23; *Coll. Trip.*
1.33(31b).1; *Coll. 3 libr.* 2.32.37; *Panormia* 4.89.

Fd

3 non – esse e. n. d. *Fd* **4 elegerit** elig// *Fd* **7 et** – **8 Archadius**
om. Fd^{ac} **20 civilem** cibv. iudicem *Fd*

CLERICUS AD CIVILEM IUDICEM CLERICUM PRODUCENS
ANATHEMA SIT.

Si quis clericus accusans clericum in curiam introierit,
anathema sit.

(C.11 q.1 d.p.c.10) ¶ Subaudiendum est, si publicorum 5
iudiciorum cognitionem petierit; episcopale namque
iudicium nichil obest ab imperatore postulare. Unde in
Cartaginensi concilio VIII legitur:

(C.11 q.1 c.11) PROPRIO PRIVETUR HONORE PUBLICI 10
IUDICII COGNITIONEM AB IMPERATORE POSTULANS.

Placuit, ut quicumque ab imperatore cognitionem
publicorum iudiciorum petierit, honore proprio privetur.
Aa 171r Si autem episcopale iudicium ab imperatore postulaverit,
nichil ei obsit.

(C.11 q.1 d.p.c.11) ¶ Sic et sequentes auctoritates 15
intelligende sunt, quibus clericorum causas non nisi
clerici cognoscere iubentur. Unde Gelasius papa scribit
Zeie Comiti:

(C.11 q.1 c.12) A SECULARI IUDICE CLERICUS NON EST 20
AUDIENDUS.

Christianis gratum semper debet esse, quod ab eorum
poscitur dignitate prestandum, quia Deo servientibus
beneficium negare non convenit. Silvester atque
Faustinianus, qui se a cunabulis clericos confitentur, a
Theodora se obprimi conqueruntur per violentiam, quod 25
dicant se ingenuos atque auctore Deo pristinae conditionis
nexibus absolutos, in sortem deterrime iterum servitutis
addici, ac per auctoritatem regiam contra leges publicas,
cum clericali cingulo olim tenerentur astricti, per 30
archidiaconem urbis Grumentine esse conventos, cum
constet eum, qui celestem militem pulsat, non nisi eius
forum debere sectari. Et ideo, dilecte, depense salutationis
affatu, supradictos clericos tibi conmento, ut, si ad

3 Si – 4 sit *Excerpta e synodalibus gestis Silvestri papae* 5 (ed. Hinschius,
450); *Anselmus 7.149; *Coll. Trip.* 1.33(31b).1; *Coll. 3 libr.* 2.32.155;
Panormia 4.30. **11 Placuit – 14 obsit** Conc. Milevitanum (a. 402) c. 19,
ed. Munier, CCSL 149.366.196-198; **Coll. 3 libr.* 2.33.32. **21**
Christianis – 445: 5 diffisum **Coll. Trip.* 1.48(46).42.

Fd

16 causas musas? *Fd^{bc}* **17 Gelasius** pelagius *Fd^{bc}* **18 Zeie** eteie *Fd*
25 conqueruntur – **violentiam** p. v. c. *Fd* **26 auctore Deo** d. a. *Fd*
27 iterum om. *Fd^{bc}* **29 cum** om. *Fd^{bc}* **32 salutationis** – **33 affatu**
add. in marg. [salutation]es vel [aff]ecti *Fd^{bc}* **33 tibi** – **ut** om. *Fd*

delegatorum iudicium eorum adversarii venire
contempserint, sublimitatis tue tuitione vallentur, ne quid
illis aut subreptio, aut inimica legibus violentia
necessitatis inponat, quia qui iudicium refugit apparet
5 eum de iustitia diffisum. Fr. 630

(C.11 q.1 c.15) Item Pelagius Benegesto defensori. Fd 40vb

ACTOR FORUM REI SEQUATUR.

Experientie tue presenti auctoritate mandamus, ut in
causis, in quibus quelibet ecclesiastici officii persona loco
10 petitoris existit quemquam laicum pulsatura, apud sue
provincie iudicem suas proponere non deserat actiones. In
his vero negotiis, in quibus ecclesiastici officii persona
pulsatur, totius submoto pulsationis obstaculo ad episcopi
vel presbiterorum, in loco, ubi questio vertitur,
15 constitutorum, occurrat indifferenter examen. Fr. 631

(C.11 q.1 c.16) Idem Sergio Cancellario.

DE EODEM.

Si quisquam clericus, sive inferioris sive potioris
gradus, petitor existat, et contra laicam personam suas
20 dirigat actiones, iste modis omnibus non alibi quam apud
provincie iudicem negotium suum dicturus occurrat. Si
quis autem laicus clericum cuiuscumque gradus duxerit
esse pulsandum, ad episcoporum iudicium in eadem
civitate vel territorio constitutorum proponat eas quas se
25 existimat habere actiones. Quem ordinem legibus per
omnia convenientem atque consentaneum demonstrari
illa regula manifestat, quae precipit actorem forum
semper sequi pulsati. Clericis vero pulsatis in episcopali
iudicio forum competere, principalium quoque sanctionum
30 designat auctoritas.

(C.11 q.1 d.p.c.16) Item in concilio Agatensi legitur:

8 Experientie – **15 examen** Pelagius I, *Ep.* 91.1-2 (J³ 1986; JK 964; ed. Gassó et Batlle, 217.1-8). * *Coll. Trip.* 1.56(54).13. **18 Si** – **30 auctoritas** * *Coll. Trip.* 1.56(54).29.

Fd

1 adversarii adversaria *Fd* **2 contempserint** contempserit *F*
vallentur velentur *Fd^{ac}* **7 Actor** – **sequatur** actor forum rese//atur
Fd^{ac}: actor forum rei resequatur *Fd^{pc}* **8 ut** – **9 causis** ait etiam ca//is
Fd^{ac}: ait etiam in causis *Fd^{pc}* **10 quemquam** q//que *Fd^{ac}* **pulsatura**
pulsum *Fd* **sue om.** *Fd* **18 Si** //bi *Fd* **19 existat** existit *Fd*
20 dirigat dirigit *Fd* **22 gradus** om. *Fd^{ac}* **25 existimat habere** h. e.
Fd **26 consentaneum** consantaneum *Fd^{ac}* **28 Clericis** c. c. (*verbum*
duplicatum) *Fd^{ac}* **29 competere** quem petere *Fd*

(C.11 q.1 c.17) EPISCOPO NON PERMITTENTE APUD SECULAREM IUDICEM CLERICUS PULSARI NON DEBET.

Aa 171v Clericum nullus presumat apud secularem iudicem episcopo non permittente pulsare; sed, si pulsatus fuerit, non respondeat vel proponat, nec audeat criminale negotium in iudicio seculari proponere. 5

(C.11 q.1 c.18) Item Pius papa.

CLERICUS SUO INOBEDIENS EPISCOPO DEPOSITUS CURIE TRADATUR.

Si quis sacerdotum vel reliquorum clericorum suo episcopo inobediens fuerit, aut ei insidias paraverit, aut contumeliam, aut calumpniam, vel convicia intulerit, et convinci potuerit, mox depositus curie tradatur, et recipiat quod inique gessit. 10

(C.11 q.1 c.26) Item Innocentius papa. 15

INTER CLERICOS ET LAICOS CAUSE EXORTE AB EPISCOPIS AUDIANTUR.

Si quae cause vel contentiones inter clericos et laicos tam superioris ordinis quam etiam inferioris fuerint exorte, placuit, ut secundum sinodum Nicenam congregatis omnibus eiusdem provincie episcopis iudicium terminetur. 20

(C.11 q.1 d.p.c.26) ¶ Cum ergo his omnibus auctoritatibus clerici ante civilem iudicem denegentur producendi, cum (nisi prius depositi, vel nudati fuerint) curie non sunt representandi, patet, quod ad secularia iudicia clerici non sunt pertrahendi. (§ 1) His ita respondetur: Clerici ex officio sunt subpositi episcopo, ex possessionibus prediorum inperatori sunt obnoxii. Ab episcopo unctionem, decimationes et primitias accipiunt; ab inperatore vero prediorum possessiones nanciscuntur. Unde Augustinus ait super Iohannem: "Quo iure villas defendis? divino, an humano etc.?" Require in principio, 25 30

3 Clericum – **6 proponere** *Coll. Trip. 2.31(28).30; Ivo, *Decretum* 6.367.

10 Si – **14 gessit** *Coll. Trip. 1.8.5; Anselmus 8.16; Ivo, *Decretum* 6.315b; Polycarpus 4.35.22.

18 Si – **22 terminetur** *Coll. Trip. 1.40(38).20; Anselmus 2.53.

Fd

3 secularem scalarem *Fd^{ac}* **8 inobediens episcopo** e. i. *Fd*

24 denegentur negentur *Fd^{ac}* **28 sunt** – **episcopo** e. sunt supp. *Fd*

30 unctionem unctiones *Fd^{ac}* **decimationes** et dec. *Fd* **primitias** primitiva *Fd* **33 Require** – **447: 2 constitutionis** *om. Bh*

ubi differentia designatur inter ius nature et ius constitutionis. Quia ergo ut predia possideantur inperiali lege factum est, patet, quod clerici ex prediorum possessionibus inperatori sunt obnoxii.

Fr. 634

5 (C.11 q.1 c.27) Item Ambrosius contra Auxentium.

IMPERATORI TRIBUTUM DENEGARE ECCLESIA NON DEBET.

Si tributum petit inperator, non negamus: agri ecclesiae solvant tributum. Si agros desiderat inperator, potestatem habet vendicandorum. Tollat eos, si libitum est: inperatori non dono, sed non nego.

10

(C.11 q.1 c.28) Idem.

POTESTATIBUS TRIBUTA NON SUNT DENEGANDA.

Magnum quidem est et spiritale documentum, quo Christiani viri sublimioribus potestatibus docentur debere esse subiecti, ne quis constitutionem terreni regis putet esse solvendam. Si enim censum Filius Dei solvit, quis tu tantus es, qui non putas esse solvendum?

15

Aa 172r

(C.11 q.1 d.p.c.28) ¶ Item Apostolus: "Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit." Item Petrus Apostolus generaliter fidelibus omnibus scribit: "Estote subditi dominis vestris sive regi, quasi precellenti, sive ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero honorum."

20

25 (C.11 q.1 c.29) Item ex epistola Clementis.

DE SECULARIBUS NEGOTIIS EPISCOPUS COGNOSCERE NON DEBET.

Neque enim iudicem neque cognitorem secularium negotiorum hodie te ordinare vult Christus, ne prefocatus presentibus hominum curis non possis verbo Dei vacare. Hec ergo opera, quae minus tibi congruere diximus, exhibeant sibi invicem vacantes laici et te nemo occupet ab his studiis, per quae salus hominibus datur.

30

(C.11 q.1 d.p.c.30) ¶ Ex his omnibus datur intelligi quod in civili causa clericus ante civilem iudicem est

35

Fr. 635

8 Si – 11 nego Ambrose?. 14 Magnum – 18 solvendum Ambrose?.
28 Neque – 33 datur *Anselmus 6.152b.

Fd

1 designatur assignatur *Fd* ius² om. *Fd* 2 ergo igitur? *Fd*^{ac}
4 inperatori imperatoribus *Fd*

- Fd 41ra conveniendus. Sicut enim ecclesiasticarum legum ecclesiasticus iudex est administrator, ita et civilium non nisi civilis debet esse executor. Sicut enim ille solus habet ius interpretandi canones, qui habet potestatem condendi eos, ita ille solus legum civilium debet esse interpret, qui eius ius et auctoritatem impertit. In criminali vero causa non nisi ante episcopum clericus examinandus est. Et hoc est illud, quod legibus et canonibus supra diffinitum est, ut in criminali videlicet causa ante civilem iudicem nullus clericus producat, nisi forte cum consensu episcopi sui; veluti, quando incorrigibiles inveniuntur, tunc detracto eis offitio curie tradendi sunt. Unde Fabianus papa ait: 5
- (C.11 q.1 c.31) QUI EPISCOPO INSIDIATUR SEMOTUS A CLERO CURIE TRADATUR. 10
- Statuimus, ut, si quis clericorum suis episcopis infestus aut insidiator extiterit, mox ante examinatum iudicium submotus a clero curie tradatur, cui diebus vite sue deserviat, et infamis absque ulla spe restitutionis permaneat. 15
- (C.11 q.1 d.p.c.31) ¶ Quia ergo iste non in criminali, sed in civili causa clericum ante civilem iudicem produxit, non est iudicandus transgressor canonum, nec est dicendus pertraxisse reum ad iudicem non suum, quia de civili causa non nisi civilis iudex cognoscere debet. (§ 1) Econtra ea, quae in actoris defensione dicta sunt, verisimilia quidem videntur, sed pondere carent. Sacris enim canonibus et forensibus legibus tam in civili quam in criminali causa clericus ad civilem iudicem pertrahendus negatur. Unde in epistola Clementis legitur: 20
- (C.11 q.1 c.32) APUD PRESBITEROS IUDICENTUR FRATRES. 25
- Si qui ex fratribus negotia habeant inter se, apud cognitores seculi non iudicentur, sed apud presbiteros ecclesiae quicquid illud est dirimatur. 30

Aa 172v

15 Statuimus – **19 permaneat** *Anselmus 7.150; *Coll. 3 libr.* 2.24.12; *Polycarpus* 4.32.15. **32 Si** – **34 dirimatur** *Anselmus 6.152a; *Coll. Trip.* 1.1.6; *Decretum* 6.345.

Fd

13 semotus submotus *Fd* **15 infestus** infestis *Fd^{ac}* **18 restitutionis** institutionis *Fd^p* **21 civilem** c//ictum *Fd^{ac}* **23 pertraxisse** *post* suum *Fd* **28 civilem iudicem** i. c. c. (*verbum duplicatum*) *Fd^{ac}* **30 Apud** – **31 fratres** fratres a presbiteros iudicentur *Fd* **32 qui** quis *Fd*

(C.11 q.1 c.33) Item Silvester papa.

NULLUS CLERICUS PROPTER ALIQUAM CAUSAM INTRET
CURIAM.

5 Nullus clericus vel presbiter vel diaconus propter
quamlibet causam, (C.11 q.1 d.p.c.34) ¶non ait propter
criminalem tantum, sed generaliter propter quamlibet,
tam civilem quam criminalem intelligens, (C.11 q.1 c.33)
intret in curiam nec ante civilem iudicem causam dicere
suam presumat. Fr. 636

10 (C.11 q.1 c.35) Item Theodosius inperator.

CUICUMQUE LICEAT SACROSANCTAE SEDIS ANTISTITIS
IUDICIUM ELIGERE.

15 Quicumque litem habens, sive petitor fuerit, vel in
initio litis vel decursis temporum curriculis, sive cum
negotium peroratur, sive cum iam ceperit promi
sententia, si iudicium elegerit sacrosanctae legis antistitis,
illico sine aliqua dubitatione, etiamsi alia pars refragatur,
ad episcoporum iudicium cum sermone litigantium
dirigatur.

20 (C.11 q.1 c.36) Idem.

Omnes itaque cause, quae pretorio vel civili iure
tractantur, episcoporum sententiis terminate perpetuo
stabilitatis iure firmentur, nec ulterius liceat retractari
negocium, quod episcoporum sententia deciderit.

25 (C.11 q.1 c.38) Item Gregorius Iohanni defensori
eunti in Yspaniam ammonendo dicit: Fr. 637
Aa 173r

PRESBITER APUD EPISCOPUM TANTUM IUDICARI
DEBET.

30 De persona presbiteri hoc attendendum est, si quam
causam habuerit, non ab alio teneri, sed episcopus ipsius
adiri debuit, sicut novellarum constitutio manifestat, quae

4 Nullus – 9 presumat *Anselmus 7.149; *Coll. Trip.* 1.33(31b).1. **13**
Quicumque – 19 dirigatur *Anselmus 3.105; *Coll. Trip.* 3.29.235; Ivo,
Decretum 16.312; *Panormia* 5.32. **21 Omnes – 24 deciderit** *Anselmus
3.105; *Coll. Trip.* 3.29.235; *Coll. 3 libr.* 2.33.55; *Panormia* 5.23. **29 De –**
450: 11 contradi *Anselmus 3.90.

Fd

4 presbiter – diaconus d. vel p. *Fd* **8 dicere – 9 suam** s. d. *Fd*
11 Cuicumque – 12 eligere cuique liceat sancte sedis iudicium eligere
Fd^{ac}: cuique liceat sacrosancte sedis iudicium eligere *Fd^{pc}* **13 in om.** *Fd*
15 negotium negotiis *Fd* **22 sententiis** sententie *Fd* **25 Gregorius**
g. papa *Fd*

ita loquitur de sanctissimis et Deo amabilibus, ac
 reverentissimis episcopis et clericis ac monachis: “Inp.
 Augustus Iustinianus Petro gloriosissimo prefecto
 pretorio capitulo LIII. Si quis contra aliquem clericum aut
 monachum, aut diaconissam, aut monastriam, aut
 assistriam habet aliquam actionem, doceat prius
 sanctissimum episcopum, cui horum unusquisque
 subiaceat. Ille vero causam inter eos diiudicet. Et si
 quidem utraque pars his, quae iudicata sunt, non
 adqueverit iubemus per loci iudicem executioni perfecte
 contradi.”

(C.11 q.1 c.39) Item Gregorius Romano, defensori
 Sicilie.

CLERICUS CLERICUM AD PUBLICA IUDICIA NON
 PERTRAHAT.

Pervenit ad nos, quod si quis contra quoslibet clericos
 causam habeat, despectis eorum episcopis eosdem clericos
 tuo facias iudicio exhiberi. Quod si ita est, valde esse
 constat incongruum. Sed hac tibi auctoritate precipimus,
 ut hoc denuo facere non presumas; sed si quis contra
 quemlibet clericum causam habuerit, episcopum ipsius
 adeat, ut aut ipse cognoscat, aut certe ab ipso iudices
 deputentur, aut si fortasse ad arbitros eundum est, partes
 ad eligendum iudices ab ipso executio deputata compellat.
 Si quis vero clericus vel laicus contra episcopum causam
 habuerit, tunc te interponere debes, ut inter eos aut ipse
 cognoscas, aut certe te admonente sibi iudices eligant.
 Nam si sua unicuique episcopo iurisdictio non servatur,
 quid aliud agitur, nisi ut per nos, per quos ecclesiasticus
 ille ordo custodiri debuit, confundatur? et cetera.

(C.11 q.1 c.41) Item Gregorius Mauricio.

16 Pervenit – **30 cetera** *Anselmus 3.30; *Coll. 3 libr. 2.32.46*; Polycarpus
 5.1.38.

Fd

3 Augustus Iustinianus iust. aug. *Fd^{bc}* : iust// aug. *Fd^{bc}* **prefecto** –
4 pretorio papa *Fd* **6 assistriam** assistentia *Fd^{bc}* **8 subiaceat** *om.*
Fd^{bc} : subiacet *Fd^{bc}* **10 executioni** excusationi *Fd^{bc}* **11 contradi**
 contradici *Fd* **14 ad** *om. Fd^{bc}* **15 pertrahat** perturbat *Fd*
17 eorum – **18 tuo** episcopis in initio *Fd* **18 esse** – **19 constat** c. e.
Fd **21 habuerit** habuit *Fd* **22 certe** cert// *Fd^{bc}* **24 eligendum**
 eligendos *Fd* **27 te** *om. Fd^{bc}* **30 ille** – **custodiri** c. illic o. *Fd*

SACERDOTES A REGIBUS SUNT HONORANDI, NON IUDICANDI.

Sacerdotibus autem non ex terrena potestate dominus noster citius indignetur, sed excellenti consideratione propter eum, cuius servi sunt, ita eis dominetur, ut etiam debitam reverentiam inpendat. Nam in divinis eloquiis sacerdotes aliquando Dii, aliquando angeli vocantur. Nam et ad Moysen de eo, qui ad iuramentum deducendus est, dicitur: "Applica illum ad Deos," videlicet ad sacerdotes. Et rursum scriptum est: "Diis non detrahes," scilicet sacerdotibus. Et propheta ait: "Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirunt ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est." Quid igitur mirum, si illos vestra pietas dignetur honorare, quibus in suo eloquio honorem tribuens, eos aut angelos, aut Deos ipse etiam appellat Deus? (§ 1) Ecclesiastica quoque testatur ystoria, quia cum pie memorie Constantino principi scripto oblate accusationes contra episcopos fuissent, libellos quidem accusationis accepit, et eosdem, qui accusati fuerant, episcopos convocans, in eorum conspectu libellos, quos acceperat, incendit, dicens: "Ite, et inter vos causas vestras disponite, quia dignum non est ut nos iudicemus Deos."

(C.11 q.1 c.42) Item ex concilio Milevitano.

QUA PENA FERIATUR CLERICUS CLERICUM AD SECULARIA IUDICIA PERTRAHENS.

Inolita presumptio usque adeo illicitis ausibus aditum patefecit, ut clerici clericos, relicto suo pontifice, ad iudicia publica pertrahant. Proinde statuimus ut hoc de cetero non presumatur. Si quis hoc presumpserit facere, conventus et causam perdat, et a communione efficiatur extraneus.

(C.11 q.1 c.43) Item ex concilio Cartaginensi III

3 Sacerdotibus – 23 Deos * Coll. 3 libr. 2.32.162; Anselmus 6.179. **27 Inolita – 32 extraneus** Conc. Toletanum III (a. 589) 13 (ed. Vives, 129). * Coll. Trip. 2.39(36).6.

Fd

3 ex terrena externa *Fd* **4 excellenti** exceler//ti *Fd^{pc}* **5 ita eis** e. i. *Fd* **8 deducendus** ducendus *Fd^{ac}* **9 Applica** ap/ica *Fd^{ac}* **12 ex ore** uxore *Fd^{ac}* **eius** e. requirit *Fd* **13 Domini** do//i *Fd^{ac}* **14 pietas** dignitas *Fd^{ac}* **15 Deos** clericos *Fd^{ac}* **21 incendit** om. *Fd^{ac}* **Ite** item *Fd* **et om.** *Fd* **28 clericos** c. suos *Fd* **30 presumatur** presumant *Fd^{pc}*

CLERICUS APUD CIVILEM IUDICEM IUDICARI NON DEBET.

Placuit, ut quisquis episcoporum, presbiterorum et diaconorum, seu clericorum, cum in ecclesia ei crimen fuerit intentum, vel civilis causa fuerit connota, si derelicto ecclesiastico iudicio publicis iudiciis purgari voluerit, etiamsi pro ipso fuerit lata sententia, locum suum amittat. Et hoc in criminali actione. In civili vero perdat quod evicit, si locum suum obtinere maluerit, siquidem ad eligendos iudices inique de ecclesiae consortio iudicat qui de universa ecclesia male sentiendo de iudicio seculari poscit auxilium, cum privatorum etiam causas Apostolus ad ecclesiam deferri atque ibi determinari precipiat.

Fr. 640 (C.11 q.1 c.45) Item constitutio LXXIV c. 1. 15

QUI CUM CLERICO LITIGIUM HABET EPISCOPUM IPSIUS ADEAT.

Si quis cum clerico litigium habuerit, si quidem de causa pecuniaria, adeat prius episcopum, cuius iudicio clericus subpositus est. Ille autem sine dampno et sine dilatione competentem finem liti inpositurus est. Sin autem noluerit episcopus litem dirimere, tunc ad civiles iudices disceptatio cause perveniat. Ubi autem dirimere episcopus vult, sine scriptura omnia procedant, et diffinitiva sententia ab eo sine scripturis feratur. (§ 1) Quod si de criminali causa litigium emerit, tunc competentes interpellati, consentaneum legibus terminum cause inponant, ita tamen, ut disceptatio litis duorum mensium spatium non excedat, a litis contestatione numerandum. Non autem aliter puniatur clericus, nisi obnoxius repertus sacerdotio nudatus fuerit ab episcopo suo vel clericatus honore. Sin autem crimen ecclesiasticum est, tunc secundum canones ab episcopo

3 Placuit – 14 precipiat *Coll. Trip. 2.20(17).5; Coll. 3 libr. 2.33.24. **18 Si – 453: 3 habentibus** Coll. Trip. *3.29.93/3.10.51; Coll. 3 libr. 2.32.147; Ivo, *Decretum* 6.427/16.150.

Fd

3 ut om. Fd et om. Fd 4 crimen – 5 fuerit¹ f. c. *Fd* **6 iudiciis** iudicus? *Fd* **7 fuerit lata** l. f. *Fd* **13 ibi – 14 determinari** ibidem terminari *Fd^{ac}*: ibidem determinari *Fd^{pc}* **15 LXXIV** lxxiii *Fd^{pc}* **18 de om. Fd 19 pecuniaria** pecunalia *Fd* **20 et om. Fd 23 disceptatio** disceptio *Fd^{ac}* **perveniat** proveniat *Fd* **26 Quod** qui *Fd* **27 interpellati** interpellari *Fd^{ac}* **33 ab om. Fd episcopo – 453: 1 cause** //o soli ca se *Fd^{ac}*: episcopo soli cause *Fd^{pc}*

suo cause examinatio et pena procedat, nullam communionem aliis iudicibus in huiusmodi causis habentibus.

(C.11 q.1 c.46) Item ex concilio Calcedonensi.

Aa 174r

5 CLERICUS ADVERSUS CLERICUM NEGOTIUM HABENS
SECULARIA IUDICIA NON EXERCEAT.

Si clericus adversus clericum habet negotium, non relinquat suum episcopum et ad secularia iudicia concurrat, sed prius negotium agitetur apud episcopum proprium; vel certe si fuerit negotium ipsius episcopi, apud arbitros ex utraque parte electos audiatur negotium. Si quis vero contra hoc fecerit, canonum subiaceat correctionibus. (§ 1) Et si clericus adversus suum seu alium episcopum habeat causam, apud audientiam sinodi provincie conqueratur. (§ 2) Si vero contra ipsius provincie metropolitanum episcopum episcopus sive clericus habeat controversiam, pergat ad ipsius diocesis primates, aut certe ad Constantinopolitane civitatis regie sedem, ut eorum ibi negotium terminetur.

Fr. 641

Bm 101vb

20 (C.11 q.1 c.47) Item ex Concilio Agatensi.

NULLUS PRESUMAT CLERICUM AD SECULAREM IUDICEM UT ATTRAHERE.

25 Clericum nullus presumat apud secularem iudicem episcopo non permittente pulsare. Sed si pulsatus fuerit, non respondeat, nec proponat, nec audeat criminale negotium in iudicio seculari proponere.

30 (C.11 q.1 d.p.c.47) ¶ Ex his omnibus datur intelligi, quod clericus ad publica iudicia nec in civili, nec in criminali causa est producendus, nisi forte civilem causam episcopus decidere noluerit, vel in criminali sui honoris cingulo eum nudaverit. (§ 1) Illud autem quod in epistola

7 Si – 19 terminetur *Coll. Trip. 2.10.10; Coll. 3 libr. 2.24.3; Ivo, Decretum 6.360. 23 Clericum – 26 proponere *Coll. Trip. 2.31(28).30.

Fd

7 Si om. Fd habet habens Fd 11 electos electi Fd audiatur audiunt Fd^{ac}: audiant Fd^{pc} 12 vero om. Fd^{ac} 13 correctionibus§ correctioni Fd seu vel Fd 16 episcopum episcopus episcopus episcopum Fd^{ac}: Fd^{pc}?? 17 habeat habet Fd^{ac} 18 civitatis regie r. c. Fd 20 Item – 26 proponere om. BmPySb. Hoc capitulum duplicatum (cf. c. 17) paleam esse notant Rom.Fr.; cf. Buchner n. 127 et p. 205. 21 Nullus – 22 attrahere Fd^{ac}: ?? Fd^{pc}: sine rubrica Fr. 23 Clericum clericus Fd^{ac} 25 nec¹ vel Fd 28 nec² – 29 criminali om. Fd^{ac}

Fd 41va Clementis dictum est: “Non cognitorem secularium negotiorum te vult Deus esse,” ex episcopali unctione intelligendum est. Non enim in episcopum ungitur, ut cognitor secularium negotiorum resideat, sed ut procurator animarum et distributor spiritualium existat. Prohibetur ergo secularibus negotiis occupari, non ad tempus sequester fieri. Vel secularia iudicia non de rebus secularibus sed secularium virorum intelligenda sunt. Iudicia de rebus secularibus secularia appellantur iuxta illud Apostoli: “Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia constituite.” Iudicia vero secularium secularia appellantur in epistola Clementis, quod ex subsequentibus datur intelligi, cum dicitur: “Hec opera, quae tibi minus congruere diximus, exhibeant sibi invicem vacantes laici.” Prohibentur ergo clerici a cognitione negotiorum secularium virorum, non secularium causarum. Negotia quippe clericorum, sive criminalia sive civilia fuerint, non nisi apud ecclesiasticum iudicem ventilanda sunt. Unde Adrianus papa ait:

(C.11 q.1 c.48) Non nisi in foro suo clericus audiatur. 20

CLERICUS SIVE LAICUS, SI CRIMINE AUT LITE PULSATUS FUERIT, NON ALIBI QUAM IN FORO SUO PROVOCATUS AUDIATUR.

(C.11 q.1 c.49) Idem.

DE EODEM. 25

Aa 174v In clericorum causa huiusmodi forma servetur, ut nequaquam eorum sententia non a suo iudice dicta constringat.

(QUAESTIO 2) 30

Fr. 642 (C.11 q.2 dictum) ¶ Quod vero culpa illa suspensione digna sit, ex capitulo illo Milevitani concilii liquido constat. Si enim communione privandus est qui clericum

21 Clericus – 23 audiatur *Anselmus 3.89e; Coll. 3 libr. 3.23.5. 26 In – 28 constringat *Anselmus 3.89k; Coll. 3 libr. 2.32.10; Ivo, Decretum 6.273.

Fd

2 Deus //s Fd^{ac} 3 ut aut Fd^{ac} 4 resideat desiderat Fd^{ac}:residerat Fd^{pc} 8 virorum iudiciorum Fd^{ac}: add. sup. lin. vel virorum Fd^{pc} 14 minus congruere c. m. Fd^{ac} 16 negotiorum – virorum sec. vir. neg. Fd^{ac} 20 Non – audiatur clericus sive laicus non nisi in foro suo clericus audiatur Fd^{ac} 27 non – suo dict// Fd^{pc} dicta ?? Fd

ad civilem iudicem crediderit protrahendum, multo magis suspensione dignus est qui sui episcopi iudicium interpellantem ad iudicium seculare protrahere non dubitavit.

5

(QUAESTIO 3)

(C.11 q.3 d.a.c.1) ¶ Sed ponatur, quod hec culpa suspensione digna non fuerit; queritur, utrum sit deponendus qui offitium contra prohibitionem episcopi celebrare ausus est? Sed quod sententia episcopi, sive iusta sive iniusta fuerit, timenda sit, Gregorius testatur, dicens:

(C.11 q.3 c.1) GREGI TIMENDA EST SENTENTIA PASTORIS.

15 Sententia pastoris, sive iusta sive iniusta fuerit, timenda est.

(C.11 q.3 c.4) Item ex concilio Sardicensi, c. 17.

Fr. 643

DE EODEM.

20 Si episcopus forte iracundus (quod non debet esse) cito et aspere commovetur adversus presbiterum sive diaconum, et eum de ecclesia exterminare voluerit, providendum est, ne innocens dampnetur aut perdat communionem. Et ideo habeat potestatem is, qui abiectus est, ut episcopos finitimos interpellet, et causa eius audiatur ac diligentius tractetur. Ille vero episcopus, qui iuste vel iniuste eum abiecit, patienter accipiat, ut negotium discutiatur, vel probetur eius sententia a pluribus, vel emendetur. Tamen prius, quam omnia

25

15 Sententia – 16 est *Summatim reddita, cf. C.11 q.3 d.p.c. 77, pag. ; Ps.-Ulricus, Epistola de continentia clericorum, ed. Mon. Germ. Hist. Lib. de lite 1.255; Gerhohus Reichersbergensis?, Libelli de investigatione Antichristi, ed. Mon. Germ. Hist. Lib. de lite 3.367. Cf. Winroth, Making, 91. Cf. Coll. 10 part. 6.21.1.1* **19 Si – 456: 3 societ** Conc. Sardicense (a. 343), c. 17, ed. Turner, *Eccl. occ. mon.* 1.522-524. Cf. Conc. Cartaginense (a. 419), ed. Munier, CCSL 149.159. Anselmus 3.68, ed. Thaner, 150; Ivo *Decr.* 14.15; *Coll. Trip.* 2.5.10; *Panormia* 5.127; *Polycarpus* 7.1.33. **Si – 28 emendetur** *Coll. 3 libr.* 2.26.7, ed. Motta, 1.348.

Fd

2 suspensio suspitioe *Fd^{bc}* **8 suspensio digna** d. s. *Fd*
11 fuerit – sit sit tenenda *Fd^{bc}* : fuerit sit tenenda *Fd^{bc}* **15 Sententia**
pastoris p. s. *Fd* **19 non – esse** e. n. d. *Fd* **23 abiectus – 24 est** e.
a. *Fd* **25 tractetur** pertractetur *Fd^{bc}* **26 vel iniuste om.** *Fd^{bc}*
patienter accipiat patiatur *Fd^{bc}* : patienter accipiat *Fd^{bc}*

diligenter ac fideliter examinentur, eum, qui fuerat communione privatus, ante cognitionem nullus debet presumere ut communioni societ.

(C.11 q.3 c.5) Item ex concilio Cartaginensi.

DE EODEM.

Fr. 644

Si quis presbiter ab episcopo suo correptus fuerit, debet utique apud vicinos episcopos conqueri, ut ab ipsis eius causa possit audiri, ac per ipsos suo episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, sed superbia (quod absit) inflatus secernendum se ab episcopi sui communione duxerit, ac separatim cum aliquibus scisma faciens sacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur et nichilo minus locum amittat. At si querimoniam iustam adversus episcopum habuerit, inquirendum est.

5

10

(C.11 q.3 c.6) Item ex concilio Antioceno.

15

DE HIS, QUI DAMPNATI A SINODO SACRA MISTERIA CONTINGUNT.

Si quis episcopus dampnatur a sinodo, vel si presbiter aut diaconus a suo episcopo, et ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, sive episcopus iuxta precedentem consuetudinem, sive presbiter aut diaconus, nullo modo liceat ei, nec in alia sinodo, spem restitutionis aut locum satisfactionis habere, sed et communicantes ei omnes abici de ecclesia oportet, et maxime si postquam didicerint adversus memoratos prolatam fuisse sententiam, eisdem communicare temptaverint.

20

25

Fr. 645

(C.11 q.3 c.8) Item ex concilio Agatensi.

6 Si – 14 est Conc. Cartaginense II (a. 390), c. 8, ed. Munier, CCSL 149.16. Anselmus 12.32; Ivo *Decr.* 6.239; *Coll. Trip.* 2.16.5; *Polycarpus* 7.1.22; *Coll. 3 libr.* 2.25.13. ed. Motta, 1.335. **18 Si – 26 temptaverint** Conc. Antiochenum (a. 330 vel 341), versio Dionysiana, c. 4, ed. Turner, *Eccl. occ. mon.* 2.246-249. Anselmus 12.25; Ivo *Decr.* 5.362; *Coll. Trip.* 2.6.2; *Polycarpus* 7.1.18; *Coll. 3 libr.* 2.25.8. ed. Motta, 1.332-333.

Fd

7 apud *om. Fd^{bc}* **9 sed** et *Fd^{ac}* **11 faciens** facientibus *Fd^{bc}*
12 anathema **habeatur** anathemazatur *Fd^{bc}* : anthemazetur *Fd^{bc}*
15 ex *om. Fd* **Antioceno** antioc// *Fd^{bc}* **16 misteria** ministeria *Fd*
18 a sinodo *om. Fd^{bc}* **si** *om. Fd* **22 ei nec** eis n// *Fd^{bc}*
23 satisfactionis ad ministeria? *add. sup. lin. Fd^{bc}* **ei** eis *Fd* **24 et** –
si maxime *Fd^{bc}* **25 memoratos** memoratas *Fd^{bc}* **fuisse** – **26**
sententiam s. f. *Fd*

DE EPISCOPIS QUI INNOCENTES AUT MINIMIS CAUSIS
CULPABILES EXCOMMUNICANT.

Episcopi, si sacerdotali moderatione postposita
innocentes aut minimis causis culpabiles excommunicare
presumpserint, aut ad gratiam baptismi festinantes
5 fortasse recipere noluerint, a vicinis episcopis eiusdem
provinciae litteris moneantur, et si parere noluerint,
communio illis usque ad tempus sinodi a reliquis episcopis
denegetur, ne forte per excommunicationis peccatum
10 excommunicati longo tempore preveniantur.

Fd 41vb

(C.11 q.3 c.9) Item ex concilio Africano.

DE HIS, QUI TEMPORE EXCOMMUNICATIONIS SUE
COMMUNICARE PRESUMUNT.

Placuit universo concilio, ut qui excommunicatus fuerit
15 pro suo neglectu, sive episcopus quilibet sive clericus, et
tempore sue excommunicationis ante audientiam
communicare presumpserit, ipse in se dampnationis
iudicetur protulisse sententiam.

(C.11 q.3 c.27) Item Urbanus.

Fr. 652

20 SENTENTIA PASTORIS TIMENDA EST, LICET INIUSTE
LIGET.

Quibus episcopi non communicant non communicetis,
et quos eiecerint non recipiatis. Valde enim timenda est
sententia episcopi, licet iniuste liget.

25 **(C.11 q.3 c.30)** Item ex concilio Cartaginensi IV.

Fr. 653

3 Episcopi – 10 preveniantur Conc. Agatense (a. 506), c. 3, ed. Munier, CCSL 148.193-194. Ivo *Decr.* 14.16 et 81; *Coll. Trip.* 2.28.2; *Panormia* 5.128. **Episcopi – 9 denegetur** *Coll. 3 libr.* S 7.11. ed. Motta, 2.288. **14 Placuit – 18 sententiam** Conc. Cartaginense (a. 419), c. 29, ed. Munier, CCSL 149.143-144??; Anselmus 12.26; Ivo *Decr.* 5.314; *Coll. Trip.* 3.9.11; *Polycarpus* 7.1.19; *Coll. 3 libr.* 2.25.9. ed. Motta, 1.333. **22 Quibus – 24 liget** Ps.-Urbanus (JK †87) 7[-8??] (ed. Hinschius, 145). Anselmus 6.139, ed. Tanner, et 12.24; Ivo *Decr.* 14.74; *Coll. Trip.* 1.15.3; *Polycarpus* 6.1.3 et 7.1.2; *Coll. 3 libr.* 2.26.10, ed. Motta, 1.349.

Fd

1 minimis inimici *Fd^{ac}* **3 si om.** *Fd^{ac}* **5 festinantes** properantes *Fd*
7 si om. *Fd^{ac}* **12 excommunicationis** sue s. e. *Fd* **17 dampnationis**
– **18 iudicetur** i. d. *Fd^{ac}*: iud//tur d. *Fd^{ac}* **22 episcopi** om. *Fd^{ac}*
23 timenda est om. *Fd^{ac}*

QUI SENTENTIAM EPISCOPI PUTAT ESSE INIUSTAM
RECURRAT AD SINODUM.

Clericus, qui episcopi distriktionem circa se putat
iniustam, recurrat ad sinodum.

(C.11 q.3 c.31) Item Iohannes Crisostomus super 5
epistolam ad Ebreos.

VINCULA ECCLESIASTICA NON SUNT CONTEMPNENDA.

Nemo contempnat vincula ecclesiastica. Non enim
homo est qui ligat, sed Christus, qui hanc potestatem
dedit, et dominos fecit homines tanti honoris. 10

(C.11 q.3 c.32) Item Augustinus de verbis apostoli,
sermone LXXIX

SATHANE TRADITUR QUI AB ECCLESIA
EXCOMMUNICATUR.

Omnis Christianus, dilectissimi, qui a sacerdotibus 15
excommunicatur, sathane traditur: quomodo? scilicet,
quia extra ecclesiam est diabolus, sicut in ecclesia
Christus, ac per hoc quasi diabolo traditur qui ab
ecclesiastica communione removetur. Unde illos, quos
tunc Apostolus sathane esse traditos predicat, 20
excommunicatos a se esse demonstrat.

(C.11 q.3 c.34) Item ex concilio Milevitano.

VICINI EPISCOPI AUDIANT EOS, QUI DE IUDICIIS
EPISCOPORUM SUORUM QUERUNTUR.

Fr. 654 Presbiteri, diaconi, vel ceteri inferiores clerici, si in 25
causis, quas habuerint, de iudiciis episcoporum suorum
conquesti fuerint, vicini eos episcopi audiant, et inter eos
quicquid est diffiniant, adhibiti ab eis ex consensu suorum
episcoporum. Quod si et ab eis provocandum putaverint,
non provocent nisi ad Affricana concilia, vel ad primates 30
suarum provinciarum. Ad transmarina autem qui
putaverint appellandum, a nullo intra Affricam in
communione suscipiantur.

3 Clericus – 4 sinodum *Statuta ecclesiae antiquae* 66, ed. Munier, CCSL
149.350? *Coll. Trip.* 2.18.65; *Coll. 3 libr.* 2.33.28, ed. Motta 1.515.

Fd

1 esse om. *Fd* **9 est om.** *Fd* **10 dominos** dominus? *Fd* **12 LXXIX**
lxviii *Fd* **15 qui a** quia? *Fd* **16 scilicet** – **17 quia** q.s. *Fd*
18 traditur tradi dicitur? *Fd* **21 a se om.**? *Fd*^{bc} **26 quas** quos *Fd*
27 conquesti questi *Fd* **28 diffiniant** finiant *Fd* **consensu** – **29**
episcoporum e. s. c. *Fd* **32 Affricam** africana *Fd*^{bc}

(C.11 q.3 c.35) Item ex concilio Cartaginensi IV.

INIUSTA EPISCOPORUM DAMPNATIO IRRITA ESSE
CENSETUR.

5 Irritam esse iniustam episcoporum dampnationem
censemus, et idcirco a sinodo retractandam.

(C.11 q.3 c.36) Item ex concilio Cartaginensi V.

QUI SUE CAUSE ADESSE ET INNOCENTIAM SUAM
ASSERERE VOLUERIT, INTRA ANNUM HOC FACIAT
EXCOMMUNICATIONIS.

10 Rursus constitutum est, ut quociens clericis convictis
vel confessis in aliquo crimine, vel propter eorum,
quorum verecundie parcitur, vel propter ecclesiae
obprobrium, aut insultationem hereticorum atque
gentilium, si forte cause sue adesse voluerint et
15 innocentiam suam asserere, intra annum
excommunicationis hoc faciant. Si vero intra annum
causam suam purgare contempserint, nulla eorum vox
penitus audiatur.

(C.11 q.3 c.37) Item Gelasius.

20 AUDIENTIAM SIBI NEGAT QUI EXCOMMUNICATIONIS
SUE CAUSAM AGERE INTRA ANNUM DISSIMULAT.

Quicumque intra anni spatium civiliter sive publice
causam suam coram suis excommunicatoribus non
peregerint, ipsi sibi aditum audientie clausisse videantur.
25 Quod si obstinato animo sine communione defuncti
fuerint, nos, illorum causam iuxta beati Leonis
predecessoris nostri sententiam divino iudicio
reservantes, quibus vivis non communicavimus nec
mortuis communicare debemus.

30 **(C.11 q.3 d.p.c.39)** ¶ Sed queritur, si ante dampnati
absolutionem episcopum mori contigerit, utrum

Fr. 655

Fd

5 a sinodo ad sinodum *Fd^{ac}* **7 Qui** que *Fd^{ac}* **sue cause** c. s. *F*
suam *om. Fd* **8 hoc** – **9 excommunicationis** e. h. f. *Fd* **11 eorum**
eos *Fd* **12 ecclesiae** – **13 obprobrium** o. e. *Fd* **13 insultationem**
insolentum insultationem *Fd* **14 sue** s//e *Fd^{ac}* **voluerint** noluerint
Fd **16 vero** *om. Fd* **20 negat** //egat *Fd^{ac}* **21 agere** – **annum** *om.*
Fd^{ac}: intra annum agere *Fd^{ac}* **22 sive** sue *Fd* **23 suis** *om. Fd^{ac}*
25 Quod qui *Fd* **si** sine *Fd^{ac}* **28 communicavimus** communicamus
Fd **nec** eis *Fd^{ac}* **29 debemus** non debemus *Fd*

dampnatus postea valeat absolvi? De his ita statutum est in concilio Epaunensi:

(C.11 q.3 c.40) A SUCCESSORE SOLVATUR QUI POST MORTEM EPISCOPI REMANET LIGATUS.

Si episcopus ante dampnati absolutionem obitu rapiatur, correctum aut penitentem successori licebit absolvere. 5

(C.11 q.3 d.p.c.40) ¶ Premissis auctoritatibus, quibus iniuste sententiae usque ad examinationem utriusque partis parere iubemur, ita respondetur: Gregorius non dicit sententiam iniuste latam esse servandam, sed timendam. Sic et Urbanus. Timenda ergo est, id est non ex superbia contempnenda. Reliquae vero auctoritates de excommunicatis locuntur, qui vel vocati ad sinodum venire contempserunt, vel calliditatibus adversantium occurrere nescientes iniustam sententiam a iudice reportaverunt, vel qui, neglectu suae vite sinistram de se opinionem nasci permittentes, sententiam in se exceperunt. **(C.11 q.3 d.p.c.43)** De his, inquam, et huiusmodi premissis auctoritates locuntur, non de iniuste suspensis. Quod autem iniuste sententiae parendum non sit, multis auctoritatibus probatur. Quarum prima est illa Ieronimi super Matheum: 10 15 20

(C.11 q.3 c.44) SENTENTIA PASTORIS REUM VEL INNOCENTEM NON CONSTITUIT VEL FACIT. 25

Quomodo sacerdos mundum leprosum non facit, sic episcopus vel presbiter non alligat eos, qui insontes sunt, nec, solvit noxios, sed pro officio suo cum peccatorum varietates audierit, scit qui ligandus sit, qui solvendus

(C.11 q.3 c.46) Item Gelasius papa episcopis orientalibus de dampnatione Dioscori. 30

NON EST PETENDA SOLUTIO, CUM INIQUA FERTUR SENTENTIA.

Cui est illata sententia deponat errorem, et vacua est; si iniusta est, tanto curare eam non debet, quanto apud 35

10 Gregorius C.11 q.3 c. 1. **12 Urbanus** C.11 q.3 c. 27.

Fd

2 Epaunensi epauensi *Fd^{pc}* **12 ergo est** est ergo *Fd* **14 locuntur** loquuntur *Fd* **18 opinionem** *om. Fd* **in se** *om. Fd* **19 inquam** itaque *Fd^{pc}*: vel inquam *add. supra lin. Fd^{pc}* **20 locuntur** loquuntur *Fd* **25 constituit vel** *om. Fd^{pc}* **28 solvit** solum? *Fd* **cum** *om. Fd*

Deum et eius ecclesiam neminem potest gravare iniqua sententia. Ita ergo ea se non absolvi desideret, qua se nullatenus perspicit obligatum.

(C.11 q.3 c.47) Item Augustinus de summo bono.

5 DEUS NON NOCET, NEC NOCERI PATITUR ALIQUEM INIUSTE.

Secundum catholicam fidem, nec Dei nature quisquam nocere potest, nec natura Dei nocere iniuste cuiquam potest nec noceri iniuste patitur quemquam. "Qui enim nocet (ut ait Apostolus) recipiet hoc quod nocuit."

Fr. 657

10

(C.11 q.3 c.48) Idem de verbis Domini.

INIUSTA VINCULA DISRUMPIT IUSTITIA.

Cepisti habere fratrem tuum tamquam publicanum: ligas illum in terra, sed ut iuste alliges vide. Nam iniusta vincula dirumpit iustitia. "Quem solveris," inquit, "in terra, solutus erit in celo."

15

(C.11 q.3 c.49) Idem de sermone Domini in monte.

TEMERITAS IUDICANDI NON EI, QUI IUDICATUR, SED IUDICI NOCET.

20

Temerarium iudicium plerumque nichil nocet ei, de quo temere iudicatur. Ei autem, qui temere iudicat, ipsa temeritas necesse est ut noceat.

(C.11 q.3 c.50) Idem ad Clerum Yponiensem.

NON OBEST HOMINI INIUSTA SENTENTIA.

25

Quid obest homini, quod ex illa tabula vult eum delere humana ignorantia, si de libro viventium non eum deleat iniqua conscientia?

(C.11 q.3 c.51) Idem ad Secundinum Manicheum.

Fd

30 papa *om. Fd* 32 iniqua iniq// *Fd^{bc}* 34 est illata illata *Fd^{bc}*: illata est *Fd^{bc}* 1 iniqua – 2 sententia iniquam sententiam *Fd^{bc}* 2 qua quia *Fd^{bc}* 5 non nec *Fd* patitur aliquem a. p. *Fd* 7 quisquam – 8 nocere¹ n. q. *Fd* 8 nocere iniuste i. n. *Fd* 9 potest *om. Fd* iniuste iu? *Fd* 10 quod q// *Fd^{bc}* 13 Cepisti habere *om. Fd* 15 dirumpit dirumpit? *Fd* solveris solvis? *Fd^{bc}* 18 sed – 19 nocet n. s. i. *Fd* 23 Idem item? *Fd^{bc}* Yponiensem *om. Fd^{bc}*: yponiensium *Fd^{bc}* 25 vult non vult *Fd^{bc}* delere recitare *Fd^{bc}* 27 conscientia conscia *Fd^{bc}*

DE EODEM.

Senti de Augustino quicquid libet: sola me in oculis Dei conscientia non accuset.

Fr. 659 **(C.11 q.3 c.57)** Item Ieronimus super epistola Pauli ad Philemonem. 5

APUD DEUM MALEDICITUR QUI MORIBUS DISSONAM PROFERT SENTENTIAM.

Si quis dixerit iustum iniustum, et iniustum iustum, abhominabilis est uterque apud Deum. Similiter qui sanctum, dicit non sanctum, et rursus non sanctum asserit sanctum, abhominabilis apud Deum est. 10

Fr. 660 **(C.11 q.3 c.60)** Item Gregorius in omelia XXVI

LIGANDI VEL SOLVENDI POTESTATE SE PRIVAT QUI HANC INIUSTE EXERCET.

Ipsa ligandi atque solvendi se potestate privat qui hanc pro suis voluntatibus, et non pro subditorum moribus exercet. 15

(C.11 q.3 c.61) Idem.

DE EODEM.

Iudicare digne de subditis nequeunt qui in subditorum causis sua vel odia, vel gratiam secuntur. 20

(C.11 q.3 c.62) Idem.

NON EST VERA PRESIDENTIS ABSOLUTIO, NISI SEQUATUR ARBITRIUM INTERNI IUDICIS.

Tunc vera est absolutio presidentis, cum interni sequitur arbitrium iudicis. Quod bene quatruiduani mortui resuscitatio illa significat, quae videlicet demonstrat, quia Dominus prius mortuum suscitavit et vivificavit, dicens: "Lazare, veni foras," et postmodum is, qui vivus fuerat, egressus a discipulis est solutus, sicut scriptum est. 25 30

(C.11 q.3 c.63) Idem in Registro.

Fd

1 De eodem *Fd: om. Fr.* **4 epistola** epistolam *Fd* **6 moribus** in omnibus *Fd* **8 et – iustum**² *om. Fd* **10 dicit** dixerit *Fd* **rursus** rursus *Fd* **non**² qui non *Fd* **11 apud – est** e. a. d. *Fd* **12 in omelia** omelis *Fd* **15 atque** ac *Fd* **16 pro**² *om. Fd* **18 Idem** item *Fd* **21 sua – secuntur** suam vel gratiam vel odium sequuntur *Fd* **23 absolutio** solutio *Fd* **24 interni** eterni *Fd^{bc}* **25 presidentis** precedentis *Fd^{bc}* **interni** interi// *Fd^{bc}* **28 Dominus – mortuum** p. m. d. *Fd* **29 postmodum is** postmoderis? *Fd*

PRIVILEGIO MERETUR EXUI QUI EODEM ABUTITUR.

Privilegium omnino meretur amittere qui permissa sibi abutitur potestate.

(C.11 q.3 c.64) Idem.

5 IN QUEM CANONICA NON FERTUR SENTENTIA, PENAM
NON DEBET FERRE CANONICAM.

Non debet is penam sustinere canonicam, in cuius dampnatione non est canonica prolata sententia.

10 (C.11 q.3 d.p.c.64) ¶ Ex his datur intelligi, quod Fr. 661
iniusta sententia nullum alligat apud Deum, nec apud
ecclesiam eius aliquis gravatur iniqua sententia, sicut ex
Gelasii capitulo habetur. Non ergo ab eius communione
abstinendum est, nec ei ab offitio cessandum, in quem
15 cognoscitur iniqua sententia prolata. Cur ergo capitula
Cartaginensis et Affricani, atque aliorum conciliorum
prohibent iniuste dampnatum in communione recipi ante
iudicii examinationem? Cur et illud Magontiensis concilii
statutum est:

20 (C.11 q.3 c.65) QUI DAMPNATUR A SINODO QUOMODO
IN SECUNDA INNOCENS REPARETUR.

Episcopus, presbiter aut diaconus a gradu suo iniuste
deiectus, si in secunda sinodo innocens inveniatur non
potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat Fr. 42rb
25 coram altari de manu episcoporum: si episcopus est,
orarium, et baculum et anulum; si presbiter, orarium et
planetam; si diaconus, orarium et albam; si subdiaconus,
patenam et calicem. Sic et reliqui gradus in reparatione
sua recipiant ea, quae, cum ordinarentur, perceperant.

30 (C.11 q.3 d.p.c.65) ¶ Si ergo iniuste deiecti nec etiam
per episcopos reparari possunt, nisi de manibus eorum
recipiant quod amiserant: quomodo sua auctoritate cuique
licet iniuste ligatis communicare, et eis, non petita
absolutione, sua celebrare offitia, sicut Gelasius videtur

21 **Episcopus** – 28 **perceperant** Conc. Toletanum IV (a. 633) 28, ed. Vives, 202-203.

Fd

14 **iniqua** in qua *Fd* **sententia prolata** p. s. *Fd* 15 **atque** et *Fd*
17 **concilii** – 18 **statutum** constitutum *Fd^{pc}*: concilii constitutum *Fd^{pc}*
19 **dampnatur** dampnantur *Fd* 20 **innocens** om. *Fd* **reparetur**
reparentur *Fd* 27 **patenam** patinam *Fd^{pc}* **reparatione** – 28 **sua**
reparationem suam *Fd* 28 **ea** om. *Fd^{pc}* **perceperant** receperant *Fd^{pc}*:
vel perceperant *add. sup. lin. Fd^{pc}*

sentire? Ad hec respondendum est, quod sententia aliquando est iniusta ex animo proferentis, iusta vero ex ordine et causa; aliquando est iusta ex animo et causa, sed non ex ordine; aliquando est iusta ex animo et ex ordine, sed non ex causa. Cum autem ex causa iniusta fuerit, aliquando nullum in eo omnino delictum est, quod sit dampnatione dignum: aliquando non est in eo illud, super quod fertur sententia, sed ex alio nominandus est. Ex animo est iniusta, cum aliquis servata integritate iudicarii ordinis in adulterum vel in quemlibet criminosum non amore iustitie, sed livore odii, vel precio, aut favore adversariorum inductus sententiam profert. Unde Beda super epistolam Iacobi ait: "Ira enim viri iustitiam Dei non operatur:" quia qui iratus in aliquem sententiam profert, etsi ille quantum ad se iustam reportet sententiam, iste tamen, qui non amore iustitie, sed livore odii in eum sententiam dedit, iustitiam Dei, in quem perturbatio non cadit, non imitatur.

(C.11 q.3 c.66) Item Gregorius.

SENTENTIA IUSTITIE NON EST PRO PREMIIS FERENDA.

Qui recte iudicat, et premium remunerationis expectat, fraudem in Deo perpetrat, quia iustitiam, quam gratis impertire debuit, acceptione pecunie vendit.

Fr. 662 **(C.11 q.3 c.67)** Idem Mauricio inperatori.

IN PREPOSITORUM OPERIBUS TOTUM SIBI RATIO VENDICET.

Illa prepositorum sollicitudo utilis est, illa est cautela laudabilis, in qua totum ratio agit, et furor sibi nichil vendicat. Restrungenda sub ratione potestas est, nec quid agendum prius, quam concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam comotionis tempore iustum putat omne quod fecerit.

(C.11 q.3 c.69) Item ex libro ecclesiastice ystorie.

Fd

1 hec hoc? *Fd* **3** est iusta i. e. *Fd* **et**² – **4** ordine¹ sed non ex ordine vel causa *Fd* **4** est iusta i. e. *Fd* **ex**³ *om. Fd* **6** nullum – **eo** in eo n. *Fd* **7** super – **8** quod quod super? *Fd^{ac}*: supra quod? *Fd^{pc}* **8** sententia *om. Fd* **9** aliquis aliq// *Fd^{ac}* **10** in² *om. Fd* **non** *om. Fd^{ac}* **18** imitatur mutatur *Fd^{ac}* **20** iustitie *om. Fd^{ac}* **25** prepositorum prepositorum *Fd^{ac}* **27** est¹ *om. Fd* **31** omne esse *Fd^{ac}*: esse omne *Fd^{pc}*

RATIO DEBET CORRIGERE QUOD FURORE
PROMULGATUM EST.

Cum apud Tessalonicam, seditione exorta, quidam ex
militaribus vir inpetu fuisset populi furentis exstinctus,
5 Theodosius, repentini nuncii atrocitate succensus, ad
ludos Circenses invitari populum, eique ex inproviso
circumfundi milites, atque obtruncare passim, ut quisque
occurrisset, gladio iubet, et vindictam dare non crimini,
sed furori. Ob hoc cum a sacerdotibus Italiae
10 redargueretur, agnovit delictum, culpamque cum lacrimis
professus, publicam penitenciam in conspectu totius
ecclesiae exegit, et in hoc sibi tempus ascriptum absque
regali fastigio patienter inplevit. Quibus omnibus illud
quoque mirabiliter adiecit; leges sanxit in posterum, ut
15 sententiae principium super animadversione prolatae in
diem tricesimum ab executoribus differrentur, quo locus
misericordiae, vel, si res tulisset, penitencie non periret.

(C.11 q.3 c.70) Item Gregorius.

Fr. 663

IN DICTANDIS SENTENTIIS RECTORES NULLO FURORE
20 DUCANTUR.

Summopere precavendum est ut rectores ecclesiae et
qui publica iudicia exercent, in dictandis sententiis
nullatenus levitate aut furore ducti sint precipites, sed
causis prius diligenter ventilatis, cum res, quae
25 ignorabatur, pleniter ad notitiam venerit, divina tunc et
humana lex resolvatur, et secundum quod ibi constitutum
est, remota personarum acceptione, diffinitiva proferatur
sententia. Hinc est quod Moyses querelas populi semper
tabernaculum ingressus ad Dominum referebat, et iuxta
30 quod Dominus inperabat iudicia proponebat, nimirum nos
instituens, ut non ex corde nostro, sed ex precepto divino
condempnationis vel iustificationis sententiam
proferamus.

(C.11 q.3 c.71) Item Augustinus ad Macedonium.

Fd

1 **furore** fulgore *Fd^{bc}* 4 **exstinctus** ext//tus *Fd* 5 **succensus**
succenses *Fd^{bc}* 7 **ut** *om. Fd* 13 **regali fastigio** fasti//o *Fd^{bc}*
16 **locus** loco *Fd* 21 **ut rectores** correctores *Fd^{bc}*; correctores *Fd^{bc}*
22 **sententiis** sententiam *Fd* 25 **divina tunc** t. d. *Fd* 27 **proferatur**
– 28 **sententia** s. p. *Fd* 29 **tabernaculum** – **Dominum** ad dom. tab.
ingressi *Fd*

IUSTUM IUDICIUM VENDI NON POTEST.

Non licet iudici vendere iustum iudicium, etsi liceat advocato vendere iustum patrocinium, et iurisconsulto rectum consilium.

(C.11 q.3 d.p.c.72) ¶ Huic itaque sententiae, quae non amore iustitiae, sed ex alia qualibet causa fertur in quemquam, humiliter obediendum est. **(C.11 q.3 d.p.c.73)** Item sententia est iniusta ex ordine, quando non servato iudiciali ordine quilibet pro culpa sua dampnatur. Unde Gregorius scribit Constantino, Mediolanensi episcopo:

Fr. 664

Fd 42va

(C.11 q.3 c.74) RES DUBIA NON DIFFINIATUR CERTA SENTENTIA.

Grave satis est et indecens, ut in re dubia certa detur sententia.

(C.11 q.3 c.75) Item Augustinus in libro de penitencia. 15

NON CREDANTUR QUAE CERTIS IUDICIIS NON DEMONSTRANTUR.

Quamvis vera sint quaedam, tamen iudici non sunt credenda, nisi certis iudiciis demonstrantur.

(C.11 q.3 c.76) Item Damasus papa. 20

ANTE, QUAM EXAMINENTUR, ALIQUI NON IUDICENTUR.

Eorum, qui accusantur, causas discutere non licet prius, quam canonice vocati ad sinodum veniant, et presens per presentem agnoscat veraciter et intelligat quae ei obiciuntur. Quod et per sapientiam Salomonis dicitur: "Ante, quam scruteris, ne reprehendas. Intellige prius, et tunc increpa. Ante, quam audias, non reprehendas." Et licet apertissima sit contrariorum reprehensio, verumtamen oportet ab his, qui dati sunt ad eorum examinationem, ordinem servari. 25 30

(C.11 q.3 d.p.c.77) ¶ Cum ergo sententia ex ordine iniusta est, nec tunc ab ea recedendum est, quia etiam ante, quam sententia daretur in eum, pro qualitate sui reatus ligatus apud Deum tenebatur. Contingit aliquando, 35

23 Eorum – 31 servari Gelasius () (ed. Hinschius, 519). CLXIV

Fd

1 potest licet *Fd* **7 est** non est *Fd^{bc}* **8 est iniusta** i. e. *Fd* **9 culpa sua** s. c. *Fd* **11 diffiniatur** diffinienda *Fd^{bc}* **26 Quod** qui *Fd^{bc}*: quibus *Fd^{bc}* **33 ab ea** om. *Fd^{bc}* **35 Deum** dominum *Fd*

ut adulter sententiam pro sacrilegio reportet, cuius
 reatum in conscientia non habet. Hec sententia, etsi
 iniusta sit, quia non est in eo crimen, super quod lata est
 sententia, tamen ab eo iuste reportata est, qui ex reatu
 5 adulterii iamdiu apud Deum excommunicatus fuerat. Et in
 hoc casu intelligenda est auctoritas illa Gregorii:
 "Sententia pastoris etc." (§ 1) Iustam sententiam vocat,
 quando crimen subest, super quod fertur: iniustam,
 quando illud non subest, quae tamen timenda vel
 10 servanda est, quia ex alio iam dudum dampnandus erat.
 Unde, cum premisisset Gregorius: "Utrum iuste an
 iniuste obliget pastor, pastoris tamen sententia timenda
 est gregi," subsecutus adiecit: "Ne is, qui subest, et cum
 iniuste forsitan ligatur, ipsam obligationis sue sententiam
 15 ex alia culpa mereatur. Pastor ergo vel absolvere
 indiscrete timeat, vel ligare. Is autem, qui sub manu
 pastoris est ligari timeat vel iniuste, nec pastoris sui
 iudicium temere reprehendat: ne, etsi iniuste ligatus est,
 20 ex ipsa tumide reprehensionis superbia culpa, quae non
 erat, fiat." (§ 2) Aliquando nullum subest crimen, et
 tamen vel odio iudicis, vel factione inimicorum obpositam
 sibi sententiam dampnationis in se excipit. Unde
 Gregorius ait:

Fr. 665

(C.11 q.3 c.78) QUOT MODIS HUMANUM IUDICIUM
 25 PERVERTITUR.

Quatuor modis humanum iudicium pervertitur: timore,
 dum metu potestatis alicuius veritatem loqui
 pertimescimus; cupiditate, dum premio animum alicuius
 corrumimus; odio, dum contra quemlibet adversarium
 30 molimur; amore, dum amico vel propinquo prestare
 contendimus.

11 Utrum – 20 fiat Polyc. 7.1.35.

Fd

1 reportet portet Fd 4 sententia om. Fd ab – iuste i. a. e. F
 reportata est reportatur Fd 6 auctoritas illa i. a. Fd^{ac}: i. a. illa Fd^p
 Gregorii gregorius(?) Fd 8 super – 9 subest om. Fd 9 tamen om.
 Fd^{ac} 10 alio aliq// Fd 12 obliget pastor liget Fd^{ac}: liget pastor Fd^p
 tamen om. Fd timenda – 13 gregi eggrege timenda est Fd^{ac}: gregi
 timenda est Fd^{ac} 17 est – pastoris² om. Fd^{ac} 18 reprehendat
 reprehendit Fd 19 ex om. Fd^{ac} 24 Quot quattuor Fd 28 animum
 alicuius al. an. Fd 29 contra esse Fd^{ac} 30 amore – 31
 contendimus om. Fd^{ac}

(C.11 q.3 d.p.c.78) ¶ Quam grave vero sit vel odio, vel amicitia, vel munere, vel metu, vel quolibet modo iudicium pervertere Augustinus testatur dicens:

(C.11 q.3 c.79) DE HIS, QUI ALIQUO MODO IUDICIUM PERVERTUNT.

5

Quicumque aut consanguinitate, aut amicitia, vel hostili odio, vel inimicitis in iudicando ducitur, pervertit iudicium Christi, qui est iustitia, et fructum illius vertit in amaritudinem.

(C.11 q.3 c.80) Idem ad Casulanum.

10

DE HIS, QUI METU POTESTATIS VERITATEM OCCULTANT.

Quisquis metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se provocat, quia magis timet hominem quam Deum. Et post pauca: **(§ 1)** Uterque reus est, et qui veritatem occultat, et qui mendacium dicit, quia et ille prodesse non vult, et iste nocere desiderat.

15

(C.11 q.3 c.81) Item.

DE EODEM.

Nemo peritorum aut prudentium putet, quod minus sit periculum in verbis lingua mentiando, quam manibus sanguinem fundendo. Melius est autem pro veritate pati supplicium, quam pro adulatione beneficium.

20

Fr. 667 **(C.11 q.3 d.p.c.86) ¶** Hec sententia potius iudicem ledit quam eum, in quem fertur. Unde Augustinus ait:

25

(C.11 q.3 c.87) INIUSTE ALIQUEM ANATHEMATIZANS SIBI, NON ALII NOCET.

Illud plane non temere dixerim, quod si quisquam fuerit fidelium anathematizatus iniuste, ei potius oberit, qui facit, quam ei qui hanc patitur iniuriam. Spiritus enim sanctus habitans in sanctis, per quem quisque ligatur aut solvitur, inmeritam nulli ingerit penam. Per eum quippe diffunditur karitas in cordibus nostris, quae non agit perperam. Pax ecclesiae dimittit peccata, et ab ecclesiae pace alienis tenet peccata non secundum arbitrium hominum, sed secundum arbitrium Dei. Petra tenet, petra dimittit; columba tenet, columba dimittit.

30

35

Fd

1 grave vero v. g. *Fd* **6 amicitia** am. metu *Fd* **14 quia** qui *Fd^{ac}*
17 et om. *Fd* **22 pati** om. *Fd* **29 fuerit fidelium** fi. fu. *Fd* **oberit**
 obierit *Fd^{ac}*

(C.11 q.3 d.p.c.87) ¶ Item Salomon: "Sicut avis in incertum volans, et passer quolibet vadens, sic maledictum frustra prolatum venit super eum, qui misit illud."

5 (C.11 q.3 c.88) Item Gregorius in omelia xxvi.

CUIUS VITA OFFITIO NON CONGRUIT, ALIOS LIGATUS SOLVIT. Fd 42vb

Plerumque contingit, ut iudicis locum teneat, cui ad locum vita minime concordat, ac sepe agitur, ut vel dampnet inmeritos, vel alios ipse ligatus solvat, sepe in solvendis ac ligandis subditis sue voluntatis motus, non autem causarum merita sequitur. Unde fit, ut ipse ligandi et solvendi potestate se privet etc. Et infra: (§ 1) Sepe fit, ut erga quemlibet proximum odio vel gratia moveatur pastor. Iudicare autem de subditis digne etc. Et infra: Unde recte per prophetam dicitur: "Mortificabant animas, quae non moriuntur, et vivificabant animas, quae non vivunt." Non morientem quippe mortificat qui iustum dampnat, et non victurum vivificare nititur qui reum a supplicio solvere conatur. (§ 2) Cause ergo pensande sunt, et tunc ligandi ac solvendi potestas exercenda. Videndum est, quae culpa precessit, et quae sit penitentia secuta post culpam, ut quos omnipotens Deus per conpunctionis gratiam visitat, illos pastoris sententia absolvat. Tunc enim vera est absolutio etc. Et infra: (§ 3) Ex qua consideratione intuendum est, quod illos debemus nos per pastoraalem auctoritatem solvere, quos auctorem nostrum cognoscimus per suscitantem gratiam vivificare. Et infra: (§ 4) Veniat itaque foras mortuus, id est culpam confiteatur peccator. Venientem vero foras discipuli solvunt, quia pastores ecclesiae ei debent penam amovere, quam meruit qui non erubuit confiteri quod fecit. (§ 5) Hec de solutionis ordine breviter diximus, ut sub magno moderamine pastores ecclesiae vel solvere debeant, vel ligare.

(C.11 q.3 c.89) Item Calixtus papa.

Fd

13 potestate se se p. Fd Sepe – 15 infra om. Fd^{ac}: add. in marg. Fd^{pc}
 17 animas om. Fd^{ac} 19 victurum victorum Fd^{ac} 22 precessit om. Fd
 24 pastoris sententia s. p. Fd 26 debemus nos n. d. Fd
 27 auctorem auctoritatem Fd^{ac} nostrum nostr// Fd^{ac} 29 foras om.
 Fd^{ac} id est et Fd^{ac}: id est et Fd^{pc} 31 solvunt solv//t Fd^{pc}
 amovere amonere Fd^{pc}

VIRIBUS CARET SENTENTIA INIUSTE PROLATA.

Iniustum iudicium et diffinitio iniusta, regio metu et iussu, aut cuiuscumque episcopi aut potentis a iudicibus ordinata vel acta, non valeat.

(C.11 q.3 c.90) Item Augustinus super psalmum cii. 5

PREMIUM MERETUR QUI INIUSTE MALEDICITUR.

Qui iustus est, et iniuste maledicatur premium illi redditur.

(C.11 q.3 d.p.c.90) ¶ Hic etsi, ut dictum est, non teneatur ligatus apud Deum, sententiae tamen parere debet, ne ex superbia ligetur qui prius ex puritate conscientiae absolutus tenebatur. (§ 1) Item est quando contra equitatem sententia fertur, veluti quando subditi non possunt cogi ad malum, scientes obedientiam non esse servandam prelati in rebus illicitis. 10
15

Fr. 669 **(C.11 q.3 c.91)** Unde Euticianus papa ait:

NON EST OBEDIENDUM EPISCOPO, QUI PRO HERETICIS MISSAM CANERE IUBET.

Si quis episcopus aut abbas presbitero aut monacho suo iusserit missas pro hereticis cantare, non licet. Non enim expedit obedire eis. 20

(C.11 q.3 c.92) Item Augustinus.

PRECEPTIS NON OBEDIRE MULTOCIENS EXPEDIT.

Non semper malum est non obedire precepto; cum enim Dominus iubet ea, quae Deo sunt contraria, tunc ei obediendum non est. 25

(C.11 q.3 c.93) Item Ieronimus in epistola ad Ephesios.

DE EODEM.

Si dominus iubet ea, quae non sunt contraria sacris scripturis, subiciatur domino servus. Sin vero contraria precipit, magis obediat spiritus quam corporis domino. Et infra: (§ 1) Si bonum est quod precipit inperator, iubentis 30

Fd

2 diffinitio //iffinitio *Fd^{bc}* **4 acta** facta *Fd^{bc}* **11 puritate** pravitate *Fd^{bc}* **20 enim** *om. Fd^{bc}* **23 non** *post* multociens *Fd^{bc}* **25 ea** *om. Fd* **sunt contraria** c. s. *Fd* **30 iubet ea** e. i. *Fd* **contraria** adversa *Fd* **31 Sin** si *Fd* **32 corporis** corpus *Fd^{bc}* **33 est** *om. Fd*

exsequere voluntatem; si malum responde: "Oportet Deo magis quam hominibus obedire."

(C.11 q.3 c.94) Item Ambrosius.

5 NON SUNT AUDIENDI QUI CONTRA DEUM ALIQUID IUBENT.

Iulianus inperator, quamvis esset apostata, habuit tamen sub se Christianos milites, quibus cum dicebat, producite aciem pro defensione reipublice, obediebatur ei. Cum autem diceret eis, producite arma in Christianos, tunc cognoscebant inperatorem celi.

(C.11 q.3 c.95) Item Fabianus papa.

NON IUBET ALIQUID INIUSTUM QUI DEUM TIMERE PROBATUR.

15 Qui omnipotentem Deum metuit, nec contra evangelium nec contra apostolos, nec contra prophetas vel sanctorum Patrum instituta agere aliquid ullomodo consentit.

(C.11 q.3 c.100) Item Ysidorus.

Fr. 671

20 APUD DEUM MALEDICITUR QUI PECCANTIBUS CONSENTIT.

Qui consentit peccantibus, et defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum et homines, et corripietur increpatione severissima. Hinc et quidam sanctissimus Pater ait: "Si quis peccantem defendit, acrius quam ille, qui peccavit, coherceatur." Hinc etiam alius Pater ait: "Si quis alterius errori consentit, sciat se cum illo simili modo culpabilem iudicandum."

(C.11 q.3 c.101) Item Ysidorus.

30 NON EST OBEDIENDUM QUOD CONTRA DEUM PRECIPITUR.

Si is, qui preest, fecerit, aut cuiquam quod a Domino prohibitum est facere iusserit, vel quod preceptum est preterierit aut preterire mandaverit, S. Pauli apostoli sententia ingerenda est, dicentis: "Etiam si nos aut angelus

Fd 43ra

34–472: 2 Gal. 1:8.

Fd

2 quam – obedire o. q.h. *Fd* **4 Deum** dominum *Fd* **8 aciem** ad diem *Fd^{ac}* **21 alium** aliquem *Fd* **24 Pater** papa *Fd^{ac}* **25 etiam** et *Fd* **32 preceptum** scriptum *Fd*

de celo evangelizaverit vobis anathema sit, preterquam quod vobis evangelizavimus." Idem: (§ 1) Si quis prohibet nobis quod a Domino preceptum est, vel rursus inperat fieri quod Dominus fieri prohibet, execrabilis sit omnibus, qui diligunt Deum. Idem: (§ 2) Is, qui preest, si preter voluntatem Dei, vel preter quod in scripturis sanctis evidenter precipitur, vel dicit aliquid, vel inperat tamquam falsus Dei testis aut sacrilegus habeatur.

(C.11 q.3 d.p.c.101) ¶ Cum ergo subditi excommunicantur, quia ad malum cogi non possunt, tunc sententie non est obediendum, quia iuxta illud Gelasii: "Nec apud Deum, nec apud ecclesiam eius, quemquam gravat iniqua sententia." (§ 1) Quod autem supra communicantes excommunicatis de ecclesia abici iubentur, non de quolibet modo communicantibus intelligendum est. Unde Nicolaus papa Igmario, Remorum Archiepiscopo:

(C.11 q.3 c.102) DE HIS, QUI CUM EXCOMMUNICATIS COMMUNICANT.

Excellentissimus rex Karolus apostolatum nostrum consuluit, quid sit agendum de his, qui communicant cum his, qui cum Engiltruda sepe dampnata communicant femina, quoniam eam cum communicatoribus suis et fautoribus pari vinculo anathematis constat esse astrictam. Quapropter nunc beatitudini tue iniungimus, ut, super hoc nostra auctoritate fretus, curam de his sumere studeas, et quia docta divinitus sanctitas tua valde novit, aliud esse ex necessitate, aliud ex ignorantia, atque aliud, quod studio delinquitur, istudque posterius duobus prioribus strictius esse puniendum, idcirco sollerter invigilet, et cauta districtione singulorum modos diiudicet, quatinus hi qui ex necessitate vel ignorantia delinquunt auctoritate nostra per te absolvantur: si tamen ipsa eorum ignorantia, vel necessitas vera, et non simulata, vel non ex voluntate processerit, quia, ut bene nosti, sunt plerique qui possunt quidem, sed nolunt recta

Fd

1 vobis anathema *post evangelizavimus Fd* **2 Idem** *item Fd* **4 fieri**² *om. Fd^{ac}* **6 scripturis sanctis** *sa. sc. Fd* **8 Dei – aut** *testis dei Fd^{ac}: testis dei aut Fd^{ac}* **11 non est** *verba duplicata Fd^{ac}* **16 papa** *p. scribit Fd* **Igmario** *?? Fd* **21 consuluit** *consulit Fd* **sit agendum** *a. s. Fd* **22 Engiltruda** *engeldrude Fd^{ac}* **24 esse** *om. Fd* **26 nostra** *vestra Fd^{ac}* **fretus** *freti Fd* **27 studeas** *studeat Fd* **docta** *doctam Fd^{ac}* **29 quod** *quidem Fd* **istudque** *istud Fd^{ac}* **32 hi** *Fd*

nosse. Unde Psalmista de huiusmodi: "Noluit," inquit,
 "intelligere, ut bene ageret." Illos autem, qui studio suo
 obligantur, et contemptu interdicta nostra postponunt,
 non nisi digna satisfactione preveniente volumus a te
 5 prorsus absolvi.

(C.11 q.3 c.103) Item Gregorius VII

DE HIS, QUI SINE CULPA EXCOMMUNICATIS
 COMMUNICANT.

10 Quoniam multos peccatis nostris exigentibus pro causa
 excommunicationis perire cottidie cernimus, partim
 ignorantia, partim nimia simplicitate, partim timore,
 partim etiam ex necessitate, devicti misericordia
 anathematis sententiam ad tempus, prout possumus,
 15 temperamus. Apostolica itaque auctoritate ab anathematis
 vinculo hos subtrahimus, videlicet uxores, filios, servos,
 ancillas, seu mancipia, nec non rusticos et servientes, nec
 non et omnes alios, qui non adeo curiales sunt, ut eorum
 consilio scelera perpetrentur, et eos, qui ignoranter
 20 excommunicatis communicant, sive illos, qui
 communicant cum illis, qui excommunicatis
 communicant. Quicumque autem aut orator, sive
 peregrinus, aut viator in terram excommunicatorum
 devenerit, ubi non possit emere vel non habeat unde emat,
 ab excommunicatis accipiendi damus licentiam. Et si quis
 25 excommunicatis non in sustentatione superbie, sed
 humanitatis causa dare aliquid voluerit, non prohibemus.

Fr. 673
 Aa 181v

(C.11 q.3 c.104) Item Bonifatius martir Zacharie
 papae.

30 DE BONIFATIO, QUI EXCOMMUNICATIS ET
 PSEUDOEPISCOPIS SE NON COMMUNICATURUM IURAVIT.

Antecessor predecessoris vestri venerande memorie
 Gregorius, dum me indignum ordinavit et ad
 predicandum verbum Dei Germanicis gentibus misit,
 sacramento me astrinxit, ut canonicis et iustis episcopis et

1–2 Ps. 35:4

Fd

3 contemptu contemptum *Fd^{ac}* **4 preveniente** //veniente *Fd^{ac}*
10 perire cottidie c. p. *Fd* **11 simplicitate** – **12 etiam** *om. Fd^{ac}*
17 omnes alios a. o. *Fd^{ac}* **21 orator** – **22 peregrinus** p. s. o. *Fd*
23 ubi non // ut *Fd^{ac}* **24 damus licentiam** l. d. *Fd* **25 in**
sustentatione ostensione *Fd^{ac}*; ostentatione *Fd^{ac}* **26 humanitatis**
humilitatis *Fd* **29 et a** *Fd^{ac}* **30 iuravit** iu// *Fd^{ac}* **34 astrinxit**
astrinxi *Fd*

presbiteris in verbo et facto et consensu astipulator et
 adiutor fierem. Hoc autem cum divina gratia implere
 studui; falsos autem sacerdotes ypocritas et seductores
 populorum vel corrigerem ad viam salutis, vel declinarem
 et abstinere a communione ipsorum; quod ex parte 5
 servavi, et ex parte custodire et implere non potui; sed
 spiritualiter inplevi sacramentum, quia in consensum et in
 consilium eorum non venit anima mea, corporaliter autem
 ab eis omnino abstinere non potui. Dum enim venissem
 ad principem Francorum cogente ecclesiarum necessitate, 10
 non tales ibi reperi quales volui, sed tamen in sancta
 communione corporis Christi illis non communicavi.

(C.11 q.3 c.105) Item Zacharias papa Bonifatio
 martiri.

EXCOMMUNICATIS NON COMMUNICAT QUI EIS ANIMO 15
 NON CONSENTIT.

Quod predecessor noster beate memorie Gregorius,
 huius sedis apostolice presul, dum ad predicandum
 verbum evangelii tuam misisset fraternitatem in
 Germanie partibus et gentibus illis paganis, et verbo 20
 pollicitationis illam voluit esse ante munitam, ita ut
 orthodoxos episcopos, presbiteros, vel quoscumque
 reperire potuisses in verbo exhortationis perfectos,
 amplius confirmares, et eis communicares (quod et factum
 est); si quos vero seductores episcopos aut 25
 pseudopresbiteros a recto fidei tramite deviantes
 reperisses, nulla tibi cum eis esset communio, quod te,
 Deo solatiante, usque ad presens spiritualiter servasse
 confessus es, vel, si omnino propter principalem et
 humanum favorem gentis Francorum, dum ad eos 30
 accessisses, corporaliter abstinere non valuisti cogente
 ecclesiarum Dei necessitate, et tamen in eorum consilio et
 communionis consensu anima tua non est coinquinata:
 itaque propter hoc, quod cum eis conversatus es, non
 consentiens iniquitati eorum, nullum tibi est detrimentum 35
 coram Deo.

Fd 36 Deo Fd]

1 et² in *Fd* **6 et implere** *om. Fd^{ac}* **sed – 9 potui** *om. Fd^{ac}*
7 inplevi impleri *Fd^{ac} : om. Fd^{ac}* **11 ibi** *om. Fd* **18 huius** hoc *Fd^a*
dum cum *Fd* **21 pollicitationis** pollicitationibus *Fd^{ac}* **27 quod** quid
Fd^{ac} **28 solatiante** salvante *Fd* **33 tua** *om. Fd^{ac}* **est** *om. Fd*
35 tibi *om. Fd*

(CAUSA 12)

(C.12) ¶ Quidam clerici propria relinquere volunt; de suis et ecclesiae rebus testamenta conficiunt; de rebus ecclesiae nonnulla largiuntur. Modo primum queritur: Utrum clericis liceat proprium habere? SECUNDO, an res ecclesiae, quae ab eis date sunt, possint constare aliqua firmitate eis, qui eas acceperunt? TERTIO, si ante tempus sue ordinationis, qui nichil habere videbantur et post ordinationem aliqua invenisse noscuntur, an possint ea quibus voluerint, relinquere an non? QUARTO, si de suis et ecclesiae rebus aliqua acquisisse noscuntur, an utrique communiter, an singulariter ecclesiae vel sacerdoti iure proveniant? QUINTO, si testamenta eis liceat conficere?

Fr. 675

Fd 44ra

Aa 182v

Bc 170rb

Bc 170va

(QUAESTIO 1)

(C.12 q.1 d.a.c.1) ¶ Clericos nichil possidere multis auctoritatibus iubetur. Ait enim Tolletanum concilium:

(C.12 q.1 c.1) INPUBERES ET ADOLESCENTES, IN UNO CONCLAVI MANENTES, PROBATISSIMO SENIORI DEPUTENTUR.

Omnis etas ab adolescentia in malum prona est. Nichil incertius quam vita adolescentium. Ob hoc constituere oportuit, ut, si qui inpuberes, aut adolescentes in clero existunt, omnes in uno conclavi atrii conmaneant ut lubrice etatis annos non in luxuria, sed in disciplinis ecclesiasticis agant, deputati probatissimo seniori, quem et magistrum doctrine, et testem vite habeant.

(C.12 q.1 c.5) Item Ieronimus ad Nepotianum.

CLERICUS NICHIL SECULARE POSSIDEAT.

Clericus, qui Christi ecclesiae servit, interpretetur primum vocabulum suum, et, nominis diffinitione prolata, nitatur esse quod dicitur. Si enim (Graece) klêros grece latine sors appellatur, propterea clerici dicuntur, quia de sorte Domini sunt, vel quia ipse Dominus sors, id est pars, clericorum est. Et quia vel ipse pars Domini est, vel Dominum partem habet, talem se exhibere debet, ut ipse possideat Dominum, et ipse possideatur a Domino. Qui Dominum possidet et cum Propheta dicit: "Pars mea Dominus," nichil extra Dominum habere potest. Quod si quippiam aliud habuerit preter Dominum, pars eius non

Aa 183r

21 Omnis – 27 habeant Conc. Toletanum IV (a. 633) 24 (ed. Vives, 201).

- erit Dominus; verbi gratia, si aurum, si argentum, si possessiones, si variam suppellectilem, cum istis partibus Dominus non dignatur fieri pars eius. Si autem ego pars Domini sum, et funiculus hereditatis eius, non accipio partes inter ceteras tribus, sed quasi Levita et sacerdos vivo de decimis, et altari serviens altaris oblatione sustentor. Habens victum et vestitum, his contentus ero, et nudam crucem nudus sequor. 5
- Bc 170vb
- (C.12 q.1 c.8)** Item Gregorius Augustino Anglorum episcopo. 10
- CLERICI NICHIL POSSIDEANT PROPRIUM.
- Quia tua fraternitas monasterii regulis erudita seorsum non debet fieri a clericis suis in ecclesia Anglorum, quae auctore Deo nuper ad fidem perducta est, hanc debet instituere conversationem, quae in inicio fuit Patribus nostris, in quibus nullus eorum ex his, quae possidebat, proprium habebat, sed erant illis omnia communia. (§ 1) Si qui vero sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui se non possunt continere, sortiri uxores debent, et stipendia sua accipere exterius, quia et de eisdem Patribus novimus scriptum: “quod dividebant prout cuique opus erat”. De eorum quoque stipendio cogitandum atque providendum est, et sub ecclesiastica regula sunt tenendi, ut bonis moribus vivant, et canendis psalmis invigilent, et ab omnibus illicitis cor, et linguam, et corpus Deo auctore conservent. (§ 2) Communiter autem viventibus iam de faciendis porcionibus, vel exhibenda hospitalitate, et adimplenda misericordia a nobis quid erit loquendum, cum omne, quod superest necessitatibus in causis piis ac religiosis erogandum est? Domino magistro omnibus dicente: “Quod superest date elemosinam, et omnia munda sunt vobis”. 25
- Aa 183v
- (C.12 q.1 c.9)** Item Urbanus papa omnibus catholicis. 30
- Bc 171ra
- CLERICIS OMNIA COMMUNIA ESSE DEBENT.
- Scimus vos non ignorare, quia hactenus vita communis inter omnes Christianos viguit, et adhuc Dei gratia viget, et maxime inter eos, qui in sorte Domini sunt electi, id est clericos, sicut in Actibus apostolorum legitur: “Multitudinis autem credentium erat cor unum, et anima una, nec quisquam eorum, quae possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia”. 40
- Fd 44rb

(C.12 q.1 c.10) Item Augustinus in sermone de communi vita clericorum.

DE EODEM.

5 Nolo, ut aliquis de nobis inveniatur male vivendi
 occasionem. Providemus enim bona, ut ait Apostolus, non
 solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus.
 Propter nos conscientia nostra nobis necessaria est,
 propter vos fama nostra non pollui, sed pollere debet in
 vobis. Due sunt res, conscientia et fama. Conscientia
 10 necessaria est tibi, fama proximo tuo. Qui fidens
 conscientie negligit famam suam, crudelis est. Et infra: (§
 1) Nulli in societate nostra licet aliquid habere proprium;
 sed forte aliqui habent, nulli licet, sed qui habuerint
 faciunt quod non licet. Et post pauca: (§ 2) Enthecam
 15 habere non licet. Non est episcoporum aurum servare, et a
 se revocare mendicantis manum. Cottidie tam multi
 petunt, tam multi gemunt, tam multi inopes nos
 interpellant, ut plures tristes relinquamus, quia quod dare
 omnibus possimus non habemus. Non habemus ergo
 20 enthecā. Et infra: (§ 3) Qui habuerit proprium, vel
 habere voluerit, et de proprio vivere, et contra precepta
 ista facere, parum est ut dicam, non me cum manebit, sed
 nec clericus erit. Dixeram enim, et scio me dixisse, ut si
 nolent etiam suscipere socialem vitam me cum, non illis
 25 tollerem clericatum, seorsum manerent, seorsum
 viverent. Malui enim habere vel claudos, quam plangere
 mortuos. Qui enim ypocrita est mortuus est. Quomodo
 ergo, quicumque voluisset extra manere, et de suo vivere,
 non tollerem clericatum ei? ita modo, quia placuit eis Deo
 30 propitio hec socialis vita, quisquis cum ypocrisi faciat
 testamentum, sed delebo eum de tabula clericorum. Item:
 (§ 4) Qui non vult me cum manere et in communi vivere,
 habeat libertatem, sed videat, utrum habere possit
 felicitatis hereditatem.

Bc 171rb

35 (C.12 q.1 c.14) Item Gregorius Felici episcopo de
 Acropoli.

Aa 184r

DIACONI VEL QUELIBET RELIGIOSE PERSONE
 REGULAREM VITAM DUCERE COGANTUR.

40 Quoniam Velina, Vixentina, et Blandina ecclesiae, tibi
 in vicino constitute sunt, propterea fraternitati tue earum
 solemniter operam visitationis iniungimus, illud pre
 omnibus conponentes, ut, ubicumque prefatarum
 ecclesiarum, sive dioceseos earum, vel diaconi vel

religiose persone invente fuerint, districte ac canonicè vivant.

(C.12 q.1 d.p.c.17) ¶ His omnibus claret, quod clericis nullo modo licet habere quid proprium; quod si habuerint, non clerici erunt, non tamen clericatus eis tollendus est. Unde Augustinus ait in eodem sermone: 5

(C.12 q.1 c.18) CLERICATUS NON TOLLITUR EIS, QUI VOLUNT HABERE ALIQUID PROPRIUM.

Bc 171va Certe ego sum qui statueram, nullum ordinare clericum, nisi qui me cum vellet manere, ut si vellet a proposito discedere, recte illi tollerem clericatum. Ecce in conspectu Dei et vestro muto consilium. Qui volunt aliquid habere proprium, quibus non sufficit Deus et ecclesia eius, maneant ubi volunt et ubi possunt, non eis aufero clericatum, nolo habere ypocritas. Malum esse quis nesciat? Malum est cadere a proposito, sed peius est simulare propositum. Et post pauca: **(§ 1)** Si non servat sanctitatem foris, dimidius cecidit: si intus habuerit simulationem, totus cecidit. Nolo, ut habeat necessitatem simulandi. Scio, quomodo homines amant clericatum. Nemini eum tollo nolenti me cum communiter vivere. 10 15 20

(C.12 q.1 d.p.c.18) ¶ Econtra sunt alie auctoritates, quibus conceditur propria habere, non solum aliis sed etiam episcopis. Unde in concilio Agatensi legitur:

(C.12 q.1 c.19) DE REBUS PROPRIIS VEL ACQUISITIS EPISCOPI HEREDIBUS SUIS RELIQUANT. 25

Episcopi de rebus propriis vel acquisitis, vel quicquid de proprio habent, heredibus suis, si voluerint, derelinquant. Quidquid vero de provisione ecclesiae sue fuerit sive de agris, sive de frugibus, sive de oblationibus, omnia in iure ecclesiae reservare censuimus. 30

(C.12 q.1 c.20) Item ex concilio Martini papae.

DE EODEM.

Bc 171vb Manifesta autem debent esse quae ad ecclesiam pertinent his, qui circa episcopos sunt, presbiteris et diaconis, ut, si episcopo contigerit inopinatus transitus, res ecclesiae nullo modo possint minui et perire; neque res proprie episcopi inopportunitatem patiantur pro rebus ecclesiae, ut nec ecclesia dampnum incurrat, nec episcopus in suis rebus pro rebus ecclesiae proscribatur. 35 40

34 Manifesta – 8 proscribatur Martinus Bracarenis, *Capitula* 15 (ed. Vives, 90).

(C.12 q.1 c.21) Idem statutum est in canonibus Apostolorum, in quibus legitur:

Fd 44va

DE EODEM.

5 Sint manifeste res proprie episcopi (si tamen habet proprias), et manifeste dominice, ut potestatem habeat de propriis moriens episcopus sicut voluerit et quibus voluerit derelinquere, nec sub occasione ecclesiasticarum rerum ea, quae episcopi probantur esse, interdican-
10 tur. Fortassis enim aut uxorem habet, aut filios, aut propinquos, aut servos. Et iustum est hoc apud Deum et homines, ut nec ecclesia patiatur detrimentum ignorantia rerum pontificis, nec episcopi vel eius propinqui sub obtentu ecclesiae proscribantur, et in causas incidant qui ad eum pertinent, mortis quae eius iniuriis infamentur.

Aa 184v

15 (C.12 q.1 c.22) Item in eisdem canonibus.

EX REBUS ECCLESIAE, SI EPISCOPUS INDIGET, SIBI ET SUIS NECESSARIA SUMAT.

20 Ex his autem, quibus episcopus indiget, (si tamen indiget), in suas necessitates et peregrinorum fratrum usus et ipse percipiat, ut nichil ei possit omnino deesse. Lex enim Dei precipit, ut qui altario deserviunt pascantur ex ipso.

(C.12 q.1 c.23) Item ex concilio Antioceno, c. 25.

RES ECCLESIASTICAS EPISCOPUS DISPENSET.

25 Episcopus ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes, qui indigent; cum summa reverentia et timore Dei. Participet et autem et ipse quibus indiget, (si tamen indiget), tam in suis quam fratrum, qui ab eo suscipiuntur, necessariis usibus profuturis, ita ut nulla qualibet occasione fraudentur,
30 iuxta sanctum Apostolum sic dicentem: "Habentes victum et tegumentum, his contenti sumus". Quod si contentus istis minime fuerit, convertat autem res ecclesiae in suos domesticos usus, et eius commoda vel agrorum fructus
35 non cum presbiterorum diaconorum quae conscientia pertractet, sed horum potestatem domesticis suis, aut propinquis, aut fratribus filiis quae committat, ut per huius modi personas occulte res ledantur ecclesiae, sinodo provincie penas iste persolvat. Si autem et aliter accusatur
40 episcopus, aut presbiteri, qui cum ipso sunt, quod ea, quae pertinent ad ecclesiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet ecclesiastica facultate sibimet usurpent, ita ut ex hoc

Bc 172ra

pauperes affligantur, criminationi vero et blasphemis tam sermo predicationis, quam hii, qui dispensant, taliter exponantur, et hoc oportet corrigi, sancta sinodo id quod concedet comprobante.

(C.12 q.1 c.24) Item in canonibus Apostolorum. 5

RES ECCLESIAE SINT IN EPISCOPI POTESTATE.

Precipimus, ut in potestate sua ecclesiae res episcopus habeat. Si enim anime hominum preciose illi sunt credite, multo magis oportet eum curam de pecuniis agere ita ut potestate eius indigentibus omnia dispensentur per presbiteros et diacones, et cum timore et omnia sollicitudine ministrentur. Ex his autem, quibus indiget etc. ut supra. 10

(C.12 q.1 d.p.c.24) ¶ Cum ergo in concilio Agatensi, et Martini papae, et in canonibus Apostolorum dicatur: 15

Bc 172rb "Sint manifeste res proprie episcopi," cum in eisdem canonibus, et in concilio Antioceno precipiatur, ut episcopus participet res ecclesiae, si tamen indiget, nonne patenter ostenditur, quod episcopus habeat libere propria? 20

Aa 185r Dicendo enim: "si indiget rebus ecclesiae," notat eum habere propria, quae forte suis necessitatibus non sufficiunt. Quomodo ergo clericus, si proprium habere voluerit, clericus non erit, et episcopus habens propria non solum non desinit esse episcopus, verum etiam cunctas ecclesiasticas facultates in sua iubetur habere potestate? **(§ 1)** Sed notandum est, episcopos orientales uxores habere et filios, quosdam autem ex nostris partibus, cum in laicatu sive in minoribus ordinibus constituti habeant uxores et filios, sive morte uxoris interveniente sive continentia pari voto servata, ad sacros ordines accedere. His omnibus conceditur habere propria ad suos et suorum usus. Qui autem ab infantia sacre milicie traditi sunt, nullo modo eis permittitur habere propria, quia nulla est eis excusatio proprietatis, nisi forte retinendo sua a sumptibus ecclesiae abstineant. Quod fieri posse Prosper testatur dicens: 25

30

35

(C.12 q.1 c.25) DE HIS, QUI TAM INFIRMI SUNT, QUOD REBUS SUIS RENUNCIARE NON POSSUNT.

Illi autem, qui tam infirmi sunt, ut possessionibus suis renunciare non possint, si ea, quae accepturi erant, dispensatori relinquunt, nichil habentibus conferenda, sine peccato possident sua, quia et ipsi quodammodo sua 40

40

relinquunt, quando propriis contenti rebus nichil eorum, quae labori vel ordini suo deberi arbitrantur, accipiunt.

(C.12 q.1 d.p.c.25) ¶ De rebus vero ecclesiae queritur, an liceat eas per prebendas dividi, ut annuos redditus quisque sibi specialiter vendicet? Hoc non posse fieri, argumento et auctoritate probatur. Clerici successores sunt eorum, de quibus dicitur. "Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una". Necesse est ergo, ut eorum consequantur vitam, quorum in ecclesia gradum administrant. Non ergo aliquid propriam sibi vendicabunt, sed erunt eis omnia communia. Item Urbanus papa ait:

(C.12 q.1 c. 26) RES ECCLESIAE QUASI COMMUNES EPISCOPUS DISPENSET.

Res ecclesiae non quasi proprie, sed ut communes et Domino oblate cum summo timore non in alios, quam in prefatos usus sunt fideliter dispensande.

(C.12 q.1 d.p.c.27) ¶ Si ergo res ecclesiae non quasi proprie, sed quasi communes habende sunt, cum de communi nullus dicat, hoc meum est, nec de rebus ecclesiae, hec mea est, potest aliquis dicere, ne videatur non imitari karitatem illorum, in qua nulli aliquid erat proprium, sed erant illis omnia communia. (§ 1) His ita respondetur: Sicut perfectione karitatis manente secundum discretionem ecclesiarum ecclesiasticarum facultatum distributio fit dum aliis possessiones huius ecclesiae ad dispensandum conmittuntur, ex quibus, licet res ecclesiae omnibus debeant esse communes, primum tamen sibi et sue ecclesiae deservientibus necessaria subministret, reliqua, quae supersunt, fidelium usibus ministraturus, ita et prebende ecclesiarum eadem karitate manente pie et religiose possunt distribui, nec tunc rebus ecclesie ut propriis, sed ut communibus utilitatibus deserviturus ut ex his, quae sibi assignata sunt, primum necessaria sibi percipiat; si qua vero suis necessitatibus supersunt, in communes usus ecclesiae expendat. Unde Augustinus ad Bonifatium:

(C.12 q.1 c.28) DE EODEM.

Si privatum possidemus, quod nobis sufficiat, non illa nostra sunt, quorum procuracionem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpatione dampnabili vendicamus.

(C.12 q.1 d.p.c.28) ¶ Ostensum est, quomodo liceat clericis habere proprium, quomodo non. Item, quomodo res ecclesiae per prebendas dividi possunt.

(QUAESTIO 2)

(C.12 q.2 d.a.c.1) ¶ Nunc queritur, si sacerdotes aliqua de rebus ecclesiae dedisse noscuntur, an his, qui eas acceperunt aliqua firmitate constabunt? Quod res ecclesiae nullo modo distrahi possunt et distracte possideri, multis auctoritatibus probatur. Ait enim Stephanus papa: 5
10

(C.12 q.2 c.1) ECCLESIAE PECUNIAM AUFERENS VELUT HOMICIDA DAMPNATUR.

Qui Christi pecunias et ecclesiae aufert, fraudat et rapit, ut homicida in conspectu iudicis deputabitur. 15

(C.12 q.2 c.6) Item Anacletus.

DE EODEM.

Qui abstulerit patri vel matri aliquid, dicet quae hoc peccatum non esse, homicide particeps est. Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creavit: mater vero nostra ecclesia est, quae nos in baptismo regeneravit. Ergo, qui Christi pecunias et ecclesiae rapit, aufert et fraudat, homicida est. 20

Bc 173ra **(C.12 q.2 c.12)** Item Deusdedit episcopo Mediolanensi. 25

NON SUNT ALIENANDA IN EPISCOPATU ADQUISITA.

Res in episcopatu adquisitas sacerdotibus nulla est alienandi licentia.

(C.12 q.2 c.13) Item ex VI Sinodo universali.

VASA SACRA, NISI PRO REDEMPTIONE CAPTIVORUM NON SUNT ALIENANDA. 30

Apostolicos et paternos canones renovans hec sancta et universalis synodus diffinivit, neminem prorsus episcopum vendere vel utcumque alienare cimilia et vasa sacrata, excepta causa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet pro redemptione captivorum; sed nec tradere salaria ecclesiarum in emphiteotica pacta, nec alias rusticas possessiones venundare, ac per hoc, ecclesiasticos redditus ledere, quos ad propriam utilitatem, et ob escam pauperum et peregrinorum sustentationem esse 35
40

Aa 186r

decernimus Et paulo post: (§ 1) Quisquis autem post hanc
diffinitionem nostram contrarium quid huic sanctae sedi
ac universali sinodo agere temptaverit, deponatur ut
prevaricator divinarum rerum et preceptorum, cassata
5 videlicet omnino quae facta est in scriptis vel sine scriptis
ab episcopo venditione vel emphiteotica traditione, vel
alia qualibet alienatione, cimiliorum et salariorum
locorum. Qui vero perceperit aut emerit aliquid ex
predictis cimiliis vel salariis, et non restituerit ecclesiae
10 iterum quae ecclesiae sunt, et non reddiderit ad
incidendum cartam venditionis vel emphiteoseos, sit
anathema, usque dum fecerit quod ab hac sancta et
universali sinodo confirmatum est. (§ 2) Si autem
episcopus convictus fuerit construxisse monasterium de
15 ecclesiasticis redditibus, tradat eidem ecclesiae ipsum
monasterium.

Bc 173rb
Fd 45ra

(C.12 q.2 c.18) Item in concilio Leonis papae IV.

Aa 187r

RES ECCLESIAE EPISCOPUS ALIENARE VEL USURPARE
NON PRESUMAT.

20 Monemus et inrefragabiliter affirmamus, ut nullus
episcoporum vel sacerdotum rem tituli sui usurpare
presumat, sed neque salarium a Christianis sanctis locis
oblatum causa amicitie, vel timoris, aut muneris
pertemptet auferre, ne ecclesia Dei ad nichilum redigatur.
25 Quod qui facere presumpserit episcopus vel sacerdos,
canonicam sine dubio subeat ultionem, et quod ecclesiae
iniuste ablatum est reddere compellatur, ita ut deinceps
nullas vires pro his ad litigandum vel possidendum habere
possint.

30 (C.12 q.2 c.19) Item ex hystoria Eusebii episcopi
Cesariensis capitulo XII

EPISCOPO VEL ABBATI RES ECCLESIAE ALIENARE NON
LICET.

35 Quisquis episcopus vel abbas de salariis episcopii vel
monasterii quicquam transferre in principum manus, vel
etiam alii persone conferre voluerit, irritum sit quod
datum esse constiterit, secundum canonem sanctorum
Apostolorum, qui dicit: "Omnium ecclesiasticarum rerum

20 Monemus – 484: 8 possint Conc. Romanum (a. 853) *additio 2 a pseudo-Liudbrando summatim tradita*, ed. Hartmann, MGH Conc. 3.343.20-21. *Deusdedit* 3.51, ed. Wolf von Glanvell, 290, *capitulum plenum solum collectionibus canonum tradit.* Anselmus 6.158, ed. Thaner, xx; *Polyc.* 4.20.2. .

- episcopus habeat sollicitudinem, et dispenset eas tamquam Deo contemplante. Non liceat autem ei fraudare quicquam ex illis, vel cognatis propriis donare quae Dei sunt. Quod si pauperes fuerint, ut pauperibus largiatur, sed non sub horum occasione quae sunt ecclesiae defraudentur". (§ 1) Quod si excusationem pretenderit episcopus dampnum facere et nichil ad profectum agrum existere, nec sic principibus tribuatur ager vel locus, sed clericis vel agricultoribus. (§ 2) Quod si calliditate usus fuerit princeps, et vel a colono vel a clero agrum emerit, sit irrita venditio, et restituatur episcopio et monasterio. Episcopus vel abbas hoc faciens abiciatur, tamquam qui dispersit quae non collegit. 5
- (C.12 q.2 c.20)** Item Simacus papa.
- PREDIA ECCLESIAE PAPAE ALIENARE NON LICET. 15
- Non liceat papae predium ecclesiae alienare aliquo modo pro aliqua necessitate, nec in usufructu rura dare, nisi tantummodo domus, quae in quibuslibet urbibus non modica impensa sustentantur. Qua lege omnes custodes astringantur, ut donator, assentator, venditor honorem perdat. Et qui subscripserit anathema sit cum eo, qui dederit vel qui receperit, nisi restituatur. Liceat etiam quibuslibet ecclesiasticis personis contradicere, et cum fructibus alienata reposcere. Quod non modo in apostolica servandum est ecclesia, verum etiam in universis ecclesiis per provincias quidem dicitur convenire. 20
- (C.12 q.2 c.21)** Item.
- QUI RES ECCLESIASTICAS VENDIT AD ALTARE NON AUDEAT ACCEDERE. 25
- Indigne ad altare Domini properare permittitur, qui res ecclesiasticas audeat invadere aut iniuste possidere, aut iniqua vel iniusta defensione in eis perdurare. (§ 1) De quibus tanta debet esse provisio, ut vindictam ammonitio precedat, et res usurpatas iniuste qui abstulit, aut iniuste ablatas retinet, equitate patrocinate legibus restituat. Quod si neglexerit, et necessitas compulerit, demum predonem sacerdotalis districtio maturata percipiat. (§ 2) Valde enim iniquum et ingens sacrilegium est, ut quaecumque vel pro remedio peccatorum, vel pro salute ac requie animarum suarum unusquisque venerabili ecclesiae contulerit aut certe reliquerit, ab his quibus maxime servari convenit, id est Christianis et Deum timentibus hominibus, in aliud transferri vel converti. 30
- 35 40

Propterea, qui hec non previderit, et aliter quam scriptum
 est predia ecclesiae tradita petierit, vel acceperit, aut
 possederit, nisi se cito correxerit, quo iratus Deus animas
 percutit anathemate feriat, sit quae accipienti, et
 5 donanti, vel possidenti anathema, et institute pene
 contubernium assiduum. Nec aliquo se ante tribunal
 Christi obstaculo muniat qui a religiosis animabus ad
 substantiam pauperum derelicta dispergit.

(C.12 q.2 c.23) Item Gelasius Iustino Archidiacono et
 10 Fausto Defensori.

DE REBUS ECCLESIAE NON EST ALIENANDUM ALIQUID.

Vobis enim et fame vestre consultum duximus, ut
 pontificis vestri loco vobis cum ab eodem aliquis
 subrogetur, qui eius nomine pariter universa disponat,
 15 quatinus omnia predia ad vestrum revocetis studium, nec
 cuiquam clerico pro portione sua aliquod solum ecclesiae
 putetis esse deputandum, ne per incuriam et negligentiam
 minuat, sed omnem pensionis summam ex omnibus
 20 prediis rusticis urbanis quae collectam ad antistitem
 deferatis. Ex qua tamen collectione habeatur ratio, quid
 ad causas vel expensas accedentium necessitatum opus
 esse perspicitur, ut de medio sequestretur, et quatuor
 25 portiones vel de fidelium oblatione, vel de hac fiant modis
 omnibus pensione, ita ut unam sibi tollat antistes, aliam
 clericis pro suo iudicio et electione dispertiat, tertiam
 pauperibus sub omnium conscientia faciat erogari, fabricis
 vero quae competit ad ordinationem pontificis, erogatione
 vestra decernimus esse pendendam. Si quid forte sub
 30 annua remanebit expensa, electo idoneo ab utraque parte
 custode, condatur enthecis, ut, si maior emergerit fabrica,
 sit subsidio quod diversi temporis diligentia potuerit
 custodiri, aut certe ematur possessio, quae utilitates
 respiciat communes.

Bc 174ra

Fd 45rb

Aa 188r

(C.12 q.2 c.25) Idem eisdem.

35 DE EODEM.

Volaterane ecclesiae actus vel patrimonium, quod
 hactenus conperimus destitutum, post dampnationem
 Eucharisti, quo fuerat depravante dispersum, cure vestre
 decrevimus esse delegandum, ut diligentia (qua vos pro
 40 utilitatibus ecclesiae estimamus esse vigilantes) predia
 culture restituatis antique, revocetis si qua sunt vendita
 aut donata mancipia. Possessiones etiam, quas ab
 Eumacio et Opilione episcopis, vel ceteris quovis iure

Bc 174ra videritis teneri, quia contra constituta sinodi ab episcopis
 predia alienari nullo potuerunt conmento, nichilominus
 revocentur. Sit emptoribus ad eum recursus, qui
 presumpsit aliquid de ecclesiae rebus illicita venditione
 distrahere, ita ut pensiones annuas ad pontificem 5
 deferatis, cui privilegia sua integra convenit omni ratione
 servari, ut eius dispensatione portiones proveniant
 consuete, ita ut portionem quartam, quae ad eos pertinet,
 sua pontifex ordinatione distribuatur, prout cuiusque locum
 meritum quae cognoscit. Pariter etiam ex fidelium 10
 oblatione est faciendum, ut quartam clericis eroget pro
 consideratione sue electionis antistes. Fabricarum etiam
 portio episcopo sciente et disponente vestra erogatione
 pendatur, quatinus nichil penitus in detrimentum alicuius
 rei patiamini generari. 15

(C.12 q.2 c.27) Idem.

DE OBLATIONIBUS FIDELIUM QUOT PORTIONES FIANI,
 ET QUAE CUI PROVENIAT.

Quatuor autem tam de redditu quam de oblatione
 fidelium, prout cuiuslibet ecclesiae facultas admittit (sicut 20
 dudum rationabiliter est decretum), convenit fieri
 portiones quarum una sit pontificis, altera clericorum,
 tertia pauperum, quarta fabricis est applicanda. De quibus
 sicut sacerdotis intererit integram ministris ecclesiae
 memoratam dependere quantitatem, sic clericus ultra 25
 delegatam sibi summam nichil insolenter noverit
 expetendum. Ea vero, quae ecclesiasticis edificiis attributa
 sunt, huic operi veraciter prerogata locorum doceat
 Aa 188v
 Bc 174va instauratio sanctorum manifesta, quia nefas est, si sacris
 edibus destitutis in lucrum suum presul inpendia his 30
 deputata convertat. Ipsam nichilominus ascriptam
 pauperibus portionem quamquam divinis rationibus se
 dispensasse monstraturus esse videatur, tamen iuxta quod
 scriptum est: "Ut videant opera vestra bona, et glorificent
 patrem vestrum, qui in celis est," oportet etiam presenti 35
 testificatione predicari, et bone fame preconiiis non taceri.
 Quapropter nec clericorum quispiam etc.

(C.12 q.2 c.32) Item ex concilio Agatensi.

OMNES PRESBITERI SECUNDUM IUSSIONEM EPISCOPI
 RES ECCLESIAE DISPENSARE STUDEANT. 40

Statuimus (quod omnes iubent) ut civitatenses sive
 diocesiani presbiteri vel clerici, salvo iure ecclesiae, rem
 ecclesiae, sicut permiserint episcopi, teneant, vendere

autem aut donare penitus non presumant. Quod si fecerint, et facta venditio non valebit, et de facultatibus, si quas habent proprias, indempnem ecclesiam reddant, et communione priventur.

5 (C.12 q.2 c. 33) Item ex eodem.

DE CLERICIS, QUI DOCUMENTA ECCLESIAE SUBPRIMUNT AUT ADVERSARIIS TRADUNT.

Si quis de clericis documenta, quibus ecclesiae possessio firmatur, aut subprimere, aut negare, aut
10 adversariis fortasse tradere dampnanda et punienda obstinatione presumpserit, quicquid per absentiam documentorum dampni ecclesiae illatum est de propriis facultatibus reddat, et communione privetur. Hi autem, qui in dampno ecclesiae in pie sollicitati, a traditoribus
15 aliquid susceperint, superiori sententia teneantur.

Bc 174vb

(C.12 q.2 c.34) Item ex eodem.

EPISCOPUS HEREDES NON HABENS NON ALIUM QUAM ECCLESIAM SIBI HEREDEM INSTITUAT.

Episcopus, qui filios aut nepotes non habens, alium
20 quam ecclesiam relinquit heredem, si quid de ecclesia non in ecclesiae causa aut necessitate presumpsit, quod distraxit aut donavit irritum habeatur. Qui vero filios habet, de bonis, quae reliquit ab heredibus eius indempnitatibus ecclesiae consulatur.

Fd 45va

25 (C.12 q.2 c.35) Item ex eodem.

QUI IN CLERO CONSTITUTI SUNT DE REBUS ECCLESIAE NICHIL ALIENARE PRESUMANT.

Diaconi vel presbiteri in parrochia constituti de rebus ecclesiae sibi creditis nichil audeant conmutare, vendere
30 vel donare, quia res sacrate esse Deo noscuntur. Similiter et sacerdotes nichil de rebus ecclesiae sibi commisse (ut superius comprehensum est) alienare presumant. Quod si fecerint, convicti in concilio, et ab honore depositi, de suo proprio aliud tantum restituant, quantum visi sunt presumpsisse. (§ 1) Libertos etiam quos sacerdotes vel
35 diacones de ecclesia sibi commissa facere volunt, actus ecclesiae prosequi iubemus. Quod si facere contempserint, placuit eos ad proprium reverti servitium.

(C.12 q.2 c.36) Item ex eodem.

Aa 189r

DE POSSESSIONE ECCLESIASTICI IURIS QUICQUID A PRESBITERO DISTRAHITUR, INANE HABEATUR ET VACUUM.

Quicquid parrochiarum presbiter de ecclesiastici iuris possessione distraxerit, inane habeatur et vacuum venditione comparantis et actione vendentis. 5

Bc 145ra **(C.12 q.2 c.38)** Item ex concilio Ylerdensi.

EPISCOPO DEFUNCTO, VEL ADHUC IN SUPREMIS AGENTE, DE REBUS EIUS NICHIL EST USURPANDUM.

Hec huius placiti constitutione inter nos censura placuit custodiri, ut defuncto antistite, vel etiam adhuc in supremis agente, nullus clericorum, cuiuslibet ordinis officii gradus ve sit, quicquam de domo eius presumat, vel de utilitate quae instrumenti domus esse noscitur, id est mobilis et immobilis rei ecclesiastice conetur invadere, nichil furto, nichil dolo subprimens auferens atque abscondens; sed is, cui domus comissa est, subiunctis sibi uno vel duobus fidelissimis, omnia usque ad tempus substituendi pontificis debet conservare, vel his, qui in domo inveniuntur, clericis consuetam alimoniam administrare. Substitutus autem antistes suscepte sedis commoda ordinabit velut Deus inperabit, ut eis uti debeat cum his, quos cognoverit discipline et karitati predecessoris sui fideliter paruisse. Quod si quisquam post hec cuiuslibet ordinis (ut superius dictum est) clericus quacumque occasione vel de omni facultate quippiam probatus fuerit abstulisse vel forsitan dolo aliquo subpressisse, reus sacrilegii prolixiori anathemate condempnetur, et vix ei peregrina communio concedatur, quia durum est, ut hi, quos constat in servitio Domini cum prime sedis antistite desudasse, ab his, qui suarum rerum incubatores vel utilitatibus servientes atque vacantes fuisse noscuntur, despecti aliquatenus crucientur. 10 15 20 25 30

Bc 145rb

(C.12 q.2 c.39) Item ex concilio Tolletano IV. 35

EPISCOPI, QUI NICHIL ECCLESIAE CONFERUNT, FAMULOS EIUS LIBERTATI NON DONENT.

Et si illi, qui nulla ex rebus suis pauperibus Christi distribuunt, eterni iudicis voce in futuro condempnabuntur, quanto magis hi, qui auferunt 40

10 Hec – 489: 19 crucientur Conc. Ilerdense (a. 546) 16, ed. Vives, 59-60. **38 Et – 34 absolvit** Conc. Toletanum IV (a. 633) 67 (ed. Vives, 214).

pauperibus quod non dederunt? Quapropter episcopi, qui nichil ex suo proprio ecclesiae Christi compensaverunt, hanc divinam sententiam metuant, et liberos ex famulis ecclesiae ad condemnationem suam non presumant
 5 facere. Inpium enim est, ut qui res suas ecclesiae Christi non contulerit dampnum inferat, et ius ecclesiae alienare contendat. Tales igitur liberos successor episcopus absque ulla oppositione ad ius ecclesiae revocabit, quia eos non equitas, sed improbitas absolvit.

10 (C.12 q.2 c. 40) Item ex concilio Aurelianensi.

DE CLERICIS, QUI DOCUMENTA ECCLESIAE SUBPRIMUNT, AUT NEGANT, AUT ALIIS DAMPNABILITER TRADUNT.

15 Si quis de clericis documenta, quibus ecclesiae possessio firma tenetur, aut subprimere, aut negare, aut avertere, aut fortasse tradere dampnabili et punienda obstinatione presumpserit, quicquid pro absentia documentorum ecclesiae illatum est de propriis facultatibus reddat.

Aa 189v

20 (C.12 q.2 c.41) Item ex eodem.

MINISTRIS ECCLESIAE DE REBUS EIUSDEM ABSQUE EPISCOPI PERMISSU ALIENARE NICHIL LICET.

25 Abbatibus, presbiteris, aliis quae ministris de rebus ecclesiasticis vel sacro ministerio deditis alienare vel obligare absque permissu et subscriptione episcopi nichil liceat. Quod si presumpserint degradentur communione concessa, et quod temere alienatum est ordinatione episcopi revocetur.

Fd 45vb

Bc 146va

(C.12 q.2 c.42) Item ex Sinodo Anchiritana.

30 DE REBUS ECCLESIAE, QUAE ABSENTE EPISCOPO DISTRAHUNTUR, AD IUS ECCLESIASTICUM REVOCENTUR.

35 Si qua de rebus ecclesiae, cum episcopus non est presbiteri vendiderint, placuit rescisso contractu ad ius ecclesiasticum revocari. In iudicio autem erit episcopi constitutum, si precium debeat recipi necne, propter quod sepe contingit distractarum rerum redditus amplio-rem summam pro accepto precio reddi.

(C.12 q.2 c.43) Item ex concilio Calcedonensi.

32 Si – 27 reddi Conc. Ancyritanum (a. 314) c.15 (*Isidori vulgata*; ed. Turner, 2.1.90.1-10, col. IV).

POST MORTEM EPISCOPI RES AD EUM PERTINENTES
CLERICI NON RAPIANT.

Non licet clericis post mortem episcopi sui rapere res
pertinentes ad eum, sicuti precedentibus regulis
constitutum habetur. Si vero hec fecerint, periclitari se
noverint a proprio gradu. 5

(C.12 q.2 d.p.c.49) ¶ His omnibus auctoritatibus
perspicue monstratur, quod nulli sacerdotum res
ecclesiasticas alicui tradere licet, et ille, qui de manu
sacerdotis facultates ecclesiae acceperit, nullo iure eas
vendicare poterit. Potius cogetur restituere quod illicite
accepit. (§ 1) Sed notandum est, quod quibusdam causis
exigentibus res ecclesiae distrahi possunt. Causa enim
necessitatis cum consilio clericorum, vel ut meliora
prospiciant, res ecclesiae a sacerdotibus distrahi possunt. 10
Unde in Affricano concilio legitur: 15

(C.12 q.2 c.50) NISI CAUSA NECESSITATIS NEC
EPISCOPO LICEAT REM ECCLESIAE USURPARE.

Non habenti necessitatem nec episcopo liceat matricis
ecclesiae rem sui tituli usurpare. 20

(C.12 q.2 c.52) Item ex epistola Leonis papae,
universis episcopis per Siciliam constitutis.

NISI UT MELIORA PROSPICIAT, REM ECCLESIAE
DISTRABERE NON LICET EPISCOPO.

Sine exceptione decernimus, ne quis episcopus de rebus
ecclesiae sue quicquam donare, vel conmutare, vel
vendere audeat, nisi forte aliquid horum faciat, ut meliora
prospiciat, et cum totius cleri tractatu atque consensu id
eligat, quod non sit dubium profuturum ecclesiae. Et
infra: (§ 1) Episcopus rebus ecclesiae tamquam
conmendatis, non tamquam propriis utatur. Irrita enim
episcoporum venditio et conmutatio rei ecclesiasticae erit
absque conniventia et subscriptione clericorum. 25
30

(C.12 q.2 d.p.c.52) ¶ Item domus urbium vel
castrorum, quae ecclesiae plus incommodi quam utilitatis
afferunt, licet rectoribus ecclesiarum (sicut in superiori
capitulo Simaci: “Non liceat papae etc” continetur)
vendere vel conmutare. Item, sicut in Agatensi concilio
legitur. 35

(C.12 q.2 c.53) “Terrulas aut vineolas exiguas, et
ecclesiae minus utiles, aut longe positas parvas, episcopus 40

sine consilio fratrum (si necessitas fuerit) distrahendi habeat potestatem”.

5 (C.12 q.2 d.p.c.55) ¶ Item si rectores ecclesiae de rebus propriis tantumdem ecclesiae restituere voluerint, ecclesiasticas facultates libere dare possunt, et constabunt his, quibus date fuerint, perpetua firmitate. Unde in Agatensi concilio legitur:

(C.12 q.2 c. 56) ALIENATIO DE REBUS ECCLESIAE QUOMODO RATA ESSE POTERIT.

10 Si quis qualibet conditione de rebus ecclesiae aliquid alienare presumpserit, si de suo proprio tantum ecclesiae contulerit, quantum visus est abstulisse, tunc demum istud stare licebit.

Bc 176ra

15 (C.12 q.2 d.p.c.56) ¶ Item si servos ecclesiae libertati episcopus donaverit, ea, quae in manumissione data illis fuerant perpetua firmitate tenebunt, si tamen quantitatem canonibus prefixam data non excesserint. Unde in eodem concilio legitur:

(C.12 q.2 c.57) DE EODEM.

20 Si quos de servis ecclesiae bene meritos sibi episcopus libertati donaverit, collatam libertatem a successoribus custodiri cum hoc, quod manumissor eis in libertatem contulerat placuit. Quod tamen iubemus viginti solidorum numerum et modum in terrula, vineola vel hospitio tenere. Quod autem amplius datum fuerit post manumissoris mortem ecclesiae revocetur.

30 (C.12 q.2 d.p.c.57) ¶ Sed notandum est, quod servi ecclesiarum manumitti non possunt, non retento ecclesiastico patrocino, nisi forte manumissor duos eiusdem meriti et eiusdem peculii ecclesiae conferre voluerit. Unde in concilio Tolletano IV legitur:

(C.12 q.2 c.58) DE EPISCOPO, QUI NON RETENTO PATROCINIO SERVOS ECCLESIAE MANUMITTIT.

35 Episcopus, qui mancipium iuris ecclesiae, non retento ecclesiastico patrocino, manumitti desiderat, duos eiusdem meriti et peculii coram concilio ecclesiae, cui preminet, per commutationem subscribentibus sacerdotibus offerat, ut rata et iusta inveniatur diffinitio commutantis. Tunc enim liberam manumissionem sine patrocino ecclesiae concedere poterit, quia eum, quem

Fd 46ra

34 Episcopus – 39 conatur Conc. Toletanum IV (a. 633) 68, ed. Vives, 214-215.

Bc 176rb	<p>libertati tradere disposuit, iam iuri proprio adquisivit. (§ 1) Huiusmodi autem liberto adversus ecclesiam, cuius iuris extitit, accusandi vel testificandi denegetur licentia. Quod si presumpserit, placet, ut stante conmutatione in servitutem proprie ecclesiae revocetur, quam nocere conatur.</p>	5
	<p>(C.12 q.2 d.p.c.60) ¶ Si vero libertus sua auctoritate a patrocinio ecclesiae recesserit, si admonitus redire contempserit, in servitutem revocabitur. Unde in eodem concilio legitur:</p>	10
Aa 190v	<p>(C.12 q.2 c.61) DE LIBERTIS ECCLESIAE, QUI AB EIUS PATROCINIO DISCEDUNT.</p> <p>Liberti ecclesiae, qui a patrocinio eius discedentes quibuscumque personis adhererint, si admoniti redire contempserint, manumissio eorum irrita sit, quia per inobedientie contemptum ingrati actione tenentur.</p>	15
	<p>(C.12 q.2 d.p.c.63) ¶ Ne vero longinquitate temporis obscuretur conditio originis, tempore sue manumissionis scribant liberti professionem, qua se profiteantur de familia esse ecclesiae, et ab eis obsequio se numquam recessuros. Unde in eodem concilio legitur:</p>	20
	<p>(C.12 q.2 c.64) PROFESSIONEM SUE CONDITIONIS LIBERTI ECCLESIAE FACIANT.</p> <p>Longinquitate sepe fit temporis, ut non pateat conditio originis. Unde iam decretum est in anteriori universalis concilii canone, ut professionem suam liberti ecclesiae debeant facere, qua profiteantur se et de familia ecclesiae esse, et eius obsequium numquam relicturos. Unde his quoque nos adicimus, ut quociens cursum vite sacerdos inpleverit, et de hac vita migraverit, mox, cum successor eius advenerit, omnes liberti ecclesiae, vel ab eis progeniti cartulas suas in conspectu omnium debent ipsi qui substituitur pontifici publicare, et professionem in conspectu ecclesiae renovare, quatinus status sui vigorem et illi obtineant et obedientia eorum ecclesia non careat. Si autem scripturas libertatis sue intra annum ordinationis novi pontificis manifestare contempserint, aut professiones renovare noluerint, vacue et inanes cartule ipse remaneant, et illi origini sue redditi sint perpetuo servi.</p>	25 30 35 40
Bc 176va		
	<p>13 Liberti – 10 tenentur Conc. Toletanum IV (a. 633) 71 (ed. Vives, 215). 24 Longinquitate – 34 servi Conc. Toletanum VI (a. 638) 9 (ed. Vives, 240).</p>	

(C.12 q.2 d.p.c.65) ¶ Pro remuneratione etiam inpeni obsequii res ecclesiastice utiliter possunt donari. Unde in IV concilio Tolletano legitur:

5 (C.12 q.2 c.66) QUAE DE REBUS ECCLESIAE IN REMUNERATIONE OBSEQUII PRESTANTUR RATA PERMANEBUNT.

10 Quicumque suffragio cuiuslibet aliquid ecclesiastice utilitatis providerint, et pro eo quodcumque commodum in remuneratione promiserint, promissi solutionem eos absolvere oportebit, ita ut ad concilium conprovinciale deferatur, ut eorum conventu confirmetur, quia (sicut Paulus ait) dignus est mercenarius mercede sua.

15 (C.12 q.2 d.p.c.68) ¶ Item servi ecclesiarum publicis angariis fatigari non debent. Unde in III Tolletano concilio legitur:

(C.12 q.2 c.69) SERVI ECCLESiarUM PUBLICIS ANGARIIS NON FATIGENTUR.

20 Ecclesiarum servos, et episcoporum, vel omnium clericorum, a iudicibus vel actoribus publicis in diversis angariis fatigari dolemus. Propter quod omne concilium a pietate gloriosissimi domini nostri poposcit, ut tales usus deinceps inhibeat, sed servi suprascriptorum offitiorum in eorum usibus vel ecclesiae laborent. Si quis vero iudicum vel actorum clericum aut servum clerici vel ecclesiae in publicis ac privatis negotiis occupare voluerit, a communione ecclesiastica, cui inpedimentum facit, efficiatur extraneus.

Bc 176vb

25 (C.12 q.2 d.p.c.69) ¶ Item pro alimonia pauperum, pro redemptione captivorum res sacras distrahi licet. Unde Ambrosius ait in libro de offitiis:

Aa 191r

30 (C.12 q.2 c.70) RES SACRE QUIBUS EX CAUSIS ALIENARI DEBEANT.

35 Aurum ecclesia habet, non ut servet, sed ut eroget et subueniat in necessitatibus. Quid est opus custodire quod nihil adiuvat? An ignoramus, quantum auri atque argenti de templo Domini Assirii sustulerunt? Nonne melius conflat sacerdos propter alimoniam pauperum, si aliqua subsidia desunt, quam si sacrilegus contaminat et asportat hostis? Nonne dicturus est Dominus: Cur passus es tot

7 Quicumque – 9 sua Conc. Toletanum IV (a. 633) 37 (ed. Vives, 205).
12 dignus – sua I Tim. 5:18. 18 Ecclesiarum – 24 extraneus Conc. Toletanum III (a. 589) 21 (ed. Vives, 132).

inopes fame mori? Et certe habebas aurum, ministrasses alimoniam. Cur tot captivi in commercium ducti nec redempti, ab hoste occisi sunt? Melius fuerat, ut vasa viventium servares quam metallorum. His non posset responsum referri. Quid enim diceres? Timui, ne templo Dei ornatus deesset? Respondet: Aurum sacramenta non querunt, neque auro placent quae auro non emuntur. Ornatus sacrorum redemptio captivorum est, et vere illa sunt vasa preciosa, quae redimunt animas a morte. Ille verus est thesaurus Domini, qui operatur quod sanguis eius operatus est. Et post pauca: (§ 1) Nemo potest dicere, cur pauper vivit? Nemo potest queri, quia captivi redempti sunt. Nemo potest accusare, quia templum Dei edificatum est. Nemo potest indignari, quia humanis fidelium reliquiis spatia laxata sunt. Nemo potest dolere, quia in sepulcris Christianorum requies defunctorum est. In his tribus generibus vasa ecclesiae etiam initiata confringere, conflare, vendere licet. Opus est, ut de ecclesia mistici populi forma non exeat, nec ad usus nefarios sacri calicis ministerium transferatur. Ideo primum intra ecclesiam quesita sunt vasa, quae initiata non essent, denique conminuta, postremo conflata, per minutas erogationes dispensata egentibus captivorum quoque precii profecerunt. Quod si desunt nova et quae nequaquam initiata videantur, in huiusmodi, quos supra dixi usus, arbitror omnia pie posse converti.

(C.12 q.2 c.71) Item Ieronimus.

NON PARIETES ORNARE TEMPLI, SED PAUPERIBUS PROVIDERE GLORIA EPISCOPI EST.

Gloria episcopi est pauperum opibus providere; ignominia sacerdotis est propriis studere divitiis. Natus in paupere domo et in tugurio rusticano, qui vix milio et cibario pane rugientem ventrem saturare poteram, nunc similam et mella fastidio. Eiusdem: (§ 1) Multi edificant parietes, et columpnas ecclesiae subtrahunt, marmora nitent, auro splendent laquearia, gemmis altare distinguitur, et ministrorum Christi nulla est electio. Neque vero michi aliquis obponat dives in Iudea templum, mensam, lucernas, turibula, patellas, cyphos, mortariola, et cetera ex auro fabrefacta. Tunc hec probabantur a Domino, quando sacerdotes hostias inmolabant, et sanguis pecudum erat remissio peccatorum, quamquam hec omnia precesserint in figuram; scripta sunt autem

propter nos, in quos fines seculorum devenerunt. Nunc vero, cum paupertatem domus sue pauper Dominus dedicavit, portemus crucem et delicias lutum putemus. Eiusdem: (§ 2) Amico rapere quippiam furtum est, ecclesiam fraudare sacrilegium est; accepisse pauperibus erogandum et esurientibus plurimis illud reservare, vel cautum vel timidum est aut, quod apertissimi sceleris est, exinde aliquid subtrahere, omnium predonum crudelitatem superat. Item eiusdem: (§ 3) Crates ille Thebanus, homo quondam ditissimus, cum ad philosophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit, nec putavit, se posse et virtutes simul et divicias possidere. Nos suffarcinati auro Christum pauperem sequimur, et, sub pretextu elemosine pristinis incubantes opibus, quomodo possumus aliena fideliter distribuere qui nostra timide reservamus? Plenus venter de ieiuniis facile disputat. Non Ierosolimis fuisse, sed Ierosolimis bene vixisse laudandum est.

Bc 177va

(C.12 q.2 d.p.c.71) ¶ Item largitate etiam episcopi stipendium de rebus ecclesiae clericis dare licet, cuius professio sub precarie nomine fieri debet. Unde in VII concilio Tolletano legitur:

(C.12 q.2 c.72) QUI BENEFICIUM AB ECCLESIA ACCEPIT, EIUS PROFESSIONEM NOMINE PRECARIE FACIAT.

Sepe fit, ut proprietati originis obsistat longinquitas temporis. Quapropter providentes decernimus, ut si quis clericorum stipendium de rebus ecclesiae cuiuscumque episcopi percipit largitate, sub precarie nomine debeat professionem scribere, ne per retentionem diuturnam preiudicium afferat ecclesiae, et quaecumque in usu perceperit debet utiliter laborare, ut nec res divini iuris videantur aliqua occasione negligi, et subsidium ab ecclesia, cui deserviunt, percipere possint clerici. Quod si quis eorum contempserit facere, ipse se stipendio suo videbitur privare.

(C.12 q.2 d.p.c.75) ¶ Ecce ostensum est, quomodo res ecclesiae sine culpa dari possunt, et constare his, quibus date fuerint.

25 Sepe – 34 privare Conc. Toletanum VI (a. 638) 5, ed. Vives, 237-238.

(QUAESTIO 3)

(C.12 q.3 d.a.c.1) ¶ Nunc queritur, si ante tempus sue ordinationis nichil habere videbantur, quid de his fieri debeat, quae post ordinationem suam invenisse noscuntur. De his ita statutum est in concilio Cartaginensi III: 5

(C.12 q.3 c.1) DE HIS QUI, PRIMUM NICHIL HABENTES, TEMPORE SUE ADMINISTRATIONIS ALIQUA ADQUIRUNT.

Placuit, ut episcopi, presbiteri, diaconi, vel quicumque clerici, qui nichil habentes ordinantur, et tempore 10
 Fd 46va episcopatus vel clericatus sui agros vel quaecumque
 Bc 177vb predia suo nomine comparant, tamquam rerum
 dominicarum invasionis crimine teneantur, nisi ammoniti
 Aa 192r ecclesiae eadem contulerint. Si autem ipsis proprie aliquid
 liberalitate alicuius vel successione cognationis evenerit, 15
 faciant inde quod eorum proposito congruit. Quod si a suo
 proposito retrorsum exorbitaverint, honore ecclesiastico
 indigni tanquam reprobi iudicentur.

(C.12 q.3 c.2) Item ex concilio Tolletano XI

DE MINISTRIS, QUI NULLA ECCLESIAE OCCASIONE, SED 20
 UTILITATE SUI ALIQUA ADQUIRUNT.

Quicumque de sacerdotibus vel ministris pro sui utilitate atque amicitia, quocumque modo, aut per scripture seriem aliquid meruerint ab aliquo percipere, in rebus ecclesiae non poterit numerari, sed quod exinde 25
 voluerint facere ipsorum voluntatis arbitrio subiacebit. Quod si hoc post eorum mortem inordinatum fortasse remanserit, ecclesia, cui prefuit vel minister extitit, hoc sibi in perpetuum vendicabit.

(C.12 q.3 d.p.c.2) ¶ Ecce quod illa, quae non ex officio ecclesiastico, sed ex aliqua prestatione sue utilitatis lucratus est, potest dare quibus voluerit. (§ 1) Sed queritur de his, quae sibi communiter cum ecclesia vel sequestratim pro remedio anime offeruntur, vel de tertia parte, quam de rebus parochialium ecclesiarum sibi 30
 debitam accipit, si ea potuerit dimittere quibus voluerit. De his ita diffinitur in concilio Agatensi: 35

22 Quicumque – 29 vendicabit Conc. Toletanum IX (a. 655) 4 (ed. Vives, 300).

(C.12 q.3 c.3) DE PONTIFICIBUS, QUIBUS AB EXTRANEIS VEL CUM ECCLESIA, VEL SEQUESTRATIM ALIQUID DIMITTITUR.

5 Pontifices, quibus in summo sacerdotio constitutis aliquid ab extraneis aut cum ecclesia, aut sequestratim dimittitur, aut donatur, (quia hoc ille, qui donat, pro redemptione anime sue, non pro commodo sacerdotis offerre probatur), non quasi suum proprium, sed quasi dimissum ecclesiae inter facultates ecclesiae computabunt, quia iustum est, ut sicut sacerdos habet quod ecclesiae dimissum est, ita et ecclesia habeat quod relinquitur sacerdoti. Bc 178r

(C.12 q.3 c.4) Item ex concilio Tolletano.

15 EPISCOPUS TERTIAM PARTEM SIBI DEBITAM ECCLESIAE RELINQUERE POTERIT.

Episcopus, si tertiam partem, quam de rebus parrochialium ecclesiarum sibi debitam novit, ecclesiae, cuius res esse patebit, aut alteri ecclesiae, conferre decreverit, licitum maneat, et inrevocabile robur eius sententia ferat. 20

(QUAESTIO 4)

25 **(C.12 q.4 d.a.c.1)** ¶ Quod autem queritur, si de suis et ecclesiae rebus aliqua acquisisse noscuntur, cui proveniant? ita diffinitur in eodem concilio.

(C.12 q.4 c.1) DE HIS, QUI DE SUIS ET ECCLESIAE REBUS ALIQUA ADQUISISSE NOSCUNTUR.

30 Sacerdotes, vel quilibet quibus ecclesiasticarum rerum cura commissa est, si suarum rerum noscuntur habere compendium, ex omni re, quam post ordinationis sue diem visi sunt conquisisse, sive nulla sive aliqua sint instrumenta confecta, compensatione tam sui iuris quam ecclesiasticarum rerum habita, si se utriusque rei quantitas exequaverit, inter ecclesiam et decedentis heredes equo iure conquisitio pertinebit. 35

(C.12 q.4 d.p.c.2) ¶ Si vero de rebus ecclesiae tantummodo aliqua acquisisse noscuntur, et ad nomen Aa 192v

16 Episcopus – 20 ferat Conc. Toletanum IX (a. 655) 6 (ed. Vives, 301).

28 Sacerdotes – 35 pertinebit Conc. Toletanum IX (a. 655) 4, ed. Vives, 299-300.

29 si] *om. Fr.*

Bc 178rb ecclesiae instrumenta debent componere, nec aliquibus poterunt illa donare. Unde in Agatensi concilio legitur:

(C.12 q.4 c.3) DE HIIS, QUAE SACERDOTES EMUNT, AD ECCLESIAE NOMEN FACIANT SCRIPTURAM.

Presbiter, cum diocesim tenet, de his, quae emerit, ad ecclesiae nomen scripturam faciat, aut ab eius, quam tenet, ecclesiae ordinatione discedat.

5

(QUAESTIO 5)

(C.12 q.5 d.a.c.1) ¶ Testamenta vero non licet eis conficere, nisi de propriis rebus. Unde Gregorius scribit Lucido episcopo:

10

(C.12 q.5 c.1) QUOMODO DE REBUS ECCLESIAE SACERDOTIBUS TESTARI LICEAT.

Nulli dubium est, quod sicut sacerdotibus res in episcopatu acquisitas nulla est alienandi licentia, ita de eis, quas ante habuerint, quicquid iudicare voluerint non vetentur. Itaque fraternitatem tuam tempore, quo ad nos fuit, conquestam esse recolimus, quod quaedam mobilia, quae Constantius decessor vester Luminose ancille Dei, et fratribus suis, testamenti serie legati titulo dereliquit, iam episcopus adquisisset, decrevisset quae nos, ut, si hoc constat, nullum ex his ecclesia vestra preiudicium pateretur. Quod et vos oportet recolere, et molestiam aliquam predictae ancille Dei non facere, nec ei sine cognitione de his, quae possidet, quicquam auferre.

15

20

25

(C.12 q.5 c.2) Idem.

DE EODEM.

Obitum Theodori episcopi dilectionem tuam iam credimus cognovisse. Sed quia testamentum dicitur condidisse, subtiliter te ne quid de rebus ecclesiae suae consumpsisset oportet inquirere. Et siquidem eum exinde aliquid incongrue minuisse didiceris, ita age, ut res ab eo, cuius interest, modis omnibus reparentur.

30

Fd 46vb
Bc 178va

(C.12 q.5 c.3) Item Gregorius Mariniano episcopo Ravennati.

35

QUAE MONASTERIIS AB EPISCOPO CONFERUNTUR REVOCARI NON DEBENT.

Quia Iohannes quondam decessor tuus sepius a nobis expetiit, ut ea, quae in monasterio illo contulerat, quod iuxta ecclesiam sancti Apollinaris ipse construxerat,

40

nostra debuissemus auctoritate firmare, et hec facturos nos esse promisimus, fraternitatem vestram necessarium previdimus adhortandam, ut nichil de his, quae illic contulit atque constituit, aliquo modo patiatur inminui, sed omnia firma stabilitate studeat servari. Huius igitur monasterii et collectarum illic rerum quia in testamento, quod condidit, fecisse noscitur mentionem, sciendum vobis est, non nos ideo ea confirmasse, quoniam suppressam eius sequimur voluntatem, sed quia hoc ei (sicut diximus) viventi promisimus. Hec itaque omnia sic sollicite fraternitas vestra implere festinet, quatinus et quae in suprascripto monasterio constituit et a nobis sunt firmata servantur, et illa, quae in dampno dari vel fieri per testamentum sue decreverit ecclesiae, nullam, prohibente lege, obtineant firmitatem.

(C.12 q.5 d.p.c.4) ¶ De rebus vero ecclesiasticis testari licet episcopo, si tantumdem de propriis restituat. Unde in Agatensi concilio statutum est:

(C.12 q.5 c.5) QUOMODO POSSINT ESSE RATA QUAE DE ECCLESIAE PROPRIETATE TESTAMENTO LEGANTUR.

Si episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici iuris proprietate legaverit, aliter non valebit, nisi tantum de proprii iuris facultate suppleverit.

Aa 193r
Bc 178vb

(C.12 q.5 d.p.c.5) ¶ Sed si episcopus vel quilibet ex gradu ecclesiastico intestatus defunctus fuerit, nec aliqui inventi fuerint, qui iure cognationis ei succedant, ecclesia ei succedat in integrum, nec licebit alicui aliqua ex rebus eius presumere. Unde in Terraconensi concilio statutum est:

(C.12 q.5 c.6) EPISCOPO INTESTATO ECCLESIA SUCCEDAT EX INTEGRO.

Sicubi defunctus fuerit episcopus intestatus, post hanc diffinitionem a presbiteris eius et diaconibus de rebus ipsius brevis conscriptio fiat a minimo usque ad maximum, id est de utensilibus et omni supellectile, ita tamen, ut si quis exinde vel presumpsisse aliquid, vel occulte tulisse fuerit convictus, secundum furti tenorem restituat universa.

(C.12 q.5 c.7) Item ex concilio Triburiensi.

32 Sicubi – 501: 4 universa Conc. Tarraconense (a. 516) 12, ed. Vives, 37-38.

DE EODEM.

Quicumque ex gradu ecclesiastico sine testamento et sine cognatione decesserit, hereditas eius ad ecclesiam, ubi deservivit, evolvatur. Similiter de sanctimonialibus.

5

(CAUSA 13)

(C.13) ¶ Diocesani cuiusdam baptismalis ecclesiae
 cladibus bellorum pressi hostili metu compulsi domicilia
 sua transtulerunt in aliam diocesim. Predia tamen antiqua
 5 non desierunt colere. Ceperunt persolvere decimas illi
 ecclesiae, in cuius diocesim transierunt, et apud eam sibi
 elegerunt sepulturas. Transactis quinquaginta annis
 clerici, quibus quondam persolverant decimas, ceperunt
 10 movere questionem in eos, qui ab istis accipiunt primicias
 et decimas. Veniunt ad causam.

Fd 46vb

Aa 193r

Modo PRIMUM queritur, si illi, quorum domicilia sunt
 in diocesi huius baptismalis ecclesiae, an debeant
 persolvere decimas, et celebrare suas exequias apud eam
 ecclesiam, in qua quondam hec fiebant a parentibus
 15 eorum? SECUNDO, an prescriptione temporis ius
 percipiendi decimas et funerandi tollatur?

(QUAESTIO 1)

(C.13 q.1 d.a.c.1) ¶ Quod priori ecclesiae hec omnia
 20 iure persolvenda sint, actores his argumentis probare
 contendunt: Constat unamquamque baptismalem
 ecclesiam habere diocesim sibi legitime assignatam, sicut
 et parrochiales ecclesiae habent parrochias distributas.

Unde Dionisius episcopus Severo episcopo:

25 (C.13 q.1 c.1) SINGULI SACERDOTES PROPRIOS
 DEBENT HABERE ECCLESIAS.

Ecclesias singulas singulis presbiteris dedimus;
 parrochias et cimiteria eis divisimus, et unicuique ius
 proprium habere statuimus, ita videlicet, ut nullus alterius
 30 parrochie terminos aut ius invadat, sed unusquisque
 terminis suis sit contentus et taliter ecclesiam et plebem
 sibi commissam custodiat, ut ante tribunal eterni iudicis
 ex omnibus sibi commissis rationem reddat, et non
 iudicium, sed gloriam pro suis actibus percipiat.

Fr. 718

Aa 193v

35 (C.13 q.1 d.p.c.1) ¶ In diocesi autem designata
 quaecumque predia coluntur, proventus decimationum
 baptismali ecclesiae assignatus debet persolvi. Quia ergo
 predia hec intra terminos nostre diocesis continentur et
 proventus decimationum nobis legitime assignatus nostre
 40 persolvendus est ecclesiae.

Fd 47ra

(§ 1) His ita respondetur: Decime a Deo constitute
 sunt per Moysen, ut persolverentur a populo filiis Levi

pro ministerio, in quo deserviebant ei in tabernaculo. Non accipiebant filii Levi decimas, nisi ab eis, pro quibus offerebant preces et sacrificia. Quia ergo nos servimus Domino in tabernaculo offerendo pro istis preces et sacrificia et ipsi debent nobis persolvere decimas et primicias. (§ 2) Item, cum decime darentur filiis Levi, non electione offerentis persolvebantur, ut contempto Levita, qui secum erat, ipse eligeret cui vellet decimas dare. Nam dictum est; "Levita, qui te cum moratur et intra muros urbis tue habitat, comedet eas". Ideo etiam ex singulis tribubus civitates ad habitandum acceperunt, ut unaqueque tribus illis persolveret decimas, qui secum erant. (§ 4) Quia ergo nos intra muros urbis istorum sedemus et eis habitatione iuncti sumus, rite ab eis decimas accipimus. Item ait Propheta: "Producens fenum iumentis et herbam servituti hominum". Fenum et herba ex terra producitur, sed quibus? Iumentis rigantibus eam, hominibus colentibus eam et in hoc servientibus ipsi. Item Apostolus: "Communicet autem is, qui cathezizatur verbo, ei, qui se cathezizat". Hoc Galatis. Corinthiis autem probat specialiter sibi deberi sumptus, quia eis spiritualia ministravit, dicens: "Si seminavimus vobis spiritualia, magnum est si vestra carnalia metamus?" Item: "Si alii participes vestre potestatis facti sunt, cur non magis et nos?" Item: "Quis plantat vineam, et de fructu eius non edit?" Nos plantavimus vineam, et vos vultis edere fructus eius? Item precepit Dominus Moysi, ut nemo mittat falcem in alienam messem. Nec messis nostra est, et vos vultis in eam falcem mittere? Item: "Non alligabis os bovi trituranti". Nos sumus boves triturantes. Queritis vos alligare os nostrum, et de nostra tritura victum vobis queritis? Item Apostolus: "Qui altario serviunt de altario vivant". Sed numquid de eo, cui non serviunt? Item: "Qui in sacrario operantur cum sacrario participant". Sed numquid cum illo, in quo non operantur? Nos servimus altario, vos ei participare vultis, nos vero vacuos et inanes dimittere queritis? Item Apostolus: "Laborantem agricolam prius oportet suscipere de fructibus suis:" vos autem econtra queritis? Nos sumus agricolae laborantes, vos primum vultis percipere de fructibus nostris? Immo non primum, quia nec ultimum nobis relinquere vultis. A

Fr. 719

9 Levita – 12 eas 15 Producens – 18 hominum 19 Communicet – 22 cathezizat 22 Si – 25 metamus 23 Si – 27 nos 25 Quis – 28 edit 29 Non – 32 trituranti 32 Qui – 35 vivant 33 Qui – 36 participant 37 Laborantem – 504: 1 suis

prioribus enim incipientes paullatim serpitis, et totum
 usurpare contenditis, ut pro vobis videatur dictum: Aa 194r
 "frustatim lupus comedit agnum". Item: "Quis umquam
 suis militat stipendiis? quis pascit gregem, et de lacte eius
 non edit?" Nos militamus et vos stipendia nostre milicie
 5 vobis queritis? Nos gregem pascimus et vos lac eius et
 lanam accipere vobis vultis? Sapere est de alieno labore
 victum querere, si sapere est velle quod non possis. (§ 5)
 Item Dominus dixit discipulis suis: "In quamcumque
 10 domum intraveritis, in eadem manete, edentes et bibentes
 quae apud illos sunt. Cum autem intraveritis, primum
 dicite: pax huic domui". Nos domum hanc ingressi sumus,
 ei pacem obtulimus, vos autem alieno cibo quasi otiosi
 pasci gaudetis? Videte ne in vobis vertatur illud: "Videte
 15 quid faciat otium et alienus cibus". (§ 6) Item Propheta:
 "Sumite psalmum et date tympanum". Isti a nobis sumunt
 psalmum: et vos ab eis queritis tympanum? (§ 7) Item
 Leo IV: "De decimis non tantum nobis, sed etiam
 maioribus iusto ordine visum est plebibus tantum, ubi
 20 sacrosancta baptismata dantur, debere dari". (§ 8) Quibus
 autem plebibus debentur? Illis, a quibus baptismata
 accipiunt an aliis? Nos eos baptizamus, et vos ab eis
 decimas sumitis? Honesta interpretatio est: utinam
 inveniatis qui sic pro vobis interpretentur. Quia nos ergo
 25 rigamus populum hunc, imbrem doctrine ei ministrantes,
 quia colimus eum vomere predicationis, corda eius ad
 fidem aperientes, si non vultis sinere, vel patimini eum
 nobis fructificare, et qualia vobis fieri non vultis nobis
 inferre cavete, ne, si pergitis dicere quae vultis, audiat
 30 quae non vultis.

(§ 9) Ad hec: Callida quidem et multiplici
 argumentatione nostra iura auferre contenditis, ita ut, si
 fides verbis adhiberetur, non verba pro verbis, sed res pro
 verbis reportaretis. Sed Deo propicio, si verba dedistis,
 35 verba recipietis. (§ 10) Arguitis nos, quod ea, quae vobis
 debentur, subripere querimus, quia nostra persequimur.
 Sapientis quidem et philosophico ore prolata sententia:
 suum persequi est aliena rapere? Unde ad vos hec
 sententia manavit, nisi quia tanto ardore nostra
 40 concupiscitis, ut vestra putetis vobis auferri, cum nos

**3 frustatim – agnum Quis – 9 edit 9 In – 16 domui 14 Videte² –
 19 cibus** Terentius, *Eunuchus* 2.2.34 (265), ed. Kauer et Lindsay,
 Scriptorum Classicorum Bibl. Oxon., 124. **16 Sumite – tympanum**
18 De – 24 dari Cf. C.16 q.1 c. 45, vide pag. 553: 14.

nostra consequimur? Unde cum causa nostra debitum finem sortita fuerit, exclamabitis: "Ah miser, crucior tantum bolum esse ereptum ex faucibus". Sed videte, ne dampnum effusi unguenti vobis recompensare queratis. Constituistis vos plantatores vinearum, fossores agrorum, trituratores arearum, rigatores camporum, multa alia officia huiusmodi vobis assumpsistis, et debita vobis obsequia a nobis subtrahi conquesti estis. Sed non negamus quod vestrum est. Bovi trituranti palee et integumenta servantur. Sint hec vobis, et grana nobis relinquit. Pastinatores vinearum, fossores agrorum, rigatores camporum, diurna mercede accepta, provenientes fructus dominis relinquunt. Vos ergo recepta mercede vestri operis in cottidianis oblationibus, et aliis obsequiis, quae pro spiritualibus, quae a vobis accipiunt, cottidie deferuntur provenientes fructus decimationum et primiciarum nobis relinquit. (§ 11) Item precepit Dominus discipulis suis, ut comederent et biberent ea, quae apud auditores suos erant, sed non iussit eis, ut dominos de domibus suis eicerent et rebus suis expoliarent. Non facile invenies qui tales hospites libenter suscipiant. "Mus in pera, ignis in sinu, serpens in gremio male suos remunerant hospites." Unde in proverbiiis dicitur: "Qui serpentem in sinu suo nutrit, percutietur ab eo". Tales inveniatis vobis hospites, quales nobis esse vultis. Non sufficit vobis edere et bibere quae in domo nostra sunt, dum cottidianos fructus oblationum percipitis, ex quibus victum et vestitum habeatis, quibus cum apostolo deberetis esse contenti. Sed non vultis, quia imitatores eius non estis. Potius de domo nostra expellere et rebus nostris nos penitus expoliare contenditis, dum nec etiam horum decimationes nobis relinquere vultis. (§ 12) Ut autem universaliter omnia colligantur, cuncta, quae pro vobis inducta sunt, sive de laborante agricola, sive de eo, qui suis stipendiis non militat, ad hunc articulum deferimus, ut fructum vestri operis, quem adeo recipere contenditis, in oblationibus et cottidianis obsequiis istorum recipiatis, decimationes vero eorum,

2 Ah – 9 faucibus Terentius, *Heauton timorumenos* 4.2.6 (673), ed. Kauer et Lindsay, *Scriptorum Classicorum Bibl.* Oxon., 89. **22 Mus – 29 hospites** Paulus Manutius, *Adagia optimorum utriusque linguae scriptorum.* (Ursellis 1603), 1409; cf. Hans Walther, *Proverbiae sententiaeque Latinitatis medii aevi* (Gottingae 1963-1986) 9.587.42263. **24 Qui – 31 eo** Cf. Phaedrus, *Liber fabularum* 4.20, ed. Guaglianone, 70. *Non invenitur inter sententias Waltherianas.*

quae nobis debentur, intactas nobis relinquire, ne, dum queritis usurpare quod vestrum non est, iusta animadversione etiam illud cogamini amittere, quod vobis aliquo modo videbatur competere.

5 (§ 13) Quod autem he decimationes nullo iure vobis debeantur, facile probabimus. Dicitur enim in quodam concilio: “Si quis laicus, vel clericus, seu utriusque sexus persona proprietatis sue loca etc.” sicut in eodem capitulo
10 in causa monachorum notata inveniuntur. Si ergo laicus vel clericus vel quelibet persona loca sue proprietatis vendens aut donans, proventum decimationum ab ecclesia, cui legitime assignatus est, nullo modo potest abstrahere nec isti de diocesi transeuntes ad diocesim decimas suorum prediorum, quae intra terminos nostre
15 parrochie continentur, nobis auferre possunt. Quantum enim ad ius percipiendarum decimarum attinet, idem est possessorem de diocesi ad diocesim transire, quod possessionem de diocesiano ad diocesianum transferre.

20 **(QUAESTIO 2)**

(C.13 q.2 d.a.c.1) ¶ Ad hec: Decimationes iste, etsi vobis iure deberentur, ut asseritis, tamen tricennalis obiectio vobis silentium imponit. Omnis enim possessio tricennaria prescriptione tollitur, vel quadragenaria (sicut
25 possessiones religiosarum domorum) vel centenaria, sicut predia sanctae Romane ecclesie.

Fd 47va

Unde Gelasius papa ait:

(C.13 q.2 c.1) QUAE TRIGINTA ANNIS AB EPISCOPISS
30 POSSIDENTUR IURE AB EIS VENDICANTUR.

Facultates ecclesiae nec non et dioceses, quae ab aliquibus possidentur episcopis, iure sibi vendicent, quod
35 tricennalis lex conclusit, quia et filiorum nostrorum principum ita emanavit auctoritas, ut ultra XXX annos nulli liceat pro eo appellare, quod legum tempus exclusit.

Aa 195r

35 **(C.13 q.2 d.p.c.1)** ¶ At illi econtra: Cuius auctoritate nobis silentium inponitis, eius auctoritate claudimus vestra ora. Ait enim idem Gelasius: “Nulla presumptione statum parrochiarum etc.”. Si ergo temporalis obiectio diocesim semel constitutam divellere non potest, patet
40 quod nec vobis patrociniabitur, ut statum nostre parrochie

7 Si – 16 loca Cf. C.16 q.1 c. 42, vide pag. 552: 26.

37 Nulla – 7

parrochiarum Cf. C.16 q.3 c. 5, vide pag. 566: 25.

mutantes decimationes quondam nobis legitime assignatas vindicabili usurpatione vobis vendicetis. Quomodo autem distinguende sint he auctoritates, in causa monachorum inveniatur.

(§ 1) Nunc queritur de iure funerandi, quae harum ecclesiarum habeat ius tumulandi istos? Sicut Ieronimus scribit, coniugati in uno sepulcro videntur esse ponendi. Ait enim:

(C.13 q.2 c.2) IN SEPULCRO PARENTUM FILII SUNT COLLOCANDI. 10

Ebron dicitur esse civitas trium virorum, quia in ea sepulti sunt tres patriarche, in spelunca duplici cum tribus uxoribus suis, id est Abraham et Sara, Ysaac et Rebecca, Iacob et Lia, preter ipsum Adam et Evam uxorem suam. Tobias dicit ad filium suum: "Cum acceperit Deus animam meam, corpus meum sepelies, et honorem habebis matri tue omnibus diebus, et cum ipsa compleverit tempus suum, sepelies eam iuxta me in uno sepulcro". 15

(C.13 q.2 d.p.c.3) ¶ Item Ioseph, moriens in Egypto, rogavit fratres suos, ut tempore sue visitationis ossa sua se cum deferrent, et in sepulcro patrum suorum ea collocarent. **(§ 1)** Item, dictum est Prophete, qui contra preceptum Domini prohibitus comederat in Bethel: "Non inferetur cadaver tuum in sepulcro patrum tuorum". **(§ 2)** Item. De nonnullis legitur in libro Regum: "Obiit et appositus est ad patres suos," hoc est in sepulcro patrum suorum. **(§ 3)** Item. In novo testamento legitur beatus Philippus edificasse sibi sepulcrum, in quo ipse et filie eius quieverunt. **(§ 4)** Item. Beatus Severus Ravennatum archiepiscopus tumulum fieri iussit, in quo se et uxorem et filiam collocavit. **(§ 5)** His omnibus exemplis colligitur, quod in sepultura parentum corpora filiorum collocanda sunt. Quia ergo parentes istorum apud priores ecclesias sepulti sunt et hi apud easdem debent tumulari. 20

(§ 6) Econtra Adam, ut asseritis, in civitate Arbee tumulatus est. Sed numquid omnes filii eius sepulti sunt ibi? Tanta multitudo humani generis tam brevi tumulo 25

23 Non – 33 tuorum 25 Obiit – 35 suos 29 Beatus – 508: 2 collocavit Cf. Agnellus, *Liber pontificalis ecclesiae Ravennatis* 15 (BHL 7679), ed. Holder-Egger, MGH SS rer. Lang. 284.28-285.8; cf. Liutolfus de sancto Severo (BHL 7681), ed. Jaffé, *Bibl. rer. Germ.* 3.511-512; cf. Vita sancti Severi auctore anonymo (BHL 7683), ed. *Acta sanctorum* Febr. 1.85; ed. PL 106.762.

non tam facile posset includi. (§ 7) Item Abraham ibi sepultus est. Sed numquid Ismahel, et Madai, et alii, quos de Cethura genuit, ibi sepulti sunt? (§ 8) Item Ysaac ibi positus est. Sed numquid Esau cum eo tumultus est? (§ 9) Item Iacob ibi collocatus est. Sed numquid aliquis filiorum eius preter Ioseph cum eo sepultus est? Exemplo igitur istorum liquet, quod liberum est filiis sepeliri in sepulcris patrum suorum et liberum est eis alibi pro locorum et temporum oportunitate corpori suo hospitium invenire. Non ergo hoc exemplo isti coguntur sepeliri in sepulcris patrum suorum.

Aa 195v

(§ 10) Item, quae legibus diffinita sunt mutare non licet. quae autem legibus expressa non sunt arbitrium secuntur humane voluntatis. At legibus diffinitum est, quibus decime sint persolvende, et ideo danti mutare non licet. Ubi autem quisque tumultandus sit, legibus expressum non est, et ideo in voluntate tumultandi consistit.

Unde beatus Gregorius ait:

(C.13 q.2 c.4) ULTIMA VOLUNTAS DEFUNCTI SERVARI DEBET.

Ultima voluntas defuncti modis omnibus conservetur.

(C.13 q.2 d.p.c.4) ¶ Quod de libero et non de servo intelligendum est. Servus enim testamenti paginam condere non potest.

Unde Gelasius papa scribit Honorio episcopo:

(C.13 q.2 c.5) SERVUS TESTAMENTUM FACERE NON POTEST.

Illud etiam sinceritatem tuam volumus non latere, ad nos fuisse perlatum, quod Ampliatus conductor, quem non solum servum constat esse ecclesiae, sed ita rationibus a multis temporibus implicatum, ut, etiam si esset ingenuus, donec ratiocinia cuncta deduceret, modis omnibus obnoxius haberetur, ausu temerario molitus fuerit paginam condere testamenti, cuius omne peculium ecclesiastico iuri legibus non dubitetur obstrictum. Quapropter his presumptionibus vice nostra tua fraternitas contradicat, nec fieri prorsus aliqua subreptione permittat. Ac si eidem quicquam humanitus forte contigerit, quia grandevus esse memoratur mox eius sine dilatione substantiam precipiat unanimitas tua filiis eius dumtaxat, quibus patrimonium probatur esse

Fd 47vb

commissum, sub fideli descriptione contradi, donec temporibus universis, quibus hoc patrimonium gubernasse cognoscitur, partes dominicas reddere cogatur indempnes.

(C.13 q.2 d.p.c.5) ¶ Quia ergo secundum Gregorium ultima voluntas defuncti conservanda est, pro istorum voluntate corpora eorum sunt tumulanda, non pro arbitrio vestre dispositionis. 5

Item in Triburiensi concilio legitur:

(C.13 q.2 c.6) UBI QUISQUE ELIGERE SEPULTURAM SIBI DEBET. 10

Ubicumque temporum vel locorum facultas tulerit, apud maiorem ecclesiam, ubi sedes est episcopi, sepulture celebrentur. Si autem propter temporis vel loci asperitatem hoc difficile visum fuerit, apud ecclesiam, quo religiosorum canonicorum, vel monachorum, vel sanctimonialium religiosa congregatio communiter degerit, sepeliatur. Si autem et hoc ineptum visum fuerit, ubi quis decimas persolvebat vivus, ibi sepeliatur mortuus. 15 20

(C.13 q.2 d.p.c.6) ¶ Quia ergo decimam nobis persolvebat vivus, et apud nos sepeliendus est mortuus.

Item, si quis de provincias ad provinciam transiret et ibi domicilium sibi collocaret, liber factus a ditione prioris iudicis, iurisdictioni illius iudicis subiceretur, in cuius provincia sedem sibi eligeret. Quia ergo isti a vestra diocesi in nostram transierunt, liberi a vestra ditione nostro iuri subiciuntur. Nostrum ergo est ius funerandi eos. 25

Aa 196r

Sed obicitur illud Melciadis papae: 30

(C.13 q.2 c.7) PROPRIA TEMERITATE SEPULTURAM PARENTUM RELINQUERE NON LICET.

Placuit per omnia magno concilio, ut nullus proprii arbitrii temeritate aliam ecclesiam, nisi cui usus antiquorum parentum canonica institutione subiacere perhibetur, sepulture causa adire procuret, nisi infirmitatis causa prepeditus in aliam fuerit regionem quolibet negotio progressus. Ad hec, si quis prelatus 35

12 Ubicumque – 36 mortuus Conc. Triburense (895), versio vulgata 15, ed. Hartmann MGH Conc. 5352.9-17, *ubi sententia eadem aliis verbis expressa invenitur.*

contra hec agere sategerit, ecclesiastico vinculo se subdi cognoscat.

(C.13 q.2 d.p.c.7) ¶ Sed aliud est ex temeritatis
 5 superbia usum antiquorum parentum non sequi, atque
 aliud rationabili occasione novam sibi sepulturam eligere.
 Contra Melciadis papae auctoritatem nititur qui superbia
 vel odio ductus, sive vanis persuasionibus aut variis
 munusculis illectus, sepulturam suorum parentum sequi
 contempnit. Secundum Gregorium autem liberam habet
 10 ultimam voluntatem qui certe rationis causa novum suo
 corpori querit hospitium. (§ 1) Vel ut quidam distinguunt,
 libera est ultima voluntas cuiusque, non in sepultura sibi
 eligenda, sed in testamento conficiendo. Unde et
 testamentum appellatur, quia eo libere quisque testatur
 15 quid post suum decessum de propriis rebus fieri velit. (§
 2) Sed non videtur libera testatoris voluntas, cum
 secundum Augustinum pro numero filiorum debeat fieri
 testamentaria distributio facultatum, veluti, si quis habet
 unum filium, Christum putet alterum; si vero duos,
 20 Christum faciat tertium, et sic per ordinem. Et secundum
 Leonem quisque medietatem eorum, quae Christo
 testatur, ecclesiae iubetur relinquere, apud quam fidei
 sacramenta suscepit.

Sed illud Augustini non est iubentis, sed dehortantis,
 25 ne quis iratus filium suum exheredaret, atque totum
 Christo relinqueret. Ait enim in II sermone de vita
 clericorum:

(C.13 q.2 c.8) PRO NUMERO FILIORUM PARS
 HEREDITATIS DEO OFFERATUR.

30 Si quis irascitur filio suo, et moriens exheredat eum, si
 viveret, non eum placarem? non ei filium reconciliare
 deberem? Quomodo ergo volo ut cum filio suo habeat
 pacem, cuius appeto hereditatem? Sed plane sic faciat
 quod sepe hortatus sum. Unum filium habet: putet
 35 Christum alterum; duos habet: putet Christum tertium;
 decem habet: faciat Christum undecimum, et suscipio.

(C.13 q.2 d.p.c.8) ¶ Hac nimirum auctoritate mensura
 testatori prefigitur, non quam cogatur exsolvere, sed
 quam prohibetur transscendere. (C.13 q.2 d.p.c.11) Item
 40 queritur, an pro sepultura mortuorum aliquid sit
 exigendum? De his ita scribit Gregorius in registro
 Ianuario, episcopo Sardinie:

(C.13 q.2 c.12) PRO SEPULTURA NICHIL MUNERIS EXIGENDUM EST.

Aa 196v Questa est nobis Nereida clarissima femina, quod ab ea solidos pro filie sue sepultura fraternitas vestra exigere velit. Hoc autem vicium et nos, postquam, Deo auctore ad episcopatus honorem accessimus, de ecclesia nostra omnino vetuimus, et per pravam denuo consuetudinem nequaquam usurpari permisimus, memores, quia dum Abraham a filiis Ephron, hoc est a filiis Seor, sepulcrum precio ad humandum corpus coniugis postulare, premium accipere rennuit, ne commodum videretur de cadavere consecutus. Si ergo tante considerationis paganus vir fuit, quanto magis nos, qui sacerdotes dicimur, hoc facere non debemus? Unde hoc avaritiae vicium ne in alienis denuo temptari presumatur, amoneo. (§ 1) Sed si quando aliquem in ecclesia vestra sepeliri conceditis, siquidem parentes ipsius, proximi vel heredes pro luminaribus sponte quid offerre voluerint, accipere non vetamus. Peti vero aut aliquid exigi omnino prohibemus, ne (quod valde irreligiosum est) aut venalis (quod absit) dicatur ecclesia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari, si ex eorum cadaveribus studetis querere quolibet modo compendium.

(C.13 q.2 c.14) Item ex concilio Triburiensi.

DE EODEM.

In ecclesiastico namque libro scriptum est: "Mortuo non prohibeas gratiam, sciens, quia omnes moriemur". Et item: "Omnia, quae de terra orta sunt, in terram convertentur". Quid terra terram vendis? memento, quod terra es, et in terram reverteris, et quoniam mors tibi futura est, et appropriat, et si tardat. Recordare, quia non hominis terra est, sed, ut Psalmista commemorat: "Domini est terra, et plenitudo eius". Si terram vendis, invasione rei reus teneberis. Gratis accepisti a Deo, gratis da pro eo. Quare interdictum sit omnibus omnino Christianis terram mortuis vendere, et debitam sepulturam denegare, nisi forte proximi et amici defuncti propter nomen et redemptionem anime viri gratis aliquid dare velint.

(C.13 q.2 c.15) Item ex concilio Varensi.

DE EODEM.

Precipiendum est secundum canonum auctoritatem, ut de sepulcris et hominibus sepeliendis nichil muneris exigant, nisi forte qui sepelitur vivens iusserit ecclesiae, in

cuius atrio sepelitur, aliquid de suis rebus tribuere, aut
etiam post mortem illius, quibus commissum est eius
elemosinam facere, de rebus illius a quibus exigatur, sive
ab illis, qui locis et villis presunt. (§ 1) Prohibendum est
5 etiam secundum maiorum instituta, ut in ecclesia
nullatenus sepeliantur, sed in atrio, aut in porticu, aut in
exedris ecclesiae. Infra ecclesiam vero, aut prope altare,
ubi corpus Domini et sanguis conficitur, nullatenus
sepeliantur.

10

3 a quibus] *om. Fr.*

(CAUSA 14)

Fd 48ra **(C.14) ¶** Canonici cuiusdam ecclesiae questionem
movent de prediis; testes ex fratribus suis producunt;
Aa 196v negociatoribus pecuniam crediderunt, ut ex eorum
Aa 197r mercibus emolumenta acciperent. Queritur, an liceat eis
5
repetere sua? SECUNDO, an illi testes sint audiendi?
TERTIO, an illud sit usuras exigere? QUARTO, an liceat
clericis vel laicis a quolibet usuras expetere? QUINTO, an
elemosine de usuris fieri possint? SEXTO, an usurarii
penitentiam agere valeant, nisi quod male acceperunt
10
restituunt.

(QUAESTIO 1)

(C.14 q.1 d.a.c.1) ¶ Quod sua repetere non possint,
facile posse probari videtur. Ait enim Dominus in
15
evangelio: “Si vis perfectus esse, vade, et vende omnia,
quae habes, et da pauperibus”. Quia ergo isti iter
perfectionis arripiunt, non licet eis sua habere. Multo
ergo minus licet eis repetere, quia non debet repeti quod
20
possideri non licet. **(§ 1)** Item: “Si quis voluerit tunicam
tuam tollere, et in iudicio te cum contendere, dimitte ei et
pallium”. **(§ 2)** Item Apostolus in epistola ad Corinthios:
“Secularia igitur iudicia si habueritis, omnino peccatum
est in vobis”. **(§ 3)** Item Gregorius exponens: “Omnia
25
mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate,” inquit:
“Cum mens concepta desideria sequitur, servire rebus
convincitur, quarum amore superatur”.

(C.14 q.1 d.p.c.1) ¶ Quia ergo generaliter perfectis
prohibetur in iudicio contendere, patet, quod istis non
30
licet stare coram iudice. **(§ 1)** His ita respondetur:
prohibetur perfecto in iudicio stare captando lucrum, sed
non evitando dampnum. Vel aliter: Aliud est sua
possidere, aliud est communium procuratorem esse.
Canonici. non possident sua, quia res Deo oblate non sunt
alicuius. Utuntur enim rebus ecclesiae, non ut suis, sed
35
tamquam ad dispensandum sibi creditis. Unde Prosper in
libro de vita contemplativa: “Sacerdos, cui dispensationis
cura commissa est, etc.” require in causa eius, a quo pro
ingressu monasterii pecunia exigebatur. Sicut ergo isti
non sua possident, ita nec sua repetunt, sed res ecclesiae,
40
quarum procuratorem gerunt. Similiter quod in iudicio
prohibentur contendere sic intelligendum est, videlicet, ut
non sibi stent coram iudice, sed aliis. Aliis autem coram

iudice astitisse, et pro eis iudicem interpellasse nonnullos sanctorum legimus. Hi autem non sibi stant, sed pauperibus, quorum necessitatibus profutura repetunt, et ita non prohibentur stare coram iudice.

5

(QUAESTIO 2)

(C.14 q.2 d.a.c.1) ¶ De eo autem, quod queritur, an de suis fratribus testes possint producere, multis auctoritatibus videtur esse prohibitum. Leges enim tam
10 sacrorum canonum quam secularium principum prohibent adversus alium testem de sua domo produci. Contra se enim quisque testari potest, pro se vero minime. Quia ergo isti producuntur, ut pro se ipsis testimonium ferant, (non enim sue utilitatis ecclesiae se penitus immunes
15 arbitrantur futuros, patet, quod eorum vox in talibus non est audienda. Sed distinctio hec et testium examinatio in criminalibus causis servanda est; in civilibus autem non usquequaque. In criminali enim causa non licet testem de
20 domo propria produci, in civili autem prelatis ecclesiae licet. Unde Pascalis II Guidoni, Archiepiscopo Viennensi, apostolice sedis Legato scribit, dicens:

Aa 197v

(C.14 q.2 c.1) CLERICI PRO SUA ECCLESIA TESTIMONIUM FERRE POSSUNT.

Super prudentia tua plurimum admiramur, quod in
25 negotio beati Stephani clericorum ipsorum acceptare nolueris testimonium. Diverse sunt namque species causarum, nec in omnibus causis crimina agitantur. In criminibus siquidem accusatorum et testium illa districtio observanda est, quae in canonibus continetur, ne qui ad
30 probationem domestici assumantur. Ceterum in possessionum vel huiusmodi negociis hi potissimum assumendi sunt, qui eadem negocia tractaverunt, de quorum auditu et visu hesitatio esse non debeat. Si ergo idem clerici idonei sunt ad assertionem cause illius,
35 nullatenus removeantur, sed, sicut aliis litteris deliberatum est, inter sancti Iohannis et sancti Stephani canonicos lis illa plenius decidatur.

(C.14 q.2 d.p.c.1) ¶ Potest etiam intelligi aliter. Domestici ad probationem non admittantur, ut pro his
40 videlicet, quorum sunt domestici, testimonium ferant. Hii autem (sicut supra de actoribus dictum est) non pro domesticis, sed pro ecclesia, quae mater est omnium pauperum, testimonium dicant. In conficiendis autem

instrumentis secularium negotiorum presbiteri non vocentur ad testimonium, sed, si casu contractui eos interfuisse acciderit, iubente episcopo testimonium dicant.

(QUAESTIO 3)

5

(C.14 q.3 d.a.c.1) ¶ Quod autem preter summam emolumenta sectari sit usuras exigere, auctoritate Augustini probatur, qui in psalmo XXXVI scribit, dicens:

(C.14 q.3 c.1) QUI PLUS QUAM DEDERIT EXPETIT USURAS ACCIPIT.

10

Si feneraveris hominem, id est si tu mutuum dederis pecuniam tuam, a quo plus quam dedisti expectes, non pecuniam solam, sed aliquid plus quam dedisti, sive illud triticum sit, sive vinum, sive oleum, sive quodlibet aliud, si plus quam dedisti expectes accipere, fenerator es, et in hoc inprobandus, non laudandus.

15

Aa 198r **(C.14 q.3 c.2)** Item Ieronimus super Ezechielem, libro VI

QUICQUID SUPRA DATUM EXIGITUR, USURA EST.

Putant quidam usuras tantum esse in pecunia. Quod providens divina scriptura omnis rei superhabundantiam aufert, ut plus non recipias quam dedisti. Item: **(§ 1)** Alii pro pecunia fenerata solent munuscula diversi generis accipere, et non intelligunt scripturam usuram appellare et superhabundantiam quicquid illud est, si ab eo, quod dederint, plus acceperint.

20

25

(C.14 q.3 c.3) Item Ambrosius de Nabuthe.

QUICQUID SORTI ACCIDIT USURA EST.

Plerique refugientes precepta legis cum dederint pecuniam negotiatoribus, non in pecunia usuras exigunt, sed de mercibus eorum tamquam usurarum emolumenta percipiunt. Ideo audiant quid lex dicat: "Neque," inquit, "usuram, escarum accipies, neque omnium rerum". Item: **(§ 1)** Esca usura est, et vestis usura est, et quodcumque sorti accidit usura est; et quodcumque velis ei nomen inponas, usura est. Item: **(§ 2)** Si quis instaurandum convivium putet, ad negotiatorem mittit, ut absinthiati cupellam sibi gratis deferat, ad cauponem dirigit, ut Picenum vinum aut Tiriacum requirat; ad lanium, ut vulvam sibi procuret; ad alium, ut sibi poma adornet.

30

35

Fd 48va

40

(C.14 q.3 d.p.c.4) ¶ Ecce evidenter ostenditur, quod quicquid ultra sortem exigitur usura est.

(QUAESTIO 4)

5 (C.14 q.4 d.a.c.1) ¶ Quod vero nec clericis, nec laicis liceat usuras exigere, probatur auctoritate Gelasii et aliorum. Ait enim Gelasius papa, scribens clericis per Lucaniam et Siciliam:

10 (C.14 q.4 c.1) A QUESTIBUS NEGOCIATIONIS CLERICI ABSTINEANT.

Clerici ab indignis questibus noverint abstinendum, et ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio vel cupiditate cessandum. In quocumque vero gradu sint, si cessare noluerint, mox a clericalibus offitiis abstinere cogantur.

15 (C.14 q.4 c.2) Item ex concilio Arelatensi I, quod confirmavit Silvester papa.

EXCOMMUNICENTUR MINISTRI, QUI FENERANTUR.

Ministri, qui fenerantur, placuit iuxta formam divinitus datam eos a communione abstinere.

20 (C.14 q.4 c.3) Item ex concilio Terraconensi.

QUI VOLUNT ESSE IN CLERO A STUDIO NEGOCIATIONIS ABSTINEANT.

25 Canonum statutis firmatum est, ut quicumque in clero esse voluerit emendi vilis et vendendi karius studio non utatur. Quod si exercere voluerit, cohibeatur a clero.

(C.14 q.4 c.6) Item ex concilio Cartaginensi III

CLERICUS NON PLUS ACCIPIAT QUAM CONMODAVIT.

30 Nullus clericorum amplius accipiat quam comodavit; si pecuniam, pecuniam accipiat, si speciem, eandem speciem, quam dedit, accipiat, et quicquid aliud tantum, quantum dedit, accipiat.

(C.14 q.4 c. 7[8]) Item ex Niceno concilio.

DE EODEM.

35 Quoniam multi clerici, avaritiae causa turpia luca sectantes, obliti sunt divini precepti, quo dictum est: "Qui pecuniam suam non dedit ad usuram," statuit hoc sanctum concilium, ut, si quis inventus fuerit post hanc diffinitionem usuras accipere, vel ex quolibet tali negotio

Aa 198v

23 Canonum – 29 clero Conc. Tarraconense (a. 516) 2, ed. Vives, 35.

turpia lucra sectari, vel etiam species frumentorum ad sescuplum dare, omnis, qui tale aliquid conatus fuerit ad questum, deiciatur a clero, et alienus habeatur ab ecclesiastico gradu.

(C.14 q.4 c. 8[7]) Item Leo papa.

5

ETIAM LAICIS USURA DAMPNABILIS EST. ITEM LEO PAPA.

Nec hoc quoque pretereundum duximus, esse quosdam turpis lucri cupiditate captos qui usurariam exercent pecuniam, et fenore volunt ditescere. Quod nos ut non dicamus in eos, qui sunt in clericali ordine constituti, sed etiam in laicos cadere, qui se Christianos dici capiunt, condolemus. Quod vindicari acrius in eos, qui fuerint confutati, decernimus, ut omnis peccandi oportunitas adimatur.

10

15

(C.14 q.4 c.9) Item Iulius papa.

TURPE LUCRUM SEQUITUR, QUI MINUS EMIT, UT PLUS VENDAT.

Quicumque tempore messis vel vindemie non necessitate, sed propter cupiditatem comparat annonam vel vinum, verbi gratia de duobus denariis comparat modium unum, et servat, usque dum vendatur denariis quatuor aut sex, aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus.

20

(C.14 q.4 c. 9a) Ex concilio Cartaginensi.

Nullus clericorum amplius recipiat quam cuiquam accomodavit; si pecuniam, pecuniam; si speciem, speciem.

25

(C.14 q.4 c.10) Item Ambrosius in libro de bono mortis.

RAPINAM FACIT QUI USURAM ACCIPIT.

Si quis usuram accipit, rapinam facit, vita non vivit.

30

(C.14 q.4 d.p.c.11) ¶ Porro, a quo usure exigende sint, Ambrosius testatur, dicens:

(C.14 q.4 c.12) AB ILLO USURAM EXIGERE POSSUMUS, CUI IURE NOCEMUS.

Ab illo exige usuram, cui nocere merito desideras; cui iure inferuntur arma, huic legitime inferuntur usure; quem bello vincere non potes, ab hoc usuram exige, quem non sit crimen occidere. Sine ferro dimicat qui usuras flagitat, sine gladio se de hoste ulciscitur qui fuerit usurarius exactor inimici. Ergo ubi ius belli, ibi ius usure.

35

40

(QUAESTIO 5)

5 (C.14 q.5 d.a.c.1) ¶ Quod vero elemosine non sint
faciende ex fenore vel usuris, nec ex quolibet male
acquisito, Augustinus testatur in libro de verbis Domini
tractatu XXXV:

(C.14 q.5 c.1) DE USURIS ELEMOSINE FIERI NON
POSSUNT.

Nolite velle elemosinas facere de fenore et usuris.

Fd 48vb

10 (C.14 q.5 c.2) Item Augustinus.

OBLATIS DE RAPINA REPROBATUR A DEO.

15 Inmolans ex iniquo oblatio est maculata. Dona
iniquorum non probat altissimus, nec respicit in
oblationibus iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum
eorum propitiabitur peccatis. Qui offert sacrificium ex
substantia pauperum, quasi qui victimat filium in
conspectu patris sui. Panis egentium vita pauperis est.
20 Qui defraudat illum homo sanguinis est. Qui effundit
sanguinem, et qui fraudem facit necessario, fratres sunt.

Aa 199r

20 (C.14 q.5 c.3) Item Augustinus in Omelia.

NON EST ALIQUID RAPIENDUM DIVITIBUS, UT DETUR
EGENIS.

25 Forte aliquis cogitat et dicit: Multi sunt Christiani
divites, avari, cupidi; non habeo peccatum, si illis
abstulero, et pauperibus dedero. Unde enim illi nil boni
agunt, mercedem habere potero. Sed huiusmodi cogitatio
ei Diaboli calliditate suggeritur. Nam si totum tribuat
quod abstulerit, potius peccatum addit quam minuat.

(C.14 q.5 c.6) Item eiusdem.

30 FURTUM COMMITTIT QUI INVENTUM NON REDDIT.

Si quid invenisti, et non reddidisti, rapuisti; quantum
potuisti fecisti. Quia plus non invenisti. Qui alienum
negat, si posset et tolleret. (§ 1) Deus cor interrogat, non
manum.

35 (C.14 q.5 c.8) Item Ieronimus in libro Levitici.

PECCAT QUI REM INVENTAM NON REDDIT.

Multi sine peccato putant esse, si alienum, quod
invenerint, teneant, et dicunt, Deus michi dedit, cui habeo

37 Multi – 11 reddat Origines, *Homelia 4* in Lev. c. 5 c. 201 (ed. xxx).

reddere? Discant hoc peccatum simile esse rapine, si quis inventa non reddat.

(C.14 q.5 d.p.c.13) ¶ His auctoritatibus probatur, quod neque ex rebus inventis, neque ex male conquisitis elemosinam quisquam facere potest. **(§ 1)** Sed Augustinus contra testatur dicens: 5

(C.14 q.5 c.14) DE MALE ADQUISITIS BONUM FIERI POTEST.

Qui habetis aliquid de malo, facite inde bonum. Qui non habetis de malo, nolite acquirere de malo. Esto tu bonus, qui facis de malo bonum, et cum ceperis aliquid boni facere de malo, noli remanere tu malus. Nummi tui convertuntur in bonum, et tu remanes malus? 10

(C.14 q.5 d.p.c.14) ¶ Sed hoc multipliciter intelligitur. Facit enim de malo bonum qui reddit quod illicite abstulit. Nomine etiam mali cura et sollicitudo mortalium exprimitur. De malo ergo bonum facit qui pauperibus dispensat quod cum labore et sollicitudine acquisivit, iuxta illud evangelii: "Facite vobis amicos de mammona iniquitatis". Vel ex malo acquiritur quod ex turpi causa possidetur, veluti cum mathematicus ex arte, quam docet, vel ex futuris, quae pronunciat, nonnulla lucratur. quae vero de malo sic acquiruntur in bonum possunt converti. 15 20

(QUAESTIO 6) 25

(C.14 q.6 d.a.c.1) ¶ Quod vero penitencia agi non possit, nisi res aliena reddatur, testatur Augustinus in epistola ad Macedonium.

(C.14 q.6 c.1) PENITENCIA NON AGITUR, SI RES ALIENA NON RESTITUITUR. 30

Aa 199v Si res aliena, propter quam peccatum est, reddi possit, et non redditur, penitencia non agitur, sed simulatur. Si autem veraciter agitur, non remittetur peccatum, nisi restituatur ablatum; si, ut dixi, restitui potest. Plerumque enim qui aufert amittit, sive alios patiendos malos sive ipse male vivendo, nec aliud habet unde restituat. **(§ 1)** Huic certe non possumus dicere, redde quod abstulisti, nisi cum habere credimus et negare. Ubi quidem si aliquos sustinet cruciatus repente, dum existimatur habere quod reddat, non est iniquitas, quia, si non est unde reddat ablatam pecuniam, tamen, dum eam per molestias corporales reddere conpellitur, peccati quo male ablata est, penas 35 40

luit. (§ 2) Sed non inhumanum est etiam pro talibus intercedere non ad hoc ut minime restituantur aliena, sed ne frustra homo in hominem se viat.

(CAUSA 15)

Aa 13r **(C.15)** ¶ *Quidam clericus crimine carnis lapsus esse*
 Fd 49ra *perhibetur ante, quam sacerdotalem benedictionem*
consequeretur. Postquam vero sacerdotium adeptus est, in 5
furorem versus quendam interfecit. Recuperata vero sanitate
apud episcopum accusatur ab ea, cum qua lapsus esse dicitur.
 Mv 288a *Episcopus autem die dominico causam examinat. Sacerdos*
inficiatur crimen sibi illatum; quorundam clericorum sibi
patrocinia querit; illi vero non sine precio sibi patrocinantur; 10
tandem episcopus questionibus confessionem extorquet; demum
solus et absque synodali audientia illum sententia ferit.

Queritur autem, an ea, quae mente alienata fiunt, sint
imputanda? SECUNDO, an pro inpensis patrocinii liceat
clericis munera exigere? TERTIO, an ex mulieris confessione
iste sit condemnandus? QUARTO, an die dominico eius causa 15
sit ventilanda? QUINTO, an sibi neganti purgatio sit
deferenda? SEXTO, an eius confessio sit cruciatibus
extorquenda? SEPTIMO, an absque sinodali audientia episcopus
valeat sacerdotem damnare? OCTAVO, si sponte confessus aut ab 20
aliis convictus fuerit, quod ante ordinationem peccaverit, an
suscepti ordinis officium exequi sibi liceat?

(QUAESTIO 1)

(C.15 q.1 d.a.c.1) ¶ Quod autem ea, quae alienata
 mente fiunt, non sint imputanda, facile videtur posse 25
 probari. Peccata namque alia penes voluntatem animi, alia
 circa nature infirmitatem videntur consistere. Est autem
 voluntas, ut Augustinus ait in libro primo retractationum,
 animi motus ad aliquid vel non imitandum vel
 adipiscendum. Quod propterea dictum est, ut hac
 Fr. 745 diffinitione volens a nolente discerneretur. (§ 1) Ex 30

29 animi motus Augustinus, *Retractationes* 1.15.3, ed. Mutzenbecher, CCSL 57.47.58.

2 Quidam [AaFd Mv

2 Quidam clericus] clericus quidam Fr.: sacerdos quidam Mv **carnis**
 Fd^{bc} **4 vero om. Mv** **est]** esse Fd^{bc} **5 versus]** reuersus Aa

9 precio add. in marg. Mv **sibi om. Mv** **10 questionibus]**
 cruciatibus Aa **extorquet]** retorquet Aa^{ac} **11 solus et om. M**

audientia] intelligentia Fd^{bc} **illum]** solus illum Mv **12 an ea]**
 antea Fd^{bc} **alienata]** aliena Mv **17 sit cruciatibus]** cruc. sit AaFr.

21 exequi sibi] sibi ex. Fr. **sibi om. Mv** **25 non om. Fd** **26 alia¹]**
 alias Mv^{ac} **27 autem]** enim AaFd^{bc} **29 ad om. Mv^{ac}** **imitandum]**

mutandum Fd^{bc} **30 propterea]** propter Fd^{bc}

voluntate itaque peccata procedunt, quae libero mentis arbitrio et delinquendi proposito committuntur.

(§ 2) Porro infirmitas alia est animi, alia carnis. Infirmitas animi est ignorantia. Carnis infirmitas est eius concupiscentia. Ex utraque autem infirmitate quae procedunt imputantur ad penam. Unde de quibusdam ignorantibus dictum est: "Si quis ignorat, ignorabitur." Tales erant illi, de quibus Christus ait apostolis: "Extra sinagogas facient vos, quia arbitrabuntur obsequium se prestare Deo." De eisdem etiam apostolus scribit in epistola ad Romanos: "Testimonium illis perhibeo, quia zelum Dei habent, set non secundum scientiam." Nullum tamen eorum in perfidia sua perseverantem hec ignorantia excusat. Ex carnis infirmitate procedunt quae nature languore fiunt, quae, nisi imputarentur ad penam, nequaquam apostolus lege carnis gravatus diceret: "Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?" etc. Sive ergo penes voluntatem, sive penes infirmitatem peccata consistant, semper imputantur ad penam.

Aa 13v

(§ 3) Cui sententiae illud Augustini de vera religione contrarium esse videtur: "Usque adeo peccatum voluntarium malum est, ut nisi sit voluntarium nullo modo sit peccatum, et hoc quidem adeo manifestum est, ut nulla hinc doctorum paucitas, nulla indoctorum turba dissentiat." Quare aut negandum est peccatum committi, aut fatendum est cum voluntate committi.

(§ 4) Set hoc non generaliter de omnibus peccatis intelligendum esse, idem Augustinus in primo libro retractationum ostendit, dicens: "Usque adeo peccatum

7 Si – ignorabitur I Cor 14:38. **8 Extra – 10 Deo** Ioh 16:2. **11 Testimonium – 12 scientiam** Rom. 10:2. **17 Infelix – 18 huius** Rom. 7:24. **22 Usque – 26 dissentiat** Augustinus, *De vera religione* 14.27, ed. Daur, CCSL 32.204.4-7. **30 Usque – 523: 8 dici** Augustinus, *Retractationes* 1.13.5, ed. Mutzenbecher, CCSL 57.38.52-60.

AaFdMv

1 mentis – 2 arbitrio] arb. mentis Aa **3 alia¹ om. Fd:** nafe at (?) *supra lin.* **4 eius]** ex Mv: om. Fr. **5 autem]** enim Fd^{ac} **9 sinagogas]** sinagogam AaFr. **quia]** qui Aa **arbitrabuntur]** arbitrantur A **obsequium se]** se obs. Aa **10 De eisdem]** deinde Fd^{ac} **eisdem]** his Aa **13 perfidia sua]** sua perfidia Fr. **23 voluntarium¹ – 24 peccatum om. Fd^{ac} 24 sit]** est e Mv **29 libro – 30 retractationum]** retract. libro Aa

Mv 288b	<p>voluntarium malum est, ut nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium. (§ 5) Potest videri falsa hec diffinitio, set si diligenter excutiatur invenitur verissima. Peccatum illud quippe cogitandum est, quod tantummodo peccatum est, non quod etiam pena peccati. Quamvis et illa, quae non inmerito non voluntaria peccata dicuntur, quia vel a nescientibus, vel coactis perpetrantur, non omnino possint non voluntaria dici.” Item in eodem: “Diffinitio peccati quam diximus: ‘Peccatum est voluntas retinendi vel consequendi quod iustitia vetat unde liberum est abstinere’, propterea verum est, quia id diffinitum est quod tantummodo peccatum est, non quod etiam pena peccati.”</p>	5 10
Fr. 746	<p>(C.15 q.1 d.p.c.2) ¶ Ut itaque ex premissis apparet, sive ex voluntate sive ex infirmitate peccata procedant, palam est illa imputari. Set carnis infirmitas dupliciter intelligitur. Est enim languor nature, qui carnis concupiscentia appellatur, quae verius anime infirmitas dici potest, set ideo carnis infirmitas dicitur, quia accidit anime ex coniuncte carnis corruptione. Porro alia est infirmitas, quae proprie carnis dicitur, qua (elementorum seu humorum concordia turbata) caro ipsa afficitur, et tandem dissolvitur. (§ 1) Similiter animi infirmitas duplex est: una, quae vitium appellatur, qua anima a Deo separatur, ut est ira, odium, et alia huiusmodi; alia infirmitas anime, quae, cum ipsa non sit peccatum, est tamen pena, et causa peccati, ut est oblivio et ignorantia. Furor autem, cum non sit peccatum, est tamen pena peccati, ut febris et ceterae passiones, quas proprie carnis esse diximus, quarum motus, id est ea, quae illis perturbantibus fiunt, nulli imputantur ad penam.</p>	15 20 25 30
Fd 49rb		
Mv 289a		
Aa 14r		

9 Diffinitio – 13 peccati Augustinus, *Retractationes* 1.15.4, ed Mutzenbecher, CCSL 57.47.71-74.

AaFdMv

1 voluntarium – peccatum *om. Fd^{ac}* **si – 2 non]** nisi *Mv*
3 diffinitio] distinctio *Aa* **5 quod** *Fd^{bc}* **6 non¹** *Fd^{bc}* **7 quia]** que
Fd (vel quia *supra lin.*) **coactis]** a coactis *Fd^{bc}* **8 omnino]**
omnimodo Mv **Item** *FdMv*: idem *Fr.* **9 quam]** qua *Aa*
11 propterea] propter *Fd^{ac}* **20 ex]** et *Mv* **23 infirmitas duplex]**
inf. animi Aa **24 qua]** quia // *Mv* **25 ut]** et *Fd^{ac}* **26 quae cum]**
quecumque Fd^{ac} **27 pena – causa]** causa et pena *Aa* **29 febris]**
febres Aa **quas]** quia *Fd^{bc}*: que (?) *Fd^{bc}* **30 esse diximus** *AaFd*:
dicimus esse Fr. **ea]** illa *Fd^{bc}*

(§ 2) Set obicitur de Lamech, qui, cum cecus esset, Cain interfecit, nec eum excusavit cecitatis infirmitas. Unde dictum est: "Septuplum ultio dabitur de Cain; de Lamech septuagies septies". Set cecitas ignorantie similis est. (§ 3) Ex utraque enim quaedam fiunt, quae inputantur, quaedam vero quae minime. Cecus namque, si debitum sue uxori se credens reddere alienam polluit, non est reus adulterii. Si autem ludo, vel exercitatione virium, vel venatione iaculum mittens aliquem perimat, quia hoc ab eo penitus debet esse alienum, homicidii reus habetur. Mens vero alienata furore, cum sui compos non sit, eorum, quae admittit, reatum non contrahit, quia facultatem deliberandi non habuit. Unde pupillo et furioso in maleficiis subvenitur, ut non eis imputetur ad penam quae ex mentis deliberatione non processerunt. Quod non solum humanis, set etiam divinis legibus noscitur aprobatum.

(C.15 q.1 c.3) Ait enim Augustinus de parvulis ad Petrum diaconum

Firmissime tene et nullatenus dubites exceptis illis, qui pro nomine Christi suo sanguine baptizantur, nullum hominem accepturum vitam eternam, qui non hic a malis suis fuerit per penitentiam fidem quae conversus, et per sacramentum fidei et penitentiae, id est per baptismum, liberatus; et maioribus quidem necessarium esse et penitentiam de malis suis agere et fidem catholicam secundum regulam veritatis tenere, et sacramentum baptismatis accipere: parvulis vero, qui necdum propria voluntate credere, nec penitentiam pro peccato, quod originaliter trahunt, agere possunt, sacramentum fidei,

Fr 747

3 Septuplum – 4 septies Gen. 4:24. **20 Firmissime – 525: 2 salutem** Fulgentius Ruspensis, *De fide ad Petrum* 73, ed. Fraipont, CCSL 91A.755.1293-1305.Ivo, *Decretum* 1.30.

AaFdMv

2 eum *om. Fd* **3 de¹** *om. Fd^{ac}* **4 Lamech]** Lamech vero *Aa*: Malchemech *Mv^{ac}* **5 fiunt]** sunt *Fd^{ac}* **7 sue uxori]** ux. sue *Aa* **credens reddere]** redd. cred. *Aa* **8 reus]** re *Fd^{ac}* **exercitatione]** exercetatione *Fd^{ac}* **9 hoc – 10 eo** *AaFd*: ab eo hoc *Fr*. **10 habetur]** tenetur *Aa* **12 admittit]** mittit *Mv^{ac}*: committit *Mv^{ac}* **13 facultatem deliberandi]** del. fac. *Aa* **pupillo]** parvulo *Aa* **14 imputetur** *AaFd*: inputentur *Fr*. **15 mentis** *om. Fd^{ac}* **17 aprobatum]** approbatum *Fd^{ac}* **18 ad – 19 diaconum** *om. Fr*. **22 qui non]** nisi qui *Aa* **qui]** quia *Fd^{ac}* **26 suis** *om. Fd^{ac}* **30 trahunt]** trahuntur(?) *Fd*

quod est sanctum baptisma, quamdiu rationis etas eorum capax esse non potest, sufficere ad salutem.

(C.15 q.1 d.p.c.3) ¶ Ex eo autem, quod in fine huius auctoritatis dicitur: “Quamdiu scilicet rationis etas eorum capax esse non potest,” evidenter datur intelligi, nulli post baptismum peccata inputari, sive sit adultus sive impubes, nisi rationis sit capax. Unde etiam de brutis animalibus eadem ratio ab Augustino in eodem libro redditur, quare sua facta eis non imputentur: Inquit enim “Animalia presentis seculi cursum aut ornatum secundum creatoris incomprehensibilem peragunt voluntatem, quae de suis factis nullam rationem redditura sunt, quia rationabilia non sunt. Numquid enim de bubus cura est Deo? Homines vero, quia rationales sunt facti, et de se, et de omnibus rebus, quas in usum vite presentis acceperunt, rationem reddituri sunt Deo et pro suorum actuum qualitate recipient aut penam aut gloriam”.

Aa 14v

(C.15 q.1 d.p.c.4) ¶ De furiosis autem evidentissime scribit Augustinus in libro questionum veteris et novi testamenti ita dicens:

(C.15 q.1 c.5) CULPA NON NECESSITATE, SET VOLUNTATE REUM CONSTRINGIT.

Aliquos scimus subito dementes factos ferro, fuste, lapidibus, morsibus, multos nocuisse, quosdam et occidisse, captos autem industria et iudiciis oblatos minime reos factos, eo quod non voluntate, set impellente vi nescio qua hec gesserint nescientes. Quomodo enim reus constituitur qui nescit quod fecerit?

(C.15 q.1 c.6) Item Ambrosius in Exameron, in tractatu primi diei.

9 Animalia – **17 gloriam** Fulgentius Ruspensis, *De fide ad Petrum* 41, ed. Fraipoint, CCSL 91A.739.850-740.857. **23 Aliquos** – **28 fecerit** Ambrosiaster, *Quaestiones Veteris et Novi testamenti* 2.7, ed. Souter, CSEL 50.20.19-24.Ivo, *Decretum* 13.92; *Coll. Trip.* 3.26.7.

AaFdMv **2 salutem Mv]**

1 etas eorum *AaFdMv orig.:* eorum etas *Fr.* **2 non potest]** possunt *Fd^{ac}* **4 etas eorum]** eorum etas *Fr.* **7 etiam]** et *Aa* **9 Inquit** – **Animalia]** *AaFd:* animalia inquit enim *Fr.* **10 presentis seculi]** seculi presentis *Fr.* **11 incomprehensibilem]** irreprensibilem *A* **peragunt voluntatem]** vol. per. *Fr.* **14 quia]** qui *Aa* **rationales]** rationabiles *Aa* **26 voluntate** uoluntatem *Fd(ut vid.)* **27 hec]** hoc *Aa* **28 quod]** quid *Aa*

REUS VOLUNTATE NON NECESSITATE CONSTRINGITUR.

Quod possumus non facere, si volumus, huius electionem mali nobis potius debemus ascribere quam aliis. Ideo etiam in iudiciis istiusmodi voluntarios reos,
 5 non ex necessitate compulsos culpa constringit, pena condempnat. Neque enim, si per furorem aliquis innocentem perimat, obnoxius morti est, quin etiam ipsius divine legis oraculo, si quis per imprudentiam intulerit necem, accipit impunitatis spem, refugii facultatem, ut
 10 possit evadere. Hoc igitur de eo, quod proprie malum videtur, dictum sit. Mala enim non sunt, quae nec crimine mentem implicant, nec conscientiam ligant. Unde paupertatem et ignobilitatem, egritudinem, mortem, nemo sapiens mala dixerit, nec in malorum sorte
 15 numeraverit.

Fd 49va

(C.15 q.1 c.11) Item in libro de paradiso.

MINISTER DEI EST QUI INVITUS HOMICIDIUM FACIT.

Nec is, qui invitus aliquid fecerit aliquod homicidium, extra ministerium est. Siquidem lex ait de eo: "Quia Deus dedit eum in manus eius". Manus ergo eius instrumenti modo divine ultioni ministerium prebuerunt. Levita igitur minister remissionis est. Percussor autem, qui non ex dispositione, set preter voluntatem fecerit homicidium, divine minister est ultionis. (§ 1) Illud quoque specta,
 20 quia, cum interficitur inpius, Christus infunditur, et, ubi abominatio aboletur, sanctificatio consecratur, quia Dominus dixit: "In ea die, qua interfecero omne primogenitum Egipti sanctificabo michi omne primogenitum Israel". Quod non ad unum diem afflictionis Egipti refertur, set ad omne tempus.
 25
 30

2 Quod – 15 numeraverit Ambrosius, *Exameron* 1.8.31, ed. Schenkl, CSEL 32.1.31.18-32.10. Polycarpus 6.9.14; *Coll. 3 libr.* 3.13.11, ed. Motta, 157-158.1-11. **18 Nec – 30 tempus** Ambrosius, *De Cain et Abel* 2.4.15-16, ed. Schenkl, CSEL 32.1.391.18-392.4.

AaFd

3 mali om. Fd^{ac} **nobis potius** potius nobis Fr. **5 ex** AaFd: om. Fr.
8 divine legis legis divine Fr. **imprudentiam** impudentiam Fd^{ac}
16 Item] Idem Fr. **in – paradiso]** de paradiso in lib. Fr.
18 aliquid fecerit Fd. aliquid fec. Aa: fec. aliquid Fr.
19 ministerium] ministriun Fd^{ac} **Siquidem]** set quidem Fd^{ac} **ait]** ag Fd^{ac}
20 instrumenti] infrumentum(?) Fd^{ac} **21 Levita]** levites Fd^p
igitur] ergo Aa **25 ubi]** tibi Aa **29 ad** om. Aa^{ac} **30 Egipti** post non loc. Fr.

(C.15 q.1 d.p.c.11) ¶ Cum itaque qui invitus hominem interfecerit minister Dei sit, cum innocentem furore perimens morti nequaquam obnoxius sit, cum subito dementes eorum, quae faciunt, reatum minime gestent, patet hunc sacerdotem homicidii reum non esse, unde nec sacerdotio privari debet. 5

Aa 15r (C.15 q.1 d.p.c.12) ¶ (§ 1) Sed obicitur: Sunt quaedam quae, etsi non imputentur ad penam, tamen impediunt sacramenti signaculum. Ambitio namque parentum filio non inputatur ad penam, cui tamen obest ad ecclesiae munus accipiendum. Sic quae mente alienata fiunt, etsi non imputentur ad penam, tamen sacri muneris executionem impediunt. 10

Unde Ieronimus ait:

(C.15 q.1 c.13) INNOCENS EST QUI NON IRATUS, SET PROPTER DISCIPLINAM CASU ALIQUEM PERIMIT. 15

Si quis non iratus, set propter disciplinam aliquem verbaverit et casu occiderit, sicut fieri solet, quantum ad gratiam innocens est, quia voluntatem, non opus requirit. Quantum autem ad legem, reus est, quia opera querit. 20

(§ 1) Item. Si in persecutione virgo fuerit oppressa, repellitur lege, quia opus inspicit non voluntatem. In gratia autem quasi virgo suscipitur, quia non opera querit, set voluntatem.

(C.15 q.1 d.p.c.13) ¶ Sicut ergo qui propter disciplinam casu homicidium facit, quantum ad legem reus est, quantum ad gratiam innocens, sic iste sacerdos, qui furore homicidium fecit, quantum ad culpam innocens est, quantum ad suscepti muneris executionem, reus probatur. 25 30

17 Si – 24 voluntatem *Opus imperfectum in Matthaeum 28, ad Matth. 11:28, ed. PG 56.779.*

AaFd

1 qui *om. Aa^{ac}* 2 innocentem] in nocte *Fd^{ac}* 3 morti nequaquam] neq.morti *Aa* 7 Sed obicitur *AaFd*: item obicitur *Fr.* 8 quae *om. Fd^a* impediunt] impediuntur *Fd (ut vid.)* 9 signaculum signaculo *Fd^{ac}*: signacula *Fd^{ac}* 11 fiunt] sunt *Fd^{ac} (ut vid.)* 16 casu aliquem] ali. casu *Fr.* 17 aliquem – 18 verbaverit] palmam alicui dederit *Fr.* 18 occiderit] acciderit *Aa* 20 reus] res *Fd^{ac}* 21 persecutione] persecutionem *Fd^{ac}* 22 repellitur] repellitur *Aa^{ac}* In – 24 voluntatem *om. Fd* 25 Sicut] sic *Aa* 27 reus] res *Fd^{ac}* 29 suscepti *om. Fd^{ac}* reus] res est *Fd^{ac}*

(§ 1) His ita respondetur: Non omnia quae ordinandum impediunt, ordinatum deiciunt. Non enim potest ad sacerdotium provehi qui aliquando insanivit. Verumtamen si post sacerdotium furere cepit, non ideo sacerdotio carebit, nisi forte numquam ad sane mentis officium illum redire contingat. Sicut de episcopo Gregorius scribit in registro ad Leutherium episcopum: “Quamvis triste sit nobis,” etc., ut supra: “Longa invalidudine gravatus episcopus”.

10

(QUAESTIO 2)

(C.15 q.2 d.p.c.1) ¶ Pro impensis vero patrociniis Terraconensi concilio clerici munera exigere prohibentur, in quo sic statutum legitur:

15 (C.15 q.2 c.1) PRO PATROCINIIS INPENSIS CLERICUS MUNERA EXIGERE NON DEBET.

Observandum quoque decernimus, ne quis sacerdotum vel clericorum more secularium iudicum pro inpensis patrociniis munera audeat accipere, nisi in ecclesia gratuito oblata, quae non favore muneris videantur accepta, set collatione devotionis illata. Quod si quesita probatur accipere, veluti exactor fenoris aut usurarum possessor secundum statuta Patrum se noverit degradandum.

25 (C.15 q.2 d.p.c.1) ¶ Hoc autem de illis intelligendum est, qui canonicam vitam professi regulariter se victuros proposuerunt. Generali namque ecclesiae consuetudine receptum est et moribus approbatum, ut clerici more advocatorum patrocinia inpendant, et pro inpendendis munera exigant, et pro inpensis suscipiant.

30

(QUAESTIO 3)

(C.15 q.3 d.a.c.1) ¶ Tertio queritur, an ex mulieris confessione iste sit condempnandus? In quo primum

7 **Quamvis** – 8 **nobis** Cf. C.7 q.1 c. 14, vide pag. 401: 25.

17

Observandum – 24 **degradandum** Conc. Tarraconense (a. 516) 10 (ed. Vives, 37).

AaFd 9 **episcopus** *AaFd*]

4 **post**] potest *Fd^{ac}* **cepit**] *AaFd*: ceperit *Fr.* 5 **illum**] illud *Fd^{ac}*

6 **episcopo**] quodam ep. *Fr.* 7 **Leutherium** *Fd*: Eleutherium *Aa*: Eleuterium *Fr.*

videndum est, an mulier sacerdotem accusare valeat? Quod sacris canonibus omnino videtur esse prohibitum. Generaliter enim statutum est ex decretis Fabiani papae, ut sacerdotes Domini non accusent, nec in eos testificentur, qui sui ordinis non sunt, nec esse possunt. Mulieres autem non solum ad sacerdotium, sed nec etiam ad diaconatum provehi possunt, unde nec sacerdotes accusare, nec in eos testificari valent. Legibus quoque cautum est, ut ob verecundiam sui sexus mulier apud pretorem pro alio non intercedat, nisi forte suas vel suorum iniurias persequi maluerit. Hec autem, quae nec suas, nec suorum iniurias persequitur, ad hanc accusationem admitti non debet.

Fd 49vb

(§ 1) Econtra qui iudicis personam gerere valet ab accusatoris officio non removetur. Mulieres autem in veteri testamento populum iudicasse, quicumque librum Iudicum legerit ignorare non poterit. Non itaque ab accusatione removeri possunt quas etiam iudicis personam frequenter gessisse constat, nec ulla serie divinarum scripturarum ab accusatione prohibentur.

(§ 2) His ita respondetur: In veteri lege multa permittebantur, quae hodie perfectione gratie abolita sunt. Cum enim mulieribus permetteretur populum iudicare, hodie pro peccato, quod mulier induxit, ab Apostolo eis indicitur verecundari, viro subditas esse, in signum subiectionis velatum caput habere. quae ergo his omnibus viro subiecta ostenditur, cui pro alio postulare non conceditur, ad accusationem admittenda non videtur.

(§ 3) Econtra, quamquam passim et indifferenter ad accusationem mulier non admittatur, sunt tamen quaedam crimina, quorum accusationem mulier subire non prohibetur.

Unde in libro Codicis Imperator Diocletianus scribit, dicens:

(C.15 q.3 c.1) De crimine, quod publicorum fuerit iudiciorum, mulieri accusare non permittitur, nisi certis ex causis, id est si suam suorum quae iniuriam persequatur, secundum antiqui iuris statuta tantum, de quibus specialiter eis concessum est, non exacta subscriptione. Unde aditus preses provincie in primis

14 post gerere una duove litterae eras. Aa

examinabit an tale sit crimen, cuius accusationem mulier subire non prohibetur.

(C.15 q.3 c.2) Item in libro Digestorum, Paulus libro II de adulteriis.

5 “Ex eo, quod prohibet lex Iulia de adulteriis testimonium dicere condempnatam mulierem, colligitur etiam mulieres testimonium dicendi in iudicio ius habere”. Item de accusationibus et inscriptionibus, lege 1: **(§ 1)** “Non est permissum mulieri publico iudicio quemquam
10 reum facere, nisi scilicet parentum liberorum quae, et patroni et patrone, et eorum filii filie ve, nepotis neptis ve mortem exequatur”.

(C.15 q.3 c.3) Paulus libro I de adulteriis.

15 “Certis de causis concessa est mulieribus publica accusatio, veluti si mortem exequantur eorum earum quae, in quos ex lege testimonium publicorum invite non dicant”. **(§ 1)** Idem et in lege Cornelia testamentaria senatus statuit; sed et de testamento paterni liberti vel materni mulieribus publico iudicio dicere permissum est.
20 **(§ 2)** “Pupillis ex consilio tutorum patris mortem, item pupille avi sui mortem exequi, concessum est lege testamentaria. Nam de patris quidem testamento pupillis agere divus Vespasianus permisit. Sed etsi non exhibeantur tabule, per interdictum possunt experiri”.
25 Codice qui accusare possunt vel non, idem Augustus Dionisio: “Uxor tua, si consobrini sui necem vindicandam existimat, adeat presidem provincie”. Digestis ad legem Iuliam maiestatis, Papinianus libro 12 Responsorum: **(§ 3)** “In questionibus lese maiestatis etiam mulieres audiuntur. **(§ 4)** Coniurationem Sergii Catiline Iulia mulier detexit, et M. Tullium consulem iudicium eius instruxit”.

35 **(C.15 q.3 d.p.c.3)** ¶ Quaecumque vero persona ad accusationem publicorum iudiciorum vel lese maiestatis admittitur, eadem accusationem symonie subire non prohibetur. Unde in primo Codicis libro Inperator Leo Augustus Armasio, Prefecto Pretorii:

40 **(C.15 q.3 c.4)** LESE MAIESTATIS, ET PUBLICORUM IUDICIORUM, ET SYMONIE ACCUSATIO EQUALITER PROPONATUR.

Sane quisquis hanc sanctam et venerandam antistitis sedem pecunie interventu subisse, aut si quis, ut alterum

ordinaret vel eligeret, aliquid accepisse detegitur, ad instar publici criminis et lese maiestatis accusatione proposita, a gradu sacerdotis retrahatur. Nec hoc solum deinceps honore privari, sed perpetue quoque infamie dampnari decernimus, ut facinus quos par coinquinat et equat, utrosque similis pena comitetur. 5

(C.15 q.3 d.p.c.4) ¶ Cum autem sacris canonibus accusationes omnino submoveantur, quas leges seculi non asciscunt, e diverso videntur admittende quae legibus seculi non prohibentur. Verum hoc non infertur. 10
 Quaecumque enim persone humanis legibus copulari prohibentur et divinis, non omnium copula a sacris canonibus admittitur, quorum conventio legibus imperatorem indulgetur. Filii namque duorum fratrum earum permissione iunguntur. Quamvis igitur sacris 15
 canonibus submoveantur accusationes, quas leges seculi non asciscunt, non ideo consequenter recipiuntur quascumque leges principum admittunt. **(§ 1)** Sed (sicut circa huius operis initium premissum est) tociens legibus inperatorum in ecclesiasticis negociis utendum est, 20
 quociens sacris canonibus obviare non inveniuntur. Unde aut specialiter sacris canonibus mulier ab accusatione lese maiestatis et symonie ostendatur prohibita, aut premissis rationibus ad huiusmodi accusationem admittenda probatur. **(§ 2)** Nec quisquam distinguere querat, ad 25
 aliorum, non ad sacerdotum accusationem in hoc casu symonie mulieres esse admittendas. Cum enim generaliter legibus hoc eis permissum inveniatur, nisi quis specialiter aliqua lege hoc prohibitum ostenderit, eius distinctio locum non habebit. Verum, cum contra regulas generales 30
 quaedam crimina specialiter excepta sint, in quibus mulieri accusare permittitur, inter quae fornicatio non numeratur, patet, quod huius accusatio duppliciter infirmatur, et quia fornicationis crimen intendit, et quia, dum de se confitetur, super alienum crimen ei credi non 35
 oportet.

Unde Iulius papa scribit dicens:

11 Quaecumque – 19 indulgetur] *om. Fr.: eras. Fd iunguntur Sg. /// Fd^{bc}*

14 Filii – 20

(C.15 q.3 c.5) REI PROFESSIO ADVERSUS QUEMLIBET ADMITTI NON DEBET.

Nemini (preterquam de crimine maiestatis) de se confesso super alienum crimen credi oportet, quoniam eius atque omnis rei professio periculosa est, et admitti adversus quemlibet non debet.

(C.15 q.3 d.p.c.5) ¶ Quia ergo ista de se confitetur, super alienum crimen ei credi non potest, sed contra eam sua confessio interpretanda est.

10

(QUAESTIO 4)

(C.15 q.4 d.a.c.1) ¶ Quod vero die dominico nec episcopo, nec presbitero causam ventilare aliquam liceat in Terraconensi concilio prohibetur in quo sic statutum est:

15

(C.15 q.4 c.1) MINISTRI ECCLESIAE DIE DOMINICO CAUSAS VENTILARE NON DEBENT.

Nullus episcoporum aut presbiterorum vel clericorum die dominico propositum cuiuscumque cause negocium audeat ventilare, nisi hoc tantum, ut Deo statuta solempnia peragant. Ceteris vero diebus, convenientibus personis, illa, quae iusta sunt, habent licentiam iudicandi, excepto criminali.

20

25

(QUAESTIO 5)

(C.15 q.5 d.a.c.1) ¶ Purgationem vero neganti prestandam, Stephanus scribit Leoni, Thianensi episcopo:

(C.15 q.5 c.1) DIACONUS, SI DE CRIMINE CONVINCI NON POTERIT, APUD EPISCOPUM SE IPSUM SECRETO PURIFICET.

30

De crimine sibi illato diaconus tuus verissime fatebatur se immunem. Verumtamen si suspicio habetur, et accusatores ydonei reperiuntur, et testes, quales sacri canones sanciant, accito te cum certo episcoporum numero veniant accusatores, vocetur et ipse Aldericus diaconus, et, si negaverit, ventiletur causa canonice, et, si

35

3 Nemini – **9 debet** Ps.-Julius, *Ep.* 12 (JK †196; J³ †443) 14 (ed. Hinschius, 469). **18 Nullus** – **26 criminali** Conc. Terraconense (a. 516) 4 (ed. Vives, 35). **31 De** – **533: 14 derisit** Stephanus V, *Fragm.* 16 (JL 3434; J³ 7193), ed. Caspar, MGH Epp. 7.342.1-12.

2 non debet *bis scr. Aa^{ac}*

vel sponte confessus, vel legitimis testibus fuerit approbatus, canonica feriatur sententia. Quod si nec sponte confitetur, nec accusatores et testes legitimi reperti fuerint, et mala fama crebrescit, non publico examine, sed coram te, et aliquantis reverentissimis presbiteris et diaconibus tue ecclesiae secreto iuramento se purificet. Et deinceps boni testimonii eum annuncia, et conpescce et conmone ecclesiae tue filios, ne sacerdotem Dei ulterius infamare presumant, timentes, quod Cam maledictus est, qui verenda patris derisit.

(C.15 q.5 c.2) Item Nicolaus Salomoni Constantiensi episcopo.

NON EST SPOLIANDUS PRESBITER VEL DIACONUS, NISI SPONTE CONFESSUS AUT LEGITIME CONVICTUS FUERIT.

Presbiter aut diaconus, quem asseris crimina nolle publice confiteri, sed velle cum sacramento defendere se, et si tamen notum sit episcopo esse scelus ipsius perpetratum, non potest per aliquam penitentiam sacerdotali vel diaconali offitio potiri. Sed mirandum, si ipse confessus non fuerit, quomodo notum possit esse episcopo scelus ab ipso perpetratum, nisi accusatore forte ydoneo per testes ydoneos approbante. Unde si examinante episcopo causam presbiteri vel diaconi non fuerit per testium approbationem presbiter vel diaconus forte convictus, non est scelus episcopo legitime manifestum, nisi sua sponte ipsum confiteatur. Quod nisi fecerit, interim non videmus suo debere presbiterum vel diaconum offitio privari. Sola ergo spontanea confessio, et canonicus numerus, vel qualitas testium (decernentibus episcopis, et accusatore quod obiecerat conprobante) clericum privat proprio gradu.

(QUAESTIO 6)

(C.15 q.6 d.a.c.1) ¶ Quod vero confessio cruciatibus extorquenda non sit, Alexander papa testatur, scribens omnibus orthodoxis:

(C.15 q.6 c.1) MINISTRORUM CONFESSIO NON SIT EXTORTA, SED SPONTANEA.

Si sacerdotibus vel auctoribus ecclesiae quaedam scripture quoquo modo per metum aut fraudem, aut per

15 Presbiter – 35 gradu Nicolaus I, *Ep.* 138 (JE 2849), ed. Perels,

vim extorte fuerint, vel, ut se liberare possint, quocumque
 ab eis conscripte aut roborate fuerint ingenio, ad nullum
 eis preiudicium vel nocumentum valere censemus, neque
 ullam eos infamiam vel calumpniam, aut a suis
 5 sequestrationem bonis umquam, Deo auctore et sanctis
 apostolis eorum quae successoribus, sustinere
 permittimus.

(§ 2) Confessio ergo in talibus non debet extorqueri,
 sed sponte profiteri. Pessimum enim est de suspitione aut
 10 extorta confessione quemquam iudicare, cum magis cordis
 inspector sit Dominus, quam operis. (§ 3) Non potest
 autem humano condempnari examine quem Dominus suo
 reservavit iudicio. Si omnia namque in hoc seculo
 vindicata essent, locum divina iudicia non haberent. Item:
 15 (§ 4) Est etiam hoc perlatum ad sanctam sedem (quod
 pudeo dicere, et non solum sacerdotali, sed etiam omni
 Christiano nomini est inimicum), id est quod nonnulli
 episcopos vel sacerdotes aut metu compellunt, aut vi
 extorquent, aut fraude decipiunt, aliquas confessionis sue
 20 in alteram partem, quam debeant, litteras scribere, aut
 pro suarum non requisitione causarum, aut (quod deterius
 est) alieni erroris secte scripturas facere, et propriis
 manibus roborare, et coram populis recitare atque
 confiteri. Alios dicunt carceribus et ergastulis retrudi, ut
 25 saltem his territi insidiis Domini sacerdotes, suis faveant
 voluntatibus. Item: (§ 5) Confessio vero in talibus non
 compulsa, sed spontanea fieri debet, ipso testante, qui ait:
 "Ex corde procedunt homicidia, adulteria," et cetera, quae
 sunt ad hec pertinentia. (§ 6) Nec tantum, attendenda
 30 sunt quae fiant, quantum quo animo fiant. (§ 7) Amplius
 enim respicit Deus ad cogitationes et spontaneas
 voluntates, quam ad actus, qui per simplicitatem aut
 necessitatem fiunt.

35 (QUAESTIO 7)

(C.15 q.7 d.a.c.1) ¶ Absque sinodali vero audientia
 sacerdotem dampnari, in Spalensi concilio, cui Ysidorus
 interfuit, sic prohibetur:

MGH Epp. 6.567.34-658.6. 39 Si – 535: 2 fiunt Ps.-Alexander I, *Ep.*
 1.7 (JK †24; J³ †49) (ed. Hinschius, 97)-98.

(C.15 q.7 c.1) SINE CONCILII EXAMINE PRESBITER VEL
DIACONUS NON DEICIATUR.

Sexta actione conperimus, Fragitanum Cordubensis
ecclesiae presbiterum iniuste olim a pontifice suo
deiectum, et innocentem exilio condempnatum. Quem
rursus ordini suo restitutum esse, id denuo adversus
presumptionem vestram decrevimus, ut iuxta sanctorum
Patrum sinodalem sententiam nullus vestrum sine concilii
examine quemlibet presbiterum vel diaconum deiciendum
putet. Nam multi sunt, qui indiscussos potestate tyrannica,
non auctoritate canonica dampnant. Et sicut nonnullos
gratia favoris sublimant ita quosdam odio invidia quae
humiliant, et levi opinionis aura condempnant quorum
crimen non approbant. Episcopus enim sacerdotibus ac
ministris solus honorem dare potest, solus auferre non
potest. Si enim hi, qui in hoc seculo a dominis suis
honorem adepti sunt libertatis, in servitutis nexum non
revolvuntur, nisi publice apud pretores tribunali foro
accusati fuerint, quanto magis hii, qui divinis altaribus
consecrati honore ecclesiastico decorantur? Qui profecto
nec ab uno dampnari, nec uno iudicante poterunt honoris
sui privilegio exui, sed, presentati sinodali iudicio, quod
omnino de illis canon preceperit oportet diffiniri.

(C.15 q.7 c. 2) Item Gregorius Iohanni episcopo
Panormitano.

CAUSAS CLERICORUM EPISCOPUS NON NISI CUM
SENIORIBUS ECCLESIAE AUDIAT.

Si quid igitur de quocumque clerico ad aures tuas
pervenerit, quod te iuste possit offendere, facile non
credas, nec te ad vindictam res accendat incognita, sed
presentibus ecclesiae tue senioribus diligenter est
perscrutanda veritas, et tunc, si qualitas rei poposcerit,
canonica districtio culpam feriat delinquentis.

(C.15 q.7 c.3) Item ex concilio Cartaginensi I

A QUOT EPISCOPIS PRESBITERI VEL DIACONI SUNT
AUDIENDI.

Si quis tumidus vel contumeliosus extiterit in maiorem
natu, vel aliquam causam habuerit, a tribus vicinis
episcopis, si diaconus est, qui arguitur, si presbiter est, a
sex, si episcopus, a duodecim consacerdotibus audiatur.

3 Sexta – 30 diffiniri Conc. Hispalense II (a. 619) 6, ed. Vives, 166-167.
28 Si – 536: 2 delinquentis **37 Si – 12 audiantur** Conc.
Carthaginense (a. 345-348) 11, ed. Munier, 8.176-9.182.

Universi episcopi dixerunt: Contundi debet contumacia et superbia in omnibus frangi. Cause vero pro personis ab his statuto numero audiantur.

(C.15 q.7 c.4) Item ex concilio Cartaginensi II

5

DE EODEM.

Felix episcopus Selemselitanus dixit: Etiam hoc adicio secundum statuta veterum conciliorum, ut, si quis episcopus (quod non optamus) fieri reatum aliquem incurrerit, et si fuerit ei nimia necessitas non posse plurimos congregare episcopos, ne in crimine maneat, a duodecim episcopis audiatur, et a sex presbiter, et a tribus diaconus, cum proprio suo episcopo.

10

(C.15 q.7 c.5) Item ex concilio Cartaginensi III

DE EODEM.

15

Si autem presbiteri vel diaconi fuerint accusati, adiuncto sibi ex vicinis locis proprius episcopus legitimo numero collegarum, quos ab eodem accusati petierint, id est una se cum in presbiteri nomine sex, in diaconi tres qui ipsorum causas discutiant eadem dierum et dilatione, et a communionemotionum, et discussione causarum, inter accusatores et eos, qui accusantur, forma servata. Reliquorum vero clericorum causas etiam solus episcopus loci agnoscat et finiat.

20

25

(C.15 q.7 d.p.c.5) ¶ Solus autem ad exclusionem aliorum episcoporum, non suorum clericorum dicitur, sine quorum presentia eius sententia irrita erit.

Unde in Cartaginensi concilio IV legitur.

(C.15 q.7 c.6) ABSQUE CLERICORUM PRESENTIA EPISCOPUS NULLIUS CAUSAM AUDIAT.

30

Episcopus nullius causam audiat absque presentia suorum clericorum. Alioquin irrita erit sententia episcopi, nisi presentia clericorum firmetur.

(QUAESTIO 8)

35

(C.15 q.8 d.a.c.1) ¶ De ultima vero questione sic statutum est in concilio Neocesariensi:

6 Felix – 21 episcopo Conc. Carthaginense (a. 390) 10, ed. Munier, 17.143-148. **15 Si – 32 finiat** Conc. Carthaginense (a. 397) 8, ed. Munier, 35.55-36.63.

30 Episcopus – 6 firmetur *Statuta ecclesiae antiqua* 14, ed. Munier, CCSL 148.168.39-169.41.

(C.15 q.8 c.1) PRESBITER, QUI CONFITETUR, SE ANTE ORDINATIONEM CORPORALITER LAPSUM, POSTEA NON OFFERAT.

Qui admiserit corporale peccatum, et hic postea presbiter ordinatus est, si confessus fuerit quod ante ordinationem suam peccaverit, non quidem offerat, maneat autem in aliis offitiis propter eius studii utilitatem. Cetera vero, peccata censuerunt plurimi etiam ordinatione privari. Quod si de his non fuerit confessus, nec aliquibus potest manifeste convinci, huic ipsi potestas de se est committenda. Similiter et diaconus, si in eodem culpe genere fuerit involutus, sese a ministerio cohibebit.

(C.15 q.8 c.2) Item ex concilio Ylerdensi.

DESERVIENTES ALTARIO SI CARNIS FRAGILITATE DELIQUERINT, EPISCOPI ARBITRIO SUBIACEBUNT.

Hii, qui altario Dei deserviunt, si subito in flenda fragilitate carnis corruerint, et Deo respiciente digne penituerint, ita ut mortificato corpore cordis contriti Deo sacrificium offerant, maneat in potestate pontificis vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixiore tempore ab ecclesiae corpore segregare; ita tamen, ut sic offitiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora offitia ulterius promoveri. Quod si iterato velut canes ad vomitum reversi fuerint, non solum dignitate offitii careant, sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, non percipiant.

(C.15 q.8 c.3) Item ex concilio Tolletano IX

EX MINISTRIS ECCLESIAE GENITI IN SERVITUTEM EIUSDEM DEVOCENTUR.

Cum multe super innocentiam ordinis clericorum hactenus emanaverint sententiae Patrum, et nullatenus ipsorum formari quiverit correctio morum, usque adeo sententiam iudicantium protraxere comissa culparum, ut non tantum ferretur ultio in actores scelerum, verum etiam in progeniem dampnatorum. Ideo quae quilibet ab episcopo usque ad subdiaconum deinceps vel ex ancille vel ex ingenue detestando conubio in honore constituti filios procreaverint, illi quidem, ex quibus geniti probabuntur, canonica censura dampnentur; proles autem, aliena pollutione nata, non solum hereditatem numquam

4 Qui – 22 cohibebit xxx, ed. Turner **16 Hii – 36 percipiant** Conc. Ilerdense (a. 546) 5, ed. Vives, 56-57. **30 Cum – 16 manebunt** Conc. Toletanum IX (a. 655) 10, ed. Vives, 302-303.

accipiet, sed etiam in servitute eius ecclesiae, de cuius sacerdotis vel ministri ignominia nati sunt, iure perhenni manebunt.

(C.15 q.8 c.4) Item ex concilio Martini papae.

5 QUI CONFITETUR SE ANTE ORDINATIONEM PECCASSE
NON SACRIFICET; CONVICTUS AUTEM DEONATUR.

Si quis presbiter ante ordinationem peccaverit non offerat, sed tantum pro religione nomen presbiteri portet. Si autem non ipse confessus fuerit, sed ab alio publice
10 convictus, nec hoc ipsum habeat ut nomen presbiteri portet. Similiter et de diaconibus observandum est, ut, si ipsi confessi fuerint, ordinem subdiaconi accipiant.

(C.15 q.8 c.5) Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum.

15 DE MANU SACERDOTIS, QUI AB ECCLESIA TOLLERATUR,
LICITE SACRAMENTA SUMUNTUR.

Sciscitantibus vobis, si a sacerdote, qui fuerit comprehensus in adulterio, sive de hoc sola fama respersus est, debeatis communionem suscipere, necne? respondemus: Non potest aliquis, quantumcumque
20 pollutus sit, sacramenta divina polluere, quae purgatoria cunctarum contagionum existunt. Qualiscumque enim sacerdos sit, quae sancta sunt coinquinari non possunt. Idcirco ab eo, usquequo episcoporum iudicio reprobetur, communio percipienda est, quoniam mali bona ministrando se tantummodo ledunt, et cerea fax accensa
25 sibi quidem detrimentum prestat, aliis vero lumen in tenebris administrat, et unde aliis commodum exhibet inde sibi dispendium prebet. (§ 1) Sumite ergo ab omni sacerdote intrepide Christi misteria, quoniam omnia in
30 fide Christi purgantur. Fides enim est, quae vincit hunc mundum, et quia non danti, sed accipientis sit, dicente beato Ieronimo: "Ad credendum omni anime baptismum perfectum esse et in omni sacerdote corpus est perfectum". Qui rursus sacre scripture concordans ait:
35 "Prius, quam audias, ne iudicaveris quemquam," atque ante probationem accusationis illate neminem a communione tua suspendas, quia non statim qui accusatur reus est, sed qui convincitur criminosus.

7 Si – 25 accipiant Martinus Bracarenis, *Capitula* 25, ed. Vives, 93-94.

(CAUSA 16)

(C.16 d. init) ¶ Quidam abbas habebat parrochitanam ecclesiam; instituit ibi monachum, ut officium populo celebraret. Possedit eam per xl annos sine aliqua interpellatione. Tandem querela adversus abbatem movetur a clericis baptismalis ecclesiae, in cuius diocesi parrochitana illa ecclesia consistebat. Hic primum queritur, utrum liceat monachis officia populis celebrare, penitentiam dare et baptizare? Secundo, si contigerit eos capellam habere episcopali beneficio, an ab eis sint instituende, an ab episcopis? Tertio, an iura ecclesiae prescriptione tollatur? Quarto, si ecclesia adversus ecclesiam prescribat, an etiam monasterium adversus ecclesiam prescribere possit? Quinto, si capellam in suo territorio edificatam iure territorii sibi vindicare valeat? Sexto, si archipresbiter vel episcopus sua auctoritate, non iudiciaria sententia, capellam illam inreperit, an cadat a causa, ut ecclesia, cui presidet, non ultra habeat ius repossendi quod suus pastor illicite usurpavit? Septimo queritur, si laici capellam illam tenebant, ut quibusdam moris est, et in manibus abbatis eam refutaverunt et ordinandam tradiderint, an consensu episcopi et clericorum abbas possit eam tenere?

(QUAESTIO 1)

(C.16 q.1 d.a.c.1) ¶ Quod monachi officia populis celebrare non possint, multis auctoritatibus probatur, quarum prima est illa sanctae Nicene Sinodi, qua dicitur:

(C.16 q.1 c.1) MONACHORUM CONVERSATIO AB OMNIBUS DEBET ESSE DISCRETA.

Placuit omnibus residentibus in sancta Nicena sinodo, ut monachorum conversatio et vita secundum ethimologiam nominis ab ominibus discrepet. Monachus enim grece, latine singularis, unde monachum per omnia singulariter agere oportet. Quamobrem firmiter et insolubiliter omnes precipimus, ut aliquis monachus penitentiam nemini tribuat, nisi invicem, ut iustum est. Mortuum non sepeliat, nisi monachum in monasterio secum commorantem, vel si fortuito quemquam advenientium fratrum ibi mori contigerit.

(C.16 q.1 c.2) Item Gregorius Iohanni Ravennati episcopo.

MONASTERII DISTRICTIONEM ET ECCLESIASTICUM
MINISTERIUM QUILIBET TENERE SIMUL NON POSSINT.

5 Nemo potest ecclesiasticis obsequiis deservire et in
monachica regula ordinate persistere, ut ipse
distriktionem monasterii teneat, qui cotidie in ministerio
ecclesiastico cogitur permanere.

(C.16 q.1 c.3) Item Innocentius .

MONACHI, QUI AD CLERICATUM PROMOVENTUR, A
PRIORI PROPOSITO DISCEDERE NON DEBENT.

10 De monachis, qui diu morantes in monasteriis si postea
ad clericatus ordines pervenerint, statuimus non debere
eos a priori proposito discedere.

15 **(C.16 q.1 d.p.c.3)** ¶ Si ergo, sicut Innocentius diffinit,
a suo proposito eis discedere non licet, et sicut Gregorius
testatur in monastica regula devote persistere et
ecclesiasticis obsequiis simul deservire non possunt, patet
quod parochitanis ecclesiis monachi prefici non possunt.

(C.16 q.1 c.4) Item Ieronimus ad Riparium et
Desiderium.

20 MONACHUS NON HABET OFFICIUM DOCENTIS SED
PLANGENTIS.

Monachus non doctoris sed plangentis habet officium,
qui vel se vel mundum lugeat et Domini pavidus
prestoletur adventum.

25 **(C.16 q.1 c.5)** Idem ad Paulinum.

IN POPULARI FREQUENTIA MONACHI ESSE NON
POSSUNT.

30 Si cupis esse quod diceris, monachus, id est solus, quid
facis in urbibus, quae utique non sunt solorum habitacula,
sed multorum.

(C.16 q.1 d.p.c.5) ¶ Unde datur intelligi quod in
populari frequentia nichil esse possunt.

(C.16 q.1 c.6) Idem ad Eliodorum episcopum.

MONACHUS PASCITUR, CLERICI PASCUNT.

35 Alia causa est monachi, alia clerici. Clerici oves
pascunt: ego pascor; illi de altari vivunt: michi vero
securis quasi ad radicem infructuose arboris ponitur, si
munus ad altare non defero. Michi ante presbiterum
sedere non licet. Illi, si peccavero, licet me tradere sathane
40 in interitum carnis, ut spiritus sit salvus in die Domini.

(C.16 q.1 c.7) Idem ad Rusticum.

NON LICET ALIQUID MONACHIS AGERE
PRESBITERORUM CONSILIO.

Ecclesia habet senatum cetum presbiterorum, sine
quorum consilio nichil monachis agere licet. Roboam 5
filius Salomonis ideo perdidit regnum, quia audire noluit
presbiteros suos. Senatum quoque Romani habebant
quorum consilio cuncta agebant et nos habemus senatum
nostrum cetum presbiterorum.

(C.16 q.1 c.8) Item Eugenius papa.

SECUNDUM ETHIMOLOGIAM NOMINIS, SOLITARIAM
VITAM MONACHUS DUCAT.

Placuit communi nostro concilio, ut nullus
monachorum pro lucro terreno de monasterio exire
nefandissimo ausu presumant, neque penitentiam dare 15
neque filium de baptismo accipere neque baptizare neque
infirmum visitare neque mortuum sepelire neque ad
ecclesiam secularem transire neque qualibuscumque
negotiis sese implicare. Sit contentus suo claustro, quia
sicut piscis sine aqua caret vita, ita sine monasterio 20
monachus. Sedeat itaque solitaries, et taceat, quia mundo
mortuus est, Deo autem vivit. Agnoscat nomen suum,
monos enim grece, latine unus, achos enim grece, latine
tristis. Unde dicitur monachus, id est unus tristis. Sedeat
igitur tristis et officio suo vacet. 25

(C.16 q.1 c.11) Item Alexander Secundus.

MONACHI INTRA CLAUSTRUM MORANTES CLERICORUM
OFFICIA EXTERIUS NON ADMINISTRENT.

Iuxta tenorem Calcedonensis optimi concilii monachis
quamvis religiosis ad normam Sancti Benedicti intra 30
clastrum morari precipimus. Vicos , castella, civitates
peragrare prohibemus, a populorum predicatione omnino
cessare censuimus, nisi forte quis de sue anime salute
sollicitus, ut eorum habitum assumat eos intra clastrum
consulere voluerit. 35

(C.16 q.1 c.12) Item ex concilio Calcedonensi .

MONACHI, QUI SUNT IN CIVITATIBUS, EPISCOPO
DEBENT ESSE SUBIECTI.

Qui vere et pure solitariam eligunt vitam digni sunt
convenienti honore. Eos vero qui per singulas civitates 40
seu possessiones in monasteriis sunt placet nobis episcopo

esse subiectos et quieti operam dare atque observare
ieiunia et orationes in locis in quibus semel se Deo
devoverint permanentes, et neque communicare
ecclesiasticas neque seculares aliquas attrahere actiones
5 relinquentes propria monasteria, nisi forte iubeantur
propter urgentes necessitates ab ipsius civitatis episcopo.
Convenit vero civitatis episcopo curam et sollicitudinem
necessariam monasteriis exhibere.

(C.16 q.1 d.p.c.12) ¶ His ita respondetur: Auctoritas
10 illa Nicene synodi prohibet monachos de monasteriis
exire et per capellas sepulturas celebrare mortuorum,
confluere videlicet more clericorum ad cuiuslibet
exsequias celebrandas. Ceterum, si apud monasterium
aliquis semetipsum tumulari voluerit, non est
15 prohibendus.

(C.16 q.1 c.13) Unde Gregorius scribit Iohanni
episcopo de Urbe Vetere:

MISSE CELEBRARI, MORTUI SEPELIRI IN MONASTERIO
NON PROHIBEANTUR.

20 Agapitus, abbas monasterii sancti Georgii, insinuavit
nobis plurima se a vestra sanctitate gravamina sustinere
quod in eodem monasterio missas prohibeas celebrari,
mortuos etiam interdicas sepeliri. A qua inhumanitate vos
hortamur suspendi, et sepeliri mortuos ibidem missas
25 celebrari, nulla ulterius habita contradictione permittas.

(C.16 q.1 c.14) Idem Carolitano episcopo Venerio,

NON SUNT CASSANDE PIE VOLUNTATES
DEFUNCTORUM.

30 Ammonere te volumus, ne pie defunctorum voluntates
tua, quod absit, remissione cassentur.

(C.16 q.1 c.15) Item Gelasius.

TESTATORIS ARBITRIUM SERVARI OPORTET.

Consideratio ecclesiastice utilitatis hoc postulat ex
iusta dispensatione testatoris servandum arbitrium.

35 **(C.16 q.1 c.16)** Item ex concilio Triburiensi.

UBICUMQUE FACULTAS RERUM ET OPORTUNITAS
TEMPORUM SUPPETIT, ETC., SICUT IN EODEM CAPITULO

36 Ubiqumque – **3 suppetit** Cf. C.13 q.2 c. 6, vide pag. 509: 28.

SUPRA LEGITUR IN CAUSA EORUM, QUI DE DIOCESI AD DIOCESIM TRANSIERUNT.

(C.16 q.1 d.p.c.16) ¶ Ecce his auctoritatibus patet quod si quis apud monasterium sepulturam sibi eligere voluerit, libere a monachis potest sepeliri. Unde liquido colligitur, prohibitionem illam Nicene synodi propter improbabilitatem circumuagantium factam esse.

5

(C.16 q.1 c.17) Unde in concilio Calcedonensi dicitur:

MONACHI, QUI SINE LICENTIA EPISCOPI VAGANTUR, AD PROPRIA LOCA REDIRE COGANTUR.

10

Quidam monachi nichil habentes sibi iniunctum a proprio episcopo, interdum vero etiam illi, qui ab eo fuerant excommunicati, veniunt ad civitatem Constantinopolitanam, et in ea perturbationes tranquillitati ecclesiastice inferunt, et diversorum domos corrumpunt. Statuit igitur hec sancta synodus, hos primum commoneri, ut exeant de regia civitate; demum eos invitos deici ac per defensorem compelli, ut ad loca sua perveniant.

15

(C.16 q.1 c.19) Item Leo papa.

20

NULLUS MONACHUS PRETER DOMINI SACERDOTES AUDEAT PREDICARE.

Adiciemus etiam illud quod nobis propter improbitatem quorundam monachorum religionis vestre verbo mandastis per vicarios nostros, hoc specialiter statuentes, ut preter Domini sacerdotes nullus audeat predicare, sive monachus sive laicus ille sit, qui cuiuslibet scientie nomine gloriatur.

25

(C.16 q.1 d.p.c.19) ¶ Ecce in hoc capitulo et vitium est expressum, et generali constitutione vacuatum. Quod vero penitentiam dare prohibentur, inde est, quia nulli sacerdotum licet parrochianum alterius ligare vel solvere. Monachi autem, et si in dedicatione sui presbiteratus, sicut et ceteri sacerdotes, predicandi, baptizandi, penitentiam dandi, peccata remittendi, beneficiis ecclesiasticis perfruendi rite potestatem accipiant, ut amplius et perfectius agant ea, quae sacerdotalis officii esse sanctorum patrum constitutionibus comprobantur: tamen executionem sue potestatis non habent, nisi a populo fuerint electi et ab episcopo cum consensu abbatis ordinati. Ecclesiasticas vero atque seculares actiones attractare prohibentur, ut non sumant sibi patrocina

30

35

40

causarum, nisi ab episcopo conmoniti fuerint nec secularibus causis occupentur, ut resideant cognitores dirimendarum litium.

5 **(C.16 q.1 c.20)** Unde Pelagius scribit Antonine patricie et Decie:

MONACHUS DEFENSOR FIERI NON DEBET.

De presentium portitore quod defensor factus non est, nulla vobis animi molestia sit, quia satis valde amarissimum habeo de isto proposito ad illud officium homines deduci, in quos nullomodo quae a monachis Deo promissa sunt valeant adimpleri. Omnimoda enim est illius habitus et istius officii diversitas. Illic enim quies, oratio, labor manuum: at hic causarum conditio, conventiones, actus, publica litigia, et quaecumque vel ecclesiastica instituta vel supplicantium necessitas poscit. Faciat autem Deus, ut tales sint, qui vel a vobis in isto habitu nutriuntur vel in monasteriis crescunt, ut provecta etate et probata vita non ad litigiorum officia, set ad sacerdotium valeant promoveri.

Fd 51va

20 **(C.16 q.1 d.p.c.20)** ¶ Gelasius tamen, sicut in tractatu de promotionibus clericorum, invenitur in capitulo illo: 'Monachus novicius etc.,' permittit illos ex dispensatione defensores fieri. Quod vero sacerdotalium officiorum potestatem habeant, testatur Ambrosius, dicens:

25 **(C.16 q.1 c.21)** CLERICORUM OFFICIA CELEBRARE MONACHI PRESBITERI NON PROHIBEANTUR.

Doctos ac probos monachos, presbiterii honore dedicatos, predicare, baptizare, penitentiam dare, debita miseris laxare, decimarum, primitiarum, oblationum vivorum et mortuorum portione iusta perfrui debere, moderata dispensatione commendamus, ut iuxta apostolicam de altario, cui serviunt, viventes, per obsequium dominice plebis panem et vinum immaculata benedictione transformant in corpus et sanguinem Domini nostri Iesu Christi.

(C.16 q.1 c.22) Item Innocentius papa.

BENEFICIIS ECCLESIASTICIS MONACHUS PRESBITER LIBERE PERFRUATUR.

40 Si monachus ad clericatum promoveatur, beneficia ei pleniter et annone et decime donentur, absque ulla

7 De – 25 promoveri Pelagius I, *Ep.* 27.1.3 (J³ 1924; JK 986; ed. Gassó et Batlle, 82.1-12).

minoratione et dilatione, ut in quanto melius possit iuxta possibilitatem quando necessitas extiterit, ad opera ecclesiastica et ipsam ecclesia restaurandam adiutorium faciat.

(C.16 q.1 c.23) Item Gregorius.

5

DE EODEM.

Moderamine apostolice auctoritatis decernimus, ut monachi, si presbiterii honore dedicati sunt, cum ligandi solvendique potestate decimarum, primitiarum, oblationum, donationum, quae fiunt pro vivis et defunctis, iuxta portionem canonum ad suam proximorumque utilitatem merito perfectionis iustitiae non minus quam ceteri sacerdotes laudabiliter sibi vendicent.

10

(C.16 q.1 c.24) Idem.

CLERICORUM OFFICIA MONACHI PRESBITERI LIBERE ADMINISTRENT.

15

Ex auctoritate huius decreti, quod apostolico moderamine et pietatis officio a nobis est constitutum, sacerdotibus monachis apostolorum figuram tenentibus liceat predicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, penitentiam imponere atque peccata solvere.

20

(C.16 q.1 c.25) Item ex decreto Bonifatii papa.

MONACHI PRESBITERII HONORE DECORATI POTESTATEM HABENT LIGANDI ET SOLVENDI.

25

Sunt nonnulli nullo dogmate fulti, audacissime quidem, zelo magis amaritudinis quam dilectionis inflammati, asserentes monachos, quia mundo mortui sunt et Deo vivunt, sacerdotalis officii potentia indignos, neque penitentiam, neque Christianitatem largiri, neque absolvere posse per sacerdotalis officii divinitus sibi iniunctam potestatem. Sed omnino labuntur. Neque enim beatus Benedictus, monachorum preceptor almificus, huiuscemodi rei aliquo modo fuit interdictor, sed eos secularium negotiorum edixit expertes fore tantum modo. Quod quidem apostolicis documentis et omnium sanctorum Patrum institutis non solum monachis, sed etiam canonicis magnopere imperatur. ' Nemo enim militans Deo implicat se negotiis secularibus.' Tantorum igitur Patrum instituta exemplis, quibus periculosissimum est refragari, credimus a sacerdotibus monachis ligandi solvendique officium Deo cooperante

30

35

40

digne administrari, si eos digne contigerit hoc ministerio sublimari. Decertantes igitur monachice professionis prebiteros sacerdotalis potentie arcere officio, omnimodo precipimus, ut ab huiusmodi ausibus reprimantur in posterum, quia quanto quisquis est celsior tanto et illis erit potentior.

(C.16 q.1 d.p.c.25) ¶ His omnibus auctoritatibus perspicue monstratur monachos posse penitentiam dare, baptizare, et cetera sacerdotalia officia licite administrare. Quod vero populi electione et episcoporum institutione et abbatis consensu potestatem suam exequi valeant, Ieronimi, Gelasii, et Gregorii auctoritate probatur.

(C.16 q.1 c.26) Ait enim Ieronimus ad Rusticum monachum:

DIGNE IN MONASTERIO VIVENS AD CLERICATUM POPULI ELECTIONE POTERIT PROMOVERI.

Sic vive in monasterio ut clericus esse merearis. Multo tempore disce quae postmodum doceas et inter bonos sectare semper meliores. Quod si populis vel episcopus te in clericum elegerit, age ea, quae clerici sunt.

(C.16 q.1 c.28) Item Gelasius papa.

IN LOCO, QUO ABBAS IUDICAVERIT, MONACHUS ELIGATUR, ET AB EPISCOPO SACERDOS ORDINETUR.

Si quis monachus fuerit qui venerabilis vite merito sacerdotio dignus provideatur, et abbas sub cuius imperio Christo regi militat illum fieri presbiterum petierit, ab ipso debet eligi, et in loco quo iudicaverit ordinari, omnia quae ad sacerdotii officium pertinent vel populi vel episcopi electione, provide ac iuste acturus.

(C.16 q.1 c.31) Item Pelagius papa Bono episcopo Savinati.

GELASIUS QUENDAM RUFINUM MONACHUM IUBET SACERDOTEM FIERI ET IN QUADAM BASILICA ORDINARI.

In parrochia tua basilica Sancti Laurentii, quae in possessione filii et consilarii nostri viri magnifici Theodori fundata est, officium presbiteri deesse cognovimus. Et quia prefatus filius noster nobis retulit invenisse se Rufinum quendam monachum olim sibi vita et moribus conprobatum, et hunc postulat ibi presbiterum

34 In – 17 adimpleri Pelagius I, *Ep.* 36.1-3 (J³ 1935; JK 995; ed. Gassó et Batlle, 102.1-105.12).

consecrari. Quod subito fieri nos prorogata observantia non acquievimus. Ideoque dilectio tua his acceptis sabbato veniente faciat eum diaconum et, si Deus voluerit et vixerimus, mediana ebdomada presbiterum faciemus, quatenus superveniente Pascali festivitate sacra misteria in memorata basilica a persona competenti valeant adimpleri. 5

(C.16 q.1 c.32) Item Gregorius in Registro.

QUI DE CLERICO MONACHUS EFFICITUR PROPRIO EPISCOPO ORDINANTE POTERIT ELIGI ET CONSECRARI. 10

Si quos a clericatu in monachicam conversationem venire contigerit, si talis vite monachus fuerit, ut episcopus, cui ante militaverat, eum dignum sacerdotio prevideat, in loco quo iudicaverit eligi poterit et ordinari.

(C.16 q.1 c.33) Item ex concilio Agathensi. 15

SINE TESTIMONIO ABBATIS AD CLERICATUS OFFICIUM MONACHI NON ELIGANTUR.

Monachi vagantes ad officium clericatus, nisi eis testimonium abbas suus dederit, nec in parrochiis nec in civitatibus ordinentur. 20

(C.16 q.1 c.34) Item ex concilio Ilerdensi.

CUM ABBATIS VOLUNTATE ORDINENTUR, QUOS PRO UTILITATE ECCLESIAE EPISCOPUS ORDINARE VOLUERIT.

Cum pro utilitate ecclesiae aliquos monachorum in clericatus officio episcopus probaverit promovendos, cum abbatis voluntate debent ordinari. Ea vero quae in iure monasterii de facultatibus offeruntur, in nulla diocesiana lege ab episcopis contingantur. 25

(C.16 q.1 d.p.c.36) ¶ His omnibus auctoritatibus monstratur quod monachi qui a populo sunt electi et ab episcopo cum consensu sui abbatis sunt ordinati, legitime potestatem suam exsequi valent. Illud vero Gregorii: 'Nemo potest obsequiis ecclesiasticis deservire, etc.' de illis intelligendum est, qui in numero cardinalium vel episcoporum ordinati monasterii sui dispensationibus sibi reservare contendunt. 30 35

(C.16 q.1 c.37) Unde idem Gregorius scribit Mariano Ravennati:

24 Cum – 549: 2 contingantur Conc. Ilerdense (a. 546) 3 (ed. Vives, 56). 33 Nemo – etc

PRO ABBATIS VEL MONACHI PROMOTIONE
MONASTERIA NULLOMODO GRAVENTUR.

Ne pro cuiuslibet monachi aut abbatis promotione
onus aliquod fortasse monasteria sustineant, studendum
5 nobis est ut si quispiam monachorum ex quocumque
monasterio ad clericatus officium vel sacrum ordinem
accesserit, non ibi aliquam ulterius habeat potestatem.

(C.16 q.1 c.38) Idem Maximiano Siracusano episcopo.

QUI ECCLESIIS QUOQUO MODO MILITANT
10 MONASTERIORUM ABBATES ESSE NON POSSUNT.

Presbiteros, diaconos, ceterosque cuiuslibet ordinis qui
ecclesiis quoquomodo militant, abbates per monasteria
esse non permittas, set aut omnia clericatus militia
monachicis promoveantur ordinibus aut, si in abbatis loco
15 permanere decreverint, clericatus nullatenus permittantur
habere militiam. Satis enim incongruum est, si cum unum
ex his pro sui magnitudine diligenter quis non possit
explere, ad utrumque videatur idoneus.

(C.16 q.1 d.p.c.39) ¶ Hac superiori auctoritate non
20 prohibentur abbates sacerdotes fieri, cum beatus
Benedictus iubeat abbatem fratribus egredientibus et
regredientibus benedictionem dare, quod non nisi
sacerdotum est. Lectionem quoque evangelii similiter
abbati ad legendum tribuit quam subsequenti oratione
25 legere similiter sacerdotalis officii est. Sed tales
sacerdotes vel diaconos fieri prohibet qui in ecclesiastica
militia cogantur iugiter permanere. Item illud Ieronimi ad
Riparium et Desiderium: "monachus non doctoris, sed
plangentis habet officium", et ad Eliodorum: "alia causa
30 est monachi, alia clerici", et ad Rusticum: "sine consilio
presbiterorum monachis nichil agere licet". Non ita
generaliter intelligendum est, ut nulli monachorum liceat
docendi officium assumere, ne beatum Gregorium aut
Augustinum Anglorum episcopum beatum quoque
35 Martinum in numeros etiam, quos de monachica
conversatione ad summum sacerdotii gradum scriptura
testatur esse promotos, cogamur negare eos officium
docendi habuisse, aut in die consecrationis sue asseramus
eos a priore proposito discessisse, quod, ut Innocentius
40 testatur, nulli facere licet. Voluit ergo Ieronimus
distinguere inter personam monachi et clerici, ostendens
quid cuique ex proprio officio conveniat. Aliud enim

Fd 52ra

28 monachus – 2 officium 29 alia – 3 clerici 30 sine – 4 licet

convenit cuique ex eo, quod monachus est: aliud ex eo, quod clericus. Ex eo, quod monachus est, sua et aliorum peccata deflendi habet officium: ex eo, quod clericus, docendi et pascendi populum. Monachus autem usque ad tempus Eusebii, Zosimi et Siricii, monachos simpliciter et non clericos fuisse, ecclesiastica testatur historia. Idem etiam Ieronimus refert monachos Scithi convenisse in unum, ut sacerdotem sibi invenirent qui eis missarum sollempnia celebraret.

(C.16 q.1 c.40) Item Leo Augustus. 10

OMNES CLERICI VEL MONACHI TUTELE IMMUNITATEM HABERE DEBENT.

Generaliter sancimus omnes viros reverentissimos episcopos, nec non presbiteros seu diaconos et subdiaconos, precipue monachos, licet non sint clerici, immunitatem ipso iure omnis habere tutele sive legitime sive testamentarie sive dative et non solum tutele esse eos expertes, sed etiam cure, non solum pupillorum et adulatorum, sed furiosi, et muti, et surdi, et aliarum personarum, quibus tutores vel curatores a veteribus legibus dantur. Eos tamen clericos et monachos huiusmodi habere beneficium sancimus, qui ad sacro sanctas ecclesias vel monasteria permanent, non devagantes, neque circa divina misteria desides, cum propter hoc ipsum beneficium eis indulgemus, ut aliis omnibus derelictis, Dei omnipotentis inhereant ministeriis. Et hoc non solum in veteri Roma vel in hac regia civitate, sed in omni terra, ubicumque Christianorum colitur nomen, obtinere sancimus.

(C.16 q.1 d.p.c.40) ¶ Ostendit ergo Ieronimus quod simpliciter monachis nichil liceat agere sine consilio presbiterorum nec officium docendi sibi assumere liceat sine auctoritate clericorum, nisi forte divina gratia intus conmoniti, sicut beatus Gregorius refert in Dialogo de beato Benedicto, qui homines montis Cassini ad fidem adduxit, et aram Apollinis, quae ibi erat erecta, subvertit; et de quodam Equitio, cui angelus in somnis apparuit et eum ad predicandum misit, qui, cum de vitio lingue conquereretur, angelus flebotomo linguam eius tetigit et totum illud vitium curavit. Quod vero Ieronimus se ipsum talibus connumerat, tale est, quale illud Apostoli ad

13 Generaliter – 551: 4 sancimus 34 Dialogo

Philipenses: 'quicumque imperfecti sumus, hoc sentiamus,'
 se ipsum imperfectis connumerans. Ecce, sufficienter
 monstratum est quod monachis presbiterii honore
 decoratis, a populo electi, ab episcopo institutis, eadem
 5 liceant, quae et aliis sacerdotibus. Probatum hoc etiam ex
 similitudine consecrationis. Non enim in consecratione
 eorum aliud dicitur et aliud in consecratione aliorum.
 Utrique enim incommune a Domino benedictionem
 infundi episcopus obnixe deprecatur. Et dum consecrate,
 10 cunctis sacerdotibus singillatim dicit: 'consecrantur et
 sanctificentur, Domine, manus iste, ut quicquid
 consecraverint consecratum sit, et quaecumque
 benedixerint benedicta sint.' Ecce communis est
 benedictio. Unde igitur divortium? Sicut ergo in
 15 benedictione utrique communem nanciscuntur
 potestatem, ita in institutione communiter assecuntur
 potestatis executionem. De his vero qui intra monasterii
 castra consistunt, quibus populus ad regendum non
 committitur, queritur utrum decimas debeant dare vel
 20 recipere? In quibus hec discretio servanda est, ut de agris
 et vineis, quae ad proprium stipendium coluntur, decimas
 sibi retineant. Si enim decime a populo filiis Levi
 reddabantur pro ministerio, quo Domino deserviebant in
 tabernaculo, offerendo sacrificia et holocausta pro populo,
 25 patet quod monachi de propriis prediis non magis quam
 alii sacerdotes decimas solvere coguntur. Sed dicitur
 predia monachorum sive pretio sint emptata sive pro salute
 animarum oblata, antequam in ius eorum venirent,
 baptismalibus ecclesiis sive quibuslibet aliis primitias et
 30 decimas persolvebant, ille autem ecclesiae suo iure privari
 non possunt.

(C.16 q.1 d.p.c.41) ¶ De his vero, qui intra monasterii
 claustra consistunt, quibus populus ad regendum non
 committitur, queritur, utrum decimas debeant dare vel
 35 accipere? In quibus hec discretio servanda est, ut de agris
 et vineis, quae ad proprium stipendium coluntur, decimas
 sibi retineant. Si enim decime a populo filiis Levi
 reddebantur pro ministerio, quo Domino deserviebant in
 tabernaculo, offerendo sacrificia et holocausta pro populo,
 40 patet, quod monachi de propriis prediis non magis quam
 alii sacerdotes decimas solvere coguntur. Sed dicitur
 predia monachorum, sive precio sint emptata sive pro salute
 animarum oblata, antequam in ius eorum venirent,

1 quicumque – sentiamus

baptismalibus ecclesiis sive quibuslibet aliis primicias et decimas persolvebant, ille autem ecclesiae suo iure privari non possunt.

(C.16 q.1 c.42) Unde in Magotiensi concilio statutum invenitur:

5

QUI RES SUAS ALICUI DELEGAVERIT, DECIMATIONUM PROVENTUM PRIORI ECCLESIAE AUFERRE NON POTERIT.

Si quis laicus vel clericus seu utriusque sexus persone proprietatis sue loca vel res alicubi dare delegaverit decimationum proventum priori ecclesiae legitime assignatum inde abstrahere nullam habeat potestatem. Quod si facere temptaverit, talis traditio irrita prorsus ducatur, et ipse ad tempus emendationem ecclesiastica coerceatur censura.

10

(C.16 q.1 c.43) Item ex concilio Cabillonensi.

15

ANTIQUIORES ECCLESIAE NEC DECIMIS NEC ULLA POSSESSIONE PRIVENTUR.

Ecclesiae antiquitus constitute nec decimis nec ulla possessione priventur, ita ut novis oratoriis tribuantur.

(C.16 q.1 c.44) Item ex concilio Guarmatiensi.

20

ANTIQUIORES ECCLESIAE PROPTER NOVAS SUAM IUSTITIAM NON PERDANT.

Quicumque voluerit in sua proprietate ecclesiam edificare et consensum et propriam voluntatem episcopi habuerit, in cuius parochia est, licitum sit. Verumtamen providendum est episcopo, ut alie ecclesiae antiquiores propter novas suam iustitiam aut decimam non perdant, sed semper ad antiquiores ecclesias persolvantur.

25

(C.16 q.1 d.p.c.44) ¶ Decimas autem baptismalibus ecclesiis persolvendas.

30

(C.16 q.1 c.45) Leo quartus affirmat dicens:

BAPTISMALIBUS ECCLESIIS DECIME DARI DEBENT.

De decimis iusto ordine non tantum nobis, sed etiam maioribus visum est plebibus tantum, ubi sacrosancta baptismata dantur, debere dari.

35

8 Si – 32 censura Conc. apud Confluentiam (a. 922) 8, ed. Hehl, MGH Conc. 6.1.70.8-12. **18 Ecclesiae – 37 tribuantur** Conc. Moguntinum (a. 813) 41, ed. Werminghoff, MGH Conc. 2.1.271.7-9. Cf. Conc. Arelatense (a. 813) 20, ed. Werminghoff, MGH Conc. 2.1.252.31-32. Cf. Ansegis, *Coll. Capitularium* 2.45, ed. Schmitz, MGH Capit. N.S. 1.563.4.

(C.16 q.1 d.p.c.45) ¶ Si ergo nulli licet decimationum proventum a priori ecclesia, cui assignatus fuerat; abstrahere; si ius antiquioris ecclesiae novis tribuendum non est; si decime tantummodo baptismalibus ecclesiis dande sunt: patet quod monachi ex propriis prediis decimas dare coguntur. Sed auctoritas illa Magotiensis concilii de venditore vel donatore loquitur, diffiniens quod ille qui vendit aut donat non potest proventum decimationum illi ecclesiae detrahere cui propriis fuerat legitime assignatus. Monachi autem decimas et primitias non auctoritate vendentis aut donantis, sed auctoritate eiusdem concilii et Pascalis papa detinent, a quibus diffinitum est, ut monachi de propriis prediis decimas non solvant.

(C.16 q.1 c.46) Sic enim in Magotiensi concilio statutum est:

DE PROPRIIS PREDIIS ABBATES ET EPISCOPI DECIMAS NON PERSOLVANT.

Questi sunt preterea quidam fratres, quod essent aliqui episcopi et abbates, qui decimas non sinerent dari ad ecclesiam ubi illorum coloni missam audiunt. Proinde decrevit sacer iste conventus, ut episcopi et abbates de agris et vineis quae ad suum et fratrum stipendium habent ad ecclesias suas deferri faciant, familie vero ibi dent decimas suas ubi eorum infantes baptizantur et ubi per totum anni circulum missas audiunt.

(C.16 q.1 d.p.c.47) ¶ Quod autem dicitur ut antiquiores ecclesiae propter novas nec decimis nec ulla possessione priventur, non ita intelligendum est ut nullomodo credatur licere episcopo aliquam partem possessionum vel decimationum unius ecclesiae alteri pro tempore tribuere. Sicut enim papa duos episcopatus in unum potest redigere, ita et unus consentiente proprio episcopo in duos potest dividi.

(C.16 q.1 c.48) Unde Gregorius papa scribit Benenato episcopo, capitulo XXV:

DUOS EPISCOPATUS IN UNUM REDIGERE POTEST.

Et temporum qualitas et vicinitas locorum nos invitat, ut Cumanam et Musinatium unire debeamus ecclesias, quoniam nec longe a se itineris intervallo seiuncte sunt,

19 Questi – 554: 6 audiunt Conc. Cabillonense (a. 813), 19, ed. Werminghoff, MGH Conc. 2.1.277.25-30.

nec peccatis facientibus tanta multitudo populi est, ut sicut olim fuit duos habere debeant sacerdotes. Quia igitur Cumani castris sacerdos cursum vite huius explevit, utrasque nos ecclesias presentis auctoritatis pagina unisse tibi que commississe cognoscas, utrarumque etiam ecclesiarum scito te esse proprium pontificem. Et ideo quaecumque vel de earum patrimonio vel cleri ordinatione promotioneve iuxta canonum statuta visa fuerint ordinare atque disponere, habebis ut proprius revera sacerdos liberam ex nostre auctoritatis consensu atque permissione licentiam. Vbi vero commodius ac utilius esse perspexeris, habitato, ita sane, ut alteram ecclesiam cui corporaliter presens non es, sollicita providentique cura disponas, quatinus illic divina mysteria sollempniter Domino prestante peragantur.

(C.16 q.1 c.50) Item ex concilio Cartaginensi II

Fd 52va NON HABEANT EPISCOPUM DIOCESES, QUAE NUMQUAM HABUERUNT.

Felix episcopus Selensilitanus dixit: etiam si hoc placet sanctitati vestre insinuo, ut dioceses quae numquam episcopos habuerunt, non habeant, vel illa diocesis quae aliquando habuit, habeat proprium. Secundum autem hanc prosecutionem sanctitatis vestre est estimare quid fieri debeat. Ab universis dictum est: placet, placet.

(C.16 q.1 c.51) Ex Africano concilio III

NISI CUM VOLUNTATE EPISCOPI DIOCESES, QUAE AB EIS RETINENTUR, NON ACCIPIAT PROPRIOS EPISCOPOS.

Multis conciliis hoc statutum est a cetu sacerdotali ut plebes quae in diocesibus ab episcopis retinentur, quae episcopos numquam habuerunt, non nisi cum voluntate eius episcopi a quo tenentur, proprios accipiunt rectores, id est episcopos.

(C.16 q.1 d.p.c.52) ¶ Si autem necdum in diocesi alicuius episcopi loca illa assignata fuerint, ex vigore apostolice sedis proprium accipiant episcopum.

(C.16 q.1 c.53) Unde Gregorius iunior scribit Bonifatio:

UBI MULTITUDO FIDELIUM EXCRESCIT EPISCOPI SUNT ORDINANDI.

Precipimus, ut iuxta canonum statuta ubi multitudo excrevit fidelium, ex vigore apostolice sedis debeas

ordinare episcopos, pia tamen contemplatione, ut non vilescat dignitas episcopatus.

5 (C.16 q.1 d.p.c.53) ¶ Sicut duos episcopatus supradicto modo in unum possunt redigi et unus in duobus valet dividi, sic episcopus etiam de baptismalibus et parrochitanis ecclesiis facere potest cum consensu suorum clericorum. Quod cum factum fuerit illa pars populi quae novis ecclesiis supponitur, a iure prioris ecclesiae absolvatur. Hoc nisi fieri posset multitudo 10 ecclesiarum ad paucitatem redigeretur. Ius ergo ecclesiarum ita interpretandum est, ut nisi episcopo disponente aliis ecclesiis fuit assignatum, in nullo priorum reddituum diminutionem patiantur.

15 (C.16 q.1 d.p.c.54) ¶ Ius ergo ecclesiarum ita interpretandum est, ut, nisi episcopo disponente aliis ecclesiis fuerit assignatum, in nullo priorum reddituum diminutionem patiantur.

(C.16 q.1 c.55) Unde Anastasius papa:

20 COMMUNIONE PRIVETUR QUI DECIMAS VEL OBLATIONES EXTRA EPISCOPI CONSCIENTIAM TENERE VOLUERIT.

Statuimus ut si quis oblationes ecclesiae vel decimas, quas populus dare debet, contenderit vel extra baptismalem ecclesiam dare voluerit preter conscientiam 25 episcopi, vel eius cui huiusmodi officia commissa sunt, nec cum eorum voluerit agere consilio, bannum nostrum conponat et communionem privetur.

30 (C.16 q.1 d.p.c.55) ¶ Cum addit: 'extra conscientiam episcopi,' intelligendum reliquit, quod episcopo consentiente aliis ecclesiis dari possunt.

(C.16 q.1 c.56) Item.

IUXTA DISPOSITIONEM EPISCOPI DECIME DISTRIBUANTUR.

35 In sacris canonibus prefixum est ut decime iuxta episcopi dispositionem distribuantur. Quidam autem laici, qui vel in propriis vel in beneficiis suas habent basilicas, contempta episcopi dispositione, non ad ecclesias, ubi baptismum et predicationem et manus impositionem et alia Christi sacramenta percipiunt, decimas suas dant, sed

34 In – 25 expetimus Conc. Ticinense (a. 845/850) 11, ed. Hartmann, MGH Conc. 3.213.31-214.6.

vel propriis basilicis vel aliis ecclesiis pro suo libitu tribuunt, quod omnimodis divine legi et sacris canonibus constat esse contrarium. Unde vestram potestatem ut eos corrigatis expetimus.

(C.16 q.1 d.p.c.56) ¶ Cum autem reprehenduntur, quia contempta episcopi dispositione hoc faciunt, intelligitur quod, si episcopo disponente hoc fecerint, in reprehensibiles inveniuntur. 5

(C.16 q.1 c.57) Item Simachus episcopus ecclesiae catholice urbis Rome dixit: 10

ANATHEMA SIT QUI PRETER EPISCOPI CONSCIENTIAM DECIMAS VEL OBLATIONES DISPENSARE VOLUERIT.

In canonibus, in Gangrensi ecclesia apostolica auctoritate conditis, de fructuum oblationibus, quae ministris ecclesiae debentur, et de his quae in usus pauperum conferuntur, scriptum habetur: 'Si quis oblationes ecclesiae accipere vel dare voluerit preter episcopi conscientiam, vel eius, cui huiusmodi sunt officia commissa, nec cum eius voluerit agere concilio, anathema sit.' Et iterum in eodem concilio Gangrensi: 'Si quis oblata Deo dederit vel acceperit preter episcopum, vel eius consensum qui ab eo constitutus est ad dispensandam misericordiam pauperibus, et qui dat, et qui accipit, anathema sit.' Valde ergo iniquum et ingens sacrilegium est, quaecumque vel pro remedio peccatorum vel pro salute aut requie animarum suarum unusquisque venerabili ecclesiae contulerit aut certe reliquerit, ab his, a quibus maxime servari convenit, id est Christianis et Deum timentibus hominibus, et super omnia a principibus et primis regionum in aliud transferri vel converti. Et infra: Generaliter vero quicumque res ecclesiae confiscare aut competere vel pervadere periculosa sua infestatione presumpserit, similiter et hi qui res ecclesiae iussu vel largitione principum vel quorumdam potentum aut quadam invasione aut tyrannica potestate retinuerint, et filiis vel heredibus suis, ut a quibusdam iam factum audivimus, quasi hereditarias reliquerint, nisi cito res Dei, ammoniti a pontifice agnita veritate reddiderint, perpetuo anathemate feriantur. Iniquum enim esse censemus, ut potius custodes cartarum quam defensores rerum creditarum, ut preceptum est, iudicemur. Et infra: Ferro enim abscidenda sunt vulnera, quae fomenta non sentiunt. Similiter et illi extorres debent fieri ab ecclesia, qui 35 40

sacerdotali admonitione non corriguntur, dicente Domino: 'Auferte malum ex vobis.' Universa sinodas surgens acclamavit. Ut ita fiant rogamus. Dictum est octies. Exaudi Christe, Simacho papa vita. Dictum est duodecies.

(C.16 q.1 d.p.c.59) ¶ Cum ergo preter conscientiam episcopi vel eius, cui huiusmodi officia commissa sunt, quilibet prohibetur oblationes ecclesiae distribuere, liquido apparet quod cum episcopi consensu quibuslibet ecclesiis possint distribui. Huic interpretationi videtur contraire auctoritas illa Tolletani Concilii.

(C.16 q.1 c.60) NICHIL DE IURE SUE DIOCESIS PRESUMANT AUFERRE.

Constitutum est a presenti concilii episcopos dioceses suas ita regere, ut nichil ex earum iure presumant auferre.

(C.16 q.1 c.61) Item Simachus papa.

POSSESSIONES ECCLESIAE DERELICTAS NULLI SIT ALIENANDI LICENTIA.

Possessiones, quas unusquisque ecclesiae proprio dedit aut reliquit arbitrio, alienare quibuslibet titulis atque distractionibus, vel sub quocumque argumento non patimur, nisi forte aut clericis bonorum meritis aut monasteriis religionis intuitu aut certe peregrinis, si necessitas largiri suaserit; sic tamen ut hec ipsa non perpetuo, sed temporaliter perfruantur.

(C.16 q.1 d.p.c.61) ¶ Sed illud Tolletani concilii ita intelligendum est, ut episcopi preter quartam vel tertiam, quae secundum locorum diversitates eis debetur, nichil contingant.

(C.16 q.1 c.62) Unde in concilio Leonis papae statutum est:

A CLERICIS ET PIIS LOCIS ULTRA STATUTA PARTUM EPISCOPUS ALIQUID EXIGAT.

Nulli episcoporum liceat a subiecto sacerdote vel alio quolibet clerico et piis locis dationes ultra statuta partum exigere aut superposita in angariis inferre. Sed cum sit optimus perspector, ita perspiciat, ut universe sibi oves

14 Constitutum – **4 auferre** Conc. Toletanum IV (a. 633) 33 (ed. Vives, 204).

34 Nulli – **30 delectari** Conc. Romanum (a. 853) 26, ed. Hartmann, MGH Conc. 3.325.8-16. Anselmus 6.159, ed. Thaner, xx; *Polyc.* 4.22.2. **Nulli** – **28 opprimantur** Cf. Conc. Romanum (a. 826) 24, ed. Werminghoff, MGH Conc. 2.2.578.6-10.

comnisse a se maxime alacriter atque in necessitatibus adiuventur, non illicitis exactionibus opprimantur, quia Dominus pascere et docere nos docuit et omnibus ministrare non terrenis lucris et avariciis delectari.

(C.16 q.1 c.63) Item Gregorius Leoni episcopo Catheniensi. 5

DE REDITIBUS ECCLESIAE QUARTA PARS EST CLERICIS DISTRIBUTUENDA.

Ad hoc locorum gradus rationis ordo distinxit et iudicia esse constituit, ut nec populo prepositi in opprimendos se frustra valeant occupare subiectos, nec subiectis iterum contra suos prepositos effrenata sit resultandi licentia. Volumus ergo ut quicquid ecclesiae tue ex reddito vel quolibet alio titulo fortassis accesserit, quartam exinde portionem sine diminutione aliqua debeas segregare atque eam secundum Domini timorem presbiteris, diaconibus ac clero, ut tibi visum fuerit discrete dividere. 10 15

(C.16 q.1 c.64) Item ex VII Sinodo.

EPISCOPI TURPIS LUCRI GRATIA NICHIL A MONACHIS VEL CLERICIS SUIS EXIGERE DEBENT. 20

Predicator ecclesiae Paulus divinus apostolus ac si canonem ponens Ephesiorum presbiteris, immo vero et omni sacrate multitudini ac plenitudini, ita fiducialiter perhibuit: 'Argentum et aurum aut vestem nullius concupivi. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, beatius existimans dare quam accipere.' Propter quod et nos docti ab eo diffinimus, nullatenus episcopum turpis lucri gratia excogitare ad excusandas excusationes in peccatis expetere aurum vel argentum aut aliam speciem a presbiteris vel clericis vel monachis qui sub ipso sunt. Ait enim Apostolus: 'non debent filii thesaurizare parentibus, sed parentes 3.' Et apostolus Petrus: 'Pascite, qui in vobis est, gregem Dei, non coacte sed spontanee secundum Deum, non turpis lucri gratianeque ut dominantes in clero, sed forma facti gregis. Et cum apparuerit princeps pastorum percipietis inmarcessibilem glorie coronam.' 25 30 35

(C.16 q.1 d.p.c.64) ¶ Illud autem quod in fine capituli Simachi ponitur: 'hec ipsa non perpetuo, sed temporaliter 40

22 **Predicator** – **Paulus** *Fd: pre//p(?) /s l(?)// /g// Aa^{ac}*

perfruantur,' ad personales tantum possessiones, clericorum videlicet et pauperum, non ad monasteriales referendum est. Quam vero sit grave apud Deum decimas et oblationes ac primitias sacerdotibus non solvere, auctoritate Ieronimus et Augustini apparet.

(C.16 q.1 c.65) Ait namque Ieronimus super Malachiam:

REUS APUD DEUM HABETUR QUI SACERDOTIBUS DECIMAS NON SOLVERIT.

10 'Revertimini ad me, et revertar ad vos, dicit Dominus exercituum; et dixistis, in quo revertemur? Si affligeret homo Deum, quia vos configitisme, et dixistis, in quo configimus te? in decimis et in primitiis. Et in penuria vos maledicti estis, et me vos configitis tota gens.' Nunc sequamur ordinem prophete: 'Quia michi non reddidistis decimas et primitias, idcirco infame et penuria maledicti estis et me vos supplantastis, sive fraudastis. Ecce annus expletus est et nichil in meos thesauros, sed in vestra horrea conportastis et pro decimis et primitivis, quae parva erant, ut a vobis darentur, ubertatem possessionum vestrarum et omnem fruguum habundantiam perdidistis. Vt autem sciatis, me hoc irascente perfectum, quia fraudastis me parte mea, hortor vos atque commoneo, ut inferatis decimas in horrea, hoc est in thesauros templi, et habeant sacerdotes atque levite, qui michi ministrant, cibos, et probate me, si non tantas pluvias effudero, ut cataracte celi aperte esse credantur, et effundam vobis benedictionem usque ad habundantiam.' Verbum effusionis nomen largitatis ostendit. Sed fieri potest ut agros irrigantibus pluviis sit quidem fertilitas, verum aut locusta veniet aut brucus aut erugo aut eruca et labores hominum vastabunt. Propterea iungit et dicit: 'et increpabo pro vobis devorantes, locustas videlicet et reliqua quae diximus, et non corrumpent fructum terre vestre.' Si quando fames et penuria et rerum omnium egestas opprimit mundum, sciamus hoc ex Dei ira descendere, qui se in pauperibus, si non accipiat elemosinam, fraudari loquitur, et sua possessio. Possumus decimas et primitias interpretari. Si quis doctus et eruditus legem Domini potest erudire, non debet sue assignare prudentie et ingenio quod possidet, sed gratias agat primum Deo qui cuncta largitur, deinde sacerdotibus eius ac ministris, a quibus doctus est. Si enim non egerit

gratias, sed scientiam vendicaverit in penuria maledicetur. Quod si intelligens largitorem Deum et his agens gratias per quos a Deo eruditus est, humiliaverit se, et in horreum Dei intulerit cibos, hoc est scripture alimenta in ecclesia populis ministraverit, statim aperientur super eum cataracte celi et effundetur pluvia spiritualis, et mandabit nubibus suis ut pluant super eum imbrem et habundantia rerum omnium perfruetur.' 5

(C.16 q.1 c.66) Item Augustinus.

DECIME SACERDOTIBUS SUNT REDDENDE. 10

Decime tributa sunt egentium animarum. Quod si decimam dederis, non solum habundantiam fructuum recipies, sed etiam sanitatem corporis consequeris. Non igitur Dominus Deus premium postulat, sed honorem. Deus enim noster qui dignatus est totum donare decimam a nobis dignatus est recipere, non sibi sed nobis sine dubio profuturam. Sed si tardius dare peccatum est, quanto magis peius est peccatum non dedisse? De militia, de negotio et de artificio redde decimas. Cum enim decimas dando et terrena et celestia premia possis promereri per avaritiam duplicem benedictionem fraudas? Hec est enim Domini iustissima Domini consuetudo, ut si tu illi decimam non dederis, tu ad decimam revoceris. Dabis impio militi quod non vis dare sacerdoti. Benefacere Deus semper paratus est, sed hominum malitia prohibetur. Decime etenim ex debito requiruntur et qui eas dare noluerint res alienas invadunt. Et quanti pauperes in locis suis, ubi ipse habitat illo decimas non dante fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum reus ante eterni iudicis tribunal apparebit, quia rem a Domino pauperibus delegatam suis usibus reservavit. Quia ergo sibi aut premium comparare aut peccatorum desiderat indulgentiam promereri, reddat decimam; et de novem partibus studeat elemosinam dare pauperibus. 15 20 25 30

(C.16 q.1 d.p.c.67) ¶ Quod autem decime episcoporum consensu monachis licite tribuantur Beatus Ieronimus Damaso papa scribit, dicens: 35

(C.16 q.1 c.68) LIBERUM EST CLERICIS DECIMAS MONACHIS CONCEDERE.

Quoniam quicquid habent clerici pauperum est, et domus illorum omnibus debent esse communes, susceptioni peregrinorum et hospitem invigilare debent, maxime curandum est illis, ut de decimis et oblationibus 40

cenobiis et xenodochiis qualem voluerint et potuerint
 sustentationem inpendant. Liberum est enim monachis et
 spiritualibus viris Deum colentibus et timentibus decimas
 et oblationes cunctaque remedia ecclesiae et de iure suo in
 5 dominium illorum et usum transferre nec tantum
 pauperibus paupertatem quam religionem attendere.
 Quod autem beatitudo tua quesivit, utrum usus
 decimarum et oblationum secularibus provenire possit,
 noverit vestra sanctitas omnino non licere, protestantibus
 10 hoc omnibus divinis auctoritatibus paternorum canonum.
 Quamobrem, si aliquando fuerint ab his male detenta,
 quae divini iuris esse noscuntur, et in usum transierint
 monachorum et servorum Dei, episcopo tamen loci illius
 prebente consensum, constabunt eis omnia perpetua
 15 firmitate et stabilitate subnixata. Clericos autem illos
 convenit ecclesiae stipendiis sustentare, quibus parentum
 et proprinquorum nulli suffragantur. Qui autem bonis
 parentum et opibus sustentari possunt, si quod pauperum
 est accipiunt, sacrilegium profecto incurrunt et
 20 committunt et per abusionem talium iudicium sibi
 manducant et bibunt.

(C.16 q.1 d.p.c.68) ¶ De prediis autem quae a colonis
 eorum coluntur, sic diffinitum est in Magotiensi concilio:
 'Questi sunt preterea etc.'

25

(QUAESTIO 2)

(C.16 q.2 d.a.c.1) ¶ De capellis vero quae ab eis
 possidentur quod per eorum institutionem a sacerdotibus
 sint gubernande, Iohannes papa probat scribens, Ysaac
 30 Siracusano episcopo:

**(C.16 q.2 c.1) PRESBITERI IN MONASTERIORUM
 ECCLESIIS PER ABBATES INSTITUANTUR.**

Visis litteris caritatis vestre, quibus satis perpenditur,
 quanto studio huic sanctae sedi reverentiam exhibetis,
 35 non modice gavisus sumus. Nunc itaque super ea quae
 consuluistis, ut karissimo fratri benigne discretum
 consilium damus. Delegavit enim nobis pia mansuetudo
 vestra, utrum ecclesiae pro quiete monachorum a sanctis
 catholicisque episcopis eis tradite per sacerdotes ab eis
 40 ordinatos et investitos debeant institui. Addidit quoque
 fraternitas tua, litem et seditionem inter clericos
 monachosque ex hac causa non modicam esse ortam; quod
 instigatione versuti hostis nemo fieri ambigat. Habet

enim mille nocendi modos, nec ignoramus astutiam eius. Conatur namque a principio ruine sue unitatem ecclesiae rescindere, caritatem vulnerare, sanctorum operum dulcedinem invidie felle inficere. Dolet enim satis et erubescit caritatem, quam in celo nequivit habere homines constantes ex lutea materia in terra tenere. Unde oportet, quantum fragilitati nostre conceditur, ut omnes aditusnocendi eius versutie muniamur ne mors ingrediatur portas nostras. Consilio itaque multorum fratrum diligenter exquisito decrevimus, ut amodo ecclesiae monachis tradite per suos sacerdotes instituantur. Divine enim leges habent et seculares, ut cuius est possessio eius fiat institutio et si in dando quod maius est facilis fuit caritas, sit faciliior in concedendo quod minus est sancta largitas. Maius enim fuit possessionem dare quam sit investituram concedere. Quomodo possessionis iura cognoscentur et suarum rerum sibi tributa reddentur, nisi quod suum est per alterum datur, et cum voluerit, aufertur? Humani moris est illum vereri, cuius iudicio et voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur. Unde fit, ut in partem episcopi ad serviendum sacerdos proclivior fiat, et sic episcopus quod sanctae et religiose dederat quadam simulata auctoritate ad se trahat. Sic itaque privatur mercede, quam consecutus fuerat, tum quia ficta caritate aufert quod dederat, tum quia pravorum sacerdotum discordias et scissuras et amantium verbis nimis factus credulus, quod prius fucate moliebatur lucrari postea detecta fraude conatur quadam usurpatione ex toto auferre. Quorum advertentes calliditates et hostis versuti suasiones, deinceps omnino licentiam damus suarum ecclesiarum investitores fieri, ita tamen ut iudicio synodi, si contra sacerdotum agere presumpserint, mulctenter, et felici mucrone episcopi sacerdotum piacula resecentur.

(C.16 q.2 d.p.c.1) ¶ Hac auctoritate monachis conceditur investitura suarum ecclesiarum. Sed videtur contraire Urbanus papa secundus, dicens:

(C.16 q.2 c.6) ABBATES IN PARROCHIALIBUS ECCLESIIIS ABSQUE EPISCOPI CONSILIO PRESBITEROS NON ORDINENT.

Sane quia monachorum quidam episcopis ius suum auferre contendunt, statuimus ne in parrochialibus ecclesiis, quas tenent, absque episcoporum consilio presbiteros collocent, sed episcopi parrochie curam cum

abbatum consensu sacerdote committant, ut eiusmodi sacerdotes de populi quidem cura episcopis ratione reddant, abbati vero pro rebus temporalibus ad monasterium pertinentibus debitam subiectionem exhibeant, et sic sua cuique iura serventur. Idem: In parochialibus ecclesiis presbyteri per episcopos constituentur, qui eis respondeant de animarum cura, et his quae ad episcopum pertinent.

(C.16 q.2 d.p.c.7) ¶ Ecce Urbanus papa prohibet investituras parochialium ecclesiarum per monachos fieri, quas Iohannes papa eis concessit. Sed illud Iohannis papa intelligendum est de illis capellis quae cum omni iure suo ab episcopis monachis conceduntur. Istud autem Urbani intelligitur de illis quas abbates in propriis prediis edificant in villis et castellis suis.

(C.16 q.2 d.a.c.8) ¶ Tales, et si ius territorii habeant, tamen potestatem gubernandi populum et spiritualia ministrandi non habent. Quod etiam de episcopo intelligendum est.

(C.16 q.2 c.8) Unde Nicholaus papa ait:

EPISCOPUS, QUI IN ALTERIUS DIOCESI ECCLESIAM EDIFICAT, EIUS CONSECRATIONEM SIBI VENDICARE NON AUDEAT

Si quis episcoporum in aliene civitatis territorio pro quacumque suorum oportunitate ecclesiam edificare disponit, non presumat dedicationem, quae illius est in cuius territorio ecclesia surgit. Edificatori vero episcopo hec gratia reservetur, ut quos desiderat clericos in re sua ordinari, ipsos ordinet is, cuius territorium est.

(C.16 q.2 c.9) Item ex Tolletano concilio IIII

BASILICE NOVITER CONDITE AD EPISCOPUM PERTINENT, CUIUS CONVENTUS ESSE CONSTITERIT.

Possessio territorii conventum non adimit ideoque nove basilice, quae condite fuerint, ad eum proculdubio pertinebunt episcopum, cuius conventus esse constiterit.

(C.16 q.2 d.p.c.10) ¶ Quod de iure ordinandi, non possidendi intelligendum est. His auctoritatibus facile perpendi potest quod sive abbates sive episcopi in suis castellis vel villis ecclesias edificaverint, non omnino ideo episcopo, in cuius diocesi fuerint conventus adimitur et ideo sacerdotes, iuxta illud Urbani et Nicholai, in eis non

nisi per episcopos cum consensu edificantium, ordinari possunt.

(QUAESTIO 3)

(C.16 q.3 d.a.c.1) ¶ Quod autem prescriptione temporis omnia iura tollantur, probatur auctoritate Calcedonensis concilii, et Gelasii papa et Tolletani concilio. Prima hec est: 5

(C.16 q.3 c.1) RUSTICANE PARROCHIE APUD EPISCOPOS, QUI EAS XXX ANNIS SINE VIOLENTIA PERMANEANT IMMOBILES. 10

Per singulas ecclesias rusticanas parrochias permanere immobiles apud eos qui eas tenent episcopos decrevimus et maxime si eas sine violentia per xxx annos gubernaverit. Si vero intra xxx annos facta fuerit de eis dubitatio, liceat eis, qui se dixerint lesos, pro ea movere apud synodum provincie certamen. 15

(C.16 q.3 c.2) Item Gelasius.

DIOCESES TRIGINTA ANNIS AB EPISCOPI POSSESSE IMMOBILES PERMANEANT. 20

Illud etiam annecti placuit ut si, quod absit, facultates ecclesiae nec non dioceses ab aliquibus possidentur episcopis, iure sibi vendicent quod tricenallex conclusit, quia et filiorum nostorum principum ita emanavit auctoritas. 25

(C.16 q.3 c.3) Item Tolletano concilio IIII

TERRITORII POSSESSIO CONVENTUM NON ADIMIT.
Sicut diocesim alienam tricenallex possessio tollit, ita territorii conventum non adimit.

(C.16 q.3 c.4) Item ex eodem. 30

TRICENNALIS POSSESSIO INTRA UNAM PROVINCIAM SERVARI DEBET.

Quicumque episcopus alterius episcopi diocesim per xxx annos sine aliqua interpellatione possederit, quamvis secundum legis ius eius non videatur esse diocesis, admittenda tamen non est contra eum actio repossendi, sed hoc intra unam provinciam, extra vero nullo modo ne, 35

28 Sicut – **31 adimit** Conc. Toletanum IV (a. 633) 35 (ed. Vives, 205).

33 Quicumque – **566: 5 confundantur** Conc. Toletanum IV (a. 633) 34 (ed. Vives, 205).

dum diocesis defenditur, provinciarum termini confundantur.

(C.16 q.3 d.p.c.4) ¶ Ecce his auctoritatibus probatur quod possessionis et gubernationis iura prescriptione tolluntur. Sed idem Gelasius contra testatur, scribens Maximo et Eusebio episcopis:

(C.16 q.3 c.5) STATUS PARROCHIARUM NEC PRESUMPTIONE, NEC TEMPORIS PRESCRIPTIONE MUTARI POTEST.

Licet regulis contineatur antiquis, parrochias unicuique ecclesiae pristina dispositione deputatas nulla posse ratione convelli, ne per consuetudinem pessimam, exempli mali temeritate crescente, universalis confusio nascentur: tamen etiam decretis nostris ante non multum temporis destinatis omnia iussimus, quae taliter fuerant invasa, restitui. Sed quia temeritas pervadentium legem sibi posse putat generari, sed sisceleri suo pertinaciam retentionis adiungat ea quae inter fratrem et coepiscopum nostrum Constantium, Camiscane ecclesiae sacerdotem et directos ab Anconitano pontifice decrevimus per vos impleri cupimus, tunc formam in ceteris cognitionibus, quae sit sequenda, prescripsimus. Nulla igitur presumptione statum parrochiarum, qui perpetuae etatis firmitate duravit, patimur immutari. Quia nec negligentia pontificum nec temporalis obiectio, quae per incuriam forte generatur, neque ignavia faciente consensus nec subripiente supplicatione preceptio divellere potest semel diocesim constitutam, ex qua semper ad regenerationem atque consignationem plebs devota convenit. Territorium etiam non facere diocesim, olim noscitur ordinatum.

(C.16 q.3 d.p.c.5) ¶ Hoc multipliciter distinguitur. Sunt quaedam dioceses quae certis limitibus distincte sunt; hec nullomodo prescribi possunt. Alie vero quae non sunt certis limitibus distincte et de quibus certa diffinitio non olim processit, prescriptione tolluntur.

(C.16 q.3 c.6) Unde Innocentius papa ait:

LIMITIS POSSESSIO PRESCRIBI NON POTEST.

Inter memoratos fratres nostros, Fulgentium Astigitanum et Honorium Cordubensem episcopos, discussio agitata est propter parrochiam basilice cuiusdam, quam horum alter Cellatensem alter Reginensem asseruit.

38 Inter – 23 restituetur Conc. Hispalense II (a. 619) 2 (ed. Vives, 164).

Et quia inter utrasque partes hactenus limitis actio ventilata est, cuius quamvis vetusta retentio nullum iuris preiudicium afferret ideoque, ne in dubium ultra inter eos devocaretur sententia, prolatis canonibus synodalia decreta perlecta sunt. Quorum auctoritas premonet, ita oportere inhiberi cupiditatem, ut ne quis terminos alienos usurpet; ob hoc placuit inter alternas partes inspectores viros mittendos, ita ut diocesis possidentis, si tamen basilicam veris signis limes provisus monstraverit ecclesiae, cuius est ius retentionis, sit eternum dominium. Quod si limes legitimus eandem basilicam non concludit et tam longi temporis probatur obiecta prescriptio, appellatio presentis episcopi non valebit, quia illi tricenalis obiectio silentium imponit. Hoc etiam et secularium principum edicta precipiunt et presulum Romanorum decrevit auctoritas. Si vero intra metas tricenalis temporis extra alienos terminos basilice iniusta retentio reperitur, repetentis episcopi iuri sine mora restituetur.

(C.16 q.3 c.7) Item Gelasius papa Iusto episcopo.

SPATIA QUAE DIFFINITA FUERINT TEMPORE PRESCRIBI NON POSSUNT.

Dilectio tua studeat, quesita omnium fideliter rerum veritate, ut si de spatiis, de quibus memoratur orta contentio, diffinitio dudum certa processit intemerata servetur. Alioquin, si nichil umquam constiterit terminatum, tunc de prescriptione temporum, si qua pars confidit prebeat sacramentum, ut tamen quae hactenus possedisse probabitur, iusiurandum sinatur offerre.

(C.16 q.3 d.p.c.7) ¶ Potest et aliter distingui. quae quisque sua auctoritate usurpat, quia nullo titulo possidere incipit, prescribere non potest, et in hoc casu intelligenda est illa auctoritas Gelasii: 'Temporalis obiectio, quae per incuriam forte generatur, non potest divellere diocesim semel constitutam.' Intelligendum est, si nullo titulo, sed sola usurpatione eam possidere cepit. Si vero iudicis auctoritate et privilegiorum longa consuetudine possidere cepit, tunc temporalis obiectio actori silentium imponit.

(C.16 q.3 c.8) Unde Gelasius papa ait:

PRIVILEGIA PER XXX ANNOS POSSESSA IMMOBILIA
SERVARI DEBENT.

Placuit huic sanctae et magne synodo, ut res vel
privilegia, quae Dei ecclesiis ex longa consuetudine
5 pertinent, et sive a dive recordationis imperatoribus sive
ab aliis Dei cultoribus in scriptis donata, et ab eis per
annos xxx possessa sunt, nequaquam a potestate
presulum eorum quaecumque persone secularis per
potestatem subtrahat, aut per argumenta quelibet auferat;
10 sed sint omnia in potestate ac iussu presulis ecclesiae,
quaecumque intra xxx annos spatia ab ecclesiis possessa
fuisse noscuntur. Quisquis ergo secularium contra
presentem diffinitionem egerit, tamquam sacrilegus
iudicetur, et donec se correxerit et ecclesiae propria
15 privilegia seu res restituerit, anathema sit.

(C.16 q.3 d.p.c.9) ¶ Item si de rebus ecclesiae
controversia mota est et diffinitio subsecuta et si iniusta
sit, tamen quia non sua sed diffinientis auctoritate
possidere cepit tricennis prescriptio petitori silentium
20 imponit, ita tamen, ut prescriptionis supputatio non a
tempore diffinitionis, sed a decessu diffinientis exordium
sumat.

(C.16 q.3 c.10) Unde in Tolletano concilio statutum
est:

VITA IRRITE DISPONENTIS NON POTERIT PERTINERE
AD TRICENNium TEMPORIS.

Si sacerdotes vel ministri, dum gubernacula
ecclesiarum administrare videntur, contra patrum
sanctissimas sanctiones de rebus ecclesiae diffinisse aliqua
30 dinoscuntur, non ex die quo talia de scribendo
decreverunt, sed ex quo talia moriendo definita
reliquerunt, supputationis ordo substabit. Nusquam et
etenim poterit ad tricennium temporis pertinere vita
irrita iudicantis, quia status contractuum non sumpsit
35 initia ab origine equitatis.

(C.16 q.3 d.p.c.10) ¶ Item ea quae in beneficiis
possidentur sive quae metu hostilitatis interveniente
diutius possessa fuerint, prescribi non possunt.

(C.16 q.3 c.11) Unde in Agathensi concilio legitur:

27 Si – 569: 2 equitatis Conc. Toletanum IX (a. 655) 8, ed. Vives, 301-302.

QUAE IN BENEFICIIS POSSIDENTUR PRESCRIBI NON POSSUNT.

Clerici quilibet quantacumque diuturnitate temporis de ecclesiae remuneratione aliqua possident, in ius proprium prescriptione temporis non vocentur dummodo pateat ecclesiae rem fuisse, ne videantur etiam episcopi amministrationis prolixè aut precatórias, cum ordinati sunt, facere non debuisse aut diu retentas facultates in ius sue propietatis posse transcribere.

5

(C.16 q.3 c.12) Item de concilio Aurelianensi .

10

QUAE HUMANITATIS INTUITU ALIQUIBUS PRESTANTUR PRESCRIBI NON POSSUNT.

Si episcopus humanitatis intuitu mancipiola, vineolas vel terrulas clericis aut monachis vel quibuslibet prestiterit excolendas vel tempore tenendas, etiam si longa transisse annorum spatia comprobentur, nullum ecclesia preiudicium patiatur nec secularis legis prescriptio, quae ecclesiam aliquam impediatur, opponatur.

15

(C.16 q.3 c.13) Item de concilio Spalensi, cui interfuit Ysidorus.

20

TEMPORIS PRESCRIPTIO NON OBICITUR UBI HOSTILITATIS METUS INTERVENERIT.

Prima actione Theodulfi Malachitane ecclesiae antistitis ad nos oblata precatio est, asserentis antiquam eiusdem urbis parrochiam militaris quondam hostilitatis discrimine fuisse decisam, et ex parte aliqua ab ecclesiis Astigitane, Elibertane atque Egabensis urbium esse retentam. Pro qua re placuit, ut omnis parrochia, quam antiqua dicione ante militarem hostilitatem retinuisse ecclesiam suam quisquis conprobaret, eius privilegio restitueretur. Sicut enim per legem mundialem his, quos barbarica severitas captiva necessitate transuexit, post liminium revertentibus redditur antiqua possessio, non aliter et ecclesia receptura est parrochiam, quam ante tenuit cum rebus suis sive ab aliis ecclesiis possideatur sive in cuiuslibet possessionem transfusa sit. Non enim erit obicienda prescriptio temporis, ubi necessitas intererit hostilitatis.

25

30

35

23 Prima – 570: 6 hostilitatis Conc. Hispalense II (a. 619) 1, ed. Vives, 163-164.

(C.16 q.3 d.p.c.14) ¶ Tolluntur etiam prescriptione ille dioceses, quas propriis episcopis negligentibus, alii ab heresi ad fidei integritatem revocaverunt.

(C.16 q.3 c.15) Unde in VIII concilio Africano legitur:

5 SI QUI EPISCOPI DIOCESES SUAS DEO LUCRARI NEGLIGUNT, POST TRICENNIO EIS CONSTABUNT EPISCOPIS, QUORUM STUDIO FIDEI SUNT RECONCILIATE.

Placuit ut quicumque negligunt loca ad suam cathedram pertinentia in catholica unitate lucrari, conveniantur a diligentibus vicinis episcopis, ut id agere non morentur. Quod si intra sex menses a die conventionis non effecerint, qui potuerint eas lucrari ad ipsum pertineant. Ita sane ut si ille, ad quem pertinuisse videbantur probare potuerit magis illius negligentiam electam ab hereticis, ut impune ibi sint, et suam diligentiam fuisse preventam, ut eo modo eius cura sollicitior vitaretur. Cum hoc iudicent episcopi qui noverint, sue cathedre loca restituant.

20 **(C.16 q.3 d.p.c.15)** ¶ Potest etiam aliter intelligi prescriptio illa longi temporis, qua Gelasius negat statum parrochiarum posse mutari. Longum enim tempus, sicut ex legibus habetur, decennium vel vicennium intelligitur. Huius ergo longi temporis prescriptio auctoritate Gelasii et secularium legum ecclesiis obici non potest.

25 **(C.16 q.3 d.p.c.16)** ¶ Sed sola prescriptio xxx annorum et deinceps, a qua tamen prescriptione privilegia Romane ecclesiae sunt exclusa, quae non nisi centum annorum spatio prescribi possunt.

30 **(C.16 q.3 c.17)** Unde Iohannes Octavus scribit Regi Lodoico:

PRIVILEGIA ROMANE ECCLESIAE NON NISI CENTUM ANNORUM PRESCRIPTIONE TOLLUNTUR.

35 Nemo de annorum numero resultandi sumat fomentum, quia sancta Romana, cui Deo auctore servimus ecclesia privilegia, quae in firma Petri stabilitatis petra suscepit, nullis temporibus angustantur, nullis regnorum partitionibus preiudicantur. Sed venerande Romane leges, divinitus per ora principum promulgate, rerum eius prescriptionem non nisi per centum annos admittunt.

Aa 33r

17 iudicent *Aa^{ac}*: iudices *Aa^{pc}* qui quo/ *Aa^{ac}*, *eras. Aa^{pc}* 18 noverint cognoverint *Aa^{pc}*

(QUAESTIO 4)

(C.16 q.4 d.a.c.1) ¶ Ostensum est quando ecclesia adversus ecclesiam prescribere possit. Nunc videndum est, si monasterium adversus ecclesiam prescribere valeat? 5

(C.16 q.4 c.1) Quod Urbanus Secundus prohibuit, dicens:

TRICENNIO TEMPORIS ALIQUID MONACHI PRESCRIBERE NON VALENT. 10

Possessiones ecclesiarum et episcoporum tricenales abbates vel monachos habere omnimodis prohibemus.

(C.16 q.4 d.p.c.1) ¶ Sed si tollitur eis tricenalis possessio, a beato Gregorio conceditur eis quadragenalis prescriptio. 15

(C.16 q.4 c.2) Ait enim Petro Subdiacono:

XI ANNORUM PRESCRIPTIO RELIGIOSIS DOMIBUS CONCEDITUR.

Volumus accedente te ad Panormitanam civitatem questionem ipsam tali ratione discutere, dominio rei apud possessorem, sicut hactenus possessum est, videlicet permanente ut si, monasterium prefatum sancti Theodori fines, de quibus causatio mota est inconcussos xl. annis repperis possedisse, nullam deinceps, etiam si quid sanctae Romane ecclesiae competere potuit, patiaris sustinere calumpniam, sed quietem eorum inconcussam omnibus modis procurate. Sin vero auctores ecclesiae non eos possedisse xl. annis inconcusso iure monstraverint, sed aliquam intra tempora hec motam fuisse aliquando questionem eorundem finium, electis arbitris tranquille et legaliter sopiatur. 20 25 30

(C.16 q.4 c.3) Item ex Novellis Iustiniani.

DE EODEM.

Neque decennia neque vicennii vel xxx annorum prescriptio, sed sola xl. annorum curricula religiosis domibus opponantur, non solum ceteris rebus sed etiam in legatis et hereditatibus. 35

(C.16 q.4 d.p.c.3) ¶ Sicut ergo religiosis domibus ex lege non nisi quadragenaria est obicienda prescriptio, ita

et auctoritate Gregorii adversus alias ecclesias prescribere possunt eodem spatio temporis.

(QUAESTIO 5)

5 **(C.16 q.5 d.a.c.1)** ¶ Quod autem ea quae ecclesiae debentur auctores eiusdem sua auctoritate iudiciis pretermis-
sis repetere non valeant, Beatus Gregorius testatur, dicens:

10 **(C.16 q.5 c.1)** IUDICIO, NON MANIBUS, RES ECCLESIAE DEFENDANTUR.

Consuetudo nova in hac ecclesia et valde reprehensibilis erupit ut, cum rectores eius patrimonii urbana vel rustica predia iuri illius competere posse suspicantur, fiscali more titulos imprimant atque, quod
15 competere pauperibus estimant, non iudicio, sed manibus defendant et cum predicatorum suos veritas: 'nichil per contentionem' agere precipiat, etiam ipsum litigiose
contentionis malum transcenditur et res quelibet, cum estimatur ecclesiae posse competere, per vim tenentur.
20 Proinde presenti decreto constituo ut, si quis ecclesiasticarum unquam titulos ponere sive in rustico sive in urbano predio sua sponte presumpserit, anathema sit. Is autem, qui ecclesiae preest, si hoc vel ipse fieri precipit vel sine sua preceptione factum digna punire
25 animadiversione neglexerit, anathema sit. Et responderunt omnes: anathema sit.

Aa 33v

(QUAESTIO 6)

30 **(C.16 q.6 d.a.c.1)** ¶ Quod autem quisquis sua auctoritate quae sibi deberi putat usurpat, nec per iudicem repossit, cadit a causa, ex auctoritate Milevitani Concilii habetur, in quo ita statutum legitur:

35 **(C.16 q.6 c.1)** CAUSE SUE DETRIMENTUM PATIATUR EPISCOPUS, QUI ECCLESIAS SUAS AB ALIO RETENTAS PROPRIA AUCTORITATE QUERIT ADIRE.

Placuit ut quicumque episcopi ecclesias vel plebes, quas ad cathedram suam existimant pertinere, non ita repetierint, ut causas suas episcopis iudicantibus agant, sed alio retinente irruerint sive nolentibus sive volentibus
40 plebibus, cause sue detrimentum patiantur. Et quicumque hoc iam fecerunt, si nondum inter episcopos est finita contentio, sed adhuc inde contendunt, ille inde discedat,

quem constiterit pretermisissis iudicibus ecclesiasticis irruisse. Nec sibi quisque blandiatur, si a primate, ut retineat, litteras impetraverit sed sive habeat litteras sive non habeat, conveniat eum qui tenet, et eius litteras accipiat, ut cum appareat pacifice tenuisse ecclesiam ad se pertinentem. Si autem ille aliquam questionem retulerit, per episcopos iudices causa finiatur sive quos eis primas dederit sive quos ipsi vicinos cum consultu primatis delegerint. 5

(C.16 q.6 d.p.c.1) ¶ Econtra Gregorius Iohanni Defensori, eunti in Ispaniam, scribit dicens: 10

(C.16 q.6 c.2) DELICTUM PERSONE IN DAMPNUM ECCLESIAE CONVERTI NON POTEST.

Si episcopum, quod absit, talem culpam commisisse constiterit, ut constet eum non irrationabiliter esse depositum, eadem eius depositio confirmetur, et omnes res sue ecclesiae quae ablatae fuerunt, restituantur, quia delictum persone in dampnum ecclesiae non est convertendum. Si autem dicitur, quia Conmitiolus defunctus est, ab herede eius quae ab illo iniuste ablatae sunt sine excusatione reddantur. 15 20

(C.16 q.6 c.6) Item in Magotiensi concilio.

POSSESSIONES MONASTERII PRO PECCATO ABBATIS EPISCOPUS TOLLERE NON DEBET.

Episcopo non licet possessionem monasterii tollere, quamvis abbas peccaverit, sed subiciat eum potestati abbatis alterius monasterii. 25

(C.16 q.6 d.p.c.7) ¶ Si ergo delictum persone in dampnum ecclesiae converti non potest, quia procurator conditionem ecclesiae potest facere meliorem, non deteriore. Si peccato abbatis possessiones monasterii auferre non licet: quomodo delictum episcopi vertetur in dampnum ecclesiae, ut inde detrimentum cause sue patiat? Sed detrimentum cause pati non sic est accipiendum, ut ecclesia suo iure privetur, potius, quia clericis coram iudice stantibus episcopus tacebit, et pro iniuria illata mulctabitur, si propria habuerit. 30 35

(QUAESTIO 7)

(C.16 q.7 d.a.c.1) ¶ Quod autem ecclesias de manu laicorum nec abbati nec alicui liceat accipere, omnium 40

canonum testatur auctoritas. Generaliter enim tam ecclesiae quam res ecclesiarum in episcoporum potestate consistunt. Laici autem nec sua nec episcoporum auctoritate decimas vel ecclesias possidere possunt. Unde
 5 episcopi, sive beneficio sive pretio ecclesias vel decimas laicis dederint, domum orationis domum negotiationis et speluncam latronum faciunt. Unde post eversionem cathedre a cetu fidelium segregati eterno verbere a Domino flagellabuntur.

10 **(C.16 q.7 c.1)** Unde Gregorius Septimus ait:

DECIME A LAICIS NON POSSIDEANTUR.

Decimas, quas in usum pietatis concessas esse canonica auctoritas demonstrat, a laicis possideri apostolica auctoritate prohibemus. Sive enim ab episcopis sive
 15 regibus vel quibuslibet personis (eas) acceperint, nisi ecclesiae reddiderint, sciant sacrilegii crimen committere et eterne dampnationis periculum incurrere. Oportet autem congruentius nos decimas et primitias, quas iure sacerdotum esse sancimus, ab omni populo accipere, quas
 20 fideles Domino precipiente offerunt, iuxta illud vaticinium Malachie prophete: 'Inferte omnem decimationem in horreum meum, ut sit cibus in domo mea.' Has vero decimas sub manu episcopi fore censemus, ut ille qui cunctis preest omnibus iuste distribuatur, nec quicquam
 25 persone honorabilius exhibeat, unde alii scrupuloso corde moveantur, sed sint omnia communia, quia inhonestum videtur, ut alii sacerdotes habeant, alii detrimentum patiantur. Sed sicut una est fides catholica, ita necesse est ut ille qui provisor est loci, quamvis multe sint ecclesiae
 30 tamen omnibus fideliter distribuatur. **(C.16 q.7 c.3)** Pervenit ad nos fama sinistra, quod quidam episcoporum non sacerdotibus proprie diocesis decimas atque Christianorum oblationes conferant, sed potius laicalibus personis, militum videlicet, sive servitorum vel quod
 35 gravius est consanguineis. Unde, si quis amodo episcopus inventus fuerit huius precepti divini transgressor, inter maximos hereticos et antichristos non minimus habeatur, et, sicut Nicena synodus de symoniacis censuit, et qui dat episcopus et qui recipiunt ab eo laici, sive pretio sive
 40 beneficio, eterni incendii ignibus deputentur.

(C.16 q.7 c.8) Item Augustinus.

QUIA DECIME NON REDDUNTUR, INDICTIO FISCO
ACCESSIT.

Maiores vestri ideo copiis omnibus habundabant, quia
Deo decimas dabant et Cesari census reddebant. Modo
autem quia discessit devotio Dei, accessit indictio fisci.
Nolumus partiri cum Deo decimas, modo autem tollitur
totum. Hoc tollit fiscus, quod non accipit Christus.

5

(C.16 q.7 c.9) Item Origenes.

COLUMBAS VENDIT QUI ECCLESIAM INDISCIPLINATIS
CONMITTIT.

10

Et hec diximus secundum simplicem intellectum. Iuxta
moralem autem talia dicemus et primum quidem de
templo de quo per Prophetam dixit Dominus, 'Domus
mea domus orationis vocabitur.' Ergo secundum
corporalem circumcisionem carnis et secundum
corporales legis festivitates et sacrificia, consequentur et
templum Dei estimabitur quod in lapidibus insensatis erat
constructum. Primum quidem a Salomone, deinde
reparatum ab Esdra, postea vero post Christi adventum a
Romanis destructum, et illa domus esse orationis; qua
destructa necesse est ut Iudei, quasi iam non habentes
domum orationis, iam non habebant privilegium
speculationis Dei nec possint secundum legem Deo
servire. Hoc ergo facto, omnia Christus eiecit in
ministerio spiritualium actuum suorum, et quod tunc fecit
visibiliter egit, eiciens vendentes et ementes de templo et
mensas numulariorum evertens et cathedras vendentium
columbas ad correctionem populi, ut non pro mundanis
festivitates in nomine Dei celebrent nec emptionibus et
venditionibus vacent in loco non competenti, in quo non
debent emere et vendere, sed orationibus tantum vacare
atque congregare quasi in domo orationis. Nunc autem
arbitror templum Dei ex lapidibus vivis constructum
ecclesiam Christi. Sunt autem multi in ea, non sicut
condecet spiritualiter viventes, sed secundum carnem
militantes, qui et domum orationis de lapidibus vivis
constructam faciunt speluncam esse latronum, actibus
suis non ecclesiam Dei dignis, sed speluncam latronum.
Qui enim considerat in multis ecclesiis talium
Christianorum peccata, qui arbitrantur questum esse
pietatem et cum deberent de evangelio vivere, secundum
quod vivere decet servos Dei, hoc non faciunt, sed divitias
et multas possessiones acquirunt, nonne dices, speluncam

15

20

25

30

35

40

latronum factam esse sub illis ecclesiam? Ut recte dicat
 Christus ad eos propter dissipationem ecclesiae sue: 'quae
 utilitatis in sanguine meo, dum descendo in
 corruptionem?' Item ipse per Osee tali modo: 'Ve mihi,
 5 quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messe, et
 sicut racemum in vindemia, cum non sint botri ad
 manducandum primogenita. Ve anime mee, quia periit
 timoratus a terra, et qui corrigat in hominibus non est.'
 Et cum intellexeris Iesum dicentem talia, et lugentem
 10 peccata nostra, aspice simul et illud quod in evangelio
 scribitur: 'Cum vidisset Ierusalem, flevit super eam,' et
 dixit, 'quia si cognovisses et tu.' Et si rationabiliter flevit
 super Ierusalem, rationabilius flevit super ecclesiam
 15 edificatam quidem, ut esset domus orationis, factam
 autem propter turpia lucra, speluncam latronum. Et
 arbitror convenire verbum de venditoribus columbarum
 eis, qui tradunt ecclesias avaris et tyrannicis et
 indisciplinatis et irreligiosis episcopis aut presbiteris.
 Propter quod et cathedras tantummodo appellavit
 20 evangelista eversas esse ab Iesu. Et utinam audirent hec
 cum dicentis admonitione scripture qui gloriantur de
 cathedris Moysi, in quibus sedent et vendunt omnes
 cathedras columbarum et tradunt eas talibus prepositis,
 ad quos recte dicitur a Domino per Ieremiam prophetam:
 25 'Principes populi mei me non cognoverunt. Filii enim
 sunt insipientes et non intelligentes; sapientes sunt ad
 malefaciendum, bene autem facere nesciunt.'

(C.16 q.7 d.p.c.9) ¶ Cum ergo ecclesiae et oblationes
 earum non consistant, nisi in potestate episcoporum, patet
 30 profecto quod non sunt ab alio recipiende quam de manu
 eorum.

(C.16 q.7 c.10) Unde in Aurelianensi concilio
 statutum est:

OMNES BASILICE AD EUM PERTINENT EPISCOPUM, IN
 35 CUIUS TERRITORIO POSITE SUNT.

Omnes basilice, quae per diversa loca constructe sunt
 vel cotidie construuntur, in episcopi potestate consistant,
 in cuius territorio posite sunt.

(C.16 q.7 c.12) Item Gregorius septimus in generali
 40 synodo residens dixit:

DE MANU LAICI EPISCOPATUS VEL ABBATIA SUSCIPI
NON DEBET.

Si quis deinceps episcopatum vel abbatiam de manu
alicuius laice persone susceperit, nullatenus inter
episcopos vel abbates habeatur nec ulla ei ut episcopo seu
5
abbati audientia concedatur. Insuper gratiam Beati Petri,
et introitum ecclesiae interdiciamus, quousque locum,
quem sub crimine tam inobedientie quam ambitionis ex
qua scelus idolatrie cepit, resipiscendo non deservit.
10
Similiter etiam de inferioribus ecclesiasticis dignitatibus
constituimus. Item si quis imperatorum, regum, ducum,
marchionum, comitum, vel quilibet secularium
potestatum aut personarum investituram episcopatum
vel alicuius ecclesiastice dignitatis dare presumpserit,
15
eiusdem sententie vinculo se obstrictum esse sciat.

(C.16 q.7 c.14) Item ex Canone Apostolorum.

DE EODEM.

Si quis episcopus secularibus potestatibus usus
ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur et segregentur,
omnesque qui illi communicant.
20

(C.16 q.7 c.15) Item ex Cronica Anastasii.

DE EODEM.

Sane Thesalonicenses episcopi ob metum imperatoris
Anastasii Timotheo Constantinopolitano episcopo
consenserunt, qui concilium Calcedonense
25
anathematizaverat. xl. vero episcopi Illirici et Grecie
convenientes in unum, per professionem in scriptis
factam, ut a proprio metropolitano discesserunt ab eo et
Romam mittentes Romano episcopo communicare in
scriptis professi sunt. Et paulo post, cum Dioscorus Iunior
30
manus impositionem accepisset, recesserunt multitudines
populorum, dicentes quia secundum quod canones
sanctorum continent apostolorum non est factus
episcopus et ideo non recipietur. Principes enim
intronizant eum.
35

(C.16 q.7 c.16) Item Pascalis papa.

EXCOMMUNICETUR QUI PER LAICOS ECCLESIAS
OBTINET.

Si quis abbas vel clericus vel monachus per laicos
ecclesias obtinuerit, sanctorum secundum Apostolorum
40
canones et Antioeni capitulum concilii excommunicationi
subiaceat.

(C.16 q.7 c.20) Item Alexander II

NULLUS CLERICUS PER LAICOS ECCLESIAM OBTINEAT.

Per laicos nullo modo quilibet clericus aut presbiter obtineat ecclesiam nec gratis nec pretio. Nullus habitum monachi suscipiat, spem aut promissionem habens, ut abbas fiat. Nullus presbiter duas ecclesias habeat.

(C.16 q.7 c.21) Item in concilio Calcedonensi.

SINGULI EPISCOPI SUOS HABEANT ECONOMOS.

Quoniam in quibusdam ecclesiis, ut rumore conperimus, preter economos episcopi facultates ecclesiae tractant, placuit omnem ecclesiam habentem episcopum habere economum de clero proprio, qui dispenset res ecclesiasticas secundum sententiam episcopi proprii, ita ut ecclesiae dispensatio preter testimonium non sit, et ex hoc dispergantur ecclesiastice facultates et sacerdotio maledictionis derogatio procuretur. Quod si hoc minime fecerit, divinis constitutionibus subiacebit.

(C.16 q.7 c.22) Item ex concilio Spalensi, cui interfuit Ysidorus.

LAICI NON SUNT CONSTITUENDI ECONOMI SED EX PROPRIO CLERO ELEGENDI.

Nona actione didicimus, quosdam ex nostro collegio contra mores ecclesiasticos laicos habere in rebus divinis constitutos economos. Proinde pariter tractantes eligimus, ut unusquisque nostrum secundum Calcedonensium patrum decreta ex proprio clero economum sibi constituat. Indecorum est enim laicum vicarium esse episcopi, et viros ecclesiasticos iudicare. In uno enim eodemque officio non debet dispar esse professione. Quod etiam in lege divina prohibetur, dicente Moyse, 'Non arabis in bove simul et asino,' id est: homines diverse professionis in uno officio simul non sociabis. Unde oportet nos et divinis libris et sanctorum patrum obedire preceptis constituentes, ut qui in administrationibus pontificibus sociantur nec professione discrepent nec habitu. Nam coherere et coniungi non possunt quibus et studia et vota sunt diversa. Si quis autem episcopus posthec ecclesiasticam rem aut laicalem procuracionem administrandam elegerit aut si testimonio economi gubernandam non crediderit, vere ut contemptor

22 Nona – 579: 20 obnoxius Conc. Hispalense II (a. 619) 9 (ed. Vives, 169).

canonum et fraudator ecclesiasticarum rerum non solum a Christo de rebus pauperum iudicabitur, sed etiam concilio manebit obnoxius.

(C.16 q.7 c.23) Item in Sinodo Simachi papa Laurentius Mediolanensis episcopus dixit: 5

LAICUS IN ECCLESIA ALIQUID STATUENDI FACULTATEM NON HABET.

Non placuit laicum statuendi in ecclesia habere aliquam potestatem, cui subsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi. 10

(C.16 q.7 c.24) Item in concilio eodem Eulalius episcopus Siracusane ecclesiae, dixit:

ECCLESIASTICAS DIGNITATES LAICI DISPONERE NON DEBENT.

Laicis quamvis religiosi nulla de ecclesiasticis dignitatibus aliquid disponendi legitur attributa facultas. 15

(C.16 q.7 d.p.c.30) ¶ Si ergo ecclesiasticas facultates potestatem dispensandi non habent multo minus ipsas ecclesias quibuslibet ad regendum committere vel aliis auferre valent. Hic etiam distinguendum est, quid iuris fundatores ecclesiarum in eis habeant, vel quid non? Habent ius providendi, et consulendi, et sacerdotem inveniendi; sed non habent ius vendendi, vel donandi, vel utendi tanquam propriis. 20

(C.16 q.7 c.31) Unde in canonibus invenitur . 25

HEREDES EIUS, QUI ECCLESIAM CONSTRUXIT, QUAM PRO EA SOLLICITUDINEM GERERE DEBEANT.

Filiis vel nepotibus ac honestioribus propinquis eius qui construxit vel ditavit ecclesiam, licitum sit hanc habere sollertiam ut, si sacerdotem aliquid ex collatis rebus defraudare previderint, aut honesta conventionem conpescant aut episcopo vel iudici corrigenda denuncient. Ipsis tamen heredibus in eisdem rebus non liceat quasi proprii iuris potestatem preferre. 30

(C.16 q.7 c.32) Item ex concilio Tolletano IIII 35

FUNDATORES ECCLESIAE ORDINANDOS IN EA EPISCOPO OFFERANT.

Decernimus ut quamdiu fundatores ecclesiarum in hac vita superstites fuerint, pro eisdem locis curam habeant

28 Filiis – 12 preferre Conc. Toletanum IX (a. 655) 1 (ed. Vives, 298).

sollicitam atque rectores idoneos in eisdem basilicis
[idem] ipsi offerant episcopo ordinandos. Quod si spretis
eisdem fundatoribus rectores ibidem presumpserit
episcopus ordinare et ordinationem suam irritam noverit
5 et ad verecundiam sui alios in eorum loco, quos ipsi
fundatores condignos elegerint, ordinari.

(C.16 q.7 c.33) Item ex Romana Synodo.

A DOMINIO CONSTRUCTORIS ORATORIUM NON EST
AUFERENDUM.

10 Monasterium vel oratorium canonicè constructum a
dominio constructoris eo invito non auferatur, liceatque
illi presbitero, cui voluerit pro sacro officio illius diocesis
cum consensu episcopi, ne malus existat commendare.

(C.16 q.7 c.34) Item Gregorius papa.

15 DE EODEM.

Rationis ordo non patitur ut monasterium contra
voluntatem fundatorum ab eorum dispositione ad
arbitrium suum quis debeat vendicare.

20 **(C.16 q.7 d.p.c.36)** ¶ Vt ergo ex his auctoritatibus
colligitur de manu laicorum ecclesiae non sunt recipiende,
nisi cum consensu episcoporum, iuxta illud Magotiensis
Concilii.

(C.16 q.7 c.37) NON LICEAT LAICIS PRESBITEROS DE
ECCLESIA EICERE.

25 Laici presbiteros de ecclesia non eiciant neque in eis
constituant sine consensu suorum episcoporum.

30 **(C.16 q.7 d.p.c.38)** ¶ Sicut ergo auctoritate Ieronimi
decimas a laicis male possessas episcopo consentiente licet
monachis de manu laicorum recipere, et eas perpetua
stabilitate tenere, sic et ecclesias a laicis male detentas
cum consensu episcoporum licet monachis ad ordinandum
accipere et eis in perpetuum providere.

Aa 38r

38 Decernimus – **23 ordinari** Conc. Toletanum IX (a. 655) (ed. Vives, 299).

10 Monasterium – **30 commendare** Conc. Romanum (a. 853) 21 *a ps.-Luidbrando summatim tradita*, ed. Hartmann, MGH Conc. 3.343.27-30. Cf. Conc. Romanum (a. 826) 21, ed. Werminghoff, MGH Conc. 2.2.576.13-15. **25 Laici** – **12 episcoporum** Conc. Moguntinum (a. 813) 29, ed. Werminghoff, MGH Conc. 2.1.268.13-14.

(CAUSA 17)

(C.17) ¶ Quidam presbiter infirmitate gravatus se fieri velle monachum dixit; ecclesiae et beneficio in manu advocati renuntiavit. Postquam convaluit, mox se futurum monachum negavit, ecclesiam et beneficium reposcit. Hic primum queritur, utrum reus voto teneatur, an liceat ei a proposito sui cordis discedere? Secundo, an si ecclesia et beneficium ei reddenda sint quae proprius libera voluntate refutavit? Tertio, si contigisset eum et se et sua monasterio tradidisse, et an licentia abbatis liceret ei ad priora redire? Quarto, si sine licentia abbatis retro abierit, an sua sibi ab abbate reddenda sunt?

(QUAESTIO 1)

(C.17 q.1 d.a.c.1) ¶ Quod a voto discedere non liceat, multis auctoritatibus probatur. Ait enim Propheta: 'Vovete et reddite Domino Deo vestro.'

(C.17 q.1 c.1) Item Augustinus.

QUAE DEO VOVENTUR NECESSARIO REDDUNTUR.

Sunt quaedam quae et non voventes debemus; quaedam etiam quae, nisi voverimus, non debemus, sed postquam ea Deo promittimus, necessario constringimur.

(C.17 q.1 c.2) Item Ieronimus.

DE EODEM.

Voventibus non solum nubere, sed etiam velle dampnabile est.

(C.17 q.1 d.p.c.4) ¶ Si ergo post votum quisque necessario cogitur solvere quod vovit, si voventibus non solum nubere, sed etiam velle dampnabile est, patet quod sacerdos iste ad executionem sui voti cogendus est, et non solum non fieri sed etiam nolle monachum non fieri sibi dampnabile est. Quod autem inter voventes iste computandus sit, patet ex verbis Augustini dicentis: 'Dixi confitebor, etc.' 'Magna pietas ut ad solam promissionem

20 Sunt – 22 constringimur Cassiodorus, *Expositio psalms* 75:12, ed. Adriaen, CCSL 98.696.213-219.Gl. ord. ad Ps. 78:12 (ed. Rusch, 2.550; ed. Wei, *Gratian the Theologian*, 63, adn. 99). **25 Voventibus – 26 est** Gl. ord. ad Tim. 5:12 (ed. Rusch, 4.410; ed. Wei, *Gratian the Theologian*, 63, adn. 100). **33 Dixi – 34 confitebor** Ps. 31:5. **34 Magna – 583: 1 dimittat** Cassiodorus, *Expositio psalms* 31:5, ed. Adriaen, CCSL 97.278.151-158.Gl. ord. ad Ps. 31:4 (ed. Rusch, 2.490-491; ed. Wei, *Gratian the Theologian*, 63, adn. 101).

peccata dimittat.' Nondum enim pronuntiat ore et tamen
Deus iam audit in corde; votum enim pro opere reputatur.
Sicut ergo propheta inter voventes reputatur, quia dixit:
ego confitebor; sic et iste inter eosdem computandus est,
5 quia dixit: fiam monachus. His ita respondetur. Aliud est
propositum corde concipere, et etiam ore enuntiare; aliud
est subsequenti obligatione se reum voti facere. Quia ergo
iste propositum sui cordis ore simpliciter enuntiaverit,
non autem monasterio aut abbati se tradidit nec
10 promissionem scripsit, nequaquam reus voti habetur.

Aa 33v

(QUAESTIO 2)**(C.17 q.2 c.1)** Unde Alexander II:

15 NON COGITUR ALIQUIS IN MONASTERIO MANERE, NISI
PROFESSIONEM FECERIT IN MANU ABBATIS.

Cosaldus presbiter, quondam in infirmitate fervore
passionis pressus, monachum se fieri promisit, non tamen
monasterio aut abbati se tradidit nec promissionem
scripsit, sed beneficium ecclesiae in manu advocati
20 refutavit. At postquam convaluit, mox se fieri monachum
negavit. Quapropter quia et Beati Benedicti regula, et
precipue patris et predecessoris nostri sancti Gregorius
papa canonica institutio interdicat monachum ante unius
anni probationem effici, iudicamus et auctoritate
25 apostolica precipimus, ut prefatus presbiter beneficium et
altaria recipiat, habeat, et quiete retineat.

(C.17 q.2 c.2) Item Augustinus ad Bonifatium
Comitem.

30 UXOR POST PROPOSITUM CONTINENTIE DUCTA
DIMITTI NON DEBET.

Nos novimus, nos testes sumus, quod omnes actus
publicos, quibus occupatus eras, relinquere cupiebas et te
in otium sanctum conferre atque in ea vita vivere, in qua
servi monachi vivunt. Cum ergo te esse in hoc proposito
35 gauderemus, navigasti, uxorem duxisti. Si coniugem non
haberes, dicerem tibi quod et Tubanis diximus, ut in
castitatem continentem viveres. Sed ut te ad istam vitam
non exhorter coniux est impedimento, sine cuius

1 Nondum – **2 corde** Cf. Cassiodorius, *Expositio psalmorum* 31:5, ed. Adriaen, CCSL 97.278.151-158. Cf. Gl. ord. ad Ps. 31:4 (ed. Rusch, 2.490-491; ed. Wei, *Gratian the Theologian*, 63, adn. 101). . **16 Cosaldus** – **26 retineat** *Coll. Britannica* Alex. II 86 (JL 4625; J³ 10917), cf. *Ewald in Neues Archiv* 5 (1880), 343. Ivo, *Decretum* 6.428; *Coll. Trip.* 3.10.52.

consensu continenter tibi vivere non licet, quia, et si tu eam post illa verba Tubanensia ducere non debueras, illa tamen nichil eorum sciens innocenter tibi et simpliciter nupsit.

(C.17 q.2 d.p.c.2) ¶ Ecce iste corde concepit se monachum fieri et ore pronuntiavit se velle in otium sanctum conferre, non tamen coactus postea suscipere quod corde concepit et ore pronuntiavit. 5

(QUAESTIO 3) 10

(C. 17 q.3 d.init.) ¶ Quod autem queritur, an post traditionem sit ei fas cum licentia abbatis ad priora redire facile monstratur non posse fieri. Ipsum enim redire criminis est. Qui autem manifesto facinori desinit obuiare, cum potest consentit. Hic autem non solum non obuiat, sed etiam permittendo fautor existit. Non ergo licet abbati dare licentiam alicui retro abeundi nec itaque illi licet retrorsum abire, quia ex quo semel se abbati subiecit, absque eius permissione nichil agere potest. 15

20

(QUAESTIO 4)

(C.17 q.4 d.a.c.1) ¶ Si autem sine licentia abbatis de monasterio discesserit queritur, utrum sua sint ei reddenda, an non? Sed possessiones et res ecclesiae traditas quolibet modo alienare nec abbati nec alicui licet. 25

(C.17 q.4 c.1) Unde Simachus papa: 'Possessiones quas unusquisque, etc.' Et item:

HONORE PRIVETUR QUI IURE ECCLESIAE ALIQUID ALIENARE PRESUMIT.

Quicumque episcoporum, presbiterorum, diaconorum oblitus Dei, et decreti huius immemor in constitutum committens, predium ecclesiae magnum vel exiguum vel quicumque de iure ecclesiae alienare temptaverit, et donator, et alienator et venditor honoris sui ammissione mulctetur. 30

35

(C.17 q.4 c.4) Item Gregorius Savino Subdiacono.

QUI SACRIS LOCIS DERELICTA RETINERE CONTENDIT
SACRILEGIUM COMMITTIT.

Sacrilegium et contra legem est, si quis quod
venerabilibus locis relinquatur prave voluntatis studiis
5 temptaverit compendiis retinere.

(C.17 q.4 c.5) Item Lucius episcopus omnibus
episcopis.

SACRILEGI IUDICANTUR QUI ECCLESIAE FACULTATES
ALIENANT.

10 Omnes ecclesiae raptores et suarum facultatum
alienatores a liminibus eiusdem matris ecclesiae
anathematizamus apostolica auctoritate pellimus,
dampnamus atque sacrilegos esse iudicamus.

(C.17 q.4 c.39) Item ex concilio Cartaginensi capitulo,
15 XXXI

PRIMATI INSINETUR NECESSITAS, QUAE RES ECCLESIAE
DISTRABERE COMPELLIT.

20 Nullus res ecclesiae distrahat. Quod si reditus non
habet et aliqua necessitas nimia cogit, hanc insinuandam
esse primati ipsius provincie censemus, ut cum statuto
numero episcoporum utrum faciendum sit arbitretur. Et
si tanta urget necessitas ecclesiae, ut non possit ante
primatem consulere, saltem vicinos convocet episcopos,
curans ad concilium omnem referre ecclesiae
25 necessitatem. Quod si non fecerit, reus Deo et sancto
concilio venditor honore amisso teneatur.

(C.17 q.4 c.40) Item ex concilio Agathensi.

SINE LICENTIA EPISCOPI QUICQUID ABBAS VENDIDERIT,
IN IRRITUM DEDUCATUR.

30 In venditionibus, quas abbates facere presumunt, hec
forma servetur, ut quicquid sine licentia episcopi
venditum fuerit ad potestatem episcopi revocetur.
Mancipia vero monachis donata ab abbate manumitti non
licet. Iniustum enim putamus ut monachis cotidianum
35 rurale opus facientibus, servi eorum libertatis ocio
potiantur.

(C.17 q.4 d.p.c.5) ¶ Sed notandum est quod aliud est
in suos vel propinquorum usus res ecclesiae convertere,
quam perniciosam cupiditatem sacri canones ubique
40 prohibent et dampnabilem ostendunt. Aliud quod ex
dispensatione caritatis humane infirmitati consulitur, ut

quondam illi sua reddantur, qui in sacro proposito manere contempnit. Quod non tam iure fori quam iure poli non nullos sanctorum fecisse legimus. Beatus enim Iohannes evangelista duobus iuuenibus, quos penituerat omnia sua pro Christo reliquisse, et pauperibus erogasse, aurum et gemmas reddidit, ut cuncta, quae vendiderant sibi redimerent. Sed obicitur: Beatus Iohannes non oblata reddidit, quae pauperibus iam erogata fuerant, sed alia recompensavit, quae in pauperum vel ecclesiarum facultatibus numquam computata fuerant. Similiter si abbas vel episcopus aliquid habuerit, quae in ecclesiasticis facultatibus nondum sint annumerata, exemplo Beati Iohannes det illa recedenti, oblata vero ecclesiae retineat. Sequatur ergo aliud exemplum, quo eadem, quae oblata sunt, laudabiliter reddita monstrentur.

(C.17 q.4 c.43) Augustinus in sermone de vita clericorum:

NON DEBET ECCLESIA SUSCIPERE QUAE FILIO EXHEREDATO SIBI OFFERUNTUR.

Quicumque vult exheredato filio heredem facere ecclesiam, querat alterum, qui suscipiat, non Augustinum: immo, Deo propitio, neminem inveniet. Quam laudabile factum sancti Aurelii Cartaginensis episcopi? Quidam cum filios non haberet, nec speraret, res suas omnes, retento sibi usufructu, donavit ecclesiae. Nati sunt illi filii, reddidit episcopus nec opinanti ea quae ille donaverat. In potestate habebat episcopus non reddere, sed iure fori, non iure celi.

(C.17 q.4 d.p.c.43) ¶ Ecce, quod aliquando oblata iure et laudabiliter redduntur. Verum non hoc exemplo recedenti sua reddenda monstrantur. Aliud est enim in professione sue vite persistere, aliud a proposito sui ordinis discedere. Si sanctus Aurelius degenti in laicali habitu oblata reddidit, quia post oblationem filios accepit, non ideo in apostasiam euntibus sua reddenda sunt, quibus utilius necessaria subtraherentur, ut coacti redirent ad ordinem a quo recesserant. Sed sicut inimicis et persecutoribus iubemur necessaria subministrare, sicut ab apostolo monemur tempus redimere, ut expeditius orationi vacemus: sic, ne ecclesia scandalum patiatur, ne discedens in deteriora precipitetur, ne in perniciem monachorum aut incendium monasterii occasione suorum

exardescat, laudabilius sua sibi non dico redduntur, sed
auferrī sinuntur, quam ab illo ista inferantur.

(CAUSA 18)

(C.18) ¶ Quidam monachus consecratus in episcopum prius monasterio multa contulit, postea in episcopatu plurima acquisivit. Cui dum fratres successorem quererent, episcopus loci semet electioni volebat inserere, ut per ipsum abbas in monasterio ordinaretur; fratres renituntur. Queritur, an monasterium possit petere quae ab episcopo sunt acquisita, an episcopalis ecclesia possit sibi vindicare quae monasterio fuerant contradita? Secundo, an per episcopum abbas sit eligendus et instituendus?

(QVAESTIO 1)

(C.18 q.1 d.a.c.1) ¶ Prima questio terminatur in concilio habito apud Altheim, in quo sic statutum legitur:

(C.18 q.1 c.1) QUI DE MONACHO EPISCOPIUS ORDINATUR QUOD ANTE CONSECRATIONEM HABUERIT MONASTERIO, QUOD VERO POST CONSECRATIONEM ACQUISIVIT PROPRIE ECCLESIAE DERELINQUIT.

Statutum est et rationabiliter secundum sanctos patres a sinodo confirmatum est ut monachus, quem canonica electio a iugo regule monastice professionis absolvit et sacra ordinatio de monacho episcopum facit, velut legitimus heres paternam sibi hereditatem postea iure vendicandi potestatem habeat. Sed quicquid acquisierat, vel habere visus fuerat, monasterio relinquat et abbati sui, qui fuerat, secundum regulam sancti Benedicti, arbitrio. Postquam enim episcopus ordinatur ad altare, ad quod sanctificatur et titulatur, secundum sacros canones quod acquirere poterit restituat.

Aa 40v

(QVAESTIO 2)

(C.18 q.2 d.a.c.1) ¶ Secundam vero questionem terminat auctoritas Tolletani Concilii dicens:

(C.18 q.2 c.1) ABBATES ET ALIA OFFICIA PER EPISCOPOS DEBENT INSTITUI .

Hoc tantum sibi vendicent in monasteriis sacerdotes quod precipiunt canones, id est monachos ad

21 Statutum – **31 restituat** Conc. apud Altheim (a. 916) 36 (ed. Fuhrmann, MGH Conc. 6.1.38.4-11). **38 Hoc** – **10 excommunicationis** Conc. Toletanum IV (a. 633) 51 (ed. Vives, 209).

conversationem sanctam premonere, abbates aliaque officia instituere atque extra regulam acta corrigere. Quod si aliquid in monachis canonibus interdictum presumpserit aut usurpare quippiam de monasterii rebus
 5 temptaverit, non deerit ab eis sententia excommunicationis.

(C.18 q.2 d.p.c.1) ¶ Econtra Gregorius scribit Castorio Ariminensi episcopo:

(C.18 q.2 c.2) CONGREGATIO MONASTERII, NON
 10 EPISCOPUS ABBATEM INSTITUAT.

Abbas in monasterio non per episcopum aut per aliquem extraneorum ordinetur neque ab episcopo missa ibi celebretur, ut nulli ecclesiae subiciatur.

(C.18 q.2 c.3) Idem Castorio episcopo.

15 DE EODEM.

Abbatem cuilibet monasterio non alium, sed quem dignum moribus atque actibus monastice discipline communi consensu congregatio poposcerit, ordinari volumus. Missas autem per episcopos publicas vel clericos
 20 in monasteriis omnino celebrari prohibemus.

(C.18 q.2 c.4) Item Pelagius papa Melleo subdiacono.

DE EODEM. ILLE DEBET ABBAS INSTITUI, QUEM SUA CONGREGATIO ET POSSESSIONIS DOMINUS ORDINARI
 25 POPOSCERIT.

Abbatem in monasterio illum volumus ordinari, quem sibi de sua congregatione et monachorum electio et possessionis dominus et quod magis observandum est, ordo vite ac meritum poposcerit ordinari.

(C.18 q.2 c.5) Item Gregorius omnibus episcopis.

30 DE LIBERTATE MONACHORUM.

Quam sit necessarium monasteriorum quieti prospicere, etc. Et infra: Interdicimus igitur in nomine Domini nostri, et ex auctoritate Beati Petri apostolorum principis, cuius vice huic Romane ecclesiae presidemus, ut
 35 nullus episcoporum aut secularium ultra presumat de redditibus vel cartis monasteriorum vel de cellis vel villis, quae ad ea pertinent, quocumque modo seu qualibet occasione minuere vel dolos vel immissiones aliquas facere. Et infra: Defuncto vero abbate cuiusque

25 Abbatem – 32 ordinari Pelagius I, *Ep.* 28 (J³ 1926; JK 987; ed. Gassó et Batlle, 83.1-4).

congregationis non extraneus eligatur, nisi de eadem congregatione, quem sibi propria voluntate concors fratrum societas elegerit. Quod si aptam inter se personam invenire nequiverint, sollerter sibi de aliis monasteriis eligant ordinandum. Et infra: Pariter autem est custodiendum, ut invito abbate ad ordinandum alia monasteria aut ad ordines sacros vel clericatus officium tolli exinde monachi non debeant. Et infra: Nullus monachum sine testimonio et concessione abbatis in ecclesia aliqua teneat vel ad aliquem honorem promoveat.

(C.18 q.2 d.p.c.8) ¶ Ecce in Tolletano dicitur quod sacerdotes et abbates et alia officia instituere debeant. Beatus Gregorius et Pelagius prohibent, dicentes abbatem a fratribus sue congregationis eligendum et ordinandum. Quo modo ergo hec tanta diversitas ad concordiam revocabitur? Sed sciendum est quosdam monachos esse indomite cervicis et effrenate superbie, quos dum abbates ad religionem cogere voluerint, in eorum deiectionem conspirant et alium moribus suis convenientem sibi proficere contendunt, quales erant illi, qui necem Beati Benedicti conspirasse leguntur. Pro huiusmodi constitutum est, ut abbates et alia officia per sacerdotes instituantur.

(C.18 q.2 c.9) Unde Pelagius papa scribit Opilioni defensori dicens:

NON LICET MONACHIS ABBATES PRO SUO ARBITRIO
EXPELLERE AUT ALIOS SIBIMET ORDINARE.

Nullam potestatem de cetero, nullam licentiam monachis relinquimus pro arbitrio suo aut abbates expellere aut sibimet alios ordinare, quia nulla auctoritas remanebit abbati, si monachorum potestati ceperit subiacere, ut de cetero fideliter et studiose universa, quae vel ad divini cultus reverentiam vel ad utilitates eiusdem monasterii pertinent abbatis sollicitudo ad quem potestas tota convenire convenit, debeat adimplere.

(C.18 q.2 d.p.c.14) ¶ Item sunt alii qui pro executione diversarum causarum quoslibet admittunt, qui distractionem eorum solvant et quietem religionis perturbent.

28 Nullam – 591: 3 adimplere Pelagius I, *Ep.* 42.2 (J³ 1942; JK 1001; ed. Gassó et Batlle, 118.9-15).

(C.18 q.2 c.15) De quibus in concilio Triburiensi legitur:

5 ABBAS, QUI CAUTUS IN REGIMINE NON FUERIT, A
PROPRIO EPISCOPO ET A VICINIS ABBATIBUS A SUO
ARCEATUR HONORE.

10 Si quis abbas cautus in regimine, humilis, castus,
misericors, discretus sobriusque non fuerit, ac divina
precepta verbis et exemplis non ostenderit, ab episcopo in
cuius territorio constitit, et a vicinis abbatibus et ceteris
Deum timentibus a suo arceatur honore, etiam si omnis
congregatio vicinis suis consentiens abbatem eum habere
voluerit.

15 **(C.18 q.2 d.p.c.18)** ¶ Pro huiusmodi ergo statutum
est ut cause et utilitates monasteriorum per episcopos
disponantur.

(C.18 q.2 c.19) Unde Gregorius scribit Vitali
Defensori Sardinie.

20 VTILITATES MONASTERII A PROPRIO EPISCOPO DEBENT
DISPONI.

Cognovimus quod monasteria servorum Dei vel
feminarum pro suo quisque libitu et diversarum causarum
executione perturbet. Quod omnino non grate suscipimus
tuamque ex hoc experientiam commoneamus, ut
nequaquam hoc usurpare denuo accepta nostra auctoritate
permittas, sed episcopo loci illius sub cuius moderamine
degunt, cure sit causas utilitatesque disponere. Valde
enim est indecens, ut omisso eo alius quilibet se illorum
causis admisceat, sed ille eorum vitas competenti
regularique debet moderamine disponere qui pro
conmissis eorum animabus compellitur rationem reddere.

25 **(C.18 q.2 d.p.c.25)** ¶ Item sunt alii quos episcopi
pregravantes salutem ipsarum animarum negligunt,
quibuslibet occasionibus bona monasteriorum distrahere
cupiunt. Tales erant quidam clerici Ravennatis ecclesiae
qui simulata religione monasteriis cupiebant prefici, non
transuentes ad monachicum habitum neque renuntiantes
ecclesiastice militie.

35 **(C.18 q.2 c.26)** De quibus Gregorius scribit Iohanni
Ravennati episcopo.

MONASTERIA CLERICORUM VEL LAICORUM
HABITACULA FIERI NON DEBENT.

Pervenit ad me quod in ecclesiis fraternitatis tue aliqua
loca dudum monasteriis consecrata nunc habitacula
clericorum aut etiam laicorum facta sunt. Dumque hii qui
sunt in ecclesiis, fingunt se religiose vivere, monasteriis
preponi appetunt, et per eorum vitam monasteria
destruuntur. Nemo enim potest ecclesiasticis obsequiis,
etc. Et infra: Proinde fraternitas tua hoc, quolibet in loco
factum est, emendare festinet, quia ego nullo modo patiar
ut loca sacra pro clericorum ambitu destruantur.

(C.18 q.2 c.27) Idem Mariano episcopo Ravenne .

QUI IN SACRO SUNT ORDINE CONSTITUTI IN
MONASTERIIS NULLAM HABEANT POTESTATEM.

Dudum ad nos multorum relatione pervenerat
monasteria in Ravennatum partibus constituta omnino
clericorum vestorum dominio pregravari, ita ut occasione
regiminis ea quod dici grave est, velut in proprietate
possideant. Quibus non modicum condolentes
predecessori vestro litteras misimus, ut hoc emendare
debuisset. Sed quoniam vite est termino citius occupatus,
ne hoc onus monasteriis remaneret, fraternitati vestre
eadem nos scripsisse recolimus. Et quia, ut comperimus,
in huius rei hactenus correctione cessatum est, hec
audiens ad vos iterum providimus scripta dirigere.
Hortamur ergo ut omni mora omnique excusatione
submota ita monasteria ipsa ab huiusmodi studeatis
gravamine relevare, quatenus nullam deinceps in eis
clerici, vel, qui in sacro sunt ordine constituti, ob aliud
habeant, nisi orandi tantummodo causa, accedendi
licentiam, aut si forte ad peragenda sacra missarum
fuerint invitati misteria. Sed ne pro cuiuslibet monachi
aut abbatis promotione etc. Et infra: Non illic ulterius
habeat potestatem aliquam, ne monasteria huius
occasionis velamine ea quae prohibemus, sustinere onera
compellantur. Hec itaque omnia vigilantia cura emendare
iam secundo commonita sanctitas vestra non differat; ne,
si post hec neglegentes vos esse quod non credimus,
censerimus, aliter monasteriorum quieti prospicere
compellamur. Nam notum vobis sit, quia tante necessitati
servorum Dei congregationem subiacere non patiemur.

(C.18 q.2 c.28) Idem.

GRATIA VISITANDI ET EXORTANDI MONASTERIUM
EPISCOPUS ADIRE POTEST.

5 Visitandi exortandique gratia ad monasterium
quotiens placuerit ab antistite civitatis accedatur, sed sic
caritatis officium illic impleat episcopus ut gravamen
aliquod monasterium non incurrat.

10 **(C.18 q.2 d.p.c.29)** ¶ Pro talibus, qui animarum
curam non habentes, bona tantum monasteriorum in suos
usus convertere cupiebant, statutum est ut monasteria
cum rebus suis penitus sint libera potestate et dominio
episcoporum. Quod autem nullis canonicis iuribus
dicuntur monasteria esse subiecta, non ita intelligendum
est, quin ipsi episcopo aliquid nomine eulogie vel in die
15 dedicationis vel in natali sanctorum, quorum nomine
ipsum monasterium dedicatum est, debeat offerri.

(C.18 q.2 c.30) Unde Pelagius papa ait:

NON DEBET EPISCOPUS ALIQUID A MONASTERIO
EXIGERE PRETER CONDITIONES QUAS DEDICATIONIS
TEMPORE CONSTITUERIT.

20 Eleutherius frater et coepiscopus noster queritur quod
mater eius in casa, quae Castellum dicitur, oratorium
construxisset ac dedicavit et in eodem loco monachos
constituerit, ex quibus unus est presbiter. Hoc autem
tempore dedicationis inter episcopum Cardelim, cuius ipsa
25 diocesis est, et matrem asserit convenisse ut quicquid
dedicationis vel natalis martirum die, quorum in eodem
monasteriorum reliquie sunt, per fidelium oblationes
intraverit, medietatem quidem ipsum monasterium
habeat, medietas autem episcopo offeratur. Contra quam
30 conventionem Marium presbiterum, sive sciente sive
nesciente episcopo, monachis ipsis vel presbitero, qui ex
eis est vim dicitur intulisse et frequentes molestias
generare, ita ut memoratum presbiterum proprie ceciderit
et missas eum facere nullomodo permittat, dicens, ut
35 quasi pensionis nomine aliquid statuere debeat. Hec igitur
omnia diligenter te examinare iubemus et, si apud te
evidenti ratione constiterit, quia tempore quo dedicatum
est ipsum monasterium conditiones superius posite
convenerint, servari eas ex nostra auctoritate precipimus,
40 nec aliquid amplius exinde ab aliquo exigatur. Sin vero nil
tale constiterit, mediante te quid ipsi episcopo nomine

20 Eleutherius – 594: 15 prohiberi Pelagius I, *Ep.* 44.4-8 (J³ 1943; JK 960; ed. Gassó et Batlle, 122.14-124.37).

eulogie offerri debeat inter ipsos monachos, et presbiterum volumus diffiniri, salvo tamen eo, ut presbiter Gaudentius, qui etiam monachus est, missas in monasterio suo sicut consuevit facere a nullo ulterius debeat prohiberi.

5

(C.18 q.2 d.p.c.31) ¶ Canonica ergo iura, quibus monasteria subiecta non sunt, synodales exactiones intelliguntur. Non enim cogendus est abbas, sicut in Turonico concilio statuitur, ad synodum ire, nisi aliqua rationabilis causa existat. Sunt etiam quaedam servitutis officia, ut angarie operum, crebre receptiones, annue exactiones, mulctationes peccantium, a quibus omnibus monasteria libera sunt.

10

(CAUSA 19)

(C.19) ¶ Duo clerici ad monasterium transire volunt; uterque licentiam ab episcopo suo petiit. Modo queritur, si episcopus debeat permittere ut relicta propria ecclesia clericus monasterium ingrediatur? Item secundo queritur, si episcopus licentiam dare noluerit, an eo invito monasterium possit adire? Tertio, si contigerit ipsos regulares canonicos fuisse, utrum concedendus esset eis monasterii ingressus.

10

(QUAESTIO 1)

(C.19 q.1 d.a.c.1) ¶ Quod episcopus clericis licentiam adeundi monasterium dare debeat, in Tolletano concilio precipitur, in quo ita statutum legitur:

15

(C.19 q.1 c.1) NON DEBET NEGARI INGRESSUS, CLERICIS QUI MONACHORUM PROPOSITUM APPETUNT.

Clerici qui monachorum propositum appetunt, quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab episcopo in monasteriis largiri oportet ingressus.

20

(QUAESTIO 2)

(C.19 q.2 d.a.c.1) ¶ Invito vero episcopo clericum eius a nullo esse suscipiendum, Leo episcopus testatur, scribens Rustico Narbonensi episcopo:

25

(C.19 q.2 c.1) INVITO EPISCOPO EIUS CLERICUM NEMO SUSCIPIAT.

Alienum clericum invito episcopo ipsius nemo suscipiat.

Aa 43r

30

(C.19 q.2 d.p.c.1) ¶ Sed subaudiendum est, nisi ad propositum melioris vite transire voluerit. Tunc enim liberum est illi, etiam episcopo contradicente, monasterium ingredi.

(C.19 q.2 c.2) Unde Urbanus papa in capitulo sancti Rufi:

35

QUI MONACHORUM PROPOSITUM APPETIT, ETIAM INVITO EPISCOPO EST RECIPIENDUS.

Due sunt, inquit, leges: una publica, altera privata. Publica lex est, quae a sanctis patribus scriptis est

17 Clerici – 19 ingressus Conc. Toletanum IV (a. 633) 50 (ed. Vives, 208).

confirmata, ut est lex canonum. Lex vero privata est quae instinctu Sancti Spiritus in corde scribitur. Si quis horum qui privata lege ducuntur Spiritu Sancto afflatus proprium quod sub episcopo retinet, dimittere et in monasterio se salvare voluerit, quoniam privata ducitur publica lege non tenetur. Dignior enim est privata lex quam publica. Quisquis ergo hac lege ducitur, etiam episcopo suo contradicente, erit liber nostra auctoritate. 5

(QUAESTIO 3)

(C.19 q.3 d.a.c.1) ¶ Canonicos autem regulares ad monasterium transire, multis auctoritatibus prohibetur. 10

(C.19 q.3 c.1) Unde in concilio Educensi congregato sub VII Gregorius, legitur:

REGULARES CANONICI MONACHI FIERI NON DEBENT. 15

Nullus abbas vel monachus canonicos regulares a proposito professionis canonice revocare atque ad monasticum habitum trahendo suscipere audeat, ut monachi fiant, quamdiu ordinis sui ecclesiam invenire quiverint, in qua canonice vivendo Deo servire et animam suam salvare possint. Quod si temerario ausu id agere temptaverint, anathematis vinculo obligentur. 20

(C.19 q.3 c.2) Item Urbanus papa Secundus.

DE EODEM.

Mandamus et universaliter interdicens, ne quis canonicus regulariter professus, nisi, quod absit, publice lapsus fuerit, monachus efficiatur. Quod si decreto nostro contraire presumens agere temptaverit, ad ordinem canonicum precipimus ut redeat et deinceps memorialem cucullam deserat et ultimus in choro maneat. 25 30

(C.19 q.3 d.p.c.2) ¶ Subaudiendum vero est, nisi cum patris sui licentiam religionis propositum induerit. Unde Urbanus II scribit abbati sancti Rufi:

(C.19 q.3 c.3) PATRIS SUI CONCESSIONE REGULARES CANONICI MONACHI FIERI POSSUNT. 35

Statuimus, ne professionis canonice quispiam postquam Dei vice super caput sibi hominem imposuerit, alicuius levitatis instinctu vel districtioris religionis

2 scribitur sicut de quibusdam dicit apostolus: qui habent legem dei scriptam in cordibus suis. etc., *sicut in secunda recensione Tp*

obtentu ex eodem claustro audeat sine patris totius congregationis permissione discedere. Discedentem vero nullus abbatum vel episcoporum et nullus monachorum sine communi litterarum cautione suscipiat.

5 **(C.19 q.3 d.p.c.3)** ¶ Queritur, si monasteria quae semel dedicata sunt possint transire in clericorum vel secularium habitacula?

(C.19 q.3 c.4) Quod in Calcedonensi concilio omnimodo prohibetur caput XXIIII

10 MONASTERIA QUAE SEMEL DEDICATA SUNT SEMPER MONASTERIA PERSEVERENT.

 quae sunt semel dedicata monasteria consilio episcoporum, maneat perpetuo monasteria, et res quae ad ea pertinent, monasteriis reservari oportet, nec ea
15 posse ultra fieri secularia habitacula.

(C.19 q.3 c.5) Item in Sinodo VII, caput XIII

 QUI LOCA SACRA COMMUNIA DIVERSORIA FECERIT, CLERICUS DEONATUR, LAICUS EXCOMMUNICETUR.

 Quoniam quibusdam viris quaedam venerabiles domus subripiuntur, tam videlicet episcopia quam monasteria et facta sunt communia diversoria, si quidem voluerint hii qui hec retinent reddere ea, ut secundum antiquitatem restaurentur, bene et optime. Alioquin, si de sacro catalogo fuerint, hos deponi precipimus, si vero laici vel
25 monachi excommunicari, quos nimirum constat condemnatos esse a Patre et Filio et Spiritu Sancto et deputantur ubi vermis eorum non morietur et ignis non extinguetur, quia Deo adversantur, qui dicit: 'Nolite facere domum patris mei domum negotiationis.'

30 **(C.19 q.3 d.p.c.5)** ¶ Queritur de his qui ad conversionem veniunt, quo tempore debeant tonsorari?

(C.19 q.3 c.6) De his ita scribit Gregorius papa Fortunate episcopo Neapolitano.

35 ANTE QUAM BIENNIUM IN CONVERSIONE COMPLEVERIT, ALIQUIS TONSORARI NON DEBET.

 Monasteriis omnibus fraternitas vestra districtius interdicat, ut eos quos ad conversionem susceperint, prius quam biennium in conversione compleverint, nullomodo audeant tonsorare?

(C.19 q.3 d.p.c.6) ¶ Queritur, si ingressis monasterium ultra relinquatur licentia testandi?

(C.19 q.3 c.7) Hoc Gregorius prohibet, ita scribens Ianuario episcopo Caralitano:

POST MONASTERII INGRESSUM NULLI RELINQUITUR
TESTANDI LICENTIA. 5

Quia ingredientibus monasterium convertendi gratia ulterius nulla sit testandi licentia, sed ut res eorum eiusdem monasterii sint, aperta legis diffinitione decretum est. 10

(C.19 q.3 d.p.c.8) ¶ Econtra Paulus primus heremita in testamento colobium suum Athanasio Alexandrino episcopo reliquit, tunicam vero beato Antonio. Sed aliud est de his qui monasterium ingressi se et sua tradiderunt.

Aa 44r Aliud de his qui solitariam vitam ducentes se nulli ecclesiae tradiderunt. Illi semel tradita nulli tradere possunt, isti nulli oblata libere testari valent. 15

(CAUSA 20)

(C.20) ¶ Duo pueritie annos agentes a parentibus monasterio traditi sunt: unus invitus, alter spontaneus cucullam induitur. Ad annos pubertatis venientes, invitus
 5 ad secularem militiam redit, spontaneus monasterium districtius petit. Nunc primum queritur, si in pueritie annis traditi cogantur religionis propositum tenere? Secundo, si preter voluntatem parentum tonsuram vel religionis vestem quis in pueritia accipiat, an possit sibi
 10 detrahi, an non? Tertio, qui preter voluntatem propriam cucullam induitur, an cogatur eam retinere, an non? Quarto, si ab uno monasterio in aliud districtius liceat transire alicui?

(QUAESTIO 1)

(C.20 q.1 d.a.c.1) ¶ Quod intra annos pueritie traditi, cum adulti fuerint liberum habeant arbitrium manendi vel discedendi, probatur auctoritate VIII Synodi, in qua sic statutum est:

(C.20 q.1 c.1) VIRGINITATIS PROFESSIO QUO TEMPORE FIRMA ESSE INCIPIAT.

Firma autem tunc erit professio virginitatis, ex quo adulta iam etas esse ceperit et quae solet apta nuptiis deputari ac perfecta.

(C.20 q.1 d.p.c.1) ¶ Si virginitatis professio tuncincipit esse firma, cum etas ceperit esse adulta et religionis professio tunc demum debet esse firma, cum ad adultam etatem perventum fuerit. Sed hic de illa professione agitur, quae in annis pueritie proprio arbitrio Deo offertur, quam non confirmat parentum consensus. Ceterum, quae a parentibus Deo offertur professio, inviolatam servari oportet.

(C.20 q.1 c.2) Unde Gregorius scribit ad Augustinum Anglorum episcopum:

NON LICET DE MONASTERIO EGREDI QUEM PATER VEL MATER INFRA ANNOS INFANTIE IBI FECERIT ORDINARI.

Addidistis adhuc quod si pater vel mater filium filiamue intra septam monasterii in infantie annis sub regulari tradiderunt disciplina, utrum liceat eis postquam ad pubertatis inoleverint annos egredi et matrimonio copulari. Hoc omnino devitamus, quia nefas est ut oblati a parentibus Deo filiis voluntatis frena laxentur.

(C.20 q.1 c.3) Item ex Tolletano concilio IIII

AUT PROPRIA PROFESSIO AUT PATERNA DEVOTIO
MONACHUM FACIT.

Aa 44v

Monachum aut paterna devotio aut propria professio
facit. Quicquid horum fuerit, alligatum tenebit. Proinde
his ad mundum revertendi intercludimus aditum et omnes
ad seculum interdicimus regressus.

5

(C.20 q.1 c.4) Item Ysidorus.

IN MONASTERIO PERPETUO MANEAT QUI A
PARENTIBUS IBI TRADITUS FUERIT.

10

Quicumque a parentibus propriis in monasterio fuerit
delegatus, noverit se ibi perpetuo mansurum. Nam Anna
Samuel puerum suum natum et ablactatum Deo pietate
obtulit, qui et in ministerio templi, quo a matre fuerat
deputatus permansit, et ubi constitutus est deservivit.

15

(C.20 q.1 c.6) Item ex concilio Triburiensi.

QUI A PROGENITORIBUS MONASTERIO TRADITUS EST,
AB EO EGREDI NULLO MODO VALET.

Quem progenitores ad monasterium tradiderunt et in
ecclesia cepit canere et legere nec uxorem ducere nec
monasterium deserere poterit, sed si discesserit,
reducatur. Si tonsuram dimiserit, rursus tondeatur.
Uxorem si usurpaverit, dimittere compellatur.

20

(C.20 q.1 d.p.c.7) ¶ Ex his auctoritatibus colligitur
quod paterna professio pueros tenet obligatos nec licebit
eis a proposito discedere quod in puerilibus annis paterna
devotione susceperunt. Sed obicitur illud Leonis papa:

25

(C.20 q.1 c.8) NON LICET PUELLIS NUPTIAS ELIGERE,
QUAE SPONTANEA VOLUNTATE VIRGINITATIS
SUSCEPERUNT PROPOSITUM.

30

Puelle, quae non parentum coacte imperio sed
spontaneo iudicio virginitatis propositum atque habitum
susceperunt, si postea nuptias elegerint, prevaricantur,
etiam si nondum eis consecratio accessit, cuius utique non
fraudarentur munere, si in proposito permanerent.
Ambigi vero non potest crimen magnum admitti, ubi et
propositum deseritur et consecratio violatur. Nam si
humana facta non possunt inpune calcari, quid de his
manebit qui corruerint federa divini sacramenti?

35

4 Monachum – 9 regressus Conc. Toletanum IV (a. 633) 49 (ed. Vives, 208).

(C.20 q.1 d.p.c.8) ¶ Cum ergo in principio huius capituli dicatur, 'puelle quae non coacte imperio parentum,' datur intelligi quod si coacte virginitatis habitum sumpserint sine prevaricatione ipsum deserere possunt. Sed puella hic nubilis intelligitur, cuius ut in subsequentibus monstrabitur, post decimum annum liberum est arbitrium nec in lectione propositi cogitur sequi parentum imperium.

10

(QUAESTIO 2)

(C.20 q.2 d.a.c.1) ¶ De his vero qui preter voluntatem parentum tonsuram vel religiosam vestem susceperint, sic diffinitur in X concilio Tolletano:

15

(C.20 q.2 c.1) TONSURA VEL VESTIS RELIGIOSA IN MINORI ETATE SUSCEPTA A PARENTIBUS IRRITA FIERI NON POTEST.

20

25

30

35

Si in qualibet minori etate vel religionis tonsuram vel religioni debitam vestem, in utroque sexu filiis aut unus aut ambo parentes dederint forte, aut nolentibus aut nescientibus se susceptam non mox visam in filiis abdicaverint, sed vel coram se vel coram episcopo palamque in conventu eosdem filios talia habere permiserint, ad secularem reverti habitum ipsis filiis quandoque penitus non licebit, sed convicti quod tonsuram aut religiosam vestem aliquando habuerint, mox ad religionis cultum habitumque revocentur et sub strenua districtione huiusmodi observantiae inservire cogantur. Parentibus sane filios suos religioni contradere non amplius quam usque ad decimum annum etatis eorum licentia poterit esse, postea vero, an cum voluntate parentum, an si sue devotionis sit solitarium votum, erit filiis licitum religionis assumere cultum. Quisquis autem vel abolitione tonsure vel secularis vestis assumptione detectus fuerit attigisse transgressionem, etiam excommunicationis censuram accipiat et religioni semper inhereat.

(C.20 q.2 c.2) Idem ex concilio Triburiensi.

40

USQUE AD ANNOS XII PATERNE VOLUNTATIS PUELLA SUBIACEAT ARBITRIO.

Puella, si ante xii annos etatis sponte sua sacrum sibi velamen assumpsit, possunt statim parentes eius vel

17 Si – 40 inhereat Conc. Toletanum X (a. 656) 6 (ed. Vives, 313).

tutores id factum irritum facere, si volunt. At si annum et diem dissimulando consenserint, ulterius nec ipsi nec ipsa mutare poterunt. Si vero in fortiori etate adulescentula vel adolescens servire Deo elegerit, non est parentibus potestas prohibendi.

5

(C.20 q.2 d.p.c.3) ¶ Hac auctoritate et paterna professione docetur astringi quilibet in puerilibus annis et preter voluntatem eorum proposito suscepto perhibetur teneri, nisi tonsuram vel religiosam vestem parentes mox visam abdicaverint. Parvuli vero dum offeruntur non nisi sub multorum testimonio suscipiendi sunt.

10

(C.20 q.2 c.4) Unde in nona Synodo legitur:

INFANTES OBLATI A PARENTIBUS SUB PLURIMORUM TESTIMONIO SUSCIPIANTUR.

Oportet infantes cum voluntate parentum et consensu immo ab ipsis oblatos, sub testimonio plurimorum suscipi, ut omnis occasio maledicti gratia excludatur hominum pessimorum.

15

(QUAESTIO 3)

20

(C.20 q.3 d.a.c . 1) ¶ Quod autem qui invitus propositum religionis susceperit non sit cogendus ad inviti propositi observationem, testatur Leo papa dicens:

(C.20 q.3 c.1) NON POTEST DESERI PROPOSITUM MONACHI VOLUNTARIE SUSCEPTUM.

25

Propositum monachi proprio arbitrio et voluntate susceptum deseri non potest absque peccato. Quod enim quis vovet Deo debet et reddere. Unde qui relicta singularitatis professione ad militiam vel ad nuptias devolutus est, publice penitentiae satisfactione purgandus est, quia, etsi innocens militia et honestum potest esse coniugium, electionem tamen meliorum deservisse transgressio est.

30

(C.20 q.3 c.2) Item ex concilio Tolletano VII

QUI RELIGIOSUM HABITUM SPONTANEE SUSCEPTUM DESERERE VOLUERIT AD IPSUM REDIRE COGATUR.

35

Proclivis autem cursus ad voluptates et imitatrix natura vitiorum. Quam ob rem quisquis virorum vel mulierum habitum semel induerit spontanee religiosum,

37 Proclivis – 14 condempnentur Conc. Toletanum VI (a. 638) 6 (ed. Vives, 238).

aut si vir deditus ecclesiae vel femina fuerint delegata
puellarum monasterio, in utroque sexu prevaricator
invitus reverti cogatur, ut vir detondeatur et puella ad
monasterium regrediatur. Si autem quolibet patrocínio
5 desertores permanere voluerit, sacerdotali sententia a
Christianorum cetu habeantur extorres, ut nec locus ei
ullus sit communionis. Vidue quoque, sicut iam dudum
universalis statuit sinodus, professionum vel habitus sui
desertrices superiori sententia condempnentur.

10 **(C.20 q.3 c.3)** Item ex concilio Calcedonensi.

SEMEL IN CLERO TAXATI, VEL MONASTERIIS
DEPUTATI, AD MILITIAM NON REDEANT.

Eos qui semel in clero taxati fuerint sive in monasteriis
deputati, decrevimus non ad militiam neque ad honores
15 seculares venire. Eos autem qui hoc ausi fuerint facere et
non actu re penitere maluerint, ut ad hoc idem
revertantur quod ante obtentu Dei sibi proposuerunt,
convenit anathematizari.

20 **(C.20 q.3 d.p.c.3)** ¶ Cum dicitur propositum monachi
proprio arbitrio et voluntate susceptum, intelligitur quod
si propria voluntate susceptum non fuerit, observari non
cogitur.

(C.20 q.3 c.4) Unde Nicholaus papa scribit omnibus
episcopis in Regno Lodoici:

25 MONASTERIALIBUS DISCIPLINIS NULLUS SUBICIATUR
INVITUS.

Presens clericus nomine Lambertus, una cum patre
suo, nomine Atto, quondam videlicet comite nunc autem
clerico, ad limina apostolorum properans adiit presentiam
30 nostram, asserens qualiter idem pater eius in laicali adhuc
ordine in prediis propriis edificasset duo monasteria,
voluntatem gerens, ut post suum decessum presens filius
eius Lambertus in locum ei succederet, quem, infra
teneram etatem inter octavum et decimum annum
35 constitutum, memoratus pater proprio arbitrio absque
regulari institutione extra omnem eius voluntatem
cucullam induit. Igitur post quoddam ipsius temporis
spatium, ut ipse dicit, Salomon episcopus cum quibusdam
aliis absque patris oblatione vel abbatis percepta
40 benedictione eundem Lambertum monasticum induere
fecit habitum, ut ferunt, invitum, et sub hac occasione
paterna seu materna hereditate a fratribus suis privatum

esse, atque contra omnem, ut dictum est, voluntatem
 suam quasi regularem illum monachum permanere
 volunt. Super qua re diligenti cura investigantes, etiam
 sub iurationem patrem ipsum, si verum diceret,
 interrogavimus; sed isdem clericus Atto respondit se 5
 talem habuisse et habere voluntatem ut filius suus verus
 monachus fieret et in locum illius succederet. Sub
 testificatione autem iurando firmaret, quod, quando
 primitus ei cucullam induit, idem Lambertus semper
 restitit, et numquam se fieri monachum consensit; sed 10
 demum ab insequentibus monachico habitu violenter est
 indutus, asserens, quod numquam regulam aliquando
 promisit, neque ego, pater eius, palla altaris indutum
 obtuli neque a quocumque sacerdote vel abbate, ut mos
 poscit, benedictione percepta regule umquam se 15
 monachum subiectum futurum promisit. Super his
 omnibus protestatus est prefatus clericus Atto, quia si eo
 tempore tam dure observantie monasticam intellexisset
 regulam, numquam eundem filium suum Lambertum
 coegisset portare cucullam. Quapropter consulte 20
 psalmographi verba recolentes, quibus voluntarie se Deo
 sacrificare pronuntiat et voluntaria oris sui beneplacita
 fieri in conspectu Dei obsecrat, presentem ut dictum est,
 clericum nomine Lambertum minime debere 25
 existimavimus sub tali violentia fieri monachum. Quod
 enim quis non eligit nec optat profecto non diligit. Quod
 autem non diligit facile contempnit. Nullum ergo bonum
 nisi voluntarium. Idcirco et Dominus non ferendam in via
 virgam, per quam violentia ulli inferatur, precepit.
 Quapropter consultius agitur, si piis suasionibus 30
 contemptum mundi et amorem Dei predicando, quam
 violentiam inferendo ad celestem amorem illius
 accenditis. Unde omnium vestrum caritati hanc nostri
 apostolatus mandare decrevimus epistolam, monentes
 atque precipientes, quatinus, si ita verum est, ut isti 35
 dicunt, nullus episcopus vel abbas seu monachorum
 reliquorum conventus, monasticis illum regulis invitum
 subiacere compellat neque ullo modo fratres eius per hanc
 occasionem licentiam habeant paterna seu materna illum
 hereditate privare. Sed usque dum divina inspiratione 40
 compunctus propria voluntate regule se subdat, liceat
 eum a mundanis et laicalibus remotum vagationibus vel
 negotiis inter religiosos et ecclesiasticos viros in canonica
 degere vita. Non enim putamus, quod absit, religiosos

canonicos a sanctorum monachorum consortio seiunctos, quia unusquisque secundum apostolum propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.

5

(QUAESTIO 4)

(C.20 q.4 d.a.c.1) ¶ Quod vero ab uno monasterio in aliud districtius transire monachis sit liberum, ex concilio Triburiensi habetur, in quo sic statutum est:

10 **(C.20 q.4 c.1)** NON SUNT PROHIBENDE VIRGINES SACRE, QUAE CAUSA RELIGIONIS AD ALIUD MONASTERIUM ADIRE DESIDERANT.

Virgines sacre si pro lucro anime sue propter districtiorem vitam ad aliud monasterium pergere disposuerint, ibidemque commanere decreverint, sinodus concedit. Si vero fuga discipline alium locum quesierint, redire cogantur.

15

(C.20 q.4 d.p.c.1) ¶ Quod autem de virginibus sacris hoc capitulo statuitur de monachis etiam consequenter intelligitur de quolibet etiam clerico.

20

(C.20 q.4 c.2) Sed obicitur illud Basilii:

VOTA MONACHI SINE CONSENSU ABBATIS IRRITA SUNT.

Monachum non licet votum vovere sine consensu abbatis sui. Si autem voverit, frangendum erit.

25 **(C.20 q.4 d.p.c.3)** ¶ Verum hoc intelligendum est de monachis religiose viventibus, quibus vota spiritualis abstinentie vel alicuius districtionis, quae generalem consuetudinem suorum fratrum excedant, sine abbatis consensu vovere non licet, ne super eo fratres scandalizentur. Causa etiam illorum statutum est hoc, qui regularem disciplinam subterfugientes peregrinationis vota sibi assumunt, quod nec monacho nec alicui clerico licet, ne hac occasione ad secularem conversationem redeat.

30

Aa 47r

32 ne nec *Aa^{ac}* hac – conversationem ad sec. conv. hac occ. *Fr.*

(CAUSA 21)

(C.21) ¶ Archipresbiter cuiusdam ecclesiae preposituram alterius accepit, nec priorem vult relinquere; secularium quoque negotiorum procurator efficitur; claris et fulgidis vestibus se exornans ab episcopo suo corrigitur; relicto suo offitio ad secularem iudicem habet confugium. QUERITUR, an clericus in duabus ecclesiis possit conscribi? SECUNDO, si unam voluerit relinquere, an liceat ei ad aliam transire? TERTIO, an procuraciones secularium negotiorum clericis liceat suscipere? QUARTO, an claris et fulgidis vestibus eis ornari expediat? QUINTO, an ab episcopo correpti suum offitium relinquere, et ad secularem iudicem confugere valeant?

5

10

15

(QUAESTIO 1)

(C.21 q.1 d.a.c.1) ¶ In duabus ecclesiis aliquem posse connumerari, septima Sinodus prohibet, dicens:

CLERICUS AB INSTANTI TEMPORE NON CONNUMERETUR IN DUABUS ECCLESIIS.

20

(C.21 q.1 c.1) Negotiacionis enim est hoc et turpis lucri commodum, et ab ecclesiastica consuetudine penitus alienum. Audivimus enim ex ipsa dominica voce, quod nemo potest duobus dominis servire. Aut enim unum odio habebit, et alterum diligit: aut unum sustinebit, et alterum contempnet. Unusquisque enim secundum apostolicam vocem in quo vocatus est, in hoc debet manere, et in una locari ecclesia. quae enim per turpe lucrum in ecclesiasticis rebus efficiuntur aliena consistunt a Deo; ad vite vero huius necessitatem studia diversa sunt. Ex eis ergo, qui voluerit, acquirat corpori opportuna. Ait enim Apostolus: "Ad ea, quae michi opus erant, ministraverunt manus iste."

25

30

(C.21 q.1 d.p.c.1) ¶ Sed due ecclesiae intelliguntur ecclesiae duarum civitatum, in quibus nullus debet conscribi.

35

Unde in Calcedonensi concilio statutum est:

(C.21 q.1 c.2) Clericos in duarum civitatum ecclesiis conscribi non oportet.

(C.21 q.1 d.p.c.2) ¶ Sed econtra nonnumquam episcopus unius civitatis efficitur archiepiscopus alterius

40

civitatis, nec tamen priorem ecclesiam deserit: sed prior ecclesia quasi commendata relinquatur, secunda quasi titulata habetur. Unde Leo IV scribit:

5 (C.21 q.1 c.3) In una ecclesia titulatus alteram sibi commendatam potest habere. Qui plures ecclesias retinet, unam quidem titulata, aliam vero sub commendatione tenere debet.

10 (C.21 q.1 c.4) Duobus monasteriis unus abbas preesse non potest. Unum abbatem duobus monasteriis presidere interdiximus.

(C.21 q.1 d.p.c.6) ¶ Non enim potest utrique presidere tamquam titulate, sed uni tamquam commendate, alteri vero tamquam titulate preesse valet.

15 (QUAESTIO 2)

(C.21 q.2 d.a.c.1) ¶ Qui vero relicta sua ecclesia ad aliam transire voluerit nequaquam sine dimissoriis litteris sui episcopi suscipiatur. Unde in septima Sinodo legitur:

20 (C.21 q.2 c.1) Sine dimissoriis litteris in aliena ecclesia clericus non ordinetur. Quoniam diversarum ecclesiarum clerici suas, in quibus ordinati sunt, ecclesias relinquentes, ad alios concurrunt episcopos, et ignorante proprio episcopo in alienis constituuntur ecclesiis, ubi contingit eos sine sui examinatione permanere, precipimus amodo, ut nullus omnino clericorum, in quocumque gradu sit, licentiam habeat sine dimissoriis litteris sui episcopi in altera constitui ecclesia. Qui vero hoc amodo non observaverit, ad obprobrium eius, qui ordinaverit eum, deponatur tam ipse, quam qui eum sine ratione suscepit.

30 Item ex concilio Spalensi.

AD ALIAM ECCLESIAM CLERICO TRANSIRE NON LICET, SI PROPRIIS MINISTRIS SUA FUERIT DESTITUTA.

35 (C.21 q.2 c.2) Placuit, ut si quis clericus ministris ecclesiae proprie destitutis ad aliam transitum fecerit, compellente, ad quem confugerit, sacerdote, ad ecclesiam, quam prius incoluerat, revertatur. Qui vero eum susceperit, nec statim sine ullo nisu exceptionis ad propriam ecclesiam remittendum elegerit, quamdiu eum restituat, communione se privatum cognoscat.

33 Placuit – 609: 10 correctio Conc. Hispalense II (a. 619) 3 (ed. Vives, 165).

Desertorem autem clericum cingulo honoris atque ordinis
sui exutum aliquo tempore monasterio religari convenit,
sicque postea in ministerio ecclesiastici ordinis revocari.
Nam non poterit in talibus propagationis aboleri licentia,
nisi fuerit in eis per correctionem discipline subsequuta
correctio. 5

(C.21 q.2 d.p.c.2) ¶ Obicitur autem illud
Calcedonensis concilii:

(C.21 q.2 c.3) Nichil commune habeat cum priori qui
ab una in aliam transfertur. Si quis iam translatus est ab
una ecclesia in aliam, nichil habeat commune cum priori
sive sub ecclesia constitutis martiribus, sive in ptochiis,
vel xenodochiis, aut eorum negociis. Eos vero, qui ausi
fuerint post ordinationem huius magne et universalis
sinodi agere quae prohibita sunt statuit sancta sinodus
cadere de proprio gradu. 10 15

(C.21 q.2 d.p.c.3) ¶ Sed aliud est transferri, atque
aliud propria temeritate transire. Illud apostolica
auctoritate fieri licet, hoc vero omnibus modis prohibetur. 20

(QUAESTIO 3)

(C.21 q.3 d.a.c.1) ¶ Quod autem clerici secularium
negociorum procuratores esse non valeant, auctoritate
Calcedonensis synodi probatur, in qua sic statutum est
legitur: 25

CLERICI POSSESSIONUM MAIORUM CONDUCTIONES
NON FIANTE.

Pervenit in sanctam synodym quia de his qui in clero
connumerantur quidam propter turpis lucri gratiam
maiorum possessionum conductiones et seculares causas
suscipiant et se ipsos quidem a ministeriis sanctis per
desidiam separent ad domos autem secularium concurrant
et substantiarum eorum gubernationes avaritiae causa 30

22 Quod [*Fd*]

24 Calcedonensis – 610: 15 subiaceat *om. Py; hoc capitulum duplicatam
(D.86 c. 26) paleam esse notant Rom.Fr.; cf. Buchner, n. 162 et p. 253*
Calcedonensis – probatur cartaginensis concilii i. probatur, in quo
nicasius episcopus culusitanus dixisse legitur cap. 6 *Fr.* qua qua *Fd*
27 fiant // //nt *Fd^{ac}* 30 possessionum conductiones possessiones
/ium conduction// *Fd^{ac}* 31 suscipiant suscipiunt *Fr.* ministeriis
m// steriis *Fd^{ac}* 32 concurrant concurrunt *Fr.* 33 substantiarum
eorum sub/arum *Fd^{ac}*

suscipiant. Decevit igitur sancta synodus neminem
deinceps eorum, hoc est non episcopum sive clericum aut
monachum conducere possessiones aut misceri
secularibus procurationibus, nisi forte qui legibus ad
5 minorum etatum tutelas sive curationes inexcusabiles
attrahuntur aut cui ipsius civitatis episcopus
ecclesiasticarum rerum commiserit gubernacula vel
orphanorum aut viduarum qui indefense sunt aut earum
personarum, quae maxime ecclesiastico indigent
10 amminiculo propter timorem Dei. Si quis vero
transgressus fuerit hec statuta correctioni ecclesiastice
subiaceat.

(C.21 q.3 c.2) Item ex concilio Cartaginensi i,
Nichasius episcopus Culistianus dixit:

15 QUI CLERO ANNEXI SUNT SECULARIUM POSSESSIONUM
PROCURATORES NON FIANI.

Qui annexi sunt clero secularium possessionum
procuratores non fiant. Credo placere suggestionem
meam sanctitati vestre, et displicere vobis, ut qui serviunt
20 Deo, et annexi sunt clero, accedant ad actiones, seu
amministraciones vel ad procuraciones domorum. Gratus
episcopus dixit: Apostolorum statuta sunt, quae dicunt:
“Nemo militans Deo implicat se negociis secularibus.”
Proinde aut clerici sint sine actionibus domorum, aut
25 actores sine offitio clericorum. Universi dixerunt: “Hoc
observemus.”

Item ex concilio Cartaginensi IIII

De eodem.

30 (C.21 q.3 c.3) Placuit, ut episcopi, presbiteri, et
diaconi, vel quicumque clerici non sint conductores, aut
procuratores, neque ullo turpi vel inhonesto negotio
victum querant, quia respicere debent scriptum esse:
“Nemo militans Deo implicat se secularibus negociis.”

35 Item ex epistola Cipriani ad Presbiteros, et Diacones,
et plebem Furnensem.

Fd 16 fiant *Fd*]

1 suscipiant suscipiunt *Fr.* **sancta** sancta et magna *Fr.* 2 clericum
clerum *Fd^{bc}* 5 etatum *om. Fd^{bc}; etatem Fr.* curationes
procuraciones *Fr.* 13 Item – 19 fiant *om. Fr.* 14 Nichasius
//hasius *Fd^{bc}* Culistianus culusitanus *Fr.* 15 clero – sunt ann. s.
cl. Fr. **possessionum** possessiones *Fd^{bc}* 16 non nullo modo *Fdp^c*

SECULARIUM NEGOCIORUM PROCURATIONEM CLERICI
NON SUSCIPIANT.

(C.21 q.3 c.4) Ciprianus presbiteris, et diaconibus,
plebi Furnensi consistentibus salutem. Iampridem
concilio episcoporum statutum est, ne quis de clericis et
5
Dei ministris tutorem et curatorem testamento suo
nominaverit, quando singuli divino sacerdotio honorati et
in clericorum ministerio constituti non nisi altari et
sacrificiis deservire, et precibus atque orationibus vacare
debeant. Scriptum est enim: “Nemo militans Deo implicat
10
se negociis secularibus, ut possit placere ei, cui se
probavit.” Quod episcopi et antecessores nostri religiose
considerantes et salubriter providentes censuerunt, ne
quis excedens ad tutelam vel curam clericum nominaret;
15
ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec
sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neque enim
ante altare Dei merentur nominari in sacerdotum prece
qui ab altari sacerdotes et ministros volunt avocare.

NON LICET CLERICIS MOLLIIS ET SECULARIBUS
REBUS OBLIGARI. 20

(C.21 q.3 c.5) Item ex eadem. Molliciis et secularibus
rebus laqueisque obligari non debent qui divinis rebus et
spiritualibus occupati sunt nec ad terrenos et seculares
actus vacare.

(C.21 q.3 c.6) 25

SECULARIBUS NEGOCIIS CLERICI NON ALLIGENTUR.

Item ex eadem.

Hii, qui in ecclesia Domini ad ordinationem clericorum
promoventur, in nullo ab administratione divina
avocentur, nec molestiis et negociis secularibus
30
alligentur, nec ab altariis et sacrificiis recedant, sed die ac
nocte celestibus rebus et spiritualibus serviant.

(C.21 q.3 c.7)

De eodem. Item, ut supra, Ciprianus. Sacerdotum
religiose secretum et necessarie factum servetur a nobis,
35
simul et ceteris fratribus detur exemplum, ne quis
sacerdotes et ministros Dei altari eius et ecclesiae
vacantes ad seculares molestias devocet. Observari de
cetero poterit, ne quis ultra hoc faciat circa personam
clericorum, si quod factum est fuerit vindicatum. 40

(QUAESTIO 4)

(C.21 q.4 d.a.c.1) ¶ Quod vero fulgidis et claris vestibus eis ornari non liceat, in septima Sinodo iubetur, in qua sic statutum est:

5 **(C.21 q.4 c.1)** CORRIPIANTUR CLERICI, QUI IN UNGUENTIS ET CLARIS VESTIBUS ET FULGIDIS LASCIVIUNT.

Omnis iactantia et ornatura corporalis aliena est a sacrato ordine. Eos ergo episcopos vel clericos, qui se
10 fulgidis et claris vestibus ornant, emendari oportet. Quod si in hoc permanserint, epithimio contradantur. Similiter et eos, qui unguentis unguuntur. Quoniam vero radice amaritudinis exorta contaminatio facta est in ecclesia catholica, Christianos calumpniantium hereticorum, hii,
15 qui hanc receperunt, non solum imaginarias scripturas abhominati sunt, sed et omnem reverentiam repulerunt, eos, qui religiose ac pie vivunt, offendentes, ac per hoc completur in eis quod scriptum est: "Abhominatio est peccatoris Dei cultus," igitur si inventi fuerint deridentes
20 eos, qui vilibus et religiosis vestimentis amicti sunt, per epithimium corrigantur. Priscis enim temporibus omnis sacratus vir cum mediocri ac vili veste conversabatur. Omne quippe, quod non propter necessitatem suam, sed propter venustatem accipitur, elationis habet calumpniam,
25 quemadmodum magnus ait Basilius. Sed neque ex sericis texturis vestem quis variatam induebat, neque apponebant variorum colorum ornamenta in summitate vestimentorum. Audierant enim, quia "qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt."

30 **(C.21 q.4 c.2)**

Item ex VI Sinodo.

CLERICI SIVE IN ITINERE AMBULANTES, SIVE ALIBI DEGENTES, CONGRUIS SIBI VESTIBUS UTANTUR.

Nullus eorum, qui connumerantur in clero,
35 vestimentum indecens habeat, sive in civitate degens sive in itinere ambulans, sed stolis utatur, quae concessae sunt clericis. Si vero quis tale quid fecerit, per unam ebdomadam suspendatur.

(C.21 q.4 c.3)

40 Item Zacharias papa.

NON SECULARIBUS VESTIBUS, SED ORDINI SUO
CONVENIENTIBUS CLERICI UTANTUR.

Episcopi, presbiteri, diaconi, secularibus indumentis
non utantur, nisi, ut condecet, tunica sacerdotali; sed
neque dum ambulaverint in civitate, aut in via, aut in
plateis, sine operimento presumant ambulare, preterquam
si in itinere longo ambulaverint, quia sicut mulier orans
in ecclesiis non velato capite deturpat caput suum, iuxta
Apostolicam vocem, ita sacerdos sine operimento
deturpat sacerdotium suum. Quod si temere presumpserit
contra statuta agere, communione privetur, donec quae
statuta sunt adimplere maturet.

(C.21 q.4 c.4) Item Leo papa.

EXTRA DOMOS SINE PROPRIO ORNATU SACERDOTES
NON APPAREANT.

Sine ornatu sacerdotali extra domos sacerdotes
apparere nullo modo convenit, ne ut aliquis secularium,
iniurias patiantur. Contrarius denique inventus aut
desinat, aut canonice subiaceat discipline.

(C.21 q.4 c.5) 20

DE EODEM.

Item Innocentius II Precipimus, ut tam episcopi quam
clerici in statu mentis, in habitu corporis, Deo et
hominibus placere studeant, et nec in superfluitate,
fissure, aut colore vestium, nec in tonsura intuentium
(quorum forma et exemplum esse debent) offendant
aspectum, sed potius quod eorum deceat sanctitatem.
Quod si moniti ab episcopis emendare noluerint,
ecclesiasticis careant beneficiis.

30

(QUAESTIO 5)

(C.21 q.5 d.a.c.1) ¶ Suum vero episcopum relinquere,
vel ab officio suo discedere, atque ad secularem iudicem
confugere nulli licet. Unde in Agatensi concilio legitur:

(C.21 q.5 c.1) Placuit, ut clericus, si relicto officio suo
propter distractionem ad secularem iudicem fortasse
confugerit, et is, ad quem recurrit, solatium ei defensionis
inpenderit, cum eodem de ecclesiae communione pellatur.

35

3 Episcopi – 21 maturet Conc. Romanum (a. 743) 3, ed. Werminghoff,
MGH Conc. 2.1.12.14-13.3.

(C.21 q.5 c.2) PRESBITER VEL DIACONUS AB EPISCOPO
DEPOSITUS INPERATOREM NON ADEAT.

Item ex concilio Antioceno.

5 Si quis a proprio episcopo depositus presbiter vel
diaconus, aut etiam si a sinodo quilibet episcopus fuerit
exauctoratus, molestiam inperialibus auribus inferre non
presumat, sed ad maiorum episcoporum sinodum sese
convertat, et quae se putat habere iusta in eorum concilio
alleget, atque ab his de se expectet quae fuerit deprompta
10 sententia. Quod si deficiens pusillanimitate hoc noluerit
facere, sed inportunus fuerit inperatori, huiusmodi nullam
veniam habere, neque locum ullius assertionis suae, nec
spem recipiendi gradus habeat in futurum.

(CAUSA 22)

(C.22) ¶ Quidam episcopus iuravit falsum quod putabat verum, quo conperto archidiaconus eius iuravit se numquam prestatum ei obedientiam. Conpellitur archidiaconus ab episcopo ad exhibendum sibi consuetam reverentiam; accusatur episcopus de dupplici periurio, et de eo, quod falsum iuravit, et quia archidiaconum ad peierandum conpellit. PRIMUM queritur, an iuramentum sit prestandum, vel non? SECUNDO, si sit periurus qui iurat falsum quod putat verum? TERTIO, si licuit archidiacono denegare episcopo consuetam obedientiam? QUARTO, si constiterit esse illicitum quod iuravit archidiaconus, an sit servandum? QUINTO, si constiterit illud servandum esse, an episcopus sit reus periurii, qui contra iuramentum archidiaconum suum ire conpellit?

Aa 49r

(QUAESTIO 1)

(C.22 q.1 d.a.c.1) ¶ Quod iuramentum prestandum non sit, auctoritate scripture canonice probatur. Ait enim Christus in evangelio apostolis: "Sit sermo vester: Est est, non non; quod autem amplius est a malo est". Item Iacobus in epistola: "Ante omnia, fratres mei, nolite iurare omnino". Utraque auctoritate iuramentum prohibemur prestare. Sed aliud est ad iurandum sponte accedere, aliud vel ad asserendam innocentiam suam, vel ad federa pacis confirmanda, vel ad persuadendum auditoribus, quando pigri sunt credere quod eis utile est, iuramentum offerre. Primum prohibetur, secundum conceditur. Non enim iurare omnino peccatum est.

Unde in Tolletano concilio VIII legitur:

(C.22 q.1 c.1) IURAMENTUM PRO FEDERE PACIS EST FACIENDUM.

Omne, quod in federa pacis venit, tunc solidius subsistit, cum iuramenti hoc interpositio roborat. Sed et omne, quod amicorum animos conciliat, tunc fidelius durat, cum eos sacramenti vincula ligant. Omne enim, quod testis adstipulatur, verius constat, cum id iurationis

33 Sine – 28 discipline *Summatim reddit* Conc. Romanum (a. 853) 12, ed. Hartmann, MGH Conc. 3.321.33-322.3. Cf. Conc. Romanum (a. 826) 12, ed. Werminghoff, MGH Conc. 2.2.573.4-7. Anselmus 6.159, ed. Thamer, xx; *Polyc.* 4.22.2. **Omne – 616: 4 manifestat** Conc. Toletanum VIII (a. 653) 2 (ed. Vives, 272). Anselmus 7.98, ed. Thamer, 404; *Polyc.* 4.32.47. according to Hartmann.

adiectio affirmat. Quod et si testis deficiat, innocentis fidem sola iurisiurandi taxatio manifestat.

(C.22 q.1 c.2) Item Augustinus super epistolam ad Galathas.

5 IURATIO NON EST PROHIBENDA, NEC TAMQUAM BONUM APPETENDA.

Non est contra preceptum Domini iuratio, quae a malo, non iurantis est, sed increduli a quo iurare cogitur. Nam hinc intelligitur, ita Dominum prohibuisse a iureiurando, ut, quantum in ipso est, quisque non iuret; quod multi faciunt, in ore habentes iurationem tamquam magnum atque suave aliquid. Nam utique Apostolus novit preceptum Domini, et tamen iuravit. Non enim audiendi sunt qui has iurationes esse non putant. Quid enim facient de illa: “Cottidie morior, per gloriam vestram, fratres, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro”: quam greca exemplaria manifestissimam iurationem esse ostendunt. Prohibemur ergo iurare cupiditate aut dilectione iurandi. Quamvis enim iuramentum amplius sit, quam est est, non non, et ideo a malo sit, non tamen a malo tuo, sed infirmitatis aut incredulitatis eorum, qui non aliter moventur ad fidem.

(C.22 q.1 c.3) Item Augustinus in epistola ad Publicolam.

25 PEIERARE PECCATUM EST, NON IURARE.

In novo testamento dictum est, ne omnino iuremus. Quod michi quidem propterea dictum videtur, non quia iurare peccatum est, sed quia periurare inmane peccatum est, a quo nos longe esse voluit qui omnino ne iuremus conmonuit.

(C.22 q.1 c.6) Item Augustinus de sermone Domini in monte libro I

IURARE NON EST PECCATUM.

35 Tu malum non facis, qui bene uteris iuratione, quae, etsi non bona, tamen necessaria est, ut alteri persuadeas quod utiliter suades. Sed a malo est illius, cuius infirmitate iurare cogaris.

(C.22 q.1 c.8) Item Ieronimus super Mattheum in libro I

INFIRMIS IURARE CONCEDITUR.

Considera, quod Salvator non per Deum iurare prohibuerit, sed per celum, et per terram, et per Iherosolimam, et per caput tuum. Et hoc quasi parvulis fuerat lege concessum, ut quomodo victimas inmolabant Deo, ne eas inmolarent idolis, sic et iurare permetterentur in Deum; non quod recte hoc facerent, sed quod melius esset Deo id exhibere quam demoniis.

5

(C.22 q.1 c.13) Item Ysidorus Sententiarum libro II

NON PROHIBET DEUS IURARE.

10

Non est contra Dei preceptum iurare; sed dum iurandi usum facimus, periurii crimen incurrimus.

(C.22 q.1 c.14) Item Augustinus de verbis Apostoli, sermone 28.

IURATIO NON EST PECCATUM.

15

Si peccatum esset iuratio, nec in veteri lege diceretur: "Non periurabis; reddes Domino iuramenta tua". Non enim peccatum preciperetur nobis. Item: **(§ 1)** Non vobis dicimus, nos non iurare. Si enim hoc dicimus, mentimur. Quantum ad me pertinet, non iuro, sed quantum michi videtur, magna necessitate compulsus, cum video, nisi faciam, michi non credi, et ei, qui michi non credit, non expedire, quod non credit. Hac perpensa ratione et consideratione librata cum magno timore dico: "Coram Deo," aut, "testis est michi Deus," aut, "scit Christus, quod sic est in meo animo," et video, quod plus est, id est quod amplius est quam est est, non non. Sed hoc quod est amplius a malo est, non iurantis, sed non credentis.

20

25

(C.22 q.1 d.p.c.14) ¶ Ex premissis colligitur, quod iurare non est peccatum; non tamen tamquam bonum est appetendum, ne consuetudine iurandi labamur in periurium. Sed cum dicatur procedere a malo non credentis, videtur, quod, etsi iurare peccatum non sit, iuramentum tamen recipere malum sit. Sed nomine mali non malicia, sed pena peccati intelligitur. Ex penali enim infirmitate incredulitas illa processit, qua ad iurandum compellimur. Ipsum autem iurare sicut peccatum non est, ita iuramentum ab aliquo recipere malum non est. Unde Augustinus scribit ad Publicolam:

30

35

50v

36 incredulitas incredulita//s Aa^{ac}

(C.22 q.1 c.15) IURAMENTUM ACCIPERE NON PROHIBEMUR.

Quamvis dictum sit, ne iuremus, nusquam in scripturis sanctis me legisse memini, ne ab aliquo iurationem recipiamus.

(C.22 q.1 d.p.c.15) ¶ Sed queritur, an sit utendum fide eius, qui per demonia iurat? De his ita scribit Augustinus ad Publicolam:

(C.22 q.1 c.16) LICET UTI FIDE EIUS, QUI, UT EAM SERVET, PER DEMONIA IURAT.

Movet te, utrum eius fide utendum sit, qui, ut eam servet, per demonia iuraverit. Ubi te volo prius considerare, utrum si quispiam per Deos falsos iuraverit se fidem servaturum, et eam non servaverit, non tibi videtur bis peccasse? Si enim tali iuratione promissam servaret. fidem ideo tantum peccasse iudicaretur, quia per Deos falsos iuraverit. Illud autem nemo reprehenderet, quia fidem servavit. Nunc vero, quia et iuravit per quos non debuit, et contra pollicitam fecit fidem quod non debuit, bis utique peccavit, ac per hoc qui utitur fide illius, quem constat iurasse per falsos Deos, et utitur non ad malum, sed ad licitum et bonum, non peccato illius se sociat, quo per demonia iuravit, sed bono pacto eius, quo fidem servavit. Neque hic eam fidem dico servari, qua fideles vocantur qui baptizantur in Christo. Illa enim longe alia est longe quae discreta a fide humanorum placitorum atque pactorum. Verumtamen sine ulla dubitatione minus malum est per Deos falsos iurare veraciter, quam per Deum verum fallaciter. Quanto enim per quod iuratur magis sanctum est, tanto magis penale est periurium. (§ 1) Alia questio est, utrum non peccet qui per falsos Deos sibi iurari facit? quia ille, qui ei iurat, iurat per falsos Deos, quos colit. Cui questionem possunt illa testimonia suffragari, quae ipse commemorasti de Laban et Abimelech, si tamen Abimelech per Deos suos iuravit, sicut Laban per Deum Sabaoth.

(C.22 q.1 d.p.c.16) ¶ Sic etiam cum in libro Machabeorum Romani legantur pacem firmasse cum Iudeis, intelligendi sunt iurasse per falsos Deos, sicut et Iudei iuraverunt per Deum verum. Sic etiam de iuramento, quod fit per creaturas, intelligendum est, quod ipsum quidem iurare per creaturas, malum est, quia a Deo prohibitum est; sed servare quod iuratur, bonum est, ut

evitetur peccatum mendacii et dolositatis. (§ 1) Sed obicitur, quod Ioseph, vir sanctus, per creaturas iuravit, dum dixit fratribus suis: “Per salutem Pharaonis, non exhibitis hinc”. (§ 2) Sed sciendum est, quod sancti non tam per creaturas, quam per auctorem creaturarum iurabant, nec in creaturis aliud quam creatorem ipsarum venerabantur, sicut Ioseph, qui per Pharaonem iurando hoc in eo veneratus est, quod Dei iudicio positus erat in infimis. Unde Apostolus ait: “Omnis potestas a Domino Deo est”. Item Christus Pilato: “Non haberes in me potestatem, nisi esset tibi datum desuper”. Deus autem per creaturas iurare prohibuit, ne vel more gentilium aliquod numen deitatis creaturis inesse crederetur, vel ne creaturas contemptibiles iudicando per eas promissa pro nichilo duceremus. (§ 3) Sed queritur, quid gravius sit, an per creaturas, an per creatorem iurare fallaciter? Dupliciter enim reus est qui per creaturas iurat mendaciter, quia et contra prohibitionem iurat per quod sibi iurare non licet, (a quo peccato est immunis, qui non nisi per creatorem iurat,) et proximum dolo capit, quod facit etiam per creatorem mendaciter iurans. Sed si periurium tanto magis penale est, quanto sanctius illud, per quod iuratur, apparet, quod, etsi per creaturas mendaciter iurans dupliciter peccet, graviore tamen se subicit pene qui per creatorem iurat mendaciter.

(QUAESTIO 2)

(C.22 q.2 d.a.c.1) ¶ Quod autem periurium sit falsum iurare, facile probatur. Ait enim Augustinus in libro Psalmorum super: “Domini est terra”:

(C.22 q.2 c.1) PEIERAT QUI ALITER FACTURUS EST QUAM PROMITTIT.

In dolo iurat qui aliter facturus est quam promittit, cum periurium sit nequiter decipere credentem.

(C.22 q.2 c.2) Item Ieronimus super Iheremiam, libro II

QUOS DEBEAT HABERE COMITES IUSIURANDUM.

Animadvertendum est, quod iusiurandum hos habeat comites, veritatem, iudicium atque iusticiam. Si ista defuerint, nequaquam iuramentum erit, sed periurium.

(C.22 q.2 d.p.c.2) ¶ Item, qui falsum iurat mentitur. Mentiendo autem iurare nichil est aliud quam peierare. (§

1) Cum ergo omnes, qui locuntur mendacium, perdendi sint, iuxta illud Psalmiste: “Perdes omnes, qui locuntur mendacium,” multo magis dampnabiles sunt, qui deierare mentiando convincuntur, quia nomen Dei sui in vanum assumunt. (§ 2) Sed aliud est falsum iurare, aliud iurare in dolo. Non enim omnis, qui aliter facturus est quam promittit, in dolo iurat. Licet enim Apostolus aliter facturus esset quam Corinthiis promitteret in prima epistola, cum ait: “Veniam ad vos,” non tamen in dolo iuravit, aut mendaciter promisit. Ille enim in dolo iurat, aut mendaciter promittit, in cuius mente est, non sic se esse facturum, ut promittit; ille autem, qui promittit falsum quod putat verum, nec iurat, in dolo nec mendaciter promittit. Unde Augustinus de verbis Apostoli, sermone XXVIII:

(C.22 q.2 c.3) DE EO, QUI IURAT FALSUM QUOD PUTAT VERUM.

Homines falsum iurant, vel cum fallunt, vel cum falluntur. Putat homo verum esse quod falsum est, et temere iurat; aut scit vel putat falsum esse, et tamen pro vero iurat, et nichilominus cum scelere iurat. Distant autem ista periuria, quae duo commemoravi. Fac illum iurare, qui verum putat esse pro quo iurat; verum putat esse, et tamen falsum est; non ex animo iste periurat, fallitur: hoc pro vero habet, quod falsum est, non pro re falsa sciens iurationem interponit. Da alium. Scit falsum esse, et dicit verum esse, et iurat tamquam verum sit quod scit falsum esse. Videtis, quam ista detestanda sit belua, et de rebus humanis exterminanda? Quis enim fieri velit? Omnes homines detestantur talia. Fac alium. Putat esse falsum, et iurat tamquam verum sit. Forte verum est. Verbi gratia (ut intelligatis) pluit in illo loco; interrogas hominem, et dicit pluisse, et ad negocium ipsius competit, ut dicat, pluit, sed putat non pluisse: periurus est. Interest, quemadmodum verbum procedat ex animo. Ream linguam non facit nisi rea mens.

(C.22 q.2 d.p.c.3) ¶ Quia ergo mens huius non erat rea (nesciebat esse falsum quod iuravit verum), nec temere vel negligenter, sed cum magna diligentia videbatur sibi deprehendisse verum quod iuravit falsum, periurii reus nequaquam est iudicandus. Item, quod dicitur, qui falsum iurat mentitur, non universaliter hoc intelligi debet. Non enim omnis, qui falsum dicit,

mentitur, sicut nec omnis, qui mentitur, falsum dicit. Unde Augustinus in Enchiridion:

(C.22 q.2 c.4) Non est iudicandus mendax qui dicit falsum quod putat verum, quia quantum in ipso est non fallit ipse set fallitur. Econtra mentitur qui dicit verum quod putat falsum nec est liber a mendacio qui ore nesciens verum loquitur sciens autem voluntate mentitur.

Fd 59va

(C.22 q.2 d.p.c.5) ¶ Ille enim falsum iurando mentitur, qui scit falsum esse quod iurat. (C.22 q.2 d.p.c. 7) Item, quod dicitur: "Perdes omnes, qui locuntur mendacium," non de omni mendacio intelligendum est. Sunt enim quaedam mendacia, in quibus etsi sit aliqua culpa, non tamen dampnabilia sunt, immo tamquam non mendacia habenda sunt. Sunt et alia mendacia, quae sunt gravioris culpe, de quibus intelligitur: "Perdes omnes, qui locuntur mendacium". (§ 1) Ut autem appareat, quae mendacia sint venialia, et quae dampnabilia, distinguendum est, quot sint genera mendacii. De quibus Augustinus scribit in libro de mendacio:

(C.22 q.2 c.8) QUOT SINT GENERA MENDACII?

Primum est capitale mendacium et longe fugiendum, quod fit in doctrina religionis, ad quod mendacium nulla condicione quivis debet adduci. Secundum, ut aliquem ledat iniuste, quod tale est, ut nulli prosit, et obsit alicui. Tertium, quod prodest alteri ita, ut obsit alteri, quamvis non ad inmundiciam obsit corporalem. Quartum, sola mentiendi fallendi quae libidine, quod mirum mendacium est. Quintum, quod fit placendi cupiditate de suavi eloquio. His omnibus penitus evitatis atque reiectis, sequitur sextum genus, quod et nulli obest, et prodest alicui, velut si quispiam pecuniam alicuius iniuste tollendam, sciens ubi sit, nescire se mentiatur. Septimum, quod et nulli obest, et prodest alicui, velut si nolens hominem ad mortem quesitum prodere, mentiatur. Octavum genus est mendacii, quod et nulli obest, et ad hoc prodest, ut ab inmunditia corporali aliquem tueatur. (§ 1) Non igitur est mentiendum in doctrina pietatis; magnum scelus est, primum genus detestabilis mendacii. Non est mentiendum igitur secundo genere, quia nulli facienda est iniuria. Non est mentiendum tertio genere,

3 Non – 14 mentitur] Fd Non – 11 verum] Non est mentiri dicere falsum quod putat uerum Fr. 8 enim] Fd: ergo Fr.

quia nulli cum alterius iniuria est consulendum. Non est
 mentiendum quarto genere, propter mendacii libidinem,
 quae per se ipsam viciosa est. Non est mentiendum quinto
 genere, quia nec ipsa veritas placendi causa hominibus
 5 enuncianda est; quanto minus mendacium, quod per se
 ipsum, quia mendacium est, utique turpe est? Non est
 mentiendum sexto genere, neque enim recte testimonii
 veritas pro cuiusque temporali commodo ac salute
 corrumpitur; ad sempiternam vero salutem nullus
 10 ducendus est opitulante mendacio. Neque septimo genere
 mentiendum est, non enim cuiusque commoditas aut salus
 temporalis perficiende fidei preferenda est, nec se
 quisquam in recte factis nostris tam male moveri sentiat,
 ut fiat etiam animo deiectionis longe quae a pietate
 15 remotior. Nec octavo genere mentiendum est, quia et in
 bonis castitas animi pudicitie corporis profertur, et in
 malis, quod ipsi facimus, eo, quod fieri sinimus, nobis
 dampnabilius est. (§ 2) In his autem octo generibus tanto
 quisque minus peccat, cum mentitur, quanto magis a
 20 primo recedit. Quisquis autem esse aliquod genus
 mendacii, quod peccatum non sit, putaverit, decipiet se
 ipsum turpiter, cum honestum se deceptorem arbitretur
 aliorum.

(C.22 q.2 c.9) Item Augustinus de verbis Apostoli.

25 NON LICET ALICUI HUMILITATIS CAUSA MENTIRI.
 Cum humilitatis causa mentiris, si non eras peccator
 ante, quam mentireris, mentiendo efficeris quod
 evitaveras. Veritas in te non est, nisi te ita dixeris
 peccatorem, ut etiam esse cognoscas. Veritas autem ipsa
 30 est, ut quod est dicas. Nam quomodo est humilitas, ubi
 regnat falsitas?

(C.22 q.2 c.10) Item Gregorius.

DE EODEM.

Incaute sunt humiles qui mendacio se illaqueant.

35 (C.22 q.2 c.13) Item Augustinus in libro de conflictu
 viciarum atque virtutum.

NON EST ALIQUO MODO DECIPIENDUS QUILIBET.

Nec artificioso mendacio, nec simplici verbo oportet
 quemquam decipere, quia quomodolibet mentitur quis,
 40 occidit animam.

(C.22 q.2 c.14) Item Augustinus in quinto Psalmo.

PRO TEMPORALI VITA ALICUIUS PERFECTUS MENTIRI
NON DEBET.

Ne quis arbitretur perfectum et spiritualem hominem
pro ista temporali vita, morte cuius sua vel alterius non
occiditur anima, debere mentiri, sed quoniam aliud est
mentiri, aliud verum occultare; siquidem aliud est falsum
dicere, aliud verum tacere; ut si quis forte non velit ad
istam visibilem mortem hominem prodere, paratus esse
debet verum occultare, non falsum dicere, ut neque
prodat, neque mentiatur, nec occidat animam suam pro
corpore alterius. (§ 1) Duo vero sunt genera
mendaciorum, in quibus non est magna culpa, sed tamen
non sunt sine culpa; cum aut iocamur, aut, proximo
consulendo, mentimur. Illud autem primum in iocando
ideo non est perniciosum, quia non fallit. Novit enim ille,
cui dicitur, iocandi causa fuisse dictum. Secundum autem
ideo mitius est, quia retinet nonnullam benivolentiam. (§
2) Illud vero, quod non habet duplex cor, nec mendacium
quidem dicendum est, verbi gratia, tamquam, si cui
gladius commendetur, et promittat se redditurum, cum
ille, qui commendavit poposcerit; si forte gladium suum
repetat furens, manifestum est, non esse reddendum, ne
vel se occidat, vel alios, donec ei sanitas restituatur. Hic
ideo non habet duplex cor, quia ille, cui commendatus est
gladius, cum promittebat, se redditurum poscenti, non
cogitabat furem posse repetere. (§ 3) Manifestum est
non esse culpandum aliquando verum tacere, falsum
autem dicere non invenitur concessum sanctis.

(C.22 q.2 c.18) Item Augustinus in libro questionum
Genesis c. 45.

NON DEPUTANTUR MENDACIA, CUM EA, QUAE NON
SUNT, IOCO DICUNTUR.

Quod ait fratribus suis Ioseph: "Nesciebatis, quia non
est in augurio homo, qualis ego?" de hoc augurio etiam
mandavit eis dicendum per hominem, quid sibi velit, queri
solet. Aut quia non serio, sed ioco dictum est, ut exitus
docuit, non est habendum mendacium? Mendacia enim a
mendacibus serio aguntur, non ioco. Cum autem quae non
sunt tamquam ioco dicuntur, non deputantur mendacia.

(C.22 q.2 d.p.c.21) ¶ Ecce, quae mendacia sint
venialia, et quae dampnabilia. (§ 1) Sed queritur, quare
Augustinus dicat, non esse mentiendum pro temporali
vita alicuius, cum Abraham descendens in Egiptum

rogaverit Saram, ut sororem eius se esse mentiretur, dicens: “Novi, quod pulcra sis mulier, et quod, cum viderint te Egiptii, dicturi sunt, uxor illius est, et interficient me, et te reservabunt. Dic ergo, obsecro te, quod soror mea sis, ut bene sit michi propter te, et vivet anima mea ob gratiam tui”. Sed Abraham non mendacium dici, sed verum taceri voluit. Unde idem Augustinus ait in questionum Genesis:

(C.22 q.2 c.22) QUOMODO ABRAHAM EXCUSETUR DE MENDACIO, QUI SARAM SOROREM SUAM ESSE DIXIT.

Queritur, cur patriarcha mentiri voluit, ut diceret Saram sororem suam, et non potius Deo conmisit, qui, si vellet, eius pudicitiam apud Pharaonem servare posset. Sed veritatem voluit celari, non mendacium dici. Soror enim dicitur, quia filia fratris erat. Et in hoc ostenditur, quod nemo debet temptare Deum suum, dum habet quod rationabili consilio faciat. Fecit quod potuit: quod non potuit Deo conmisit, in quem speravit, nec eum fides aut spes fefellit. Si autem interrogatus illam uxorem suam indicaret, duas res committeret Deo, et vitam suam, et uxoris pudicitiam.

(C.22 q.2 d.p.c.22) ¶ Item opponitur, quod Iacob mentiendo et sibi profuit, et alii nocuit, nec tamen reprehenditur, sed commendatur. Sed Iacob dicendo se esse Esau primogenitum, non est mentitus. Non enim dixit, se esse primogenitum nascendo, sed ius primogeniture, illo vendente, rite adeundo. Sic et Christus Iohannem dixit esse Heliam, non persona, sed imitatione virtutis. Erat ergo Iacob Esau, non nascendo, ut diximus, sed emptione primogenitorum, de non primogenito in primogenitum transeundo, sicut et ipse Esau primogenita vendendo de primogenito non primogenitus fieri meruit. Sic et Iudei, cum essent filii Abrahe carne, quia non fuerunt filii eius imitatione, non deputantur inter filios Abrahe, sed dicuntur filii diaboli, cuius filii sunt, non nascendo, sed imitando. Unde a Domino audire meruerunt: “Si filii Abrahe estis, opera Abrahe facite; nunc autem queritis me interficere, hominem, qui veritatem locutus sum vobis. Hoc Abraham non fecit. Vos ex patre diabolo estis, et desideria patris vestri facere vultis”. (§ 1) Econtra gentiles, cum secundum originem carnis ab Abraham essent alieni, tamen imitatione fidei et iusticie successerunt in filios Abrahe. Unde ab Apostolo

dicitur eisdem: "Si autem Christi, ergo Abrahe semen estis". Hinc idem Apostolus scribens Romanis ait: "O tu Iudee, si circumcidaris, nec legem eius observes, circumcisio tua preputium facta est, quomodo et preputium, si iusticias legis custodiat, in circumcisionem reputatur". Prefertur ergo, ut ex premissis colligitur, imitatio operis origini carnis. Veraciter ergo, non mendaciter, Iacob se dixit Esau esse; nec mentiendo, sed verum dicendo sibi profuit, alteri vero non nocuit, quia benedictionem sibi debitam accepit, non alienum subripuit. (§ 2) Episcopus vero iste, de quo agitur, etsi falsum iuravit, tamen quia, ut supra dictum est, ream linguam non facit nisi rea mens, nequaquam reus periurii habetur. Probatum etiam hoc exemplo Saulis, qui, cum esset in castris pugnaturus contra Philisteos, iuravit se interfectorum quicumque ante solis occasum comederet. Ionathas autem filius eius non audito regis iuramento, cum pugnando magnam hostium stragem dedisset, et salutem fecisset in Israel, fame laborans vidit favum mellis, quem regia virga, quam gestabat in manibus, accepit et comedit, statim quae oculi, quos fere fames cluserat, aperti sunt, et facies eius est exhilarata. Quo conperto Saul voluit eum dare neci; sed precibus et pia populi supplicatione placatus mortis revocavit sententiam, ne interficeretur ille, per quem salus data erat in Israel, et quo pugnante de manibus hostium populus ille liberatus fuerat. Ecce Saul falsum iuravit, quia quod iurando se facturum decrevit precibus populi provocatus non fecit. Nec tamen periurii reus arguitur, quia quantum in ipso fuit, quod iuravit inplevit, dum sententiam mortis in filium dedit, quam non carnali affectu, sed populi supplicatione revocavit.

(QUAESTIO 3)

(C.22 q.3 d.init.) ¶ Cum ergo, ut ratione et exemplo monstratum est, episcopus reus periurii non esset, consueta obedientia ab archidiacono sibi denegari non debuit, cum etiamsi criminosum illum esse constaret ante diffinitivam tamen sententiam, ut supra monstratum est, nulli suorum clericorum ab eo liceret discedere. Constat ergo illicitum esse quod archidiaconus iuramento firmavit. Unde merito queritur, an debeat servari, vel non?

(QUAESTIO 4)

5 (C.22 q.4 d.a.c.1) ¶ Quod autem illicita iuramenta
servari non debeant, in Tolletano concilio VIII legitur, in
quo sic statutum est:

(C.22 q.4 c.1) MELIUS EST VOTA STULTE
PROMISSIONIS NON INPLERE QUAM CRIMEN ADMITTERE.

10 Si publicis sacramentorum gestis (quod Deus avertat) a
quibuslibet illicita vel non bona extitisset conditio
allegata, quae aut iugulare animam patris, aut gerere
compelleret stuprum sacratissime virginis, numquid non
tollerabilius esset stulte promissionis vota reicere, quam
per inutilium promissorum custodiam exorrendam
criminum implere mensuram?

15 (C.22 q.4 c.2) Item Ambrosius de offitiis, libro I

ALIQUANDO NON EXPEDIT PROMISSUM SOLVERE
SACRAMENTUM.

20 Est etiam contra offitium nonnumquam promissum
solvere sacramentum, ut Herodes, qui iuravit, quoniam
quicquid petitura esset daret filie H erodiadis, necem
Iohannis prestavit, ne promissum negaret.

(C.22 q.4 d.p.c.2) ¶ Item in sermone S. Augustini
episcopi de decollatione sancti Iohannis Baptiste, qui sic
incipit: “Cum sanctum evangelium legeretur”:

25 (C.22 q.4 c.3) PIETAS FUIT, QUOD DAVID NABAL,
SICUT IURAVERAT, NON OCCIDIT.

30 Quod David iuramentum per sanguinis effusionem non
implevit, maior pietas fuit. Video David pium hominem et
sanctum in iurationem temerariam incidisse, et maluisse
non facere quod iuraverat, quam iurationem suam
hominis fuso sanguine implere.

(C.22 q.4 c.4) Item.

DE EODEM.

35 Iuravit David temere, sed non implevit iurationem
maiori pietate. (§ 1) Ecce David S. iuramento quidem
astrictus non fudit sanguinem hominis: sed eum falsum
iurasse negare quis poterit? De duobus peccatis minimum
elegit; sed minus fuit illud in comparatione peioris. Nam,
per se ipsum appensum, magnum malum est falsa iurare.

8 Si – 29 mensuram Conc. Toletanum VIII (a. 653) 2 (ed. Vives, 271).

(C.22 q.4 c.5) Item Ysidorus in Sinonimis, libro secundo.

TURPIA VOTA SERVANDA NON SUNT.

In malis promissis rescinde fidem. In turpi voto muta decretum. Quod incaute vovisti non facias. Inpia est promissio, quae scelere adinpletur. 5

(C.22 q.4 c.6) Item Beda in omelia XLIV

NON EST OBSERVANDUM IURAMENTUM, QUO MALUM INCAUTE PROMITTITUR.

Si aliquid forte nos incautius iurare contigerit, quod observatum peiorem vergat in exitum, libere illud salubriore consilio mutandum noverimus, ac magis instante necessitate peierandum nobis, quam pro vitando periurio in aliud crimen gravius esse divertendum. Denique iuravit David per Deum occidere Nabal virum stultum et inpium, atque omnia, quae ad eum pertinebant demoliri. Sed ad primam intercessionem Abigail femine prudentis mox remisit minas, revocavit ensem in vaginam, neque aliquid culpe se pro tali periurio contraxisse doluit. 10
15
20

(C.22 q.4 c.7) Item.

DE DUOBUS MALIS MINUS ELIGI OPORTET.

Non solum in iurando, sed in omne, quod agimus, hec est moderatio sollicitius observanda, ut, si talem forte in lapsum versuti hostis inciderimus insidiis, ex quo sine aliquo peccati contagio surgere non possumus, illum potius evadendi aditum petamus, in quo minus periculi nos perpessuros esse cernimus. 25

(C.22 q.4 c.8) Item Ambrosius de offitiis.

TOLLERABILIVS EST IURAMENTUM NON INPLERE, QUAM QUOD TURPE EST FACERE. 30

Unusquisque simplicem sermonem proferat; vas suum in sanctificatione possideat, nec fratrem circumscriptione inducat verborum; nichil promittat inhonestum, aut, si promiserit, tollerabilius est promissum non facere, quam facere quod turpe sit. Sepe plerique constringunt se iurisiurandi sacramento, et cum ipsi cognoverint promittendum non fuisse, sacramenti tamen contemplatione faciunt quod sponderunt, sicut de Herode supra scripsimus, qui saltatrici premium turpiter promisit, crudeliter solvit. Turpe est, quod regnum pro 35
40

saltatione promittitur; crudele, quod mors Prophete pro iurisiurandi religione donatur. Quanto tollerabilius tali fuisset periurium sacramento? Si tamen periurium dici posset quod ebrius inter vina iuraverat, quod et iuratus
 5 inter saltantium choros promiserat. Infertur disco Prophete caput, et hoc estimatum est fidei esse, quod amicitie fuit.

(C.22 q.4 c.11) Item ex concilio Ylerdensi.

10 QUA PENA FERIATUR QUI ILLICITUM IURAMENTUM FACIT.

Qui sacramento se obligaverit, ut litigans cum quolibet ad pacem nullo modo redeat, pro periurio uno anno a communione corporis et sanguinis Domini segregatus, reatum suum elemosinis, fletibus et quantis potuerit
 15 ieiuniis absolvat. Ad karitatem vero, quae operit multitudinem peccatorum, celeriter venire festinet.

(C.22 q.4 c.12) Item.

NON OMNIA PROMISSA SOLVENDA SUNT.

20 Non semper promissa omnia solvenda sunt. Denique ipse Dominus frequenter mutat sententiam, sicut scriptura indicat.

(C.22 q.4 c.13) Item Ysidorus Sententiarum libro II

DE EODEM.

25 Non est observandum sacramentum, quo malum incaute promittitur, veluti si quispiam adultere perpetuam fidem cum ea permanendi polliceatur. Tollerabilius est enim non implere sacramentum, quam permanere in stupri flagitio.

(C.22 q.4 c.14) Item ex concilio Tolletano, cap. viiii.

30 MALE IURANS PENITENCIAM AGAT.

Necesse est, ut male iurans dignam penitentiam agat, eo quod nomen Domini contra preceptum illius sumpsit in vanum, quia in Exodo scriptum est: "Neque enim insonstem habebit Dominus eum, qui assumpsit nomen
 35 Domini Dei sui frustra". (C.22 q.4 c.15) Item in Levitico. "Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Domini Dei tui, ego Dominus". Malum tamen, quod

11 Qui – 36 festinet Conc. Ilerdense (a. 546) 7 (ed. Vives, 57). 31
 Necesse – 22 sunt Ivo, *Decretum* 12.64; *Coll. Trip.* 3.22.30; . 33 in² – 20
 Dominus Conc. Toletanum VIII (a. 563) 2 (ed. Vives, 269). Neque – 18
 frustra Exod. 20:7. 36 Non – 20 Dominus Lev. 19:12.

facturum se sacramento devoverit, omnino non faciat, quia stulta vota frangenda sunt.

(C.22 q.4 c.16) Item ex Decreto Sotheris papae, cap. iii.

IURAMENTUM, QUO MALUM INCAUTE PROMITTITUR, NON EST SERVANDUM. 5

Si aliquid forte incautius nos iurasse contigerit, quod observatum peiorem vergat in exitum, illud consilio salubriori mutandum noverimus, et magis instante necessitate periurandum nobis, quam pro facto iuramento in aliud crimen maius esse divertendum. 10

(C.22 q.4 c.17) Item ex concilio Eliberitano, c. 1.

TEMERITAS EMENDETUR, CUM DIFFINITIO INCAUTA SOLVITUR.

Diffinitio incauta laudabiliter solvenda est, nec est prevaricatio, sed temeritatis emendatio. 15

(C.22 q.4 c.18) Actio quarta septime sinodi.

ILLICITUM IURAMENTUM NON EST SERVANDUM.

Iohannes apocrisarius orientalium sedium dixit: Significat sermo patris nostri Sophronii, quod melius sit iurantem periurare, quam servare sacramentum in fractione sacrarum ymaginum. Hoc autem dicimus, quia sacramento quidam se excusant. Tarasius patriarcha dixit: Quia pater Sophronius noverat bonitatem Dei, propterea transgredi voluit inpium iuramentum. Item: **(§ 1)** Tarasius patriarcha dixit: Herodes observavit iuramentum, et periit: Petrus vero negavit cum iuramento, et conversus flevit, et salvatus est. Omne enim peccatum bonus Deus indulget, si quis ex toto corde peniteat. Sancta sinodus dixit: Sic docet sancta scriptura. Item Leontius episcopus Focie dicit: Scriptum est: "Iuramentum mendax ne diligatis". Qua de causa iuramentum nostrum mendax dissolvatur, quasi nullam habens virtutem. 20 25 30

(C.22 q.4 d.p.c.19) ¶ Ecce quod iuramenta illicita laudabiliter solvuntur, dampnabiliter observantur. Quod tunc intelligendum est, quando iuramentum illicitum deseritur, ut ad bonum redeatur. **(§ 1)** Ceterum si propterea deseritur, ut in aliud malum transeat, illicitum sacramentum dampnabiliter servatur, sed 35 40

dampnabilius contempnitur. Unde Augustinus de bono coniugali:

(C.22 q.4 c.20) NON EST APPELLANDA FIDES, QUAE AD PECCATUM FACIENDUM ADMITTITUR.

5 Si ad peccatum admittendum fides adhibetur mirum, si fides appelletur. Verumtamen, qualiscumque sit, si et contra ipsam fit, peius est, nisi cum propterea deseritur, ut ad fidem veram legitimam quae redeatur, id est ut peccatum emendetur voluntatis pravitate correcta,
10 tamquam si quisque, cum hominem solus expoliare non possit, inveniatur socium iniquitatis, et cum eo paciscatur, ut simul id faciant, spoliū quae partiantur, quo facinore commisso totum solus auferat. Dolet quidem ille, et servatam sibi non esse fidem conqueritur; verum in ipsa
15 sua querela cogitare debet, potius in bona vita ipsi humane societati fuisse servandum, ne preda iniqua ex homine fieret, si sentit, quam inique sibi in peccati societate servata non fuerit. Ille quippe utrobique perfidus ac profecto sceleratior iudicandus est.

20 **(C.22 q.4 c.21)** Item.

SI PROPTEREA FIDES NON SERVATUR, UT AD BONUM REDEATUR, NON IDEO VIOLARI DICITUR.

Mulier, si fide coniugali violata fidem servet adultero, utique mala est; si nec adultero, peior. Porro si eam
25 flagicii peniteat, et ad castitatem rediens coniugalem pacta ac placita adulterina rescindat, miror, si eam fidei violatricem vel ipse adulter putabit.

(C.22 q.4 d.p.c.21) ¶ Ex his itaque apparet, quod si quisquam, ut diximus, illicitum iuramentum non
30 servaverit, ut in aliud malum perniciosum declinet, tanto gravius delinquit, quanto dampnabilius accumulatur peccata peccatis. Si autem propterea deseritur, ut ad bonum redeatur, nichil culpe pro tali periurio contrahitur; potius deflendum est, si in aliquo illius iuramenti
35 occasione nos deliquisse contigerit. Unde Augustinus scribit Severo Milevitano episcopo, consulenti de quodam Hubaldo, qui a consanguineis cuiusdam pelicis coactus fuerat iurare, se illam ducturum in coniugem, nec matri sue vel fratribus ulterius necessaria ministraturum.
40 Rescribit ergo beatus Augustinus, ut diximus, Severo Milevitano episcopo, ita dicens:

18 quippe pro// *Aa^{ac}*

Aa 56r **(C.22 q.4 c.22)** DE QUODAM HUBALDO, QUI IURAVIT SE NON MINISTRATURUM NECESSARIA MATRI ET FRATRIBUS.

Inter cetera, ut rogaveras, a patre nostro Ambrosio quesivi, quid tibi, karissime, agendum sit de Hubaldo parochiano tuo, qui captus et timore necis impulsus sue concubine iuramento firmavit ipsam in coniugem suscipere, propriam quae matrem de domo cum fratribus expellere, nichil quae eis alimonie umquam inpendere. Quia vero quam prius habuerat non est peccatum in coniugem suscipere, matrimonium sit in Deo firmum et stabile. **(§ 1)** Porro iuramentum non ob hoc invenitur fuisse institutum, ut esset vinculum iniquitatis, vel matricidii, vel fratricidii, seu cuiuscumque criminis. Nec credo sacramentum ad hoc debere fieri, ut iniusta iuratio suorum bonorum sit iniuste iurantibus expoliatio, et accipienti eterna dampnatio. Periurii namque pena percutitur, et velut homicida in extremo examine a iusto iudice degrandinabitur, per quem sacrosanctum evangelium ad iniustum et illicitum, et Deo minime amabile, quasi testimonium iuste et humane petitionis adducitur. **(§ 2)** Foveat itaque Hubaldus matrem et fratres, et lugeat, si coactione et timore iuramenti aliquid defuit matri. Qui vero eum iurare coegerunt quod non debuit, reatu periurii impliciti teneantur. Iniuria quippe iniuste irrogata eius est infamia, qui facit. Nec enim ullo modo ad obprobrium coacte voluntatis trahitur quod illicita conditio necessitatis extorsit.

(C.22 q.4 d.p.c.22) ¶ Sed cum his omnibus illicita iuramenta non servanda probentur, obponitur, quod Iosue Gabaonitas contra preceptum Domini non deleverit, quia seniores Israel cum eis iuramento pacem firmaverant. Sed notandum est, quod seniores Israel, etsi scirent a Domino esse inperatum, ut delerent gentes terre promissionis, decepti tamen a Gabaonitis eos nesciebant esse incolas terre sibi promisse. Venerunt enim (ut historia refert) attritis calciamentis, et cum aridis panibus, dicentes: Viri pacifici, venimus de terra longinqua, calciamenta sunt attrita in pedibus nostris; panis defecit in sistarciis nostris; audivimus Dominum esse vobis cum, et venimus componere pacem. Quod verbum placuit senioribus Israel, et fecerunt pacem cum eis. Post diem autem tertium, cum filii Israel appropinquarent Gabaonitis, occurrerunt eis, quibus iuraverant seniores Israel. Illi autem videntes se

esse deceptos, voluerunt delere eos, sed pepercit eis Iosue propter iuramentum seniorum Israel. Unde Ambrosius in libro de Offitiis:

5 (C.22 q.4 c.23) QUAEDAM, LICET A DEO PROHIBEANTUR, TAMEN IURAMENTO FIRMATA NON SUNT EVITANDA.

10 “Innocens credit omni verbo”. Non vituperanda facilitas, sed laudanda bonitas. Hoc est innocentem esse, ignorare quid noceat, et si circumscribitur ab aliquo, de omnibus tamen iudicat qui fidem in omnibus esse arbitratur. Hac igitur mentis sue dote inclinatus Iesus, ut crederet Gabaonitis, testamentum disposuit, pacem dedit, confirmavit societatem. Sed ubi in terras eorum ventum est, deprehensa fraude, quod, cum essent finitimi, advenas esse se simulaverint, circumscriptum se populus patrum indignari cepit. Iesus tamen pacem, quam dederat, revocandam non censuit, quia firmata erat sacramenti religione, ne, dum alienam perfidiam redargueret, suam fidem solveret. Mulctavit meliori tamen eos obsequio ministerii. Clementior sententia, sed diuturnior.

20 (C.22 q.4 d.p.c.23) ¶ Illicitum ergo iuramentum, quod servari prohibetur, intelligendum est, quod scitur illicitum esse, dum iuratur. Si autem nescitur illicitum esse, ipsa ignorantia excusetur si putetur licitum esse, non ex ignorantia iuris, sed facti. Aliud enim est, si alicuius copula credatur esse licita, quia nescitur esse consanguinea, vel quia creditur esse vidua; aliud, si ideo putatur licita, quia consanguinearum coniunctio vel relictarum copula nullo iure credatur esse prohibita. Hic est enim ignorantia iuris, quae neminem excusat, nisi cui permittitur ius ignorare; ibi vero ignorantia facti, qua quisque vere excusatur. Seniores autem Israel non ignorabant gentes terre promissionis ex precepto Domini esse delendas; sed ignorabant Gabaonitas esse incolas terre promissionis. Ignorabant siquidem factum, sed non ignorabant ius facti, atque ideo, etsi illicitum esset quod iuraverunt, tamen licite servari debuit quod iuramento firmaverunt. (§ 1) Quod autem illicitum iuramentum servari prohibetur, non est generaliter intelligendum. Iuramentum namque (ut Ieronimus testatur super Iheremiam), debet habere tres comites, veritatem, iudicium, et iusticiam; ubi autem ista defuerint, non est iuramentum, sed periurium. Unde datur intelligi illicitum

esse iuramentum, cui aliquod istorum defuerit; non tamen
 cuicumque contigerit aliquod istorum deesse prohibetur
 servari. (§ 2) Aliquando namque iuramento deest iusticia;
 veluti, cum quispiam post votum castitatis ducit uxorem,
 iuramento firmans, numquam ab ea se discessurum, quod,
 quamvis illicitum sit, quia iusticia sibi probatur deesse,
 tamen auctoritate Augustini servari precipitur. Hoc
 autem si quis contendat prerogativa coniugii, non propter
 religionem iurisiurandi servari, animadvertat, Gabaonitas
 ob solam religionem contra imperium Domini reservatos.
 Cum ergo omne preceptum Domini iustum sit, patet ei
 iusticiam deesse, quod eius precepto contrarium
 invenitur. (§ 3) Iudicium quoque aliquando iuramento
 constat deesse, veluti, cum propria temeritate aliquis
 ductus iurat se manducaturum et bibiturum. Hoc quamvis
 levitate indiscreta illicitum probetur, non tamen ideo
 violari iubetur. (§ 4) Iuramentum itaque multipliciter
 illicitum intelligitur. Est enim illicitum aliquando ex eo,
 quod iuratur, aliquando ex modo iurandi. Ex eo, quod
 iuratur, tunc est illicitum iuramentum, quando id, quod
 iuratur, in sui natura viciosum est vel vitam adimens, ut
 adulterium, homicidium, et his similia; vel reparari non
 permittens, veluti cum inimico ad pacem non redire,
 indigenti misericorditer non subvenire. Ista, quia
 perspicuam habent in se iniusticiam, etsi iuramento
 firmentur, tamen servari non debent. Circa hec itaque
 iuramenta intelligenda sunt quae de illicitis iuramentis
 non observandis supra statuta leguntur. Quisquis ergo se
 iuramento firmaverit aliquid facturum, quo vel corporalis,
 vel spiritualis salus adimatur, vel sine quo utraque salus
 reparari vel conservari non possit, fidem promissam
 servare prohibetur; quorum exempla premisse
 auctoritates subiciunt, dum eum, qui homicidium facere,
 vel alimenta matri et fratribus non subministrare, in
 adulterio perseverare, vel ad pacem cum adversario non
 redire, iuramentum prestando promiserit, salubriori
 consilio illicita vota observare non permittunt. (§ 5) Est
 etiam id, quod iuratur, aliquando viciosum, non in natura
 sui, sed ex causis extra venientibus; veluti cum aliquis
 post votum castitatis iurat alicui, se habiturum eam in
 coniugem. Coniugem namque habere in se ipso malum
 non est: tamen huic ex voto perniciosum est. Hoc autem
 iuramentum, etsi illicitum sit, non tamen observari
 prohibetur, sed de violatione voti penitencia sibi iubetur

indici. (§ 6) Ex modo iurandi tunc est illicitum iuramentum, quando inconsiderate et incircumspecte aliquid iuratur, quo nec corporalis, nec spiritualis salus adimitur, et sine quo utraque salus reparari et vita
 5 conservari valet: veluti dum aliquis a parentibus coactus, ut clericatus tonsuram vel religionis vestem suscipiat, se neutrum facturum iuramento firmaverit. Hoc, quamvis aliquibus videatur reprehensibile, quia opus karitatis iuramento se non facturum promisit, nulla tamen
 10 auctoritate servari prohibetur, quia, etsi numquam clericatus tonsuram vel religionis vestem suscipiat, non tamen ideo minus salutem promereri malet, cum nonnulli in laicali habitu sanctissimi et Deo delecti inveniantur. Quo exemplo evidenter datur intelligi, quotiens aliquis
 15 iurat, se non facturum aliquid, quo expeditior sibi via prepararetur ad beatitudinem, dummodo sine eo salutem valeat invenire, quod iuramentum non prohibetur observare. Unde, cum nos iuramus, non daturos alicui aliquid, sine quo utraque salus eius potest esse incolumis,
 20 etsi aliqua ex eo sibi commoditas prestaretur, nulla tamen auctoritate iuramentum servare prohibemur, dummodo sit nobis alia via necessitatibus eius subveniendi.

(QUAESTIO 5)

25 (C.22 q.5 d.a.c.1) ¶ Quod autem quinto loco queritur, si licitum esset quod archidiaconus iuraverat, an episcopus esset reus periurii, qui ad peierandum archidiaconum cogebat? Facile potest discerni. Si enim consentiens pari pena cum faciente puniendus est, multo
 30 magis ille, qui cogit, reus admissi criminis probatur. Unde Pius papa ait:

(C.22 q.5 c.1) QUI PEIERARE CONPELLIT, ET QUI CONPELLITUR, PERIURUS UTERQUE HABETUR.

35 Qui compulsus a domino sciens periurat, utriusque sunt periuri, et dominus, et miles: dominus, quia precepit; miles, quia plus dominum quam animam dilexit.

(C.22 q.5 c.4) Item Gelasius papa.

QUI DEIERAT ET ALIOS DEIERARE FACIT, QUA PENA SIT FERIENDUS.

40 Si quis se periuraverit, et alios sciens in periurium duxerit, quadraginta dies peniteat in pane et aqua, et

septem sequentes annos, et numquam sit sine penitencia. Et alii, si conscii fuerint, similiter peniteant.

(C.22 q.5 c.5) Item Augustinus in sermone de decollatione sancti Iohannis.

HOMICIDAM VINCIT QUI SCIENS AD PERIURIUM
CONPELLIT. 5

Ille, qui hominem provocat ad iurationem, et scit, eum falsum esse iuraturum, vincit homicidam, quia homicida corpus occisurus est, ille animam, immo duas animas, et eius, quem iurare provocavit, et suam. Scis, verum esse quod dicis, et falsum quod ille dicit, et iurare conpellis? Ecce iurat, ecce periurat. Tu quid invenisti? immo et tu peristi, qui de illius morte saciari voluisti. 10

(C.22 q.5 d.p.c.7) ¶ Item, qui audit aliquem falsum iurare, et tacet, delinquit. Unde Augustinus ait in questionibus Levitici c. 1.: “Anima, quae audierit vocem iurantis falsum etc.”: 15

(C.22 q.5 c.8) CUI SIT INDICANDUM FALSUM, QUOD AB ALIQUO IURATUR.

Hoc videtur dicere, peccare hominem, quo audiente iurat aliquis falsum, et scit, eum falsum iurare, et tacet. Tunc autem scit, si eius rei, de qua iuratur, testis fuit, aut videns, aut conscius fuit, id est aliquo modo cognovit, aut oculis suis conspexit, aut ille ipse, qui iurat, illi indicavit. Ita enim potuit esse conscius. (§ 1) Sed inter timorem huius peccati, et timorem prodicionis hominum non parva existit plerumque temptatio. Possumus enim paratum ad periurium admonendo vel prohibendo a tam gravi peccato revocare; sed si non audierit, et coram nobis de re, quam novimus, falsum iuraverit, utrum prodendus sit, ita ut proditus etiam periculum mortis incurrat, difficillima questio est. Sed quia hic non expressit, cui hoc indicandum sit, utrum illi, cui iuratur, an sacerdoti cuiquam, qui non solum eum persequi non potest irrogando supplicium, sed etiam orare pro illo potest: videtur michi, quod se solvat ab hoc peccati vinculo, si indicet talibus, qui magis possunt prodesse quam obesse periuro, sive eum corrigendo, sive Deum pro eo placando, si et ipse confessionis sibi adhibeat medicinam. 20 25 30 35

(C.22 q.5 d.p.c.8) ¶ Si ergo iste, ut supra dictum est, qui audit falsum iurare, et tacet, delinquit, multo magis ille reus est, qui ad deierandum aliquem conpellit. (§ 1) 40

Queritur de eo, qui verborum calliditate se circumuenire putat illum, cui iuramentum defert, an sit reus periurii, nisi servaverit quod iurasse creditur. De hoc ita scribit Ysidorus Sentenciarum libro II:

5 (C.22 q.5 c.9) DE EO, QUI CALLIDITATE VERBORUM IURAT.

Quacumque arte verborum quis iuret, Deus tamen, qui conscientie testis est, ita hoc accipit, sicut ille, cui iuratur, intelligit. Dupliciter autem reus fit, qui et nomen Dei in
10 vanum assumit, et proximum dolo capit.

(C.22 q.5 c.11) APUD DEUM VERBA NOSTRA NON EX ORE, SED EX CORDE PROCEDUNT.

Humane aures talia verba nostra iudicant, qualia foris sonant. Divina vero iudicia talia foris audiunt, qualia ex
15 intimis proferuntur. (§ 1) Certe noverit ille, qui intentionem et voluntatem alterius variis verbis explicat, quia non debet aliquis verba considerare, sed voluntatem et intentionem, quia non debet intentio verbis deservire, sed verba intentioni.

20 (C.22 q.5 d.p.c.11) ¶ Si ergo divina iudicia verba nostra talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur, si intentio non debet deservire verbis, sed verba intentioni: patet, quod Deus non sic accipit iuramentum, sicut ille, cui iuratur, sed potius sicut qui iurat intelligit, cum
25 recipienti non ex intimis, sed ex his quae proferuntur foris, verba nostra sonent. (§ 1) Item obicitur, qui iurat super lapidem, putans se iurare super sacrosanctum evangelium, perinde tenetur, ac si super evangelium iuraverit, licet ille, cui iurat, ideo super lapide illum iurare
30 fecerit, ne, non servando quod promittit, reatu periurii teneatur. (§ 2) Item obicitur de civibus, qui credunt se iurare obedituros consulibus suis in omnibus, quae sibi inperata fuerint pro honore sue civitatis; ne vero, obedientiam recusantes, reatu periurii illaqueentur,
35 supponitur breve iuraturis, in quo aliud continetur, quam se iuratos arbitrentur, videlicet ne Padum in Nilum convertant, vel aliquid huiusmodi faciant. Si ergo contra hoc, quod se iurasse crediderant, consulibus suis obedientiam denegarent, numquid secundum intentionem recipientis, an non potius secundum intentionem iurantis
40 Deus iuramentum illud acciperet? (§ 3) Item, si innocens de adulterio vel furto inpetitus innocentiam suam vellet asserere, iuraret autem se ab obiectis sic esse immunem,

sicut in brevi illo continetur, quod manibus suis se scripsisse arbitretur, contineatur autem in illo, hunc esse reum obiectorum, numquid a Domino periurus reputabitur? aut numquid poterit argui, se iurasse, adulterii aut furti reatum incurrisse? Non. Hinc et Iohannes Crisostomus ait: 5

(C.22 q.5 c.12) INTER IURAMENTUM ET LOCUTIONEM FIDELIUM NULLA DEBET ESSE DIFFERENTIA.

Iuramenti huius causa est, quia omnis, qui iurat, ad hoc iurat, ut quod verum est loquatur. Et ideo Dominus inter iuramentum et loquelam nostram nullam vult esse distantiam, quia, sicut in iuramento nullam convenit esse perfidiam, ita quoque in verbis nostris nullum debet esse mendacium, quia utrumque, et periurium et mendacium, divini iudicii pena dampnatur, dicente scriptura: "Os, quod mentitur, occidit animam". Quisquis ergo verum loquitur, iurat, quia scriptum est: "Testis fidelis non mentietur". 10 15

(C.22 q.5 c.13) Idem.

ANTE, QUAM ALIQUIS IURET, PEIERAT, SI CONTRA CONSCIENTIAM IURARE PARAT. 20

Qui periurare paratus est, ante, quam periuret, iam periurus videtur, quia Deus non ex operibus iudicat, sed ex cogitationibus et ex corde.

(C.22 q.5 d.p.c.13) ¶ Ex his omnibus colligitur, quod iuramenta secundum intentionem prestantis, non recipientis, a Deo iudicantur. Quomodo ergo, secundum Ysidorum, quaecumque arte verborum quis iuret, Deus sic accipit, sicut ille, cui iuratur, intelligit? Sed sicut aliud est callida arte verborum iurare, aliud simpliciter intentionem suam iurando enunciare, sic aliud est simplici intentione iuramentum factum recipere, et aliud in recipiendo calliditate uti, quia, sicut quisquam apud Deum non valet aliquem ledere, sic nec preter eius intentionem valet quis alicui subvenire. Deus autem duplicitatis aspernator simplicem intentionem utriusque considerat, et tam ex parte recipientis quam ex parte prestantis verborum artem aspernatur et odit. (§ 1) De etate vero iurantium queritur, qua etate quisque ad iurandum debeat cogi? De quo in primo libro Capitularium sic invenitur diffinitum: 25 30 35 40

(C.22 q.5 c.14) ANTE ANNOS RATIONABILES ALIQUI
NON COGANTUR IURARE.

Parvuli, qui sine etate rationabili sunt, non cogantur
iurare. Et qui semel periuratus fuerit, nec testis sit post
5 hec, nec ad sacramentum accedat, nec in sua causa vel
alterius iurator existat.

(C.22 q.5 c.15) Item ex concilio Eliberitano.

ANTE QUATUORDECIM ANNOS NULLUS IURARE
COGATUR.

10 Pueri ante quatuordecim annos iurare non cogantur.

(C.22 q.5 d.p.c.17) ¶ De forma vero fidelitatis, et quid
quisque debeat domino, vel e converso, sic invenitur in
epistola Filiberti episcopi:

(C.22 q.5 c. 18) QUAE IN FIDELITATE SUNT
15 OBSERVANDA.

De forma fidelitatis aliquid scribere monitus, hec vobis,
quae secuntur, breviter ex librorum auctoritate notavi.
Qui domino suo fidelitatem iurat, ista sex in memoria
semper habere debet: incolume, tutum, honestum, utile,
20 facile, possibile. Incolume videlicet, ne sit in dampnum
domino suo de corpore suo. Tutum, ne sit ei in dampnum
de secreto suo, vel de munitionibus, per quas tutus esse
potest. Honestum, ne sit ei in dampnum de sua iusticia,
vel de aliis causis, quae ad honestatem eius pertinere
25 videntur. Utile, ne sit ei in dampnum de suis
possessionibus. Facile vel possibile, ne id bonum, quod
dominus suus facere leviter poterat, faciat ei difficile, neve
id, quod possibile erat, reddat ei impossibile. Ut fidelis hec
documenta caveat, iustum est. (§ 1) Sed quia non sufficit
30 abstinere a malo, nisi fiat, quod bonum est, restat, ut in
eisdem sex supradictis consilium et auxilium domino suo
fideliter prestet, si beneficio dignus videri vult, et salvus
esse de fidelitate, quam iuravit. (§ 2) Dominus quoque
fidei suo in his omnibus vicem reddere debet. Quod si
35 non fecerit, merito censebitur malefidus, sicut ille, si in
eorum prevaricatione vel faciendo, vel consentiendo
deprehensus fuerit perfidus et periurus.

Aa 60r

10 Pueri – cogantur *Panormia* 8.104.

10 iurare – cogantur *Fd*: non cog. iur. *Fr.* post cogantur *verba multa*
add. Aa Fr. 33 de /dem *Aa^{ac}*

(C.22 q.5 d.p.c.19) ¶ Ut itaque ex premissis apparet, mendacium nec simplici sermone debet proferri, nec iuramento firmari. Mendacium autem non solum in verbis, sed etiam in simulatis operibus esse probatur. Unde Ambrosius ait in sermone habito in dominica de Abraham: 5

(C.22 q.5 c.20) MENTITUR QUI PROFESSIONEM SUAM OPERIBUS NON OSTENDIT.

Cavete, fratres, mendacium, quia omnes, qui amant mendacium, filii sunt diaboli. **(§ 1)** Non solum in falsis verbis, sed etiam in simulatis operibus mendacium est. Mendacium namque est, Christianum se dicere, et opera Christi non facere. Mendacium est episcopum, sacerdotem vel clericum se profiteri, et contraria huic ordini operari. 10

15

(CAUSA 23)

(C.23) ¶ Quidam episcopi cum plebe sibi comissa in heresim lapsi sunt; circumadiacentes catholicos minis et cruciatibus ad heresim compellere ceperunt, quo conperto
 5 apostolicus catholicis episcopis circumadiacentium regionum, qui ab inperatore civilem iurisdictionem acceperant, inperavit, ut catholicos ab hereticis defenderent, et quibus modis possent eos ad fidei veritatem redire compellerent. Episcopi, hec mandata
 10 Apostolica accipientes, convocatis militibus aperte et per insidias contra hereticos pugnare ceperunt. Tandem nonnullis eorum neci traditis, aliis rebus suis vel ecclesiasticis expoliatis, aliis carcere et ergastulo reclusis, ad unitatem catholice fidei coacti redierunt. Hic PRIMUM
 15 queritur, an militare peccatum sit? SECUNDO, quod bellum sit iustum, et quomodo a filiis Israel iusta bella gerebantur? TERTIO, an iniuria sociorum armis sit propulsanda? QUARTO, an vindicta sit inferenda? QUINTO, an sit peccatum iudici vel ministro reos
 20 occidere? SEXTO, an mali sint cogendi ad bonum? SEPTIMO, an heretici suis et ecclesiae rebus sint expoliandi, et qui possidet ab hereticis ablata an dicatur possidere aliena? OCTAVO, an episcopis vel quibuslibet clericis sua liceat auctoritate, vel Apostolici, vel
 25 inperatoris precepto arma movere?

Aa 60v

(QUAESTIO 1)

(C.23 q.1 d.a.c.1) ¶ Quod militare alienum videatur ab evangelica disciplina, hinc videtur posse probari, quia
 30 omnis milicia vel ob iniuriam propulsandam, vel propter vindictam inferendam est instituta, iniuria autem vel a propria persona, vel a socio repellitur, quod utrumque evangelica lege prohibetur. Cum enim dicitur: "Si quis te percusserit in unam maxillam, prebe ei et alteram," et
 35 iterum: "Qui angariaverit te mille passus, vade cum eo duo milia;" item cum Apostolus dicat ad Romanos: "Non vos defendentes, karissimi, sed date locum ire:" quid aliud prohibemur, quam proprie persone iniuriam repellere? (§
 1) Item, cum Petro gladio defendenti magistrum, Christus dixerit: "Converte gladium tuum in vaginam; an putas, quia non possum rogare patrem meum, et exhibebit michi plus quam duodecim milia legiones angelorum?"
 40 denique, sicut de beato Andrea legitur, cum fieret

concursus populorum, ut de manibus iniqui iudicis eum
 eriperent, et ab iniuria mortis illum defenderent, ipse
 econtra et exemplo et verbo patientiam docens, rogabat
 eos, ne suum martirium inpedirent, quid aliud monemur,
 quam sicut proprias, ita et sociorum iniurias patienter
 5
 tollerare, nec ad arma concurrere, sed eorum exemplo ad
 similia ferenda animum preparare? (§ 2) Item cum in
 Proverbiis dicatur: "Michi vindictam, et ego retribuam,
 dicit Dominus;" item, cum in evangelio dicatur: "Nolite
 iudicare, et non iudicabimini;" item, cum pater familias
 10
 dicat servis volentibus colligere zizania: "Sinite utraque
 crescere usque ad messem, et tunc dicam messoribus,
 colligite zizania, et alligate fasciculos ad comburendum;"
 (§ 3) item, cum rex ille, qui nuptias fecerat filio suo,
 missis exercitibus suis, angelorum videlicet, dicatur
 15
 perditurus homicidas prophetarum et apostolorum, qui
 vocati ad nuptias venire contempserunt credendo; item,
 cum Paulus apostolus dicat in epistola ad Romanos:
 "Nolite iudicare invicem;" item: "Tu quis es, qui iudicas
 20
 servum alienum? Suo domino stat, aut cadit. Sive ergo
 vivimus sive morimur, Domini sumus. In hoc enim
 Christus mortuus est, et resurrexit, ut et vivorum, et
 mortuorum dominetur:" in his omnibus quid aliud
 precipitur, quam ut vindicta delinquentium divino
 25
 reservetur examini? Cum ergo, ut supra dictum est,
 militia videatur instituta vel ob iniuriam propulsandam,
 vel ad vindictam inferendam, utrumque autem lege
 evangelica prohibeatur, apparet, quod militare peccatum
 est. Hinc etiam Gregorius:

(C.23 q.1 d.p.c.1) ¶ His ita respondetur: precepta
 30
 patientie non tam ostentatione corporis quam
 preparatione cordis sunt retinenda. Unde Augustinus ait
 in sermone de puero centurionis:

(C.23 q.1 c.2) PRECEPTA PATIENCIE VIRTUTE ANIMI,
 NON OSTENTATIONE CORPORIS SERVANDA SUNT. 35

Paratus debet esse homo iustus et pius patienter
 maliciam eorum sustinere, quos fieri bonos querit, ut
 numerus potius crescat bonorum, non ut pari malicia se
 quis numero addat malorum. Denique ista precepta magis
 sunt ad preparationem cordis, quam ad opus, quod in
 40
 aperto fit, ut teneatur in secreto animi patientia cum
 benivolentia, in manifesto autem id fiat, quod eis videtur
 prodesse, quibus bene velle debemus. (§ 1) Hinc liquido

ostenditur, quod ipse Dominus Iesus, exemplum singulare
 patientie, cum percuteretur in facie, respondit: "Si male
 locutus sum, exprobra de malo; si autem bene, quid me
 cedis?" Nequaquam igitur preceptum suum, si verba
 5 intueamur, inplevit. Neque enim prebuit percutienti
 alteram partem, sed potius prohibuit, ne faceret et
 iniuriam augetet. Et tamen paratus advenerat non solum
 in faciem percuti, verum etiam pro his quoque, a quibus
 hec paciebatur, crucifixus occidi, pro quibus ait in cruce
 10 pendens: "Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt".
(§ 2) Neque Paulus apostolus preceptum Domini et
 magistri sui videtur inplere, ubi etiam percussus in
 faciem dixit principi sacerdotum: "Percutiet te Deus,
 paries dealbate; sedes me iudicare secundum legem, et
 15 contra legem iubes me percuti?" Et cum a
 circumstantibus diceretur: "Iniuriam facis principi
 sacerdotum?" irridens eos ammonere voluit quid dixerit,
 ut qui saperent intelligerent iam destruendum esse in
 adventu Christi parietem dealbatum, hoc est ypocrisin
 20 sacerdotii Iudeorum. Ait quippe: "Nescivi fratres, quia
 princeps est. Scriptum est enim: Principi populi tui non
 maledices," cum proculdubio qui in eodem populo
 creverat, atque in lege fuerat eruditus, illum principem
 sacerdotum nescire non posset, nec eos, quibus ita notus
 25 fuerat, ullo modo falleret, quod nesciret. Sunt ergo ista
 precepta patientie semper in cordis preparatione
 retinenda, ipsa quoque benivolentia, ne reddatur malum
 pro malo, semper in voluntate complenda. **(§ 3)** Agenda
 sunt autem multa etiam cum invitis quadam benigna
 30 asperitate plectendis, quorum potius utilitati
 consulendum est quam voluntati. Nam in corripiendo
 filium quamlibet aspere numquam profecto paternus amor
 amittitur. Fiat tamen quod nolit, et doleat qui etiam
 invitus dolore videtur sanandus. **(§ 4)** Ac per hoc, si
 35 terrena ista respublica Christiana precepta custodiat,
 etiam ipsa bella sine benivolentia non gerentur, sed ut ad
 pietatis iusticie quae societatem victis facilius consulatur.
 Nam cui licentia iniquitatis eripitur utilius vincitur,
 quoniam nichil est infelicius felicitate peccantium, qua
 40 penalis nutritur impunitas, et mala voluntas, velut interior
 hostis, roboratur. Et paulo post: **(§ 5)** Nam si Christiana
 disciplina omnia bella culparet, hoc potius, consilium
 salutis petentibus, in evangelio diceretur, ut abicerent
 arma, se quae milicie omnino subtraherent. Dictum est

autem eis: “Neminem concusseritis; estote contenti stipendiis vestris”. Quibus proprium stipendium sufficere debere precepit, militare utique non prohibuit.

(C.23 q.1 c.3) Item eiusdem ad Bonifatium.

IN BELLICIS ARMIS MULTI DEO PLACERE POSSUNT.

5

Noli existimare, neminem Deo placere posse, qui armis bellicis ministrat. In his erat sanctus David, cui Dominus tam magnum perhibuit testimonium. In his etiam plurimi illius temporis iusti. In his erat ille centurio, qui Domino dixit: “Non sum dignus, ut intres sub tectum meum”. **(§ 1)** Hoc ergo primum cogita, quando armaris ad pugnam, quia virtus tua etiam ipsa corporalis donum Dei est. Sic enim cogitabis de dono Dei non facere contra Dominum. Fides enim, quando promittitur, etiam hosti servanda est, contra quem bellum geritur; quanto magis amico, pro quo pugnatur? Pacem habere voluntatis, bellum autem debet esse necessitatis, ut liberet Deus a necessitate, et conservet in pace. Non enim pax queritur, ut bellum exerceatur, sed bellum geritur, ut pax acquiratur. Esto ergo bellando pacificus, ut eos, quos expugnas, ad pacis utilitatem vincendo perducas. “Beati enim pacifici” (ait Dominus) “quoniam filii Dei vocabuntur”. Si autem pax humana tam dulcis est pro temporali salute mortalium, quanto dulcior est pax divina pro eterna salute angelorum? Itaque hostem pugnans necessitas deprimat, non voluntas. Sicut bellanti et resistenti violentia redditur, ita victoriis capto misericordia iam debetur, maxime in quo pacis perturbatio non timetur.

10

15

20

25

(C.23 q.1 c.4) Item eiusdem contra Manicheos:

QUAE SINT IN BELLO IURE REPREHENDENDA.

30

Quid culpatur in bello? An quia morituri quandoque moriuntur, ut domentur in pace victuri? Hoc reprehendisse timidorum est, non religiosorum. Nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, inplacatus atque inplacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, et si qua similia, hec sunt, quae in bellis iure culpantur. quae plerumque ut etiam iure puniantur, adversus violentias resistentium (sive Deo, sive aliquo legitimo imperio iubente) gerenda ipsa bella suscipiuntur a bonis, cum in eo rerum humanarum ordine inveniuntur, ubi eos vel iubere aliquid tale, vel in talibus obedire iuste ipse constringit. Unde neque Iohannes ab armis iubet discedere milites, et tributa Christus Cesari monet reddi,

35

40

quia propter bella necessario militi stipendium prebeatur. Ordo autem ille naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit, ut suscipiendi belli auctoritas atque consilium penes principes sit. (§ 1) Sed si humana cupiditate bellum geritur, non nocet sanctis, in quos non habet quisquam potestatem, nisi desuper datam. Non enim est potestas, nisi a Deo, sive iubente sive sinente. Ergo vir iustus, si forte etiam sub rege, homine sacrilego, militet, recte potest illo iubente bellare, si, vice pacis ordinem servans, quod sibi iubetur vel non esse contra Dei preceptum, certum est, vel utrum sit, certum non est, ita, ut fortasse reum faciat regem iniquitas inperandi, innocentem autem militem ostendat ordo serviendi.

(C.23 q.1 c.5) Item eiusdem in libro de verbis Domini, tractatu XIX

MILITARE NON EST PECCATUM.

Militare non est delictum, sed propter predam militare peccatum est; nec rempublicam gerere crimosum est, sed ideo agere rempublicam, ut divitias augeas, videtur esse dampnabile. Propterea enim quadam providentia militantibus sunt stipendia constituta, ne, dum sumptus queritur, predo crassetur. Item: (§ 1) Dominus ipse dixit: “Reddite quae Dei sunt Deo, et quae sunt cesaris cesari”. Igitur quod cesar precipit ferendum est, quod inperat tollerandum est; sed fit intollerabile, dum predam exactores accumulunt. Item: (§ 2) “Interrogaverunt Iohannem milites, dicentes: Quid faciemus et nos? Ait illis, neminem concutiatis, neque calumpniam faciatis, sed estote contenti stipendiis vestris”. Sic autem se cognoscere debet omnis homo, qui militat. Non enim de his tantum militantibus scriptura loquitur, qui armata milicia detinentur, sed quisquis milicie sue cingulo utitur, dignitatis sue miles ascribitur, atque ideo hec sententia potest dici (uerbi gratia) militibus, protectoribus, cunctis quae rectoribus. Quicumque sibi stipendia publice decreta consequitur, si amplius querit, tamquam calumpniator et concussor Iohannis sententia condempnatur.

(C.23 q.1 c.6) Item eiusdem de diversis ecclesiae observationibus.

PACATA SUNT BELLA, QUAE GERUNTUR, UT MALI COHERCEANTUR ET BONI SUBLEVENTUR.

Apud veros Dei cultores etiam ipsa bella pacata sunt, quae non cupiditate aut crudelitate, sed pacis studio geruntur ut mali coherceantur, et boni subleventur.

5

(C.23 q.1 d.p.c.7) ¶ Ex his omnibus colligitur, quod militare non est peccatum, et quod precepta paciencie in preparatione cordis, non ostentatione corporis servanda sunt.

10

(QUAESTIO 2)

(C.23 q.2 d.a.c.1) ¶ Quod autem queritur, quod sit bellum iustum Ysidorus Ethimologie libro XX inquit:

(C.23 q.2 c.1) QUID SIT IUSTUM BELLUM.

Iustum est bellum, quod ex edicto geritur de rebus repetendis, aut propulsandorum hominum causa. (§ 1) Iudex dictus est, quia ius dictat populo, sive quod iure disceptet. Iure autem disceptare est iuste iudicare. Non enim est iudex, si non est iusticia in eo.

15

(C.23 q.2 c.2) Item Augustinus in libro questionum.

20

NICHIL INTEREST AD IUSTICIAM, SIVE APERTE SIVE EX INSIDIIS ALIQUIS PUGNET.

Dominus Deus noster iubet ad Iesum Nave, ut constituat sibi retrorsum insidias, id est insidiantes bellatores ad insidiandum hostibus. Hinc admonemur, hoc non iniuste fieri ab his, qui iustum bellum gerunt, ut nichil iustus precipue cogitet in his rebus, nisi ut bellum suscipiat cui bellare fas est. Non enim fas est omnibus. Cum autem iustum bellum susceperit, utrum aperte pugnet, an ex insidiis, nichil ad iusticiam interest. Iusta autem bella solent diffiniri, quae ulciscuntur iniurias, sic gens et civitas, petenda est, quae vel vindicare neglexerit quod a suis inprobe factum est, vel reddere quod per iniurias ablatum est. Sed et hoc genus belli sine dubio iustum est, quod Deus inperat, qui, novit quid cuique fieri debeat; in quo bello dux exercitus vel ipse populus non tam auctor belli, quam minister iudicandus est.

25

30

35

(C.23 q.2 d.p.c.2) ¶ Cum ergo iustum bellum sit, quod ex edicto geritur, vel quo iniurie ulciscuntur, queritur, quomodo a filiis Israel iusta bella gerebantur. De his ita scribit Augustinus in questionibus Numeri:

40

(C.23 q.2 c.3) INNOXIUS TRANSITUS FILIIS ISRAEL NEGABATUR, ATQUE IDEO IUSTA BELLA GEREBANTUR.

Notandum sane est, quemadmodum iusta bella gerebantur a filiis Israel contra Amorreos. Innoxius enim
5 transitus negabatur, qui iure humane societatis equissimo patere debebat.

(QUAESTIO 3)

(C.23 q.3 d.a.c.1) ¶ Quod vero iniuria sociorum armis
10 propulsanda non sit, exemplis et auctoritatibus probatur. Dominus enim, cum ab Herode quereretur ad interficiendum, non patrocinium sibi quesivit armorum, cum occulto instinctu posset in eum convertisse manus Iudeorum, sed fugiens in Egyptum latuit ibi per
15 septennium. Sic etiam, cum a Iudeis lapidibus peteretur, abscondit se, et exivit de templo. Sic etiam, cum duceretur ad crucem, noluit commovere adversus seniores Iudeorum turbam, quae nuper ei obviam processerat, et cum palmis et laudibus eum receperat. Sic etiam interrogatus a Pilato,
20 an rex esset, ait: “Regnum meum non est de hoc mundo. Si enim esset de hoc mundo, ministri utique mei decertarent, ut ego non traderer Iudeis,” insinuans illos ad regnum huius mundi pertinere, qui auxilio humanarum virium, non divino presidio ab imminente iniuria se tueri contendunt. Item, cum discipulis suis ait: “Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam,” non arma armis, sed fugam persequentibus docuit obponi. (§ 1) Item, sicut in Ysaia legitur, Egyptus a Nabuchodonosor devastata est, quia filiis Israel contra Assyrios et Chaldaeos protectionis et defensionis auxilium promisit. Unde dictum est: “Baculus harundineus rex Egypti, super quem si aliquis innisus fuerit, confringetur, et perforabit manum innitentis”. Ipsi etiam Iudei captivi ducti sunt, quia spem sue liberationis non in solo Deo, sed etiam in homine
35 posuerunt. Sic etiam de primis credentibus legitur, quod rapinam suorum bonorum cum gaudio suscipiebant, non querentes sibi aliorum patrocina, sed gaudentes, quoniam digni inveniebantur pro nomine Iesu contumeliam pati. Sic et Apostolus in prima epistola persuadet Corinthiis, ut iniuriam et fraudem patienter ferant potius, quam repetendo fratres scandalizent. Sic ab ydolotitis et a qualibet esca censet abstinendum potius, quam cum scandalo fratrum edamus. Sic et a sumptibus abstinet, ne

aliquod offendiculum evangelio Christi prestaret. Cum ergo ille, qui ab iniuria armis arcetur, non minus scandalizetur quam ille, a quo ablata coram iudice repossuntur, patet, quod ad propulsandam iniuriam non sunt petenda armorum auxilia. Quod autem petendum non est, illud iure prestari non debet. (§ 2) Sed multa rite prestantur, quae tamen iure non petuntur. Bonus enim non rite iniurie vindictam peteret quia malum pro malo redderet quam tamen iudex recte infligeret, nec nisi bonum pro malo redderet. Unde Augustinus in expositione Psalmi CVIII ait:

(C.23 q.3 c.1) QUOT SINT DIFFERENTIE RETRIBUTIONIS.

Sex differentie sunt: reddere pro malis bona, non reddere mala pro malis; hec bonorum sunt, et prius melius. Non reddere bona pro bonis, reddere mala pro bonis; hec duo malorum sunt, et posterius deterius. Reddere pro bonis bona, et pro malis mala; hec duo mediocrium sunt: prius propinquum bonis, quod Christus non arguit, sed plus oportere dicit, quia et ethnici hoc faciunt; posterius propinquum malis, tamen convenit et bonis. Unde et lex modum ultionis statuit: "Oculum pro oculo". quae, si dici potest, iniustorum iusticia est, non quia iniqua est ultio, quam lex statuit, sed quia viciosa est libido ulciscendi, magis quae ad iudicem hoc pertinet inter homines decernere, quam bonum hominem sibi expetere. Hic enim malum pro malo redderet, iudex vero non, sed delectatione iustitiae, iustum iniusto, quod est bonum pro malo, quod etiam Deus facit iudex.

(C.23 q.3 d.p.c.1) ¶ Item ab aliquo capto iniuste sua exiguntur, pro vita tamen redimenda iuste offeruntur. Item vasa sacra ab aliquo barbaro exiguntur iniuste, pro redemptione tamen captivorum iuste prestantur. Sic etiam iniurie propulsatio, licet iniuste postuletur, tamen iuste prestat, quamquam et ipsa postulatio non usquequaque iniusta probetur. (§ 1) Aliud est enim iniuriam propellere, ut sibi liceat voluptuose vivere, aliud, ut aliorum utilitati libere possit vacare. Sic quae aliud est suffragium ab homine tamquam a ministro iustitiae postulare, ut mala voluntas adversantium eius ministerio careat effectu, et bonorum voluntas eius suffragio sortiatur effectum; aliud spem suam a Deo in hominem transferre, ut adversa, quae inferuntur a Deo ad vite

correctionem, humano pellantur auxilio nulla precedente
 correctione, sicut Israelite, qui captivitatem sibi
 imminentem Egyptiorum suffragio se putabant posse
 evadere sine penitencia preterite vite, non revocantes ad
 5 memoriam: “Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana
 salus hominis”. Et item: “Hii in curribus, et hii in equis,
 nos autem in nomine Dei nostri invocabimus”. Petere
 ergo vel prestare in tribulatione subsidium, ut voluptuose
 quis in crimine vivat, dampnabile est. Petere autem vel
 10 prestare solacium, ut malis facultas delinquendi adimatur,
 ut ecclesia pacem adipiscatur, ut aliquis multorum utilitati
 servetur, utile est et honestum; dissimulare vero est
 gravissimum. Hinc de Paulo legitur, quod, cum quidam
 Iudeorum iurassent, se non comesturos panem, nisi eum
 15 interficerent, petiit milites a pretore, quorum presidio
 illesus servaretur ab iniuria Iudeorum, non sue voluptati,
 sed omnium utilitati victurus. Hinc in evangelio
 mercenarius vocatur qui videt lupum venientem, et
 dimittit oves, et fugit. (§ 2) Hinc etiam ecclesia auxilium
 20 ab inperatore ad sui defensionem petere monetur. Unde
 Augustinus ad Bonifatium ait:

(C.23 q.3 c.2) AB INPERATORE ECCLESIA AUXILIUM
 POSTULARE DEBET.

Maximianus episcopus Vagiensis auxilium petivit ab
 25 inperatore Christiano contra hostes ecclesiae, non tam sui
 ulciscendi causa, quam tuende ecclesiae sibi credite. Quod
 si pretermisisset, non eius fuisset laudanda patientia, sed
 negligentia merito culpanda. Neque enim apostolus
 Paulus vite sue transitorie, sed ecclesiae Dei consuluit,
 30 quando contra illos, qui eum occidere conspiraverant,
 consilium illorum ut tribuno proderetur effecit. Unde
 factum est, ut eum ad locum, quo fuerat perducendus,
 deduceret miles armatus, ne illorum pateret insidiis.

(C.23 q.3 c.3) Item Augustinus ad Emeritum.

35 CATHOLICI ADVERSUS HERETICOS A POTESTATIBUS
 ORDINATIS DEFENSIONEM POSTULARE POSSUNT.

Nostri adversus illicitas et privatas vestrorum
 violentias (quas et vos ibi, qui talia facitis, doletis et
 gemitis) a potestatibus ordinatis ultionem petunt, non
 40 quod hos persequantur, sed quia se defendant.

(C.23 q.3 c.4) Item eiusdem contra Petilianum.

QUANTUM INTEREST INTER PERSECUTIONEM
HERETICORUM ET CATHOLICORUM.

Pro membris Christi adversus vos seviunt, et vobis
resistunt, quicumque in ecclesia eo animo sunt, quo tunc
Petrus fuit, cum ferrum pro Christi nomine strinxit. Sed
multum interest inter vestram persecutionem, et istorum.
Vos similes estis servo sacerdotis, quia servientes
principibus vestris adversus ecclesiam catholicam, id est
adversus corpus Christi, armamini. Isti autem tales sunt,
qualis Petrus tunc fuit, qui pro Christi corpore, id est pro
ecclesia, etiam corporaliter pugnavit.

(C.23 q.3 c. 5) Item Ambrosius libro I de officiis.

IUSTITIA PLENUS EST QUI PATRIAM BELLO TUETUR A
BARBARIS.

Fortitudo, quae bello tuetur a barbaris patriam, vel
domi defendit infirmos, vel a latronibus socios, plena
iustitia est.

(C.23 q.3 c.6) Item Ieronimus super Sophoniam.

PRODEST LATRONI VEL PIRATE QUI MEMBRA EIUS
DEBILITAT.

Si quis fortitudinem latronis, vel pirate enervat et
infirmos reddit, prodest illis sua infirmitas. Debilitata
enim membra, quibus prius non bene utebantur, a malo
opere cessabunt.

(C.23 q.3 c.7) Item Ambrosius libro I de officiis.

QUI A SOCIO NON REPELLIT INIURIAM SIMILIS EST EI,
QUI FACIT.

Non in inferenda, sed in depellenda iniuria lex virtutis
est. Qui enim non repellit a socio iniuriam, si potest, tam
est in vicio quam ille, qui facit.

(C.23 q.3 c.8) Item Anastasius et Damasus.

MALORUM INPIETATI FAVET QUI EIS OBVIARE CESSAT.

Qui potest obviare et perturbare perversos, et non
facit, nichil est aliud quam favere inpietati eorum. Nec
caret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori
desinit obviare.

(C.23 q.3 c.9) Item Calixtus.

QUI DIVINA MANDATA CONTEMPNUNT SEVERIS
COHERCEANTUR VINDICTIS.

Iustum est, ut qui divina contempnunt mandata et
inobedientes paternis existunt iussionibus, superioribus
5 corriganur vindictis, quatinus ceteri talia committere
timeant, et deus gaudeat fraterna concordia, et cuncti
sumant severitatis atque bonitatis exemplum. Nam si
(quod absit) ecclesiasticam sollicitudinem vigorem quae
negligimus, perdit desidia disciplinam, et animabus
10 fidelium profecto nocebitur.

(C.23 q.3 d.p.c.10) ¶ Ecce, quod nonnumquam est
obviandum perversis, et iniuria sociorum armis est
propulsanda, ut et malis adempta facultas delinquendi
prosit, et bonis optata facultas libere consulendi ecclesiae
15 ministretur. Hoc qui non facit, consentit. Unde
Augustinus ait in Psalmo LXXXI:

(C.23 q.3 c.11) NON SUNT INMUNES A SCELERE QUI
NON LIBERANT EOS, QUOS POSSUNT LIBERARE A FACTO.

Ostendit Propheta nec illos immunes a scelere esse, qui
20 permiserunt principibus Christum interficere, cum pro
multitudine timerentur, et possent illos a facto, et se a
consensu liberare. Qui desinit obviare, cum potest,
consentit.

25 **(QUAESTIO 4)**

(C.23 q.4 d.a.c.1) ¶ Quod autem vindicta inferenda
non sit, multis modis probatur. Mali enim tollerandi sunt,
non abiciendi; increpatione feriendi, non corporaliter
expellendi. Unde Augustinus ait in libro de verbis
30 Domini:

(C.23 q.4 c.1) QUOMODO MALI SUNT TOLLERANDI, ET
QUOMODO AB EIS SIT RECEDENDUM.

Tollerandi sunt quidem mali pro pace, nec corporaliter
ab eis recedatur; sed spiritualiter exire est facere quod
35 pertinet ad correctionem malorum, quantum licet pro
gradu cuiusque, salva pace; displicere est non tangere.
Non enim prophete, qui hoc dicebant, populum suum
dimiserunt, sed inter eos habitabant, quos increpabant,
unum templum cum eis intrabant, eadem sacramenta
40 celebrabant. Hoc ergo est exire, ore non parcere, hoc est
inmundum non tangere, voluntate non consentire.

(C.23 q.4 c.2) Idem.

QUOD MALI SINT TOLLERANDI A BONIS.

Tu bonus tollera malum. Nam et Christus Iudam, cum sciret furem esse, tolleravit et ad predicandum misit, ei quae cum aliis eucharistiam dedit.

(C.23 q.4 c.3) Idem super Iohannem.

5

PRO PACE ECCLESIAE MALI SUNT TOLLERANDI.

Quid ergo voluit Dominus noster Iesus Christus, fratres mei, ammonere ecclesiam suam, quando unum perditum inter duodecim habere voluit, nisi ut malos tolleremus, ne corpus Christi dividamus? Ecce inter sanctos est Iudas, ecce fur est Iudas, et, ne contendas, fur et sacrilegus, non qualiscumque fur, sed loculorum dominicorum, sed sacrorum. Sic crimina discernuntur in fure qualiscumque furti et peculatus (peculatus enim dicitur furtum de re publica, et non sic iudicatur furtum rei private, quomodo publice), quanto vehementius est iudicandus sacrilegus fur, non undecumque tollere hoc est, sed de ecclesia. Qui aliquid de ecclesia furatur Iude proditori comparatur.

10

15

(C.23 q.4 c.4) Idem.

20

DE EODEM.

Ecce, inquit, dicit Propheta: "Recedite, exite inde, et inmundum ne tetigeritis". Quomodo ergo malos tollerabimus pro pace, a quibus exire et recedere iubemur, ne tangamus inmundum? Nos istam recessionem spiritualiter intelligimus: illi corporaliter. Nam et ego clamo cum Propheta; equalia sumus vasa, utitur nobis Deus in dispensatione vestra. Clamamus nos, et dicimus vobis, recedite et exite inde, et inmundum ne tetigeritis, sed contactu cordis, non corporis. Quid est enim tangere inmundum, nisi consentire peccatis? Quid est autem exire inde, nisi facere quod pertinet ad correctionem malorum, quantum pro uniuscuiusque gradu atque persona, salva pace, fieri potest? Et paulo post: **(§ 1)** Ergo, fratres mei, quotquot habetis inter vos, qui adhuc amore seculi pregravantur, avaros, periuros, adulteros, spectatores nugarum, consultores mathematicorum, phanaticorum, augurum, aruspicum, ebriosos, luxuriosos, quicquid inter vos malorum esse nostis, quantum potestis, improbate, ut corde recedatis, et redarguite, ut exeatis inde, et nolite consentire, ut inmundum non tangatis.

25

30

35

40

(C.23 q.4 c.5) Idem in secundo libro contra Parmenianum, c. 1.

PACIFICUS EST QUI CORRIGIT QUOD POTEST, VEL EXCLUDIT A SE QUOD NON POTEST.

5 Quisquis vel quod potest arguendo corrigit, vel quod corrigere non potest salvo pacis vinculo excludit, vel quod salvo pacis vinculo excludere non potest equitate inprobat, firmitate supportat, hic est pacificus, et ab isto maledicto, quo scriptura dicit: "Ve his, qui dicunt quod
10 nequam est bonum, et quod bonum est nequam," omnino liber, prorsus securus, penitus est alienus. (§ 1) Quomodo, inquit Parmenianus, incorruptus poteris permanere, qui corruptis sociaris?

(C.23 q.4 c.6) Idem.

15 QUID SIT MALIS SOCIARI.

Ita plane, sociatur, id est si mali aliquid cum eis committit, aut committentibus favet. Si autem neutrum facit, nullo modo sociatur. Porro, si addat tertium, ut non sit in vindicando piger, sed vel corripiat iustus in
20 misericordia et arguat, vel etiam, si eam personam gerit, et ratio conservande pacis admittit, et coram omnibus peccantes arguat, ut ceteri timeant, removeatur etiam vel ab aliquo gradu honoris, vel ab ipsa comunione sacramentorum, et hec omnia cum dilectione corrigendi,
25 non cum odio persequendi faciat, plenissimum offitium non solum castissime innocentie, sed etiam diligentissime severitatis inplevit. Ubi autem cetera inpediuntur, illa duo semper retenta incorruptum castum quae custodiunt, ut nec faciat malum, nec approbet factum.

30 (C.23 q.4 c.7) Idem in epistola Concilii ad Donatistas.

ALIENA PECCATA IN ECCLESIA ALICUI NON PREIUDICANT.

Quisquis autem in hac sancta ecclesia bene vixerit, nichil ei preiudicant aliena peccata; quia in ea unusquisque
35 proprium onus portabit, sicut Apostolus ait. (§ 1) Ergo comunio malorum non maculat aliquem participatione sacramentorum, sed consensio factorum. Nam si in malis factis non eis quisque consentiat, malus causam suam portat, nec preiudicat alteri, quem in consensione mali
40 operis non habet socium criminis.

(C.23 q.4 c.8) Idem in sermone de verbis Evangelii.

NON TE MACULAT MALUS, SI EI NON CONSENTIS, SED
IPSUM REDARGUIS.

A malis disiungimini semper corde: ad tempus caute
corpore copulamini. (§ 6) Duobus modis non te maculat
malus: si non consentias, et si redarguas. Hoc est non
communicare, non consentire; communicatur quippe,
quando facto eius consortium voluntatis vel approbationis
adiungitur. (§ 2) Neque ergo consentientes sitis malis, ut
approbetis; neque negligentes, ut non arguatis; neque
superbientes, ut insultantes arguatis.

(C.23 q.4 c.10) Idem in epistola ad Vincentium.

NON MACULANT INNOCENTES FACTA NOCENTIUM,
QUAE AB EIS CREDI NON POSSUNT.

Quam magnum est crimen ab istorum innocentium
communione separari? Nam et facta nocentium, quae
innocentibus demonstrari, vel ab innocentibus credi non
possunt, non inquinant quemquam, si propter innocentes
etiam cognita sustinentur. Non enim propter malos boni
deserendi, sed propter bonos mali tollerandi sunt, sicut
tolleraverunt Prophete, contra quos tanta dicebant, nec
communione sacramentorum illius populi relinquebant;
sicut ipse Dominus nocentem Iudam usque ad condignum
eius exitum tolleravit, et eum sacram cenam cum
innocentibus communicare permisit, sicut tolleraverunt
Apostoli eos, qui per invidiam (quae ipsius diaboli est
viciium) Christum annunciabant.

(C.23 q.4 d.p.c.12) ¶ Ecce, quod mali tollerandi sunt,
nec corporali, sed spirituali vindicta sunt puniendi. Unde,
cum discipuli non recepti a Samaritanis ignem celitus
super eos deducere voluerunt, dicentes magistro: “Vis
dicimus descendat ignis de celo, et consumat eos?”
audierunt: “Nescitis, cuius spiritus estis?” Item: “Omnis,
qui gladium acceperit, gladio peribit”.

(C.23 q.4 c.13) Hinc etiam Ieronimus ait.

SPIRITUALIS CARNALEM NON PERSEQUITUR, SED E
CONVERSO.

Qui secundum carnem natus est, persequabatur
spiritualem: numquam vero spiritualis carnalem
persequitur, sed ignoscit ei, quasi rusticano fratri. Scit,
eum proficere posse per tempus, et si quando Egyptie
filium viderit irascentem, recordabitur unius patris, qui

boves creavit, et culicem, et in magna domo non solum esse vasa aurea et argentea, sed lignea et fictilia voluit.

(C.23 q.4 c.14) Item Augustinus in libro de baptismo.

5 BONI A MALIS NUMQUAM IN HAC VITA PENITUS
POSSUNT SEPARARI.

Quantus arrogantie tumor est, quanta humilitatis et lenitatis oblivio et arrogantie quanta iactatio, ut quis se posse credat facere, quod nec Apostolis concessit Dominus, ut zizania videlicet a frumento putet se posse discernere?

10

(C.23 q.4 c.15) Item Gregorius.

PRESENTES ECCLESIA SIMUL RECIPIT BONOS ET MALOS.

Hec autem vita, quae inter celum et infernum sita est, sicut in medio subsistit, ita utrarumque partium cives
15 communiter recipit: quos tamen sancta ecclesia et indiscrete suscipit, et postmodum in egressione discernet. Si igitur boni estis, quamdiu in hac vita subsistitis, equanimiter tollerate malos. Nam quisquis malos non
20 tollerat, ipse sibi per intollerantiam testis est, quia bonus non est. Abel enim esse renuit, quem Cain malicia non exercet.

(C.23 q.4 d.p.c. 15) ¶ Ex his omnibus colligitur, quod malorum vindicta Deo reservanda est, nec sunt corporaliter puniendi, sed crebra ammonitione, et karitatis beneficio ad correctionem invitandi. Unde
25 Christus ait in evangelio: “Audistis: quia dictum est in lege,” (quem modum ulcionis lex statuit) “Oculum pro oculo, dentem pro dente”. Ego autem hanc vicissitudinem tollens, et ad mansuetudinem et karitatis perfectionem
30 vos invitans, dico vobis: “Nolite resistere malo, sed diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, ut sitis filii patris vestri, qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos”. Hinc Paulus ait: “Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit,
35 potum da illi”. Omnis autem iniquus bonorum est inimicus; omnis enim amicus huius seculi inimicus est Dei. Inimicus autem Dei bonitatis et iusticie est inimicus, ac per hoc amatorem iusticie et bonitatis diligere non potest. Cum ergo inimicos diligere, vel illis benefacere,
40 cibum et potum subministrare iubemur: inimicos persequi et punire prohibemur. (§ 1) In lege enim veteris testamenti corporalis pena statuta est: in lege vero

evangelii omni peccanti per penitentiam venia promittitur. Unde illa a terrore incepit, dicens: “Ego sum Dominus Deus zelotes, visitans peccata patrum in filios usque in tertiam et quartam generationem”. Hec vero a lenitate mansuetudinis et misericordie, ita inquit: “Beati pauperes spiritu, beati mites, beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur”. In illa dicebatur: “Qui fecerit hoc vel illud, morte moriatur”. In ista dicitur: “Gaudeo super uno peccatore penitentiam agente, quam super nonaginta novem iustis, qui non indigent penitentia”. Item: “Non veni vocare iustos, sed peccatores”. Item: “Estote misericordes, sicut et pater vester misericors est”. Inicium quoque predicationis salvatoris nostri, et preconis eiusdem, ad penitentiam peccatores invitavit. Sic enim uterque exorsus est: “Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum celorum”. Sic et in Actibus Apostolorum, cum Iudei, compuncti de scelere mortis Christi, dicerent Petro: “Quid faciemus, viri fratres?” legitur Petrus his respondisse: “Penitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum”. Et, ut universaliter dicatur, in lege populus ille rudis servili timore penarum cogebatur: unde et legem in pedagogum accepit. In evangelio autem populus gratie liber et adultus filiali amore, et hereditatis certitudine ad cultum divine servitutis invitatur. Unde, cum quidam legem, quasi cohercentem, predicarent esse tenendam simul cum gratia, ait Apostolus: “Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba pater”. (§ 2) Hinc etiam Gregorius ait in expositione evangelii: “Simile factum est regnum celorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo”.

(C.23 q.4 c.16) IN LEGE CUIQUE PERMITTEBATUR DILIGERE AMICUM, ET ODIRE INIMICUM.

Cum in lege scriptum sit: “Diliges amicum tuum, et odio habebis inimicum tuum,” accepta tunc licentia iustis fuerat, ut Dei suos quae adversarios, quanta possent virtute, conprimerent, eos quae iure gladii ferirent. Quod in novo proculdubio testamento conpescitur, cum per semetipsam veritas predicat, dicens: “Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos”. Quid ergo per tauros, nisi veteris testamenti patres signantur? Nam dum ex permissione legis acceperant, quatinus adversarios suos odii retributione percuterent (ut ita

dicam), quid aliud quam tauri erant, qui inimicos suos cornu corporee virtutis feriebant? Quid vero per altitia, nisi patres novi testamenti figurantur? qui dum gratiam interne pinguedinis percipiunt, a terrenis desideriis
 5 innitentes, contemtionis penna ad sublimia quasi se sublevant.

(C.23 q.4 d.p.c.16) ¶ His ita respondetur: Sunt quaedam, quae salubri tantum ammonitione sunt corripienda, non corporalibus flagellis sunt
 10 animadvertenda; sed eorum vindicta divino examini tantum est reservanda, quando in delinquentes disciplinam videlicet exercere non possumus, vel quia non sunt nostri iuris, vel quia illorum crimina, etsi nobis nota sunt, tamen manifestis indiciis probari non possunt. (§ 1)
 15 De his, qui non sunt nostri iuris, ait Apostolus in epistola prima ad Corinthios: “Quid enim michi attinet de his, qui foris sunt, iudicare? de his enim Dominus iudicabit”. Quod Augustinus exponens ait:

(C.23 q.4 c.17) INFIDELIUM COLLOQUIA ET CONVIVIA
 20 NON SUNT EVITANDA.

Infideles non possumus Christo lucrari, si colloquium eorum vitamus et convivium. Unde et Dominus cum publicanis et peccatoribus manducavit et bibit. In his vero, qui intus sunt, id est infidelibus, putredo resecanda
 25 est.

(C.23 q.4 d.p.c.17) ¶ Hinc etiam, cum Propheta dicit: “Facit Dominus iudicium omnibus iniuriam patientibus,” exponendo addidit Augustinus: “ab his, qui non sunt sui iuris, in quos nequit disciplina exerceri”. (§ 1) Item,
 30 quando multitudo est in scelere, nec salva pace ecclesiae mala puniri possunt, tolleranda sunt potius, quam violata pace ecclesiae punienda. Unde Augustinus ait:

(C.23 q.4 c.18) QUAEDAM MALA SUNT PUNIENDA, ET
 35 QUAEDAM TOLLERANDA.

Quidam, cum bonorum malorum quae conmixtionem in ecclesia demonstratam vel predictam esse perspexerint, et precepta patientie didicerint, (quae nos firmissimos reddunt, ut etiamsi viderentur in ecclesia zizania, tamen non inpediatur aut fides, aut karitas nostra, et quoniam
 40 zizania in ecclesia esse cernimus, non ideo ipsi de ecclesia recedamus) destituendam putant ecclesiae disciplinam, quandam perversissimam securitatem prepositis tribuentes, ut ad eos non pertineat, nisi dicere quid

cavendum sit, quid ve faciendum sit; quodlibet autem quisque faciat non curare. Nos vero ad sanam doctrinam pertinere arbitramur utrisque testimoniis vitam sententiam quae moderare, ut et canes in ecclesia propter pacem ecclesiae tolleremus, et canibus sanctum, ubi est pax ecclesiae tuta, non demus. Cum vero per negligentiam prepositorum, sive per aliquam excusabilem necessitatem, sive per occultas obreptiones invenimus in ecclesia malos, quos ecclesiastica disciplina corrigere aut coercere non possumus, tunc, ne ascendat in cor nostrum inopia et pernicioosa presumptio, qua estimemus nos ab his esse separandos, ut peccatis eorum non inquinemur, atque ita post nos trahere conemur, veluti mundos sanctos quae discipulos ab unitatis conpage quasi a malorum coniunctione separatos, veniant in mentem ille de scripturis similitudines, et divina oracula, vel certissima exempla, quibus demonstratum et pronunciatum est, malos in ecclesia bonis permixtos usque in finem seculi tempus quae iudicii futuri, malos tollerandos nichil quae bonis in unitate ac participatione sacramentorum, qui eorum factis non consenserint, obfuturos. (§ 1) Cum vero eis, per quos ecclesia regitur, adest pace salva potestas discipline adversus improbos aut nefarios exercende, tunc rursus, neque socordia neque segnitia dormiamus, sed aculeis preceptorum, quae ad severitatem coercionis pertinent, excitandi sumus, ut gressus nostros in via Domini ex utrisque testimoniis illo duce atque adiutore dirigentes, nec patientie nomine torpescamus, nec obtentu diligentie seiviamus.

(C.23 q.4 c.24) NON SEMPER IN EOS, QUI PECCANT, VINDICTA EXERCENDA EST.

Ipsa pietas, veritas, karitas, nos non permittit contra Cecilianum eorum hominum accipere testimonium, quos in ecclesia non videmus, cui Dominus perhibet testimonium. Quos enim divina testimonia non secuntur, pondus humani testimonii perdiderunt. Item: (§ 1) Molestus est medicus furenti frenetico, et pater indisciplinato filio: ille ligando, ille cedendo, sed ambo diligendo. Si autem illos negligant, et perire permittant, ista potius falsa mansuetudo est crudelitas. Item: (§ 2) Quapropter si potestate, quam propter religionem ac fidem, tempore quo debuit, divino munere accepit ecclesia, hii, qui inveniuntur in viis et sepiibus, id est in heresibus et scismatibus coguntur intrare, non quia coguntur

reprehendant, sed quo coguntur adtendant. Convivium Domini est unitas corporis Christi non solum in sacramento altaris, sed etiam in vinculo pacis. In eodem:

5 **(§ 3)** Theodosius inperator legem generaliter in omnes hereticos promulgavit, ut quisquis eorum episcopus vel clericus ubilibet esset inventus, decem libris auri mulctaretur. Item: **(§ 4)** Si duo aliqui in una domo simul habitarent, quam certissime sciremus ruituram, nobis quae id prenunciantibus nollent credere, atque in ea manere persisterent, si eos inde possemus eruere vel

10 invitos, quibus imminentem illam ruinam predemonstravimus, ut ulterius redire sub eius periculum non auderent, puto, nisi faceremus, non inmerito crudeles iudicaremur. Porro, si illorum unus nobis diceret, quando

15 intraveritis eruere nos, me ipsum continuo trucidabo; alter autem nec exire quidem inde, nec erui vellet, sed neque necare se auderet; quid eligeremus, utrum ambos ruine obprimendos relinquere, an, uno saltim per nostram operam liberato, alterum non nostra culpa, sed sua pocius

20 interire? Nemo est tam infelix, qui non quid fieri in talibus rebus oporteat facillime iudicet. Item post pauca: **(§ 5)** Quod si plurimi essent in domo ruitura, et inde saltim unus liberari posset, atque, id cum facere conarer, alii semetipsos precipitio necarent, dolorem de ceteris, verum de unius saltim salute consolaremur; non tamen,

25 ne se ipsos alii perderent, perire universos nullo liberato permetteremus. Quid igitur de opere misericordie, quod pro vita eterna adipiscenda et pena eterna vitanda hominibus deberemus inpendere, iudicandum est, si pro salute ista non solum temporali, sed etiam brevi et ad

30 tempus exiguum liberanda sic nos subvenire hominibus ratio vera et benigna compellit? Item: **(§ 6)** Si (inquiunt Donatiste) oportet, ut nos extra ecclesiam et adversus ecclesiam fuisse peniteat, ut salvi esse possimus, quomodo post istam penitentiam apud vos clerici vel etiam episcopi permanemus? Hoc non fieret, quoniam revera (quod fatendum est) fieri non deberet, nisi pauci ipsa compensatione sanarentur. Sed sibi hoc dicant, et multo maxime doleant humiliter, qui in tanta morte precisionis

35 iacent, ut isto quodam vulnere matris catholice reviviscant. Cum enim precisus ramus inseritur, fit aliud vulnus in arbore, quo possit recipi, ut vivat, qui sine vita radice peribat; sed cum receptus recipienti coaluerit, et vigor consequitur et fructus; si autem non coaluerit, ille

40

quidem arescet, sed vita arboris permanebit. Est enim et tale inserendi genus, ut nullo preciso ramo, qui intus est, ille, qui foris est, inseratur; non tamen nullo, sed vel levissimo vulnere arboris. Ita ergo et isti, cum ad radicem catholicam veniunt, nec eis, postquam vix erroris sui penitet honor clericatus aut episcopatus aufertur, si quidem fit aliquid tamquam in cortice arboris matris contra integritatem severitatis; verumtamen, quia neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, ad Dei misericordiam precibus fuis, coalescente pace ramorum suorum, karitas cooperuit multitudinem peccatorum. Et paulo post: **(§ 7)** Verum in huiusmodi causis, ubi per graves dissensionum scissuras non huius aut illius hominis est periculum, sed populorum strages iacent, detrahendum est aliquid severitati, ut maioribus malis sanandis sincera karitas subveniat. Habeant ergo de preterito detestabili errore, sicut Petrus habuit de mendacii timore, amarum dolorem, et veniant ad ecclesiam Christi veram, id est catholicam matrem: sint in illa clerici, sint episcopi utiliter, qui contra eam fuerunt hostiliter. Non invidemus, imo amplectimur, hortamur, optamus, et quos in viis aut sepibus invenimus, intrare cogimus, et sic nondum quibusdam persuademus, quia non res eorum, sed ipsos querimus?

(C.23 q.4 c.25) Idem Fausto. 25

MEDICINALI SEVERITATE MALI COGUNTUR AD BONUM.

Quid faciet ecclesiae medicina, salutem omnium materna karitate conquirens, tamquam inter freneticos et lethargicos estuans? Numquid contempnere, numquid desistere vel debet, vel potest? Utrisque si necesse est sit molesta, quae neutris est inimica. Nam et frenetici nolunt ligari, et lethargici nolunt excitari, sed perseverat diligentia karitatis freneticum ligare, lethargicum stimulare, ambos amare. Ambo offenduntur, sed ambo diliguntur. Ambo molestari, quamdiu egri sunt, indignantur, sed ambo sanati gratulantur. In eodem: **(§ 1)** Catholici esse non incipiunt, nisi heretici destiterint esse. Neque enim sacramenta eorum inimica sunt nobis, quae in illis nobis communia sunt, quia non humana sunt, sed divina. Proprius error eorum est auferendus, quem male inierunt, non sacramenta, quae similiter acceperunt, quae ad penam suam portant et habent, quanto indignius habent, sed tamen habent. 30 35 40

(C.23 q.4 d.p.c.25) ¶ Ecce, quod crimina sunt punienda, quando salva pace ecclesiae feriri possunt; in quo tamen discretio adhibenda est. Aliquando enim delinquentium multitudo diu per patientiam ad penitentiam est expectanda: aliquando in paucis est punienda, ut eorum exemplo ceteri terreantur, et ad penitentiam provocentur. Hinc, cum discipuli celesti igne Samaritanos vellent consumere, prohibiti sunt, et Samaritani ad penitentiam sunt expectati, ut Christo predicante converterentur ad fidem. Unde Ambrosius ait:

(C.23 q.4 c.26) NON SEMPER EST IN EOS, QUI PECCANT, VINDICTA EXERCENDA.

Quod Christus discipulos increpavit, quia ignem descendere super eos gestiebant, qui ipsum non receperant, ostenditur nobis, non semper in eos, qui peccant, vindicandum, quia nonnumquam amplius prodest clementia, tibi ad patientiam, quam lapso ad correctionem. Denique Samaritani citius crediderunt, a quibus hoc loco ignis arcetur; nec discipuli peccant, qui legem secuntur. Sciebant enim et Finees reputatum ad iusticiam, quod sacrilegos interemerat, et ad preces Helye ignem descendisse de celo.

(C.23 q.4 d.p.c.26) ¶ Potest in hac prohibitione Apostolorum aliud intelligi. Apostoli non zelo iusticie, sed amaritudinis odio ob iniuriam sue expulsionis vindicandam Samaritanos igne voluerunt consumere; Dominus autem volens eos iniuriam proprie persone cum patientia et gaudio tollerare, iniuriam vero servitutis divine non inultam relinquere, ait: "Nescitis, cuius spiritus estis?" Hinc etiam Petrus, qui, cum aliis audierat: "Beati eritis, cum maledixerint vobis homines, et dixerint omne malum adversum vos; gaudete in illa die, et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in celis," contumelias sibi illatas cum gaudio suscipiebat; peccata vero, quae in Deum mittebantur, acerrime puniebat. Unde Ananiam et Saphiram Spiritui sancto mentientes mortis sententia perculit. Sic etiam Paulus, dum a suo contemptu pia ammonitione et multimoda commendatione sui Chorinthios revocaret, magum illum Elymam qui credituros a fide retrahebat, cecitate percussit, ut ceteri perterriti predicationem eius non inpedirent, sed in Christum credentes anime cecitatem effugerent. Et Chorinthium illum fornicatorem, quia in Deum

peccaverat, sathane ad vexandum tradidit. Hinc etiam Gregorius scribit Ianuario episcopo, reprehendens eum, quod ob iniuriam proprie persone quendam excommunicaverat.

(C.23 q.4 d.p.c.27) ¶ Ostendens, quod peccata, quae in Deum vel in proximum committuntur, a nobis punienda sunt, ea vero, quibus in nos delinquitur, patienter tolleranda, vel potius dissimulanda sunt ait: 5

(C.23 q.4 c.28) VALDE OFFENDIT QUI DOMINICA DEBITA INPUNE DIMITTIT. 10

Si is, qui prelatus est, debitori dominico culpas inpune dimittit, non mediocriter profecto offendit, qui debita celestis regis et Domini sua presumptione resolvit. Ea namque, quae in nobis committuntur, facile possumus dimittere; ea vero, quae in Deum commissa sunt, cum magna discretione, nec tamen sine penitencia possumus relaxare. 15

(C.23 q.4 d.p.c.29) ¶ Sed obicitur illud Ambrosii: “Ad preces Helye ignis descendit de celo, ut Prophete vindicaretur iniuria”. Quod tunc intelligitur factum, quando Achab rex Israel post sterilitatem illam trium annorum et sex mensium, quae facta est, quando precibus Helye celum clausum est annis tribus et mensibus sex, misit duos quinquagenarios ad Helyam, qui dicerent ei: “Homo Dei, rex Israel vocat te, qui ait: Si homo Dei sum, descendat ignis de celo, et consumat vos, et statim ignis de celo descendit, et consumpsit eos”. Quo facto non cuius meriti apud Deum esset voluit ostendere, sed quod ille esset verus Deus, quem colebat, non ille, ad cuius culturam stupro corporis proprii Iezabel nonnullos provocabat, evidentissimis indiciis monstrare curavit. Iniuria ergo Prophete non alia, quam iniuria ipsius Domini intelligitur, quae in paucis vindicanda est, ut ceteri terreantur. Item obicitur illud Silverii: 20 25 30

(C.23 q.4 d.p.c.30) Quod autem peccatum populi in paucis puniendum sit, Moyses exemplo docuit, qui peccatum ydolatrie in paucos cultores vituli vindicavit, morte paucorum expians peccata multorum, in presens terrenis, in posterum disciplinam sanctiens. Sic et ipse Christus peccata totius populi morte paucorum punivit, dum pro fornicatione totius populi una die XXIII milia perierunt. Sic et pro peccato murmurationis vel temptationis nonnulli puniti sunt, ut eorum exemplo 35 40

ceteri ad penitentiam cogentur. Sic et cottidie nonnullos punit Deus, ut divina providentia etiam circa humana vigilare cognoscatur, et nonnullos etiam per longa tempora ad penitentiam expectat, ut patientiam sue benignitatis nobis ostendat. Sic Helyas etiam culturam Baal vindicavit, sacerdotes et prophetas eius interficiendo, morte auctorum expians peccata imitantium populorum. (S 1) Quod vero peccata, quae publicis iudiciis deseruntur, puniendi non sint, illo exemplo probatur, quo Christus, qui Iudam solus furem noverat, non abiecit, sed patienter tollerasse asseritur. Unde Ambrosius super primam epistolam ad Corinthios ait:

(C.23 q.4 c.31) IUDICIS NON EST SINE ACCUSATORE DAMPNARE.

Si quis potestatem non habet quem scit reum abicere, vel probare non valet, immunis est, et iudicis non est sine accusatore dampnare, sicut Christus non abiecit Iudam.

(C.23 q.4 d.p.c.32) ¶ Precepta vero evangelica de dilectione inimicorum, et misericordia inpendenda proximis, exhortationes quoque Apostoli de cibandis vel potandis inimicis, non eatenus intelligenda sunt, ut peccandi relaxetur impunitas, sed ut delinquenti correctio et nature ministretur subsidium, donec per sententiam iudicis, adempta spe correctionis, malorum tollatur exercitium. In hoc ergo iubemur diligere inimicos, et miseri eorum, ut de eorum perditione doleamus, eorum salutem desideremus, et pro illorum correctione cottidie laboremus et oremus, penitentibus solacia inpendamus, alter alterius onera portantes; ut non pertinaces et in malo persistentes impunitate donemus. Sicut enim erga penitentes non severi, sed misericordes esse monemur, iuxta illud: "Noli esse nimis iustus, quia est iustus qui perit in iusticia sua," et iterum: "Iudicium sine misericordia ei, qui non fecit misericordiam;" et item illud Apostoli in secunda epistola ad Corinthios: "Cui aliquid donastis, et ego. Nam et ego si quid donavi, propter vos donavi, ac si ipse Christus donaret, ut non circumueniamur a sathana, Non enim ignoramus cogitationes eius," qui quos nequit consentiendo decipere facit nimis asperos, sicut, inquam, penitentibus, ut dictum est, misericordes esse iubemur, sic inpenitentibus et obstinatis in malo inpendere prohibemur misericordiam. Unde Ambrosius in libro de officiis:

(C.23 q.4 c.33) DE IUSTA ET INIUSTA MISERICORDIA.

Est iniusta misericordia. Denique in lege scriptum est de quodam: "Non misereberis illius, "et in libris Regum legitur, quia Saul contraxit offensam, quia miseratus est Agag hostium regem, quem prohibuerat divina sententia servari. Ita, si quis latronem filiiis deprecantibus motus, et lacrimis coniugis eius inflexus absolvendum putat cui adhuc latrocinandi aspiet affectus, nonne innocentes tradet exitio qui liberat multorum exitia cogitantem? Certe si gladium reprimat, vincula dissolvit, laxat exilium? cur latrocinandi qua potest clementiori via non eripit facultatem, qui voluntatem extorquere non potuit? Deinde inter duos, hoc est accusatorem et reum, pari periculo de capite decertantes, alterum, si non probasset, alterum, si esset ab accusatore convictus, si non id, quod iusticie est, iudex exequatur: sed miseretur alterius, aut dampnabit probantem, aut, dum accusatori favet, quod probare non possit, addicet innoxium; non potest igitur hec dici iusta misericordia. In ipsa ecclesia, ubi maxime quis misereri debet, teneri quam maxime debet forma iusticie, ne quis a consortio criminationis abstractus, brevi lacrimula atque ad tempus parata, vel etiam uberioribus fletibus communionem, quam plurimis debet postulare temporibus a facilitate sacerdotis extorqueat. Nonne cum uni indulget indigno, ad prolapsionis contagium provocat universos? Facilitas enim venie incentiuvm tribuit delinquendi.

(C.23 q.4 c.34) Item Augustinus in libro Psalmorum.

NON DEBEMUS IN MALA CAUSA PAUPERI MISERERI.

Ne amisso iudicio sis pauperi in mala causa misericors, cuius si parcis saccello, percutis cor, et tanto nequiores reddis, quanto iustum favere videt sibi.

(C.23 q.4 c.35) Idem.

HOMINI EST MISERENDUM, PECCATORI EST IRASCENDUM.

Duo ista nomina cum dicimus, homo peccator, non utique frustra dicuntur. Quia peccator est, corripe: et quia homo, miserere, nec omnino liberabis hominem, nisi eum persecutus fueris peccatorem. Huic offitio omnis invigilat disciplina, sicut cuique regenti apta et accommodata est, non solum episcopo regenti plebem suam, sed etiam

6 Ita /ta Aa^{ac}

pauperi regenti domum suam, diviti regenti familiam suam, marito regenti coniugem suam, patri regenti prolem suam, iudici regenti provinciam suam, regi regenti gentem suam. Et paulo post: (§ 1) Ita nulli homini
 5 claudenda est misericordia, nulli peccato inpunitas relaxanda. Hinc itaque intelligendum est, quam non sit contempnenda elemosina, quae quibusque pauperibus iure humanitatis inpenditur, quandoquidem Dominus sublevabat indigentiam pauperum etiam his loculis, quos
 10 ex opibus inplebat aliorum. Et paulo post: (§ 2) Non ergo suscipiamus peccatores, propter quod sunt peccatores, sed tamen eos ipsos, quia et homines sunt, humana consideratione tractemus; persequamur in eis propriam iniquitatem, misereamur communem naturam.

15 (C.23 q.4 d.p.c.35) ¶ Item illud evangelii, quod obiciebatur: “Qui gladio usus fuerit gladio cadet,” Augustinus exponit in libro 2 contra Manicheos, ita dicens:

(C.23 q.4 c.36) QUI DICATUR GLADIUM ACCIPERE.
 20 Ille gladium accipit, qui, nulla superiori ac legitima potestate vel iubente, vel concedente, in sanguinem alicuius armatur.

(C.23 q.4 d.p.c.36) ¶ Porro illud Ieronimi, quo ecclesia negatur aliquem persequi, non ita intelligendum
 25 est, ut generaliter ecclesia nullum persequatur, sed quod nullum iniuste persequatur. Non enim omnis persecutio culpabilis est, sed rationabiliter hereticos persequimur, sicut et Christus corporaliter persecutus est eos, quos de templo expulit. Unde Augustinus ait Vincentio Donatiste:

30 (C.23 q.4 c.37) POTESTATIS OFFITIO UTILITER INQUIETI CORRIGUNTUR.

Nimium sunt inquieti, quos per ordinatas a Deo potestates cohiberi atque corrigi michi non videtur inutile. Nam de multorum iam correctione gaudemus. Et
 35 post pauca: (§ 1) Si enim quisquam inimicum suum periculosis febribus freneticum factum currere in preceps videret, nonne tunc potius malum pro malo redderet, si sic eum ire permetteret, quam si corrigendum curandum quae ligaret? Et tamen ei tunc molestissimus et
 40 adversissimus videretur, quando utilissimus et misericordissimus extitisset. Sed plane salute reparata tanto uberius ei gratias ageret, quanto minus sibi pepercisse sensisset. Et post pauca: (§ 2) At quibusdam

ista non prosunt. Numquid ideo negligenda est medicina, quia nonnullorum est insanabilis pestilentia? Item post aliqua: **(§ 3)** Non omnis, qui parcit, amicus est, nec omnis, qui verberat, inimicus. Meliora sunt vulnera amici, quam oscula inimici. Melius est cum severitate diligere, quam cum lenitate decipere. Utilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iusticiam negligebat, quam esurienti panis frangitur, ut iniusticie seductus adquiescat. Item post pauca: **(§ 4)** Putas, neminem debere cogi ad iusticiam, cum legas patremfamilias dixisse servis: “Quoscumque inveneritis cogite intrare;” cum legas etiam ipsum primo Saulum, postea Paulum, ad veritatem cognoscendam et tenendam magna violentia Christi cogentis compulsus esse. Item post pauca: **(§ 5)** Et noveritis furem aliquando avertendis pecoribus pabulum spargere, et aliquando pastorem flagello errantia pecora revocare. Item: **(§ 6)** Si semper esset culpabile persecutionem facere, non scriptum esset in libris sanctis: “Detrahentem proximo suo occulte, hunc persequeris”. Aliquando ergo et qui eam patitur iniustus est, et qui eam facit iustus est. Sed plane sepe et mali persecuti sunt bonos, et boni malos; illi nocendo per iniusticiam, illi consulendo per disciplinam; illi inmaniter, illi temperanter; illi servientes cupiditati illi karitati. Nam qui trucidat non considerat quemadmodum secet. Ille enim persequitur sanitatem, ille putredinem. Occiderunt impii Prophetas: occiderunt impios et Prophete. Flagellaverunt Iudei Christum: Iudeos flagellavit et Christus; traditi sunt Apostoli ab hominibus humane potestati: tradiderunt Apostoli homines potestati sathane. In his omnibus quid attenditur, nisi eorum quis pro veritate, quis pro iniquitate, quis nocendi causa, quis emendandi? Et paulo post: **(§ 7)** Constantinus imperator constituit, ut res victorum et unitati pervicaciter resistentium fisco vendicarentur. Et post pauca: **(§ 8)** Certe nullius crimen maculat nescientem. Item: **(§ 9)** Facta nocentium, quae innocentibus demonstrari vel ab innocentibus credi non possunt, non inquinant quemquam, sed propter innocentium consortium etiam cognita sustinentur. Non enim propter malos boni sunt deserendi, sed propter bonos mali sunt tollerandi, sicut toleraverunt Prophete, contra quos tanta dicebant, nec communionem sacramentorum illius populi relinquebant.

(C.23 q.4 c.38) Item Donato Presbitero.

HERETICI AD SALUTEM ETIAM INVITI SUNT TRAHENDI.

Displicet tibi, quod traheris ad salutem Dei, cum tamen multos nostros traxeris ad perniciem? Quid enim volumus, nisi te comprehendi, et presentari, et servari, ne
5 pereas? Quod autem in corpore Iesus es, ipse tibi fecisti, qui iumento tibi mox admoto uti noluisti, et te ad terram graviter collisisti. Nam utique alius, qui adductus est te cum, collega tuus illesus venit, quia ipse sibi talia non fecit. Sed neque putas hoc tibi fieri debuisse, quia
10 neminem existimas cogendum ad bonum. Adtende quid dixerit Apostolus: "Qui episcopatum desiderat bonum opus desiderat". Et tamen tam multi ut episcopatum suscipiant tenentur inviti, producuntur, includuntur, patiuntur tanta quae nolunt, donec eis adsit voluntas suscipiendi operis boni. Quanto magis vos ab errore pernicioso, in quo vobis inimici estis, trahendi estis et perducendi ad veritatem vel cognoscendam, vel eligendam, non solum ut honorem salubriter habeatis, sed etiam ne nequissime pereatis? (§ 1) Dicis, Dominum dedisse arbitrium liberum, ideo non debere hominem cogi ad bonum. Quare ergo illi, de quibus supra diximus, coguntur ad bonum? Adtende ergo et considera quod non ideo voluntas bona misericorditer inpenditur, ut mala voluntas hominis diligatur. Nam quis nesciat, nec
25 dampnari hominem, nisi merito male voluntatis, nec liberari, nisi bonam habuerit voluntatem? Non tamen ideo qui diliguntur male sue voluntati inpune et crudeliter permittendi sunt, sed, ubi potestas datur, et a malo prohibendi, et ad bonum cogendi. Nam, si voluntas mala semper sue permittenda est libertati, quare Israelite recusantes et murmurantes tam duris flagellis a malo prohibebantur, et ad terram repromissionis compellebantur? Si voluntas mala sue permittenda est libertati, quare Paulus non est permissus uti pessima voluntate, qua persequeretur ecclesiam, sed prostratus est, ut cecaretur, et cecatus est, ut mutaretur, et mutatus est, ut mitteretur, missus est, ut qualia fecerat in errore, talia pro veritate pateretur? Si voluntas mala semper sue permittenda est libertati, quare monetur pater in scripturis sanctis filium durum non solum verbis corripere, sed etiam latera eius tundere, ut ad bonam disciplinam coactus ac domitus dirigatur? Unde idem Salomon dicit: "Tu percutis eum virga, animam autem eius liberat a morte". Si mala voluntas semper sue

permittenda est libertati, quare corripuntur negligentes
 pastores, et dicitur eis: "Errantem non revocastis,
 perditum non requisistis?" Et vos oves Christi estis;
 characterem dominicum portatis in sacramento, quod
 accepistis; sed erratis et peritis. Non ideo vobis
 displiceamus, quia revocamus errantes, et querimus
 errantes perditos. Melius enim facimus voluntatem
 Domini monentis, ut vos ad eius ovile redire cogamus,
 quam consentiamus voluntati errantium, ut perire vos
 permittamus. (§ 2) Noli ergo iam dicere, quod te assidue
 audio dixisse: Sic volo errare, sic volo perire. Melius hoc
 omnino non permittimus, quantum possumus. Modo, quo
 quod te in puteum, morereris, misisti, utique libera
 voluntate fecisti. Sed quam crudeles essent servi Dei, si
 huic male voluntati tue te permetterent, et non te de illa
 morte liberarent? Quis eos non merito culparet? Quis non
 inpios recte iudicaret? Et tamen tu te volens in aquam
 misisti, ut morereris; illi te nolentem levaverunt de aqua,
 ne morereris. Tu fecisti secundum voluntatem tuam, sed
 in perniciem tuam; illi contra voluntatem tuam, sed
 contra mortem tuam. Si ergo salus ista corporalis sic
 custodienda est, ut etiam in nolentibus ab eis, qui eos
 diligunt, servetur: quanto magis illa spiritualis, in cuius
 desertione mors eterna metuitur? Quamquam et in ista
 morte, quam tu ipse tibi voluisti inferre, non solum ad
 tempus, sed etiam in eternum morereris, quia, etsi non ad
 salutem, non ad ecclesiae pacem, non ad Christi corporis
 unitatem, non ad sanctam et individuam karitatem, sed ad
 mala aliqua cogereris, nec sic tibi ipse inferre mortem
 debuisti. Considera scripturas divinas, et discute quantum
 potes, et vide, utrum hoc fecerit aliquis aliquando
 iustorum atque fidelium, cum ab eis mala tanta perpessi
 sunt, qui eos ad interitum, non ad vitam, quo compelleris,
 adigebant. Et post pauca: (§ 3) Repetis, sicut audio, quod
 in evangelio scriptum est, recessisse a Domino LXX
 discipulos, et arbitrio sue male atque inpie discessionis
 fuisse permissos; ceteris quae duodecim, qui remanserant,
 fuisse responsum: "Numquid et vos vultis abire?" Et non
 adtendis quia tunc primum ecclesia novello germine
 pullulabat, nondum quae completa fuerat illa prophetia:
 "Et adorabunt eum omnes reges terre, omnes gentes
 servient ei?" Quod utique quanto magis inpletur, tanto
 maiore ecclesia utitur potestate, ut non solum non invitet,
 sed etiam cogat ad bonum. Hoc Dominus significare

volebat, qui, quamvis magnam haberet potestatem, prius tamen elegit commendare humilitatem. Hoc et in illa convivii similitudine satis evidentiter ostendit, ubi misit ad invitatos, et noluerunt venire, et ait servo: “Exi cito in plateas et vicos civitatis, et pauperes ac debiles, cecos et claudos introduc huc. Et ait Domino servus: Factum est, ut inperasti, et adhuc locus est. Et ait Dominus servo: Exi in vias et sepes, et conpelle intrare, ut inpleatur domus mea”. Vide nunc, quemadmodum de his, qui primi venerant, dictum est: introduc eos; nunc dictum est: conpelle. Ita significata sunt ecclesiae primordia adhuc crescentis, ut essent vires etiam conpellendi.

(C.23 q.4 c.39) Idem super Iohannem.

HERETICI UTILITER PATIUNTUR QUAE UTILITER CATHOLICI INFERUNT.

Quando vult Deus concitare potestates adversus hereticos, adversus scismaticos, adversus dissipatores ecclesiae, adversus exsufflatores Christi, adversus blasphematores Christi baptismi non mirentur. Quia Deus vocitat, ut a Sara verberetur Agar, cognoscat se Agar, ponat cervicem; quae, cum humiliata discederet a domina sua, occurrit ei angelus, et dixit: “Quid tibi est Agar, ancilla Sare?” Cum conquesta esset de domina, quid audivit ab angelo: “Revertere ad dominam tuam”. Ad hoc ergo affligitur, ut revertatur, atque utinam revertatur, quia proles eius, sicut Iacob, cum fratribus hereditatem tenebit. Mirantur autem, quia conmoventur potestates Christiane contra dissipatores detestandos ecclesiae. Si non moverentur, quomodo redderent rationem de imperio suo Deo? Intendat karitas vestra quid dicam, quia hoc pertinet ad reges seculi Christianos, ut temporibus suis pacatam vellent suam matrem ecclesiam, unde spiritualiter nati sunt. Et paulo post: **(§ 1)** Nabuchodonosor rex decrevit, dicens: “Quicumque dixerint blasphemiam in deum Sydrac, Mysac, et Abdenago, in interitu erunt, et domus eorum in dispersione”. Ecce quomodo rex alienigena sevit, ne blasphemetur Deus Israel, qui potuit tres pueros de igne liberare. Et nolunt, ut sevant reges Christiani, quia Christus exsufflatur, a quo non tres pueri, sed orbis terrarum cum ipsis regibus a gehennarum igne liberatur? Et infra: **(§ 2)** Quomodo ergo reges isti non moveantur, qui non tres pueros attendunt liberatos de flamma, sed se

ipsos de flamma gehenne, quando vident Christum, a quo liberati sunt, exsufflari in Christianis? quando audiunt dici Christiano: Dic te non esse Christianum? Talia facere volunt, sed saltem talia pati nolunt. Nam videte, qualia faciunt, et qualia patiuntur; occidunt animas, affliguntur in corpore; sempiternas mortes faciunt, et temporales se perpeti conqueruntur. 5

(C.23 q.4 c.40) Idem contra Petilianum.

ECCLESIA RATIONE HERETICOS PERSEQUITUR.

Qui peccat, non peccat legis auctoritate, sed contra legis auctoritatem. Quia vero interrogas, quae sit ratio persequendi, vicissim te interrogo, cuius sit vox in Psalmo dicentis: "Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequerbar". Quere itaque causam, et modum persecutionis, et noli tanta impericia malorum generaliter persecutores reprehendere. Non enim persequimur vos, nisi quemadmodum veritas persequitur falsitatem. Item: 10

(§ 2) Petilianus dixit, si Apostoli persecuti sunt aliquem, aut aliquem tradidit Christus? Augustinus respondit: Possem quidem dicere, ipsum sathanam omnibus malis hominibus esse peiorem, cui tamen tradidit Apostolus hominem in interitum carnis, ut spiritus sit salvus in die Domini Iesu, item alios, de quibus dicit: "Quos tradidi sathane, ut discant non blasphemare". Et Dominus flagellatos expulit de templo improbos mercatores, ubi etiam connexum est testimonium scripture dicentis: 15

"Zelus domus tue comedit me". Ecce, invenimus Apostolum traditorem, Christum persecutorem. **(§ 3)** Quare per violentissimas turbas etiam ultro improbi estis ecclesiis catholicis, ubi potueritis advertere quod innumerabilibus exemplis res ipsa indicat? Sed dicitis, vos loca vestra defendere, et resistitis fustibus et cedibus, quibuscumque potueritis. Quare non audistis ibi vocem Domini dicentis: "Ego autem vobis dico, non resistere malo?" Aut, si fieri potest, ut aliquando recte per vim corporalem resistatur violenti, nec ideo preceptum violetur, quod audivimus a Domino: "Ego autem dico vobis, non resistere malo:" cur non etiam hoc fieri potest, ut per ordinatas et legitimas potestates de sedibus, quae illicite usurpantur vel ad iniuriam Dei retinentur, pius expellat inpium, et iustus iniustum? Neque enim eo modo persecutionem passi sunt pseudoprophete ab Helya, quomodo ipse Helyas a rege nequissimo, aut, quia 20 25 30 35 40

flagellatus est Dominus a persecutoribus, passionibus eius comparandi sunt quos ipse de templo flagellatos eiecit. (§ 4) Restat ergo, ut nichil aliud requirendum esse fateamini, nisi utrum iuste, an inpie feceritis, non miremini, si non
 5 desunt ministri Deo, per quos flagellemini, quia persecutionem patimini non a nobis, sed, sicut scriptum est, ab ipsis factis vestris. Et infra: (§ 5) De persecutione vestra querela sedabitur, si cogitetis prius et intelligatis, non omnem persecutionem esse culpabilem. Alioquin non
 10 laudabiliter diceretur: "Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequeremur". Nam cottidie videmus et filium de patre tamquam de persecutore suo conqueri, et coniugem de marito, et servum de domino, et colonum de possessore, et reum de iudice, et militem vel provincialem
 15 de duce vel rege, cum illi plerumque ordinatissima potestate homines sibi subditos per terrores levium penarum a gravioribus malis prohibeant atque conpescant, plerumque autem a bona vita, et a bonis factis minando et seviendo deterreant. Sed cum a malo et illicito prohibent, correctores et consultores sunt; cum autem a bono et licito, persecutores et obpressores sunt. Culpan-
 20 tur etiam qui prohibent a malo, si modum peccati modus correctionis excedat.

(C.23 q.4 c.42) Idem eiusdem ad Bonifatium Comitem.

25 MALOS ECCLESIA IUSTE PERSEQUITUR.

Si ecclesia vera ipsa est, quae persecutionem patitur, non quae fecit, querant ab Apostolo, quam ecclesiam significabat Sara, quando persecutionem faciebat ancille. Liberam quippe matrem vestram, celestem Ierusalem, id
 30 est veram Dei ecclesiam, in illa muliere dicit figuratam, quae affligebat ancillam. Si autem melius discutiamus, magis illa persequeretur Saram superbiendo, quam Sara coercedo. Illa enim faciebat domine iniuriam, ista inponebat superbe disciplinam. Deinde quero, si boni et
 35 sancti viri nemini faciunt persecutionem, sed tantummodo patiuntur, cuius putant in Psalmo vocem esse, ubi legitur: "Persequar inimicos meos, et comprehendam illos, et non convertar, donec deficient?" Ergo si verum dicere vel agnoscere volumus, est persecutio iniusta, quam faciunt
 40 inpii ecclesiae Christi. Ista namque beata est, quae persecutionem patitur propter iusticiam; illi vero miseri, qui persecutionem patiuntur propter iniusticiam. Proinde ista persequitur diligendo, illa seviendo: ista ut corrigat,

illa ut evertat: ista ut revocet ab errore, illa ut precipitet in errorem. (§ 1) Quod autem dicunt qui contra suas inpietates leges iustas institui nolunt, non petisse a regibus terre Apostolos talia non considerant, aliud tempus tunc fuisse, et omnia suis convenire temporibus. 5
 Quis enim tunc in Christum crediderat inperator, quis ei pro pietate contra inpietatem leges ferendo serviret. Tunc enim illud adhuc propheticum complebatur: “Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terre, et principes convenerunt in unum adversus Dominum, et adversus Christum eius”. 10
 Nondum enim agebatur quod paulo post in eodem psalmo dicitur: “Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. Servite Domino in timore, et exultate ei cum tremore”. Quomodo ergo reges Domino serviunt in timore, nisi ea, 15
 quae contra Domini iussa fiunt, religiosa severitate prohibendo atque plectendo? Aliter enim servit, quia homo est, aliter etiam quia rex est. Quia homo est, servit vivendo fideliter; quia rex est, servat leges iusta precipientes et contraria prohibentes convenienti vigore 20
 sanctiando.

(C.23 q.4 c.43) Idem.

EXEMPLO CHRISTI MALI SUNT AD BONUM COGENDI.

Quis potest nos amplius amare, quam Christus, qui animam suam posuit pro ovibus suis? Et, cum Petrum et 25
 alios apostolos vocasset verbo solo, Paulum, ecclesia sue postea magnum edificatorem, sed horrendum antea vastatorem, non solum voce conpescuit, verum etiam potestate prostravit, atque infidelitatis tenebris sevientem, ad desiderandum lumen cordis, ut surgeret, 30
 prius cecitate corporis percussit. Si pena illa non esset, non ab ea postmodum sanaretur, et quando apertis oculis nichil videbat si eos salvos haberet, non ad inpositionem manus Ananie, ut eorum aperiretur intuitus, tamquam squamas, quibus clausus fuerat, inde cecidisse scriptura 35
 narraret. Ubi est quod isti clamare consueverunt, liberum est credere vel non credere? cui vim Christus intulit? quem coegit? Ecce habent Paulum apostolum; agnoscant in eo prius cogentem Christum, et postea docentem, prius ferientem, et postea consolantem. 40
 Mirum est autem, quomodo ille, qui pena corporis ad evangelium coactus intravit, plus illis omnibus, qui solo verbo vocati sunt, in evangelio laboravit, et quem maior timor compulit ad

karitatem, eius perfecta karitas foras mittit timorem. Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios, ut redirent?

(C.23 q.4 c.44) Idem contra Faustum.

5 NON CRUDELITATE, SED DILECTIONE MOYSES
POPULUM FLAGELLAVIT.

Quid crudele Moyses mandavit aut fecit, cum
conmissum sibi populum sanctae zelans, vivo et uni vero
Deo subditum cupiens, posteaquam cognovit ad
fabricandum et colendum ydolum defluxisse, mentem
10 quae inpudicam prostituisset demonibus, in paucos eorum
vindicans gladio, quos Deus ipse, quem offenderant, alto
et secreto iudicio feriendos voluisset mox feriri, et in
presenti salubriter terruit, et disciplinam in posterum
sanxit? Nam eum nulla crudelitate, sed magna dilectione
15 fecisse quod fecit, quis non in verbis eius agnoscat, orantis
pro peccatis eorum, et dicentis: “Si dimittis illis peccatum,
dimitte: sin autem, dele me de libro tuo”. (§ 1) Sic plane et
Apostolus non crudeliter, sed amabiliter tradidit
hominem sathane in interitum carnis, ut spiritus salvus
20 sit in die Domini Iesu; tradidit et alios, ut discerent non
blasphemare.

(C.23 q.4 d.p.c.49) ¶ Breviter monstratum est, quod
boni laudabiliter persecuntur malos, et mali dampnabiliter
persecuntur bonos. Illud autem Apostoli: “Tu autem quis
25 es, qui iudicas servum alienum?” de occultis alieni cordis
intelligendum est. Quod vindicta inferri possit,
monstratum est. Nunc restat ostendere, quod debet
inferri, et quod magis diliguntur illi, qui puniuntur, quam
qui inpuniti relinquuntur; quod utrumque multorum
30 auctoritate probatur. Ait enim Augustinus.

(C.23 q.4 c.50) AD IRAM DEUS PROVOCATUR, CUM
PECCATA PUNIRI DIFFERUNTUR.

Si ea de quibus vehementer Deus offenditur, insequi
vel ulcisci differimus, ad irascendum utique divinitatis
35 patientiam provocamus. “Nonne Achan filius Zare
preteriit mandatum Domini, et super omnem populum
Israel ira eius incubuit? Et ille erat unus homo, atque
utinam solus perisset in scelere suo”.

(C.23 q.4 c.51) Item Augustinus de sermone Domini
40 in monte, libro I

VINDICTA, QUAE AD CORRECTIONEM VALET, NON EST PROHIBENDA.

Ea vindicta, non prohibetur, quae valet ad correctionem, quae etiam ad misericordiam pertinet, nec impedit illud propositum, quo quisque paratus est ab eo, quem correctum esse vult, plura perferre. Sed huic vindictae inferende non est idoneus, nisi qui odium, quo flagrare solent qui se vindicare desiderant, dilectionis mansuetudine superaverit. Non enim metuendum est, ne odisse parvulum filium parentes videantur, cum ab eis vapulat peccans, ne peccet ulterius. Et certe perfectio dilectionis ipsius Dei patris imitanda nobis proponitur, cum in sequentibus dicitur: "Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, et orate pro his, qui vos persecuntur". Et tamen dicitur de ipso per Prophetam: "Quem enim diligit Dominus corripit, flagellat autem omnem filium, quem recipit". Et dicit etiam Dominus: "Servus, qui nescit voluntatem Domini sui, et facit non digna plagis, vapulabit paucis; servus autem, qui scit voluntatem Domini sui, et non facit digna plagis, vapulabit multis". Non ergo, nisi ut ipse vindicet, cui rerum ordine potestas data est, et ea voluntate vindicet, qua pater filium parvulum flagellat, quem tamen per etatem non potest odisse. Hinc enim apertissimum exemplum dicitur, quo satis apparet, posse peccatum amore potius vindicari, quam in punitum relinqui, ut illum, quem vindicat, non pena miserum, sed correctione beatum esse velit; paratus tamen sit, si opus fuerit, equo animo plura tollerare ab eo illicita, quem vult esse correptum, sive in eum habeat potestatem coercendi, sive non habeat. (§ 1) Magni autem et sancti viri, qui iam optime scirent mortem istam, quae animam dissolvit a corpore, formidandam non esse, secundum eorum tamen animum, qui illam timerent, nonnulla peccata morte punierunt, quo et viventibus utilis metus incuteretur, et illis, qui morte puniebantur, non ipsa mors noceret, sed peccatum, quod augeri posset, si viverent, diminueretur. Non temere illi iudicabant, quibus tale iudicium Deus donaverat. Inde est, quod Helyas morte multos affecit propria manu, et igne divinitus inetrato, quod et alii multi magni et divini viri eodem spiritu consulendo rebus humanis non temere fecerunt. De quo Helya cum dedissent exemplum discipuli, commemorantes quid ab eo factum sit, ut etiam ipsis daret potestatem petendi de celo

ignem ad consumendum eos, qui sibi hospicium non prebuerant, reprehendit in eis Dominus non exemplum prophete sancti, sed ignorantiam vindicandi, quae adhuc erat in rudibus, animadvertens eos non amare correctionem, sed odio desiderare vindictam. Itaque posteaquam eos docuit, quid esset diligere proximum tamquam se ipsum, infuso etiam Spiritu sancto, quem decem diebus completis post ascensionem suam desuper, ut promiserat, misit, non defuerunt tales vindicte, quamvis multo rarius quam in veteri testamento. Ibi enim ex maiori parte servientes timore premebantur; hic autem maxime dilectione liberi nutriebantur. Nam et verbis apostoli Petri Ananias, et uxor eius (sicut in Actibus Apostolorum legimus) exanimes ceciderunt, nec resuscitati sunt, sed sepulti.

(C.23 q.4 c.52) Item Augustinus contra Cresconium Grammaticum, libro I

QUAE VERITATI CONTRARIA SUNT CHRISTIANUS PERSEQUI DEBET.

Quisquis Christianus iniquum persequitur, Christi est inimicus. Verum dicis, si non hoc in illo persequitur, quod Christo est inimicum. Neque enim dominus in servo, pater in filio, maritus in coniuge, cum sint utrique Christiani, non debent persequi vicia Christiane contraria veritati. An vero, si non persequantur, non rei negligentie merito tenebuntur?

(C.23 q.4 c.53) Item Augustinus ad Macedonium.

QUEMADMODUM HOMO DEBET DILIGERE PROXIMUM SICUT SE IPSUM.

Debet homo diligere proximum tamquam se ipsum, ut quem potuerit hominem beneficentiae consolatione, vel informatione doctrine, vel discipline coercione, adducat ad colendum.

(C.23 q.4 c.54) Item Augustinus ad Donatum Presbiterum, epistola CCIV.

34 Item – 677: 18 dirigatur *om. Bm* Item – 677: 2 bonum *incl. Rom.Fr. Haec verba in multis codicibus omissa paleam esse minus recte censuit Fr.; cf. Buchner, n. 169 et p. 264–267. Cf. etiam C.23 q.5 c. 3.*

MALI SUNT PROHIBENDI A MALO, ET COGENDI AD BONUM.

Qui diliguntur sue voluntati impie et crudeliter permittendi non sunt, set ubi potestas datur et a malo prohibendi sunt et ad bonum cogendi. Nam si voluntas mala semper sue permittenda est libertati, quare israhelitate recusantes et murmurantes tam duris flagellis a malo prohibebantur et ad terram promissionis compellebantur. Si voluntas mala permittenda est libertati, quare Paulus non est permissus ut pessima libertate qua persequebatur ecclesiam dei, set prostratus est ut excecaretur, excecatus est ut mutaretur, et mutatus est ut mitteretur, missus ut qualia fecerat in errore, talia pro veritate paterentur. Si voluntas mala sue permittenda est libertati, quare monetur pater in scripturis sanctis filium durum non solum verbis corripere set etiam eius latera tundere ut ad eius latera tundere ut at eius disciplinam coactus ac domitus dirigatur.

(C.23 q.4 d.p.c.54) ¶ Ex his omnibus colligitur, quod vindicta est inferenda non amore ipsius vindicte, sed zelo iusticie; non ut odium exerceatur, sed ut pravitas corrigatur. Sed cum vindicta aliquando inferatur dampnis rerum, aliquando flagellis, aliquando etiam morte: queritur, an sit peccatum iudici vel ministro reos morti tradere?

(QUAESTIO 5)

(C.23 q.5 d.a.c.1) ¶ Quod autem nulli liceat aliquem occidere, illo precepto probatur, quo Dominus in lege homicidium prohibuit, dicens: "Non occides". Item in evangelio: "Omnis, qui gladium acceperit, gladio peribit".

(C.23 q.5 c.1) Item Augustinus ad Marcellinum Comitem, de Donatistis captis.

MALI NON SUNT INTERFICIENDI, SED FLAGELLIS EMENDANDI.

Bm 150rb

Circumcelliones illos, et clericos partis Donati, quos de Yponensi ad iudicium pro factis eorum publice discipline causa deduxerat, a tua nobilitate conperi auditos, et plurimos eorum de homicidio, quod in Restitutum

3 Qui – 18 dirigatur *incl. AaFd; om. Rom.Fr.; cf. Rambaud, L'Age classique, 106-107.*

catholicum presbiterum conmiserunt, et de cede Innocentii alterius catholici presbiteri, atque de oculo eius effosso et digito preciso fuisse confessos. Unde michi sollicitudo maxima incussa est, ne forte sublimitas tua
 5 censeat eos tanta legum severitate plectendos, ut qualia fecerunt talia patiantur. Ideo quae his litteris obtestor fidem tuam, quam habes in Christo, per ipsius Domini nostri misericordiam, ut hoc non facias, nec omnino fieri permittas. Quamvis enim ob illorum interitum
 10 dissimulare possemus, quia non accusantibus nostris, sed illorum notariis, ad quos tuende publice pacis vigilantia pertinebat, presentati videantur examini; nolumus tamen passiones servorum Dei, quasi in aliene partis suppliciis vindicari; non quo scelestis hominibus licentiam facinorum prohibeamus auferri, sed hoc magis sufficere volumus, ut vivi et nulla parte corporis truncati vel ab inquietudine insana ad sanitatis otium legum cohercione dirigantur, vel a malignis operibus alicui utili operi deputentur. Vocatur quidem et ista dampnatio; sed quis
 20 non intelligat magis beneficium quam supplicium nuncupandum, ubi nec seviendi relaxatur audacia, nec penitendi salutaris medicina subtrahitur? Inple, Christiane iudex, pii patris offitium, sic succensere iniquitati memineris, ut non in peccatorum atrocitatibus exerceas ulciscendi libidinem, sed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem. Noli perdere paternam diligentiam, quam in ipsa inquisitione servasti, quando tantorum scelerum confessionem non extendendo eculeo, non sulcantibus unguis, non urentibus flammis, sed virgarum verberibus eruisti, qui modus cohercionis et a magistris artium liberalium, et ab ipsis parentibus adhibetur, ut sepe etiam in iudiciis ab episcopis solet haberi. Noli ergo atrocius vindicare quod lenius inquirendi quam puniendi maior necessitas est. Ad hoc
 35 enim et mitissimi homines facinus admissum diligenter atque instanter examinare debent, ut quibus parcant inveniunt.

(C.23 q.5 c.2) Idem Marcellino.

PRETER SUPPLICIUM MORTIS REI SUNT PUNIENDI.

40 Pena illorum, quamvis de tantis sceleribus confessorum, rogo te ut preter supplicium mortis sit, et propter conscientiam nostram, et propter catholicam mansuetudinem commendandam. Ipse enim fructus ad nos

pervenit confessionis illorum, quia invenit ecclesia catholica, ubi erga atrocissimos inimicos servet atque exhibeat lenitatem. Quod etsi modo quibusdam nostris illa atrocitate conmotis videtur indignum, et quasi dissolutionis et negligentie simile, transactis tamen motibus animorum (qui recentioribus factis solent turbulentius excitari) egregie luculenta bonitas apparebit. 5

(C.23 q.5 c.3) Idem Donato.

MALI SUNT PROHIBENDI A MALO, ET COGENDI AD BONUM. 10

Unum solum est, quod in tua iusticia pertimescimus, ne forte (quoniam quicquid mali contra Christianam societatem ab hominibus impiis ingratis quae committitur, profecto gravius est et atrocius, quam si in alios committatur) tu quoque pro inmanitate facinorum, ac non potius pro lenitatis Christiane consideratione censeas coercendum. Quod te per Iesum Christum ne facias obsecramus. Et paulo post: (§ 1) Ex occasione terribilium iudicium et legum, ne eterni iudicii penas luant, corrigi eos cupimus, non necari; nec disciplinam circa eos negligi volumus, nec suppliciiis, quibus sunt digni, coerceri. Sic ergo eorum peccata conpesce, ut sint quos peniteat peccavisse. Et paulo post: (§ 2) Proinde si occidendos in his viros putatis, deterrebitis nos, ne per nostram operam iudicium tale quid perveniat. Quo conperto in nostram perniciem licentiori audacia grassabuntur, necessitate nobis in pacta, ut etiam occidi ab eis eligamus, quam eos occidendos vestris iudiciis inferamus. 15 20 25

(C.23 q.5 c.6) Item Ieronimus in Naum.

IN PRESENTIARUM NONNULLI PUNIUNTUR, NE IN ETERNUM FLAGELLENTUR. 30

Quid ergo, ait, contra Dominum cogitatis? Ipse, qui creavit mundum, et eius consummationem faciet. Quid si vobis videtur crudelis et rigidus et cruentus, quod in diluvio genus delevit humanum, super Sodomam et Gomorram ignem et sulphurem pluit, Egyptios submersit fluctibus, Israelitarum cadavera prostravit in eremo, scitote, eum ideo ad presens reddidisse supplicia, ne in eternum puniret. Certe aut vera sunt quae Prophete loquuntur, aut falsa. Si vera sunt quae de severitate eius videntur dicere, ipsi dixerunt: "Non iudicabit Dominus bis in id ipsum in tribulatione;" sin autem falsa sunt, et falsum est quod dicitur: "Non consurget duplex 35 40

tribulatio:" falsa est ergo et crudelitas, quae in lege scripta est. Quod si verum est, et negare non poterunt, dicente Propheta: "Non iudicabit Deus bis in id ipsum in tribulatione:" ergo qui puniti sunt postea non punientur.

5 Si autem postea punientur, scriptura mentitur, quod nefas est dicere. Receperunt ergo et qui in diluvio perierant, et Sodomite, et Egyptii, et Israelite in solitudine mala sua in vita sua. (§ 1) Querat hic aliquis, si fidelis deprehensus in adulterio decolletur, quid de eo postea fiat? Aut enim

10 punietur, et falsum est hoc, quod dicitur: "Non iudicabit Deus bis in id ipsum in tribulatione," aut non punietur, et optandum est adulteris, ut in presentiarum brevi et cita pena cruciatus frustrentur eternos. Ad quod respondebimus, Deum, ut omnium rerum, ita suppliciorum quoque scire mensuras, et non preveniri sententia iudicis, nec illi in peccatorem exercende dehinc pene auferri potestatem, et magnum peccatum magnis diuturnis quae cruciatibus lui. Si quis autem punitus sit ut

15 ille in lege, qui Israelitis maledixerat, et qui in sabbato ligna collegerat, tales postea non puniri, quia culpa levis presenti supplicio compensata sit.

20

(C.23 q.5 c.7) Item Gregorius.

QUI REI SUNT SANGUINIS AB ECCLESIA DEBENT DEFENDI.

25 Reos sanguinis defendat ecclesia, ne effusione sanguinis particeps fiat.

(C.23 q.5 d.p.c.7) ¶ Hinc apparet, quod mali flagellis sunt cohercendi, non membrorum truncatione vel temporali morte plectendi. (§ 1) Sed obicitur illud, quod

30 ait Dominus ad Moysen: "Maleficos non patieris vivere;" item: "Qui coierit cum iumento morte moriatur". Adulterii etiam vel blasphemie crimine notatus in misericorditer lapidari iubetur. Item Moyses, qui legem acceperat, cultores ydoli morte punivit. Samuel etiam Agag regem pinguissimum in frusta conscidit. Finees quoque Iudeum cum Madianita coeuntem gladio transfixit, quod ei reputatum est ad iusticiam. Similiter nonnulli in veteri testamento inveniuntur malos trucidasse, nec transgressores legis, sed defensores appellantur.

35

40 (§ 2) Prohibetur ergo illo precepto quisque sua auctoritate in necem alicuius armari, non legis inperio reos morti tradere. Qui enim, publica potestate functus, ipsius legis inperio malos perimit, nec illius precepti

transgressor, nec a celesti patria alienus habetur. Unde Augustinus ad Publicolam:

(C.23 q.5 c.9) QUI DEO AUCTORE BELLA GESSERUNT, PRECEPTUM NON OCCIDENDI NEQUAQUAM TRANSGRESSI SUNT.

5

Nequaquam contra hoc preceptum fecerunt, quod dictum est: “Non occides,” qui Deo auctore bella gesserunt, aut personam gerentes publice potestatis secundum ius legis, hoc est iustissime rationis inperium, sceleratos morte punierunt. Et Abraham non solum non est culpatus crudelitatis crimine, verum etiam laudatus est nomine pietatis, quod voluit filium nequaquam scelerate, sed obedienter occidere. Et merito queritur, utrum pro iussu Dei sit habendum, quod Iephte filiam, quae patri occurrit, occidit, cum id vovisset se inmolaturum, quod ei victori redeunti de prelio primitus occurrisset. Nec Samson aliter excusatur, quod se ipsum cum hostibus ruina domus obpressit, nisi quia Spiritus latenter hoc iusserat, qui per illum miracula faciebat. His igitur exceptis, quos vel lex iusta generaliter, vel ipse fons iustitiae Deus specialiter iubet occidi, quisquis hominem vel se ipsum vel quemlibet occiderit, homicidii crimine innectitur.

10

15

20

(C.23 q.5 c.13) Idem in eodem libro I

NON EST REUS HOMICIDII MILES, QUI POTESTATI OBEDIENS HOMINEM OCCIDIT.

25

Miles, cum obediens potestati, sub qua legitime constitutus est, hominem occidit, nulla civitatis suae lege reus est homicidii; immo, nisi fecerit, reus inperii deserti atque contempti est. Quod si sua sponte atque auctoritate fecisset, crimen effusi humani sanguinis incidisset. Itaque unde puniatur, si fecerit iniussus, inde punietur, si non fecerit iussus.

30

(C.23 q.5 c.14) Item in questionibus Exodi.

HOMICIDA EST QUI SPONTE OCCIDIT QUOS IUDEX IUBET OCCIDI.

35

Cum minister iudicis occidit eum, quem iudex iussit occidi, profecto, si id sponte facit, homicida est, etiamsi eum occidat, quem scit a iudice debuisse occidi.

(C.23 q.5 c.16) Idem in questionibus super Matheum.

40

BONO ANIMO OFFITIA VINDICTE POSSUNT INPLERI.

Offitia vindicte possunt implere boni bono animo, quomodo iudex, quomodo lex.

(C.23 q.5 c.17) Idem ad Macedonium.

5 NON EST INIQUUS, SED HUMANUS, QUI CRIMEN PERSEQUITUR, UT HOMINEM LIBERET.

Non est iniquitatis, sed pocius humanitatis societate devinctus, qui propterea est criminis persecutor, ut sit hominis liberator.

10 **(C.23 q.5 c. 18)** Idem.

QUARE SINT INSTITUTA REGIA POTESTAS ET LEGALIA TORMENTA.

15 Non frustra sunt instituta potestas regis, ius cognitoris, ungule carnificis, arma militis, disciplina dominantis, severitas etiam boni patris; habeant ista omnia modos suos, causas, rationes, utilitates. Hec cum timentur, et mali cohercentur, et boni quieti inter malos vivunt.

(C.23 q.5 c.19) Item.

20 NONNUMQUAM POCIUS PECCAT QUI CAUSAM MORTIS PREBET, QUAM ILLE, QUI OCCIDIT.

Cum homo ab homine occiditur, multum distat, utrum fiat nocendi cupiditate, vel iniuste aliquid auferendi (sicut fit ab inimico, sicut a latrone), an ulciscendi vel obediendi ordine (sicut a iudice, sicut a carnifice), vel evadendi vel subveniendi necessitate, sicut interimitur latro a viatore, hostis a milite. **(§ 1)** Et aliquando qui causa mortis fuit pocius in culpa est, quam ille, qui occidit; velut si quispiam decipiat fideiussorem suum, atque ille pro isto supplicium legitimum luat. Nec tamen omnis, qui causa aliene mortis est, reus est. Velut si stuprum quisquam petat, sese quae, si non inpetraverit, interimat? Quid si filius timens patris pia verbera precipitio pereat? Quid si alius homine liberato, vel ne alius liberetur, sibi ipsi mortem inferat? Num propter istas alienarum mortium causas aut sceleri consentiendum est, aut vindicta peccati, quae non fit nocendi, sed corrigendi studio, etiam paterna tollenda, aut opera misericordie cohibenda sunt? Hec cum accidunt, debemus eis humanum dolorem, non propter illa, ne accidant, recte factorum reprimamus voluntatem.

35
40

(C.23 q.5 c.27) Item Ieronimus super Iohel.

CONTRARIE FORTITUDINES NON SOLUM HOMINES
SUNT SED ULTRICES IRE DEI.

Non solum homines ministri sunt et ultores Dei ire his,
qui malum operantur (unde non sine causa gladium
portant), sed et contrarie fortitudines, quae appellantur
furor et ira Dei.

5

(C.23 q.5 c.28) Idem super Ysaiam.

QUI CRUDELES IUGULAT NON EST TALIS, QUALIS
PATIENTIBUS VIDETUR.

Non est crudelis qui crudeles iugulat: sed crudelis
patientibus esse videtur. Nam latro suspensus patibulo
crudellem iudicem putat.

10

(C.23 q.5 c.29) Idem super Ezechielem libro III

MINISTER DOMINI EST QUI MALOS PERCUTIT IN EO,
QUOD MALI SUNT.

15

Qui malos percutit in eo, quod mali sunt, et habet vasa
interfectionis, ut occidat pessimos, minister est Domini.

(C.23 q.5 c.30) Idem super epistola ad Galathas libro
II

NON SCELUS ADMITTIT IUDEX, QUI HOMINEM VINCIT.
Iudex non est auctor sceleris, homines vinciendo.

20

(C.23 q.5 c.31) Idem super Hieremiam.

NON SANGUINEM FUNDIT QUI HOMICIDAS ET
SACRILEGOS PUNIT.

Homicidas, et sacrilegos, et venenarios punire non est
effusio sanguinis, sed legum ministerium.

25

(C.23 q.5 c.33) Item Augustinus contra Petilianum.

TRIBULATIONUM FLAGELLIS ALIQUANDO PERFDIA
CASTIGATUR.

Ad fidem nullus est cogendus ut dicitis, sed per
severitatem, immo et per misericordiam Dei
tribulationum flagellis solet perfidia castigari. Numquid,
quia mores optimi libertate voluntatis eliguntur, ideo
mores pessimi non legis integritate puniuntur? Sed tamen
male vivendi ultrix disciplina prepostera est, nisi cura
precedens bene vivendi doctrinam pretendat. Sic igitur
quae adversus vos leges constitute sunt, non eis
benefacere cogimini, sed malefacere prohibemini. Nam
benefacere nemo potest, nisi elegerit, nisi amaverit, quod
est in libera voluntate. (§ 1) Cum aliquid adversus vos

30

35

40

leges constituunt, admoneri vos credite, ut cogitetis, quare ista patiamini. Si propter iusticiam, revera illi persecutores vestri sunt, vos autem beati, qui persecutionem passi propter iusticiam possidebitis regnum celorum. Si autem propter iniquitatem scismatis vestri, illi quidem correctores vestri sunt; vos autem, sicut ceteri diversorum scelerum rei, qui penas legibus pendunt, profecto infelices et in hoc, et in futuro seculo.

(C.23 q.5 c.34) Idem.

10 INIURIA SACRAMENTORUM CHRISTI A REGIBUS EST VINDICANDA.

Si propterea persecutor non fuit Nabuchodonosor, quia scelus in sanctum Danielem commissum vindicavit iustissime: quomodo vindicandum est a regibus, quod
15 Christi sacramenta exsufflantur, si Prophete membra, quia in periculum missa sunt, sic vindicari meruerunt?

(C.23 q.5 c.35) Idem.

DILIGENTISSIMI RECTORES SUNT, QUI MALOS, UT A MALO FUGIANT, PERSEQUUNTUR.

20 Si vos contra ecclesiam Christi altaria erexisse, et a Christiana unitate, quae toto orbe diffunditur, sacrilego scismate separatos esse, et corpori Christi (quod est ecclesia toto orbe diffusa), rebaptizando, et blasphemando, et quantum potestis obpugnando adversarios sancta et
25 canonica scriptura convincit, non inpii atque sacrilegi: illi autem, qui vos pro tanto scelere tam leviter dampnorum ammonitionibus, vel locorum, vel honorum, vel pecunie privatione deterrendos coercendos quae decernunt, ut cogitantes, quare ista patiamini, sacrilegium vestrum
30 cognitum fugiatis, et ab eterna dampnatione liberemini, diligentissimi rectores, et piissimi consultores deputantur.

(C.23 q.5 c.36) Idem super epistolam Iohannis.

NON AMATUR SERVUS VEL FILIUS, CUM NON CORRIPITUR.

35 Non putes, te tunc amare servum tuum, quando eum non cedis, aut tunc amare filium tuum, quando non das disciplinam, aut tunc amare vicinum tuum, quando non corrigis eum. Non est ista karitas, sed languor. Ferveat karitas ad emendandum, ad corrigendum. Si sunt boni mores, delectent: si sunt mali, emendentur.
40

(C.23 q.5 c.37) Idem super libro de civitate Dei.

INNOCENTIS OFFITIUM EST NULLI NOCERE, ET PECCANTEM PUNIRE.

Non est innocentie parcendo sinere, ut in malum gravius incidatur. Pertinet ergo ad innocentis offitium non solum nemini malum inferre, verum etiam a peccato cohibere, vel punire peccatum, ut aut ipse, qui prius odio habetur, corrigatur experimento, aut alii terreantur exemplo.

5

(C.23 q.5 c.38) Idem ad Letarium.

NON EST MISERICORS QUI VICIIS NUTRIENDIS PARCIT.

10

Qui viciis nutriendis parcit et favet, ne contristet peccantium voluntatem, tam non est misericors, quam qui non vult cultrum rapere puero, ne audiat plorantem, et non timet, ne vulneratum doleat vel extinctum.

(C.23 q.5 c.42) Item Pelagius papa.

15

NON QUI AD BONUM, SED QUI AD MALUM COGIT PERSEQUITUR.

Non vos hominum vaniloquia retardent dicentium, quia persecutionem ecclesia faciat, dum vel ea, quae committuntur, reprimit, vel animarum salutem requirit. Errant huiusmodi rumoris fabulatores. Non persequitur, nisi qui ad malum cogit. Qui vero malum vel factum iam punit, vel prohibet ne fiat, non persequitur iste, sed diligit. Nam si, ut illi putant, nemo nec reprehendendus a malo, nec retrahendus ad bonum est, humanas ac divinas leges necesse est evacuari, quae et malis penam, et bonis premia iusticia suadente constituunt. Malum autem scisma esse, et per exteris etiam potestates huiusmodi obprimi homines debere, et canonice scripture auctoritas, et paternarum nos regularum veritas docet. Quisquis ergo ab apostolicis divisus est sedibus, in scismate eum dubium non est esse, et contra universalem ecclesiam altare conatur erigere. (§ 1) Sed quid de talibus insertus Calcedonensi sinodo canon statuatur, gloria vestra consideret, ubi post alia sic dicit: "Qui a communione semet ipsum suspendit, et collectam fecit, et altare constituit, et noluit vocanti episcopo consentire, et noluit eidem acquiescere, neque obedire et prius et secundo vocanti, hunc omnino dampnari, nec umquam vel orationem mereri, nec recipere eum posse honorem. Si

20

25

30

35

40

18 Non – **686: 6 docet** Pelagius I, *Ep.* 52.5-7 (*J³* 1950; JK 1038; ed. Gassó et Batlle, 136.21-137.32). **30 Quisquis** – **41 sunt** Ibid. 9-16 (ed. 137.40-139.75) **35 Qui** – **19 conprimi** v. G&B, 137.

enim permanserit turbas faciens et seditiones ecclesiae, per extraneam potestatem tamquam seditiosum conprimi". (§ 2) Et beatus Augustinus de talibus dicit: "Multa etiam cum invitis benigna quadam asperitate plectendis agenda sunt, quorum potius utilitati consulendum est quam voluntati. Nam in corripiendo filio, quamvis aspere, numquam paternus amor amittitur; fit tamen quod nollet ut doleat qui etiam invitus videtur dolore sanandus". Ecce videtis, quemadmodum tanti testimonio patris non persequatur talia coercendo, sed diligat emendando tales semper ecclesia. Facite ergo etiam vos quod scientes intentionem Christianitatis vestre frequenter hortamur, et date operam, ut talia ultra fieri non liceat, sed etiam (quod vobis facillimum esse non dubito) hii, qui presumpserunt talia, ad piissimum principem sub digna custodia dirigantur. (§ 3) Recolere enim debet celsitudo vestra, quid per vos Deus fecerit tempore illo, quo et, Istrias et Venetias tyranno Totila possidente, Francis etiam cuncta vastantibus, non ante tamen Mediolanensem episcopum fieri permisistis, nisi ad clementissimum principem exinde retulissetis, et quid fieri debuisset eius iterum scriptis recognovissetis, et inter ubique ferventes hostes, Ravennam tamen et is, qui ordinabatur, et is, qui ordinaturus erat, providentia culminis vestri deducti sunt.

(C.23 q.5 c.44) Idem.

AB ECCLESIAE UNITATE DIVISI A SECULARIBUS POTESTATIBUS COHERCEANTUR.

Quali nos de glorie vestre studiis iudicio gratulemur, non solum vestram, sed multorum ac pene omnium credimus habere noticiam, et idcirco nunc de his, quae vobis presentibus ibi fieri stupemus, fiducialiter apud gloriam vestram duximus conquerendum. Tercius siquidem atque Maximilianus, nomina tantum episcoporum habentes, et ecclesiasticam ibi unitatem perturbare dicuntur, et omnes ecclesiasticas res suis usibus applicare, in tantum, ut contra unum eorum, id est Maximilianum, usque ad nos per tam longum iter necessitate compellente quidam infatigabiliter venientes preces offerrent. Ob quam causam Petrum presbiterum sedis nostre, sed et Proiectum notarium ad eadem loca duximus destinandos, ut ea, quae canonicis statutis a predictis pseudoepiscopis conpererint commissa, vel digna

ibi debeant ulcione conpescere, vel eosdem ad nos usque perducere. Et ideo salutantes paterno affectu gloriam vestram petimus, ut prefatis, qui a nostra sede directi sunt, in omnibus prebeatis auxilium, nec putetis alicuius esse peccati, si huiusmodi homines conprimuntur. Hoc enim et divine et humane leges statuerunt, ut ab ecclesiae unitate divisi, et eius pacem iniquissime perturbantes, a secularibus etiam potestatibus conprimantur. Nec quicquam maius est, unde Deo sacrificium possitis offerre, quam si id ordinetis, ut hii, qui in suam et in aliorum perniciem debachantur, competenti debeant vigore conpesci.

(C.23 q.5 c.45) Item Pelagius papa.

INIQUITAS PRAVORUM, QUAMVIS BONIS PROFICIAT, TAMEN PUNIENDA EST.

Relegentes litteras excellentie vestre, de iniuria quidem, quam vobis iniquorum hominum presumptio ingessit, valde doluimus. Sed quia scimus, occulto Dei iudicio animam vestram, etsi per aliorum iniquitatem ac superbiam, a contaminatione scismatis custoditam, egimus omnipotenti Deo gratias, qui etiam de malis hominum actibus bona operari consuevit. Nec enim sine illius providentia factum esse credendum est, ut insensati et perversissimi homines ad hoc usque prosilirent, ut, suam divisionem catholicam esse credentes ecclesiam, a pollutione sua vos prohiberent. Sic enim per misericordiam Dei etiam factum est nescientibus illis, ut a scismaticorum communionem eruti, catholice, quam diligitis, servari vos contigisset ecclesiae. Quamvis igitur vestra per illorum scelus facta sit utilitas, nolite tamen inpunitam presumptionem iniquorum hominum grassari permittere. Si enim hoc, quod in vestram gloriam presumpserunt non fuerit vindicta conpressum, quod in minoribus valeant puniri, ultra non debet ambigi. Exercete igitur in talibus debitam auctoritatem, et, ne eis amplius talia committendi spes crescat, vestris coercionibus reprimatur. Ad hoc siquidem Dei nutu etiam contra vos talia presumpserunt, ut talia vobis corrigentibus ab eorum scelere alios possetis, Deo propitiante, munire. Quales sunt autem qui ecclesiam fugiunt, Eufrasii vos scelera (quae Deus occulta amplius esse noluit) evidenter informant, qui in homicidio quidem nec hominis necessitudinem, nec karitatem fratris nec

sacerdotii reverentiam cogitavit. Incestuoso autem in
 adulterio etiam ipsi vindicte abstulit modum, quia, si
 adulterium punias, non remanet in quo vindicetur
 incestus. Si incestuoso ingeras penam, inultum crimen
 5 adulterii remanebit. Ecce, de quo collegio sunt qui,
 quantum ad superbiam suam, iniuriam vobis inferre moliti
 sunt, et, quantum ad providentiam Dei, inpollutos vos
 ecclesiae servaverunt. Auferte tales ab ista provincia,
 utimini oblata vobis a Deo obprimendi perfidos occasione.
 10 Quod tunc plenius fieri poterit, si auctores scelerum ad
 clementissimum principem dirigantur, et maxime
 ecclesiae Aquilegensis invasor, qui et in scismate, et in eo
 maledictus, nec honorem episcopi poterit retinere, nec
 meritum.

15 **(C.23 q.5 c.46)** Item Nycolaus exercitui Francorum.

IN CERTAMINE, QUOD CONTRA INFIDELES GERITUR,
 QUISQUIS MORITUR, CELESTE REGNUM MERETUR.

Omnium vestrum nosse volumus karitatem, quoniam
 quisquis (quod non optantes dicimus) in hoc belli
 20 certamine fideliter mortuus fuerit, regna illi celestia
 minime negabuntur.

(C.23 q.5 c.47) Item Urbanus II Godifredo, Lucano
 episcopo.

25 NON SUNT HOMICIDE QUI ADVERSUS
 EXCOMMUNICATOS ZELO MATRIS ECCLESIAE ARMANTUR.

Excommunicatorum interfectoribus (prout in ordine
 Romane ecclesiae didicisti) secundum intentionem
 modum congrue satisfactionis iniunge. Non enim eos
 homicidas arbitramur, quos, adversus excommunicatos
 30 zelo catholice matris ardentes, aliquos eorum trucidasse
 contingit. Ne tamen eiusdem ecclesiae matris disciplina
 deseratur, tenore, quem diximus, penitentiam eis indicito
 congruentem, qua divine simplicitatis oculos adversus se
 conplacare valeant, si forte quid duplicitatis pro humana
 35 fragilitate in eodem flagicio incurrerint.

(C.23 q.5 c.48) Item Augustinus ad Bonifatium.

PAX ECCLESIAE MESTICIAM CONSOLATUR
 PERDITORUM.

40 Quis enim nostrum velit aliquem inimicorum non
 solum perire, verum etiam aliquid perdere? Sed si aliter
 non meruit habere pacem domus David, nisi Absalon,
 filius eius, in bello, quod gerebat contra patrem, fuisset

exstinctus, quamvis magna cura mandaverit suis, ut eum, quantum possent, vivum salvum quae servarent, et esset cui paternus affectus penitenti ignosceret quid ei restitit, nisi perditum flere, et sui regni pace acquisita suam mesticiam consolari?

5

(C.23 q.5 d.p.c.48) ¶ Si ergo viri sancti et publice potestates bella gerentes non fuerunt transgressores illius mandati: “Non occides,” quamvis quosque flagitiosos digna morte perimerent; si miles sue potestati obediens non est reus homicidii, si eius inperio quemlibet flagitiosum interfecerit; si homicidas, et venenarios punire non est effusio sanguinis, sed legum ministerium; si pax ecclesiae mesticiam consolatur perditorum; si illi, qui zelo catholice matris accensi excommunicatos interficiunt, homicide non iudicantur: patet, quod malos non solum flagellari, sed etiam interfici licet. **(§ 1)** Sed queritur, si contingat aliquos malos puniri ab his, qui non habent legitimam potestatem, an sint rei effusi sanguinis hii, per quos puniuntur? De his ita scribit Ambrosius:

10

15

(C.23 q.5 c.49) ALIQUANDO PUNIUNTUR PECCATA PER POPULOS DIVINO IUSSU EXCITATOS.

20

Remittuntur peccata per Dei verbum, cuius Levites interpres et quidam executor est. Remittuntur per offitium sacerdotis sacrum quae ministerium. Puniuntur quoque peccata per homines, sicut per iudices, qui potestate ad tempus utuntur. **(§ 1)** Puniuntur peccata etiam per populos, sicut legimus, quia sepe ab alienigenis, Dei iussu excitatis propter divine maiestatis offensam, subactus est populus Iudeorum.

25

(C.23 q.5 d.p.c.49) ¶ Hinc notandum est, quod aliquando punit Deus peccata per nescientes, aliquando per scientes. Per nescientes peccata punit, sicut per Sennacherib, et per Nabuchodonosor, et per Antiochum, et per principes Romanorum, et per nonnullos reges gentilium populum Israeliticum delinquentem afflixit aliquando, aliquando captivavit. **(§ 1)** Unde ipse Dominus ait per Prophetam: “Virga furoris mei Assur: ipse autem non cognovit”. Assur erat virga furoris Domini, quia per eum innumeras gentes divina iusticia flagellare disposuit. Ipse vero non cognovit, quia in superbiam elatus victoriam, quam assecutus fuerat, non divine potencie, sed suis viribus attribuit. Unde contra eius superbiam Dominus loquitur, dicens: “Numquid serra gloriabitur

30

35

40

contra eum, qui secat in ea? aut numquid exaltabitur
 securis contra eum, qui cedit in ea?" Quibus
 similitudinibus satis perspicue ostenditur, quod sicut
 serra et securis nec secare, nec cedere ligna possunt, nisi
 5 ab alio regantur, ac ideo contra regentem se superbire
 non debent: sic illi, per quos Deus punit, absque nutu
 divine dispositionis nichil agere valent, ac ideo contra se
 regentem superbire non licet eis. (§ 2) Tales in eo, quod
 puniunt, Deo servire dicuntur; in eo autem, quod
 10 ignorantes se esse ministros ire Dei in pia vanitate
 superbiunt, mercedem servitutis sue a Deo non nisi
 temporalem inveniunt, penam vero superbie sue non
 effugiunt. Unde, cum diceret ad Prophetam de
 Nabuchodonosor Dominus: "Quid dabo ei pro labore, quo
 15 servivit michi apud Tirum?" statim subiunxit: "Da," hoc
 est datam sibi pronuncia, "Egyptum et Ethiopiam". Cum
 autem in corde suo superbiens postea diceret: "Nonne hec
 est Babylon, quam ego condidi in robore regni mei? etc."
 statim inmutavit Deus rationabilem mentem eius, et
 20 induit eum bestialitate ferina, ut ab hominibus fugiens
 cum bestiis viveret. (§ 3) Per Antiochum quoque, cum
 ydolatriam Iudaice plebis Dominus puniret, et pacem,
 quam ex lege Dei abiecta, et ex sacris nationum assumptis
 querebant, illis in perniciem verteret, quia Dei
 25 dispositionem ignorans sue facultati devastationem illius
 plebis attribuit, inprecatur in eum Propheta, dicens:
 "Effunde iram tuam in gentes, quae te non noverunt, et in
 regna, quae nomen tuum non invocaverunt, ne forte
 dicant in gentibus: ubi est Deus eorum?" (§ 4) Similiter,
 30 cum per Romanos peccatum mortis Christi Deus punire
 decrevisset, urbis excidium et Iudaice plebis miseram
 captivitatem suis viribus ascribere ceperunt, unde contra
 eos Propheta inprecatur, dicens: "Leva manus tuas in
 35 superbias eorum, qui te oderunt," et qui multa maligne
 operati monumenta sue victoriae posuerunt in medio atrio
 tuo. (§ 5) Per scientes peccata puniuntur, sicut per filios
 Israel voluit peccata punire Amorrhoeorum, et
 Chananeorum et aliarum gentium, quarum terram
 40 Israelitis possidendam dedit, quibus etiam precepit, ut
 nemini eorum parcerent, sed omnes morti traderent.
 Quod propter peccata eorum illis contigisse ex verbis
 Domini apparet, qui, cum diceret ad Abraham: "Semini
 tuo dabo terram hanc," veluti quereret, quare non modo
 das eam michi? audivit: "Nondum enim sunt peccata

Amorrheorum consummata". quae tunc intelliguntur fuisse consummata, cum populus ille, de Egyptiaca servitute liberatus, terram eorum, sicut Abrahe promissum fuerat, in hereditatem accepit. (§ 6) Cum ergo sic divino iussu ad puniendum peccata populi excitantur, sicut populus ille Iudaicus est excitatus ad occupandam terram promissionis, et ad delendas gentes peccatrices, sine culpa noxius sanguis effunditur, et quae ab eis male possidentur in ius et dominium rite transeunt bonorum. (§ 7) Cum vero occulto instinctu aliqui moventur ad persequendum malos, sicut Sennacherib, et ceteri, qui populum delinquentem persecuti sunt, licet occulto instinctu operante illorum meritis incitentur ad persequendum, tamen, quia prava intentione non peccata delinquentium punire, sed illorum bona rapere vel suaditioni subicere querunt, non sunt immunes a crimine. De quibus etiam notandum est, quod aliquando excitantur ad puniendum peccata bonorum, ut tandem per bonos correctos ipsi quoque puniantur, sicut in libro Iudicum legitur de Iabin, rege Chananeorum, et de Madianitis, quod propter ydolatriam populi suscitavit eos Deus, ut Israellem affligerent, et terram eorum occuparent. Cum autem populus Dei sub manibus eorum diutius afflictus peccatum suum recognosceret, et per penitentiam Deum sibi placaret, ex Dei precepto et Barach, comitatus Delboram prophetissam, uxorem Lapidoth, Iabin, regem Chananeorum, et Sysaram ducem exercitus sui, contrivit, et Gedeon et Zebee et Salmana, reges Madianitarum, et Oreb et Zeb, duces eorum, morti tradidit. (§ 8) Apparet ergo, quod aliquando per legitimam potestatem gerentes, aliquando per populos divino iussu excitatos, mali pro peccatis suis non solum flagellantur, sed etiam rite perduntur. Nec est contrarium illud Augustini, quod ad Marcellinum pro circumcellionibus supplicans rogabat, ut verberibus eos coherceret, non morte perderet. Quamvis enim supplicando spatium vite eis reservari poposcit, non tamen legum severitatem, qua tales morte plectuntur, non observandam docuit.

(QUAESTIO 6)

(C.23 q.6 d.a.c.1) ¶ Quod autem queritur, an mali sint cogendi ad bonum? Facile apparet. Antiquus namque populus metu penarum ad legis observationem cogebatur.

In evangelio quoque Dominus ait discipulis suis: “Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt, sed potius eum timete,” id est ei in timore servite, “qui potest animam et corpus perdere in gehennam”. Paulus quoque, cum ecclesiam Dei persequeretur, in itinere cecatus ad Deum converti coactus est. Unde se abortivo similem testatus est, dicens: “Novissime autem omnium tamquam abortivo visus est et michi”. Hinc Augustinus scribit ad Bonifatium:

10 **(C.23 q.6 c.1)** ECCLESIA MALOS DEBET COGERE AD BONUM, SICUT CHRISTUS PAULUM COEGIT.

Scismatici dicunt: cui Christus vim intulit, quem coegit? Ecce habent apostolum Paulum. Agnoscant in eo prius cogentem Christum, postea docentem: prius ferientem, postea consolantem. Mirum est autem, quomodo ille, qui pena corporis ad evangelium coactus intravit, plus omnibus illis laboravit, qui solo verbo vocati sunt, in evangelio, et quem maior timor compulit ad karitatem, eius perfecta karitas foras mittit timorem. Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios, ut redirent, si perditii filii coegerunt alios, ut perirent? Quamvis et illos, quos non coegerunt, sed tantummodo seduxerunt, si per terribiles et salubres leges in eius gremio revocentur, blandius pia mater amplectitur, et de illis multo amplius, quam de his, quos numquam perdiderat, gratulatur. (§ 1) An non pertinet ad diligentiam pastorem etiam illas oves, quae non violenter erepte, sed blande leniter quae seducte a grege aberraverant, et ab alienis possideri ceperant, inventas ad ovile dominicum, si resistere voluerint, flagellorum terroribus vel etiam doloribus revocare? Item: (§ 2) A Christo coactum Paulum ostendimus. Imitatur itaque ecclesia in istis cogendis Dominum suum, quae prius, ut neminem cogeret, expectavit, ut de fide regum atque gentium predicatio prophetica conpleretur. (§ 3) Etiam hinc non absurde intelligitur apostolica illa sententia, ubi beatus Paulus dixit: “Parati ulcisci omnem inobedientiam, cum completa fuerit prior vestra obedientia”. (§ 4) Unde et ipse Dominus ad magnam cenam suam prius convivas adduci iubet, postea cogi. Nam, cum ei servi respondissent: “Domine, factum est quod iussisti, et adhuc locus est, exite,” inquit, “in vias et sepes, et quoscumque inveneritis cogite intrare”. In illis ergo, qui primo leniter adducti sunt, completa est prior obedientia; in istis autem, qui

coguntur, inobedientia cohercetur. Item: (§ 5) Si per potestatem, quam per religionem ac fidem regum, tempore quo debuit, divino munere accepit ecclesia, hii, qui inveniuntur in viis et sepibus, id est in heresibus et scismatibus, coguntur intrare, non quia coguntur, reprehendant, sed quo coguntur, attendant. 5

(C.23 q.6 c.2) Idem ad Donatistas.

VARIIS MODIS ERRANTES CORRIPIUNTUR A DOMINO.

“Quod erraverat,” inquit Dominus, “non revocastis, et quod perierat non requisistis”. Hoc vobis per nos ipse Deus facit, ipse obsecrando, ipse minando, sive corripiendo, sive dampnis, sive laboribus, sive per ammonitiones suas occultas vel visitationes, sive per potestatum temporalium leges. 10

(C.23 q.6 c.3) Idem in epistola ad Vincentium. 15

NON EST CONSIDERANDUM, QUOD QUISQUE COGITUR, SED QUO COGITUR.

Vides, ut oppinor, non esse considerandum, quod quisque cogitur, sed quale sit illud, quo cogitur, utrum bonum, an malum: non quod quisque bonus possit esse invitus, sed timendo quod non vult pati vel relinquit inpedientem animositatem, vel ignoratam compellitur cognoscere veritatem, ut timens vel respuat falsum, de quo contendebat, vel querat verum quod nesciebat, et volens iam teneat quod nolebat. Item: (§ 1) Mea primitus sententia erat, neminem ad unitatem Christi cogendum esse, verbo esse agendum, disputatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos catholicos haberem quos apertos hereticos noveram. Sed hec oppinio mea non contradicentium verbis tantum, sed demonstrantium superabatur exemplis. Nam primo opponebatur michi civitas mea, quae, cum tota esset in partes Donati, ad unitatem catholicam legum inperialium timore conversa est, quam nunc videmus ita huius vestre animositatis perniciem detestari, ut in ea numquam fuisse credatur. Ita alie multe, quae michi nominatim conmemorabantur, ut ipsis rebus agnoscerem, etiam in hac causa recte intelligi posse quod scriptum est: “Da sapienti occasionem, et sapientior erit”. 20 25 30 35

(C.23 q.6 d.p.c.4) ¶ Ex his omnibus colligitur, quod mali sunt cogendi ad bonum. (§ 1) Sed obicitur, quod nemo est cogendus ad id, ad quod inutiliter cogitur. Ad 40

bonum autem quisque cogitur inutiliter, cum Deus
 aspernetur coacta servicia. Unde Apostolus, cum ad
 elemosinas Corinthios hortaretur, ait: "Unusquisque det,
 prout destinavit in corde suo, non ex tristitia, aut ex
 5 necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus". Unde
 datur intelligi, quod qui invitus dat propter presentem
 pudorem, et rem et meritum perdit. Item, cum redderet
 causam, quare abstineret a sumptibus, ait: "Si ex
 necessitate evangelizavero, non erit michi gloria". (§ 2)
 10 Item: "Si invitus evangelizavero, dispensatio michi credita
 est. Si autem volens hoc ago, mercedem habeo apud
 Deum". Item, cum Galathis scriberet, legalia non esse
 tenenda, ait: "Si Spiritu ducimini, non estis sub lege". Ex
 quo apparet eum, qui sub lege est, id est qui timore pene,
 15 non amore iusticie servit, non duci Spiritu sancto. Si
 autem Spiritu non ducitur, Deo placere minime valet. (§
 3) Item: "Non accepistis spiritum servitutis iterum in
 timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo
 clamamus: Abba pater". Ex quibus verbis datur intelligi,
 20 quod, etsi in veteri testamento timore pene homines
 cogebantur ad bonum, tamen in novo testamento sola
 libertate et dilectione iusticie sunt invitandi ad fidem.
 Unde illi dicuntur servi et filii ancille, pertinentes ad
 Ismahel: isti dicuntur liberi et filii libere, pertinentes ad
 25 Ysaac. (§ 4) Item Iohannes in epistola sua: "Timor non
 est in karitate, sed perfecta karitas foras mittit timorem".
 Qui autem cogitur, illo timore ducitur, qui non est in
 karitate; qui manus comprimit, non animum mutat, quo
 pena timetur, non bonum diligitur. Porro sine dilectione
 30 boni nullus Deo placere, vel in numero bonorum
 connumerari poterit. Unde, cum Propheta diceret:
 "Animalia tua habitabunt in ea," hereditate, ostendens,
 quomodo ad ipsam habitationem perveniant, subdit: "In
 35 dulcedine tua, quam tu preparasti pauperi," dulcedinem
 vocans suavitatem boni operis, qua bonum fit non timore
 pene, sed delectatione iusticie. Cum ergo sine hac
 dulcedine animalia in hereditate non habitent, patet, quod
 nemo, nisi inutiliter, ad bonum cogitur solo timore.
 Quicumque etenim ad bonum cogitur, solo timore, non
 40 amore ducitur: non sunt ergo mali cogendi ad bonum. (§
 5) His ita respondetur: Si bonum, ad quod mali coguntur,
 semper inviti tollerarent, et numquam voluntarii
 servirent, inutiliter ad illud cogentur. Sed quia humane
 nature est et ea, quae in dissuetudinem ducuntur,

abhorrere, et consueta magis diligere, flagellis tribulationum cohibendi sunt mali a malo, et provocandi ad bonum, ut, dum timore pene malum in dissuetudinem ducitur, abhorreatur, bonum vero ex consuetudine dulcescat. Unde Augustinus in Psalmo 127: “Cum per timorem gehenne continet se homo a peccato, fit consuetudo iusticie, et incipit quod durum erat amari, et incipit excludi timor a karitate, et succedit timor castus, de quo hic dicitur, quo timemus, ne tardet, ne discedat, ne eo careamus. Ille utilis, sed non permanet in eternum ut iste”.

(QUAESTIO 7)

(C.23 q.7 d.a.c.1) ¶ Nunc autem queritur, an heretici suis et ecclesiae rebus sint expoliandi? Et qui possident hereticis ablata an dicantur possidere aliena? De his ita scribit Augustinus ad Vincentium:

(C.23 q.7 c.1) RES TERRENE NON NISI DIVINO VEL HUMANO IURE TENENTUR.

Quicumque vos ex occasione huius legis inperialis, non corrigendi dilectione, sed odio inimicandi persequitur, displicet nobis. Et quamvis res queque terrena non recte a quoquam possideri possit, nisi vel iure divino, quo cuncta iustorum sunt, vel iure humano, quod in potestate est regum terre, (ideo quae falso res appellatis vestras, quas nec iuste possidetis, et secundum leges terrenorum regum amittere iussi estis, frustra quae dicitis, nos eis congregandis laboramus, cum scriptum legatis: “Labores inpiorum iusti edunt),” sed tamen, quisquis ex occasione legis huius, quam reges terre Christo servientes ad emendandam impietatem vestram promulgaverunt, res proprias vestras cupide appetit, displicet nobis. Quisquis denique ipsas res pauperum, vel basilicas congregationum, quas sub nomine ecclesiae tenebatis (quae omnino non debentur nisi ei ecclesiae, quae vera est Christi ecclesia) non per iusticiam, sed per avariciam tenet, displicet nobis. Quisquis pro aliquo flagicio vel facinore delectum a vobis ita suscipit, sicut suscipiuntur qui (excepto errore, quo a nobis separamini) sine crimine apud vos vixerunt, displicet nobis. Sed nec facile ista monstratis, nonnullos tolleramus, quos corrigere vel punire non possumus, neque propter paleam relinquimus aream Domini, neque propter pisces malos rumpimus

retia Domini, neque propter hedos in fine segregandos deserimus gregem Domini, neque propter vasa facta in contumeliam migramus de domo Domini.

(C.23 q.7 c.2) Idem contra Petilianum.

5 CATHOLICI NON IDEO ALIENA POSSIDENT, QUIA AB HERETICIS ABLATA TENENT.

Si de rebus vel locis ecclesiasticis, quae, non tenetis, querimini, possunt et Iudei se iustos dicere, et iniquitatem nobis obicere, quia locum, in quo inpii regnaverunt, modo
10 Christiani possident. Quid ergo indignum, si ea, quae tenebant heretici, secundum parem Domini voluntatem catholici tenent? Ad omnes iniquos et inpios illa vox Domini valet: "Auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur
15 genti facienti iusticiam". An frustra scriptum est: Labores inpiorum pii edent? Quapropter magis mirari debetis, quod adhuc tenetis aliquid, quam quod aliquid amisistis. Item: **(§ 1)** Si qua iam concisi possidere cepistis, quia vobis ablata nobis Dominus dedit, non ideo
20 concupiscimus aliena, quia illius inperio, cuius sunt omnia, facta sunt nostra, et iuste sunt nostra. Vos enim utebamini ad precisionem, nos ad unitatem. Alioquin et primo populo Dei possent illi obicere aliene rei concupiscentiam, qui divina potestate ab eorum facie, qui ea terra male utebantur, expulsi sunt, et ipsi Iudei, a
25 quibus ablatum est regnum secundum verba Domini, et datum est genti facienti iusticiam, possunt obicere aliene rei concupiscentiam, quia ecclesia Christi possidet ubi persecutores Christi regnabant.

(C.23 q.7 c.3) Idem.

30 RES ECCLESIASTICE AB HERETICIS INIUSTE POSSIDENTUR.

Quod autem nobis obiciunt, quod res eorum concupiscamus et auferamus, utinam catholici fiant, et non solum quae dicunt sua, sed etiam nostra nobis cum in
35 pace et karitate possideant. Usque adeo autem calumpniandi cupiditate cecantur, ut non attendant, quam sint inter se contraria quae loquuntur. Ipsi certe dicunt, et invidiosissime sibi conqueri videntur, quod eos in nostra communione violento legum inperio coartamus. Hoc
40 itaque nullo modo faceremus, si res eorum possidere vellemus. Quis avarus querit conpossessorem? Quis dominandi cupiditate inflammatus, vel fastu dominationis elatus, desiderat habere consortem? Ipsos certe attendant

quondam suos, modo etiam nostros socios et fraterna nobis dilectione coniunctos, quemadmodum sua teneant non solum, quae habebant, sed etiam nostra, quae non habebant, quae tamen, si pauperum conpares sumus, et nostra sunt, et illorum. Si autem privatim quae nobis sufficiant possidemus, non sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procuracionem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpacione dampnabili vendicamus. Quicquid igitur nomine ecclesiarum partis Donati possidebant, Christiani imperatores legibus religiosis cum ipsis ecclesiis ad catholicam transferre iusserunt. Cum ergo nobis cum sunt plebes ecclesiarum earundem, nobis cum pauperes, qui de eisdem possessiunculis aiebantur, ipsi potius foris positi desinant concupiscere aliena, sed intrent unitatis societatem, ut pariter gubernemus non illa tantum, quae dicunt sua, verum etiam quae dicunt et nostra. Scriptum est enim: "Omnia vestra, vos autem Christi, Christus autem Dei".

(C.23 q.7 c.4) Idem.

DIVITIE IMPIORUM IUSTIS THESAURIZANTUR.

Quicquid ergo nomine ecclesiarum a parte Donati possidebant, Christiani imperatores legibus religiosis cum ipsis ecclesiis ad catholicam transferre iusserunt. Et post pauca: **(§ 2)** Si autem consideremus quod scriptum est in libro Sapientie: "Ideo iusti tulerunt spolia impiorum;" item, quod legitur in Proverbiis: "Thesaurizantur autem iustis divitiae impiorum," tunc videbimus, non esse querendum, qui habeant res hereticorum, sed qui sint in societate iustorum. Item post aliqua: **(§ 3)** Si corpus Christi tollit spolia impiorum, et corpori Christi thesaurizant divitiae impiorum, non debent impii foras remanere, ut calumpnientur, sed intrare ut potius iustificentur. Item post aliqua: **(§ 4)** In Christi ergo conpagem corporis veniant, et labores suos non dominandi cupiditate, sed bene utendi pietate possideant. Nos autem voluntatem nostram, ut iam dictum est, ab huius cupiditatis sordibus quolibet inimico iudicante purgavimus, quando eos ipsos, quorum labores dicuntur, ut nobis cum et illis, et nostris in societate catholica utantur.

(C.23 q.7 d.p.c.4) ¶ His igitur auctoritatibus liquido monstratur, quod ea, quae ab hereticis male possidentur, a catholicis iuste auferuntur, nec ideo aliena possidere dicuntur.

(QUAESTIO 8)

5 (C.23 q.8 d.a.c.1) ¶ De episcopis vero vel quibuslibet clericis, quod nec sua auctoritate, nec auctoritate Romani pontificis arma arripere valeant, facile probatur. Cum enim Petrus, qui primus apostolorum a Domino fuerat electus, materialem exerceret gladium, ut magistrum a Iudeorum iniuria defensaret, audivit: “Converte gladium tuum in vaginam, omnis enim, qui acceperit gladium, gladio peribit,” ac si aperte ei diceretur: hactenus tibi tuis quae predecessoribus inimicos Dei corporali gladio licuit persequi; deinceps in exemplum paciencie gladium tuum, id est tibi hactenus concessum, in vaginam converte, et spirituale tantum gladium, qui est verbum Dei, in mactatione veteris vite exerce. Omnis enim preter illum, vel auctoritatem eius, qui legitima potestate utitur, qui, ut Apostolos ait, non sine causa gladium portat, cui etiam omnis anima subdita esse debet, omnis, inquam, qui preter huius auctoritatem gladium acceperit gladio peribit. (§ 1) Item Ambrosius: “Arma episcopi lacryme sunt et orationes”. Item illud Apostoli: “Non vosmetipsos defendentes, karissimi,” quamvis omnibus generaliter dicatur specialiter tamen prelati dictum intelligitur.

Fd 69rb

25 (C.23 q.8 d.p.c.6) His ita respondetur: Sacerdotes propria manu arma arripere non debent; sed alios ad arripiendum, ad oppressorum defensionem, atque ad inimicorum Dei oppugnationem eis licet hortari. Unde Leo IV scribit Ludovico Augusto:

Aa 83v

30 (C.23 q.8 c.7) PRO SARRACENIS PAPA IUBET POPULUM CONGREGARI, ET EIS AD LITUS MARIS OCCURRERE.

Igitur cum sepe adversa a Sarracenorum partibus perveniant nuntia, quidam in Romanorum portum Sarracenos clam furtive quae venturos esse dicebant. Pro quo nostrum precipimus congregari populum, maritimum quae ad litus descendere decrevimus, et egressi sumus Romam.

(C.23 q.8 c.8) Item.

23 prelati spiritualiter (vel specialiter?) Fd

ULTOR SUI GREGIS PAPA DEBET ESSE AC PRECIPIUS ADIUTOR.

Scire vos oportet, quod numquam ab aliquibus nostros homines sinimus opprimi; sed, si necessitas ulla incurrerit, presentialiter vindicamus, quia nostri gregis in omnibus ultores esse debemus et precipui adiutores.

5

(C.23 q.8 c.9) Idem exercitui Francorum.

CELESTE REGNUM A DEO CONSEQUITUR QUI PRO CHRISTIANORUM DEFENSIONE MORITUR.

Omni timore ac terrore deposito, contra inimicos fidei sanctae et adversarios omnium religionum viriliter agere studete. Novit enim omnipotens, si quilibet vestrorum morietur, quod pro veritate fidei, et salvatione patrie, ac defensione Christianorum mortuus est, ideo ab eo celeste premium consequetur.

10

Mv 365a

15

(C.23 q.8 c.11) Item Alexander papa omnibus episcopis Yspanie.

IUDEOS NON DEBEMUS PERSEQUI, SET SARACENOS.

Dispar nimirum est Iudeorum et Sarracenorum causa. In illos enim, qui Christianos persequuntur et ex urbibus et propriis sedibus pellunt, iuste pugnatur; hii ubique servire parati sunt.

20

(C.23 q.8 c.12) Item Iohannes VIII Demago duci glorioso.

QUI CRIMINA, QUAE POTEST EMENDARE, NON CORRIGIT, IPSE COMMITTIT.

25

Preterea devotionis tue studium exhortamur, ut contra marinos latrunculos, qui sub pretextu tui nominis in Christicolos debachantur, tanto vehementius accendaris, quanto illorum pravitate famam tui nominis obfuscatam fuisse cognoscis; quoniam, licet credi possit, quod te nolente illi navigantibus insidentur, tamen, quia a te conprimi posse dicuntur, nisi eos conpescueris, innoxius non habebis. Scriptum quippe est: "Qui crimina, quae potest emendare, non corrigit, ipse committit".

30

35

19 Dispar – 18 sunt *Coll. Britannica* Alex. II 56 (JL 4528; J³ 10675), *cf. Ewald in Neues Archiv* 5 (1880), 338., ed. PL 146.1386. Ivo, *Decretum* 13.114; **Panormia* 8.29. Ivo, *Decretum* 13.114; *Panormia* 8.29. **27**

Preterea – 31 committit *Fragm. Registri Iohanni VIII* 39 (JE 2998; J³ 6424), ed. Ewald, MGH Epp. 7.296.11-16. Ivo, *Decr.* 10.70; **Panormia* 8.20

18 Saracenos lxxxxiiii *add. rubr. Aa*

(C.23 q.8 c.13) Item Ieronimus ad Riparium.

CRIMINA PRO DEO PUNIRE NON EST CRUDELITAS SED
PIETAS.

5 Legi syromasten Finees, auctoritatem Helye, et zelum
Simonis Chananei, Petri severitatem Ananiam et
Saphiram trucidantem, Pauli constantiam, qui Helimam
magum viis Domini resistentem eterna severitate
dampnavit. Non est crudelitas pro Deo crimina punire,
sed pietas. Unde et in lege dicitur: “Si frater tuus, et
10 amicus tuus, et uxor, quae in sinu tuo dormit, depravare
voluerit veritatem, sit manus tua super eos, et effundes
sanguinem ipsorum”.

(C.23 q.8 c.14) Item Iohannes Crisostomus super
Mattheum omelia XVII

Aa 84r

15 QUAEDAM IN VETERI TESTAMENTO LICEBANT, QUAE
MODO PROHIBENTUR.

Occidit Finees hominem, et reputatum est illi ad
iusticiam. Abraham vero, non solum homicida, verum
etiam patricida (quod certe est gravius) effectus Deo
20 magis placuit. Petrus vero geminum fecit homicidium: fuit
tamen opus spirituale, quod factum est. Non solum igitur
respiciamus ad opera, sed ad tempus, et ad causam, et ad
voluntatem, personarum quoque differentiam, et
quantacumque alia ipsis operibus acciderunt,
25 diligentissime requiramus. Non enim possumus aliter ad
veritatem pervenire.

(C.23 q.8 c.16) Item Gregorius in Dialogis.

PETRUS ANANIAM ET SAPHIRAM INCREPANDO MORTI
TRADIDIT.

30 Petrus, qui Tabitam mortuam orando suscitavit,
Ananiam et Saphiram mentientes morti increpando
tradidit. Neque enim orasse in eorum extinctione legitur,
sed solummodo culpam, quam perpetraverant, increpasse.
Constat ergo, quia aliquando talia ex potestate
35 exhibentur, aliquando expostulatione, dum et istis
increpando vitam abstulit, et illi reddidit orando.

Fd 69va

(C.23 q.8 c.17) Idem Veloci, Magistro.

BEATUS GREGORIUS QUOSDAM HORTATUR, UT MILITES CONGREGENT, ET CONTRA HOSTES ARMA VIRILITER PARENT.

Et pridem glorie vestre notificavimus quia milites illuc erant parati venire; sed quoniam inimicos congregatos et huc discurrere epistola vestra significaverat, hec eos hic causa retinuit. Nunc vero utile est visum, ut aliquanti illuc milites transmittantur, quos gloria tua ammonere et hortari, ut parati sint ad laborem, studeat, et occasione inventa cum gloriosis filiis nostris Marcio et Vitalio loquere, et quaecumque vobis Deo adiutore pro utilitate reipublice persuaserint facite; et si huc vel ad Ravenne partes nec dicendum Arnulfum cognoveritis excurrere, vos a dorso eius ita, sicut viros fortes condecet, laborate, quatinus opinio vestra ex laboris vestri qualitate amplius in republica Deo auxiliante proficiat. Illud tamen pre omnibus ammonemus, ut familiam Aloyne, et Adobin, Vigildi, atque Grussingi, qui cum glorioso magistro militum Mauricio esse noscuntur, sine aliqua mora vel excusatione relaxes, quatinus venientes illuc homines predicti viri sine aliquo impedimento cum eis debeant ambulare.

(C.23 q.8 c.18) Item Eiusdem Mauricio et Vitaliano.

Suppliciter glorie vestre per filium nostrum Vitalianum, cum quo et tractaveratis, et verbo et scripto mandavimus. Undecimo autem die mensis Iunii Arnulfus hanc epistolam, quam vobis direximus, transmisit, et ideo relegendes eam videte, si in fide Suanenses, quam reipublice promiserunt, perstiterunt, obsides quae dignos, de quibus possitis confidere, ab eis accipite, et insuper denuo eos sacramentis astringite, reddentes eis quod loco Pignoris sustulistis sermonibus vestris eos sanantes. Si autem manifestissime cognoveritis, eos cum Arnulfo de sua subiectione locutos fuisse, vel certe obsides ei dedisse, sicut nos Arnulfi epistola, quam vobis direximus, dubios reddidit, salubri consilio pertractantes, ne in aliquo anima vestra vel nostra de sacramentis gravetur, quicquid reipublice utile iudicaveritis peragite. Sed ita faciat gloria vestra, ut neque sit aliquid, unde possimus ab adversariis reprehendi, neque utilitas reipublice (quod Dominus avertat) negligatur. Preterea, gloriosi filii, estote solliciti, quia, quantum conperi, hostis multitudinem habet

Aa 84v

4 pridem quidem *Aa*

collectam, et Narina dicitur residere; ut si huc cursum,
Deo sibi irato, mittere voluerit, vel loca ipsius (quantum
vos Dominus adiuverit) depredamini, aut certe sculcas,
quos mittes, sollicite requirant, ne dolens factum ad vos
5 discurrat.

(C.23 q.8 d.p.c.18) ¶ In registro etiam legitur, quod
beatus Gregorius civibus Tuscie, ut contra Longobardus
arma pararent, mandavit, et militantibus stipendia
decrevit. Hoc igitur exemplo et premissis auctoritatibus
10 claret, quod sacerdotes, etsi propria manu arma arripere
non debeant, tamen vel his, quibus huiusmodi officia
commissa sunt, persuadere, vel quibuslibet, ut ea arripiant,
sua auctoritate valeant inperare. (§ 1) Sed obicitur illud
Nicolai ad Imperatorem Karolum:

15 (C.23 q.8 c.19) EPISCOPI NON DEBENT MILITARIBUS
OCCUPARI NEGOCIIS.

Reprehensibile valde esse constat quod subintulisti,
dicendo, maiorem partem omnium episcoporum die noctu
quae cum aliis fidelibus tuis contra piratas maritimos
20 invigilare, ob id quae episcopi inpediantur venire, cum
militum Christi sit Christo servire, milites vero seculi
serviant seculo, sicut scriptum est: "Nemo militans Deo
implicat se negociis secularibus". Quod si seculi milites
milicie student, quid ad episcopos et milites Christi, nisi
25 ut vacent orationibus?

(C.23 q.8 d.p.c.20) ¶ Ecce quod Nycolaus papa
prohibet episcopos seculari milicia occupari, nec etiam
contra maritimos piratas permittit eos ad pugnam
accedere. Quomodo ergo Leo papa adversus Sarracenos
30 urbem egreditur, et, ut procul eos a littore arceat,
populum undique convocat, et suorum iniurias
presentialiter vindicat, atque cum Gregorio milites ad
arma invitat? Sed notandum est, quosdam episcopos
Levitica tantum portione esse contentos, qui, sicut in Dei
35 sorte tantum numerantur, sic ipsum Deum solummodo in
hereditatem accipiunt, dicentes: "Dominus pars
hereditatis mee est". His nichil commune est cum
principibus seculi, quia temporalia penitus abiciunt, ne
eorum occasione legibus inperatorum obnoxii teneantur.
40 Talibus nulla occasio relinquatur occupationis secularis
milicie, quia, cum de decimis et primiciis vivunt tamquam
summi regis filii in omni regno a terrenis exactionibus
liberi sunt ita, ut dicere valeant: "Venit princeps mundi

Aa 85r

huius, et in nobis non habet quicquam". Porro alii sunt, qui non contenti decimis et primiciis, predia, villas, et castella, et civitates possident, ex quibus Cesari debent tributa, nisi inperiali benignitate inmunitatem promeruerint ab huiusmodi. Quibus a Domino dicitur: "Reddite quae sunt Cesaris Cesari; et quae sunt Dei Deo". Quibus idem Apostolus: "Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal". Unde Ambrosius:

(C.23 q.8 d.p.c.22) Quamvis etiam huiusmodi non videantur inperialibus exactionibus subiciendi. Nam, cum tempore famis cunctorum Egyptiorum terram Pharao sibi emeret, atque sub eadem fame sue servituti cunctos subiceret, sacerdotibus ita necessaria subministravit, ut nec possessionibus, nec libertate nudarentur, Domino ex tunc prenunciante, sacerdotes in omni gente liberos esse oportere. Unde Constantius et Constans hanc inmunitatem dederunt ecclesiae, dicentes:

(C.23 q.8 c.24) DE AGRO ECCLESIASTICO PRESBITER NON COGATUR CENSUM PERSOLVERE.

Secundum canonicam auctoritatem et constitutionem domini inperatoris Lodoici, de agro ecclesiastico, et manso, de mancipiis, quae ipse suis capitulis constituit, vel si quilibet, pro loco sepulture aliquid largitus ecclesiae fuerit, de decimis et oblationibus fidelium nullus quemquam presbiterorum aliquem censum persolvere cogat, nec quisquam cuiuslibet ordinis aut dignitatis exinde quicquam subtrahat, aut redhibitionem quamcumque exigat temporalem. Quod si fecerit, communionem usque ad satisfactionem privetur, et regia potestate dare cogatur.

(C.23 q.8 d.p.c.25) ¶ Hinc datur intelligi, quod de his, quae inperiali beneficio, vel a quibuslibet pro beneficio sepulture ecclesia possidet, nullius iuri, nisi episcopi, teneatur asstricta. De his vero, quae a quibuslibet emerit vel vivorum donationibus acceperit, principibus consueta debet obsequia, ut et annua eis persolvat tributa, et convocato exercitu cum eis proficiscatur ad castra. Quod tamen hoc ipsum non sine consensu Romani pontificis fieri debet. Unde in quodam concilio statutum est ut

21 Secundum – 34 cogatur Conc. Meldense (a. 845) 63 (ed. Hartmann, MGH Conc. 3.114.12-18).

episcopi non profiscantur ad comitatum nisi formatas ab apostolico acceperint.

5 (C.23 q.8 d.p.c.27) Reprehenduntur ergo Gallicani episcopi a Nykolao, quoniam auctoritate apostolica contempta potius arma sequi elegerant, quam apostolico conspectui sese representarent. Quamquam proficiscentes ad comitatum possunt intelligi non secuti inperatorem, ut armis sibi auxilientur, sed ipsum cum exercitu suo cottidianis orationibus Deo commendent.

Aa 85v

10 (C.23 q.8 d.p.c.28) Licet ergo prelati ecclesiae exemplo beati Gregorii ab inperatoribus vel quibuslibet ducibus defensionem fidelibus postulare. Licet etiam cum beato Leone quoslibet ad sui defensionem contra adversarios sanctae fidei viriliter adhortari, atque ad vim infidelium procul arcendam quosque citare. Effusionem vero sanguinis nulli episcoporum sua vel inperatorum auctoritate inperare licet. Unde in Tolletano concilio IV legitur:

20 (C.23 q.8 c.29) SACERDOTES IBI CONSENTIANT FIERI IUDICES, UBI IUREIURANDO INDULGENTIA PROMITTITUR.

Sepe principes contra quoslibet maiestatis obnoxios sacerdotibus negocia sua committunt. Quia vero sacerdotes a Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi consentiant regibus fieri iudices, ubi iureiurando supplicii indulgentia promittitur, non ubi discriminis sententia preparatur. Si quis ergo sacerdotum contra hoc commune consultum discussor in alienis periculis extiterit, sit reus effusi sanguinis apud Christum, et apud ecclesiam perdat proprium gradum.

30 (C.23 q.8 c.30) Item ex concilio Tolletano XI

NON DEBENT AGITARE IUDICIUM SANGUINIS QUI SACRAMENTA DOMINI TRACTANT.

35 His a quibus Domini sacramenta tractanda sunt, iudicium sanguinis agitare non licet. Et ideo magnopere talibus excessibus prohibendum est, ne indiscrete presumptionis motibus agitati aut quod morte plectendum est sententia propria iudicare presumant, aut per se inferant truncationes quibuslibet personis aut inferendas precipiant. Quod si quisquam horum inmemor preceptorum aut in ecclesiae sue famulis, aut in

21 Sepe – 33 gradum Conc. Toletanum IV (a. 633) 31 (ed. Vives, 203).

33 His – 706: 12 vivat Conc. Toletanum XI (a. 675) 6 (ed. Vives, 360).

quibuslibet personis tale aliquid fecerit, concessi ordinis
privetur honore et loco; sub perpetuo quoque
dampnationis teneatur ergastulo religatus. Cui tamen
communio exeunti ex hac vita non est neganda propter
Domini misericordiam, qui non vult peccatoris mortem,
sed ut convertatur et vivat. 5

(CAUSA 24)

(C.24) ¶ Quidam episcopus in heresim lapsus aliquot de sacerdotibus suis officio privavit et sententia excommunicationis notavit. Post mortem de heresi accusatus dampnatur et sequaces eius cum omni familia sua. Hic PRIMUM queritur, an lapsus in heresim possit aliquot officio privare vel sententia notare? SECUNDO, an post mortem aliquis possit excommunicari? TERTIO, an pro peccato alicuius tota familia sit excommunicanda?

Fd 70ra

Fr. 965

Aa 86v

10

(QUAESTIO 1)

(C.24 q.1 d.a.c.1) ¶ Quod autem ab heretico aliquis deponi aut excommunicari non possit, facile probatur. Omnis enim hereticus aut iam dampnatam heresim sequitur aut novam confingit. Qui vero heresim iam dampnatam sequitur, eius dampnationis se participem facit. Unde cum Achatius absque sinodali auctoritate ab apostolico se dampnatum quereretur, contra Gelasius scribit dicens:

Fr. 966

15

20 (C.24 q.1 c.1) QUI IN IAM DAMPNATAM LABITUR HERESIM, EIUS DAMPNATIONIS SE PARTICIPEM FACIT.

Achatius non est factus inventor novi erroris sed veteris imitator, atque ideo non erat necessarium, ut adversus eum nova scita prodirent sed antiqua tantummodo renovarentur. Factus sum itaque executor veteris constituti, non promulgator novi. Quicumque enim in heresim semel dampnatam labitur, eius dampnatione se ipsum involuit.

22 Achatius – 28 involuit Cf. Gelasius, *Ep.* 10 (JK 622, ed. Thiel 1.343.15-17, ed. Schwartz, 17.6-7). *Summatim reddit* C.24 q.1 c. 3 (2 rec.), *quod invenitur in: Coll. Trip.* 1.46.2; *Algerus* 3.74; *Polyc.* 1.18.4; *Coll 3 libr.* 1.5.3 (Felix), ed. Motta 1.21

2 Quidam [Gw

2 Quidam episcopus episcopus quidam CdPf **quolibet alio**] AaBcP: alio quolibet FdFr. **Quidam**] Incipit xxv. xxiii causa de episcopis in heresim lapsis. Quidam Aa **aliquot** FdMkPf: aliquos AaBrKbMeFr.: aliquem CdIn **4 de – 5 accusatus Cd 5 dampnatur**] add supra lin. Aa **7 aliquot** Mk: aliquos AaFd^{pc}InKaPfsb **9 sit excommunicanda**] exc. sit Aa **sit** add supra lin. Fd **15 novam**] novam Aa: nova Fd^{pc}: ad novam Fd^{pc} **20 Qui – 21 facit**] Non ultra eum procedere oportet qui in heresim dampnatam recidit Pf: om. KaK **labitur – 21 heresim**] her. lab. BiMkFr. **21 eius**] eiusdem McMmSb **22 factus inventor**] inv. fac. Fr. **24 scita** vel statuta supra lin. Cd **27 enim**] ergo BrHkKaKbSb **in** om. Fd

Fr. 967 (C.24 q.1 d.p.c.3) ¶ Si ergo episcopus ille in heresim
iam dampnatam lapsus est antiqua excommunicatione
Fd 70rb dampnatus, alios dampnare non poterat. Excommunicatus
enim alios excommunicare non valet. Unde Alexander
secundus scribit Valeriano marchioni: 5

(C.24 q.1 c.4) EXCOMMUNICATUS ALIUM
EXCOMMUNICARE NON POTEST.

Audivimus quod Enricus, Ravennas dictus
archiepiscopus, nisus sit te excommunicare. Verum quia
excommunicatus te excommunicare non potuit, apostolica
auctoritate te tuosque absolvendo mandamus exinde non
curare. 10

(C.24 q.1 d.p.c.4) ¶ Si autem ex corde suo novam
heresim confinxit, ex quo talia predicare ceperit, neminem
dampnare potuit, quia non potest deicere quemquam iam
prostratus. Ligandi namque vel solvendi potestas veris
non falsis sacerdotibus a Domino Deo tradita est.
Apostolis enim dicturus, 'quorum remiseritis peccata,
etc.', premisit, 'accipite Spiritum sanctum', ut evidenter
cunctis ostenderet eum, qui Spiritum sanctum non habet,
peccata non posse tenere vel remittere. Porro Spiritum
sanctum nemo nisi intra ecclesiam accipit, quia et ipsam
unitatem per gratiam facit. (§ 1) Unde non nisi
congregatis in unum dictum est, 'accipite Spiritum
sanctum', nec nisi super congregatos in unum die
pentecostes descendit Spiritus sanctus. 15
20
25

18 Joh. 20:23 19 Joh. 20:22

8 Audivimus – 12 curare Coll. Britannica Alex. II 85 (JL 4624), cf.
Ewald in Neues Archiv 5 (1880), 342. Ivo, Decretum 14.57; *Panormia
5.133.

Gw

1 episcopus ille AaFdBiBrKbMcMmPf: ille ep. Fr. 5 post scribit
verbum secundus iterat Fd sed corrector cancellavit. Valeriano] Valerio
Mc: Willelmo (Willermo, Willihelmo, Guillelmo, etc.) Pan. marchioni
AaPan.: marti. Fd^{bc}: martiri BrPf: episcopo martiri Fd^{bc} BmMmMv Fr.:
episcopo et martiri HkMcPyTx: mariti Kb 8 Enricus AaFd BmMv:
Henricus Tx Fr.: heneticus Pf: hereticus BiKaMcMkCd 9 Verum]
quod Pan. 10 excommunicare – potuit] non pot. exc. Fr. 11 non]
AaFdKbMkPyPan.: numquam CdPFFr. 14 ceperit FdCdPf: cepit AaFr.
15 deicere] decere Fd^{bc} 16 vel solvendi FdMkMmFr.: solvendique Aa:
ac solvendi MvSb 17 Deo] Fd: om. AaCdMkMmMvPfSbFr. 23 per –
facit AaCdMkMmPf: per gratiam reficit Fd: facit per gratiam MvSbFr.
25 super] om. Fd^{bc}

Sicut autem extra ecclesiam non accipitur, ita extra
eam nichil operatur. Cum ergo, sicut apostolus ait,
Spiritus postulet Spiritus impetret, extra ecclesiam nec
postulare facit, nec impetrare. Unde Dominus dicturus,
5 'quodcumque petieritis, etc.', premisit, 'si duo ex vobis
consenserint super terram'; et iterum, 'ubicumque duo vel
tres congregati fuerint in nomine meo, ibi et ego sum in
medio eorum', nimirum cunctis ostendens se non habitare
in cordibus eorum, qui superbie singularitatem secuti a
10 corporis Christi conpage semetipsos abrumpunt. In
quibus autem Christus non habitat, in eis Spiritus sanctus
mentium scissuras refugiens locum non habet. Quia ergo
peccata dimittere vel tenere, excommunicare vel
reconciliare opus sit Spiritus sancti et virtus Christi,
15 apparet quod hii, qui extra ecclesiam sunt, nec ligare
possunt nec solvere, nec reconciliando ecclesiastice
comunioni reddere, nec excommunicando eius societate
privare, qua ipsi heresi vel scismate polluti sive sententia
notati penitus carere probantur.

Aa 87r

20 Unde cum omnibus discipulis parem ligandi atque
solvendi potestatem Dominus daret, Petro pro omnibus et
pre omnibus claves regni celorum se daturum promisit
dicens: 'Tibi dabo claves regni celorum.' Quicumque ergo
ab unitate ecclesiae (quae per Petrum intelligitur) fuerit
25 alienus, execrare potest, consecrare non valet,
excommunicationis vel reconciliationis potestatem non
habet.

Unde apostolus cum fornicatorem Corinthium
excommunicandum scriberet, ait: 'Ego quidem absens
30 corpore, presens autem spiritu iam iudicavi ut presens
eum, qui sic operatus est in nomine Domini nostri Iesu
Christi congregatis vobis et meo spiritu, cum virtute
Domini nostri Iesu Christi tradere huiusmodi sathane in

3¹ cf. xx:xx 5 Matt. 18:18 5–6 Matt. 18:19. 6–8 Matt. 18:20 23
Matt. 16:19 29–710: 1 I Cor. 5:3-5

Gw

5 'quodcumque] quecumque MeMk Vulg. 6 terram'] terram etc.
CdFr. 7 fuerint om. Fd^{pc} 9 eorum om. Aa 12 quia AaFd: cum Fr.
13 peccata dimittere] dim. pec. Fr. 16 possunt – solvere] nec solv.
pos. Fr. 18 qua] quia Fd^{pc} 20 cum] cum dominus Fr. 21 dominus
om. Fr. 24 unitate Fd^{pc} 25 potest] AaFd CdMkMmMvPFSb: non
potest Ka Fr. 28 apostolus cum] cum apostolus Aa fornicatorem]
fornicatorem Fd^{pc} 30 spiritu spiritum ut. vid. Fd iam add. supra lin.
Fd^{pc} 31 eum add. supra lin. Fd^{pc} 32 congregatis – 33 Christi add. in
marg. Fd^{pc} meo AaFr. Vulg.: in eo Fd CdPf

interitum carnis.' In quo formam excommunicationis ostendens docuit non nisi fidelem et a fideli notandum. In nomine namque Domini atque eius virtute cooperante non nisi fidelis aliquid operari valet, 'cum nemo possit dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto.' 5

Item cum Dominus prohibeat agnum comedi extra catholicam ecclesiam, qui professione fidei ab ea sunt alieni, ab eius participatione, quam suo arbitrio reliquerunt, non repelluntur set abire permittuntur, sicut illi qui audientes, 'nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, etc.', dixerunt, 'durus est hic sermo et quis potest eum audire?' atque ita abierunt retrorsum non repulsi set abire permisi. Hinc etiam apostolus, cum de excommunicandis ageret, premisit: 'Si quis frater;' de infidelibus autem supposuit, dicens: 'Eos, qui foris sunt, Dominus iudicabit.' De his autem qui intus sunt, nobis iudicium conmisit. Sicut autem ex eo, quod Apostolus ait: 'Frater,' et ex his, quae de fidelibus et infidelibus supposuit, apparet, non nisi fidelem excommunicandum, ita ex eo, quod fidelibus tantum hoc scribitur, vel potius, quia sicut ille, qui benedicit, maior est eo, cui benedicitur, ita qui ex officio maledicit maior est eo, cui maledicitur, liquido constat, eum, qui ab integritate catholice fidei recedit, maledicendi vel benedicendi potestatem minime habere. Catholicum namque, utpote se superiorem, maledicere non valet; in alienum a fide, tanquam in sibi equalem, sententiam dare non potest. 10 15 20 25

Hec autem, quae de hereticis, atque scismaticis, vel excommunicatis dicta sunt, videlicet, quod ligandi vel solvendi potestatem non habeant, multorum auctoritatibus probatur. Ait enim Leo papa: 30

4–5 | Cor. 12:3 10–11 | Joh. 6:54 11–12 | Joh. 6:61 14–15 | Cor. 5:11
15–16 | Cor. 5:13

Gw

1 quo formam qua forma *Fd* **2 fidelem** fideles *Fd^{bc}* **6 agnum** *add. supra lin. Fd* **11 et – etc]** *om. Fd SHOULD THIS PHRASE BE REMOVED?* **18 de** *om. Fd* **20 hoc]** *ex hoc Fd^{bc}* **26 se superiorem]** *sup. se Fr.* **32 probatur]** *probantur Fr.*

(C.24 q.1 c.5) NON SOLVITUR VEL LIGATUR NISI QUOD AUCTORITAS BEATI PETRI SOLVERIT AUT LIGAVERIT.

Manet ergo Petri privilegium, ubicumque ex ipsius equitate fertur iudicium, nec nimia vel severitas, vel remissio, ubi nichil erit ligatum vel solutum, nisi quod beatus Petrus aut ligaverit, aut solverit.

(C.24 q.1 c.6) Item Augustinus super Iohannem.

IN PERSONA PETRI LIGANDI ET SOLVENDI POTESTATEM ECCLESIA ACCEPIT.

“Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in celo.” Si Petro tantum dictum est, hoc non facit ecclesia. Si autem et in ecclesia fit (utique quae in terra ligantur et in celo, et quae solvuntur in terra soluta sunt et in celo, quia, cum excommunicat ecclesia, in celo ligatur excommunicatus; cum reconciliat ecclesia, in celo solvitur reconciliatus), si ergo hoc in ecclesia fit, Petrus, quando claves accepit, ecclesiam sanctam significavit. Si in persona Petri significati sunt in ecclesia boni, in Iude persona significati sunt in ecclesia mali.

(C.24 q.1 c.7) Item Ambrosius.

SUIS MERITIS FIRMUS NONNUMQUAM TURBATUR ALIENIS.

Non turbatur navis, quae Petrum habet: turbatur illa, quae Iudam habet. Etsi multa illic discipulorum merita navigabant, tamen adhuc eam proditoris perfidia agitabat. In utraque Petrus: set qui suis meritis firmus est turbatur alienis. Caveamus igitur perfidum, caveamus proditorem, ne per unum plurimi fluctuemus. Ergo non turbatur hec

Fr. 969

10–11 Matt. 16:19

3 Manet – **6 solverit** Leo I, *Tractatus* 4.3 (ed. Chevasse, CCSL 138.19-20.88-91). *Polyc.* 7.2.1. **10 Quodcumque** – **19 mali** Augustinus, *In Iohannis Evangelium* 50.12 (ed. Willems, CCSL 36.438.13-22). Anselmus 12.7; *Polyc.* 7.2.2; *Coll. 3 libr.* 2.26.16 (ed. Motta, 1.354.2-10). **23 Non** – **712: 11 complectitur** Ambrosius, *Expositio Evangelii sec. Lucam* 4.70-71 (ed. Adriaen, CCSL 14.132.869-884). Anselmus 1.37 (ed. Thaner, 22); **Polycarpus* 7.3.1; *Coll. 3 libr.* 3.1.1 (ed. Motta, 2.9.2-15).

Gw

1 quod] quem Fr. **5 ligatum – solutum]** sol. vel lig. Fr. **8 petri]** petri ecclesia Fr. **9 ecclesia om. Fr. 11 si]** scio Fd **tantum]** hoc tantum Fr. **hoc non]** non hoc Fd **12 et^{1]}** add. supra lin. Fd^{pc} **16 ergo hoc]** hoc ergo Fr. **18 persona petri]** petri persona Fr. **in ecclesia]** add. supra lin. Fd^{pc} **in^{2]}** om. Fd **25 adhuc Fd^{pc}.** ad h(un)c(?) Fd^{ac}

navis, in qua prudentia navigat, abest perfidia, fides superat. Quemadmodum enim turbari potuerit, cui preerat is, in quo ecclesiae firmamentum est? Illic ergo turbatio, ubi modica fides: ibi securitas, ubi perfecta dilectio. Denique etsi aliis imperatur, ut laxent retia sua, soli tantum Petro dicitur: 'Duc in altum,' hoc in profundum est disputationum. Quid enim tam altum quam altitudinem divitiarum videre, scire Dei filium, et professionem divine generationis assumere? quam licet mens nequeat humana plene rationis investigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur.

(C.24 q.1 c.8) Idem.

SOLUS PETRUS MANDATUM ACCEPIT, UT AMO PISCEM CAPERET.

Est aliud apostolicum piscandi genus, quo genere solum Petrum piscari Dominus iubet, dicens: 'Mitte amum, et eum piscem, qui primum ascenderit, tolle.'

Fr. 971 **(C.24 q.1 c.18)** Item Ciprianus episcopus.

EXTRA UNITATEM ECCLESIAE SPIRITUS SANCTUS NON ACCIPITUR.

Loquitur Dominus ad Petrum: 'Ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam'. Super unum edificat ecclesiam, et quamvis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, et dicat: 'Sicut misit me pater, et ego mitto vos. Accipite Spiritum sanctum', tamen ut unitatem manifestaret, unitatis eiusdem originem ab uno

Fr. 972 incipientem sua auctoritate disposuit. Hoc erant utique ceteri Apostoli, quod Petrus fuit, pari consortio prediti et honoris et potestatis. Set exordium ab unitate proficiscitur, ut ecclesia Christi una monstretur, quam Aa 88r unam ecclesiam in Cantico quoque Canticorum Spiritus

16–17 Matt. 17:26 **21–22** Matt. 16:18 **25–26** Joh. 20:21-22

6 'Duc – altum' **15 Est – 17 tolle'** Ambrosius, *Expositio Evangelii sec. Lucam*, 4.73 (ed. Adriaen, CCSL 14.133.903-905). **21 Loquitur – 713: 30 custodit** Cyprianus, *De catholicae ecclesiae unitate* 4-6 (ed. Bévenot, CCSL 3.251-253.73-145).

Gw

1 prudentia] vel providen(tia) *add. supra lin. Fd^{pc}* **navigat]** vel <navi>gabat *add supra lin. Fd^{pc}* **2 potuerit** *Fd^{ac}*: potuit *Fd^{pc}*: poterat *Fr.* **3 preerat]** pereatur *Fd^{ac}* **ergo]** *add. supra lin. Fd^{pc}* **4 modica]** maxima *Fd^{ac}* **5 laxent]** relaxent *Fd^{pc}* **6 in² – 7 est]** est in profundum *Fr.* **8 dei filium]** *FdPolyc.*: filium dei *Fr.* **18 episcopus om. Fr.** **30 exordium – unitate]** ab uni. ex. *Fr.*

sanctus ex persona Christi Domini designat et dicit: 'Una
est columba mea, perfecta mea; una est matri sue, electa
genitrici sue.' Hanc ecclesiae unitatem et beatus Paulus
apostolus docet, et sacramentum unitatis ostendit, dicens:
5 'Unum corpus, et unus spiritus: una spes vocationis
vestre. Unus dominus, una fides, unum baptisma, unus
Deus.' Quam unitatem tenere firmiter et vindicare
debemus, maxime nos episcopi, qui in ecclesia presidemus,
10 ut episcopatum quoque ipsum unum atque indivisum
probemus. Nemo fraternitatem fallat, nemo fidei
veritatem perfida prevaricatione corrumpat. (§ 1)
Episcopatus unus est, cuius singularis in solidum pars
tenetur. Et ecclesia una est, quae in multitudinem latius
15 incremento fecunditatis extenditur, quomodo multi radii
sunt, set lumen unum, et rami arboris multi sunt, set
robur unum tenaci radice fundatum, et quomodo de fonte
uno plurimi rivi defluunt, et numerositas licet diffusa
videatur exundantis copie largitate, unitas tamen servatur
20 in origine. Avelle radium solis a corpore: divisionem
unitas non capit. Ab arbore frange ramum: fructus
germinare non poterit. A fonte precide rivum: precisus
arescit. Sic et ecclesia Domini luce perfusa per totum
orbem radios suos porrigit: unum tamen est, quod ubique
diffunditur, ne unitas corporis separatur. Ramos suos
25 universam terram copia ubertatis extendit, profluentes
largitur rivos, latius pandit: unum tamen caput est, et
origo una, et una mater fecunditatis copiosa. Adulterari
non potest sponsa Christi: incorrupta est et pudica. Unam
domum novit: unius cubiculi sanctitatem casto pudore
30 custodit.

Fd 70vb

(C.24 q.1 c.19) Idem.

1–3 Cant. 6:8 5–7 Eph. 4:4-6

Gw

1 et dicit] *FdPolyc.*: dicens *Fr.* 3 genitrici] genetricis(?) *Fd^{pc}*
6 unus – 7 Deus' *om. Fd, incl. Fr.Polyc.* 8 ecclesia] *FdPolyc.*: ecclesia
dei *Fr.* presidemus] possidemus *Fd^{pc}* 9 ipsum] et ipsum *Fd^{pc}*
10 fidei – 11 veritatem] ver. fidei *Fr.* 12 episcopatus] vel et
prelatus *add. in marg. Fd* cuius] cum *Fd^{pc}*: cuius a *Polyc*
singularis] singularis *Fd^{pc}Polyc.* 13 in] *Fd^{pc}* multitudinem] multi
Fd^{pc} 15 lumen unum] unum lumen *Fr.* 17 plurimi rivi] rivi
plurimi *Fr.* 22 totum – 23 orbem] orbem totum *Polyc.* totum *add.*
in marg. Fd^{pc} 24 ne *Fd:* nec *Fr.* 25 universam *FdPolyc.KR:* per
universam *Fr.:* in universam *Polyc.* 29 cubiculi] cubilis *Fd:* cubilli
Polyc.M

NON HABET DEUM PATREM UNIVERSALIS ECCLESIAE
RELINQUENS UNITATEM.

Fr. 973 Alienus est, profanus est, hostis est: habere non potest
Deum patrem qui universalis ecclesiae non tenet
unitatem. Idem. (§ 1) Dominus cum discipulis suis ait, ut
5 unanimi- tatem suaderet et pacem: 'Dico,' inquit, 'vobis quia
si duo ex vobis convenerint in terra, de omni re,
quaecumque petieritis, continget vobis a patre meo, qui
10 est in celis. Ubi- cumque enim fuerint duo aut tres collecti
in nomine meo, ego cum eis sum,' ostendit non
multitudini, set unanimi- tati deprecantium plurimum
tribui. 'Si duobus,' inquit 'de vobis convenerint in terra:'
unanimi- tatem prius posuit, concordiam pacis ante
15 premisit, ut conveniat nobis fideliter et firmiter, docuit.
Quomodo autem potest ei cum aliquo convenire, cui cum
corpore ipsius ecclesiae, et cum universa fraternitate non
convenit? Quomodo autem possunt duo aut tres in
nomine Christi colligi, quos constat a Christo et ab eius
evangelio separari?

(C.24 q.1 c.20) Item Ieronimus. 20

LIGANDI ET SOLVENDI POTESTATEM NON HABET QUI
UNITATEM PACIS CATHOLICE NON TENET.

Aa 88v Omnibus consideratis puto me non temere dicere, alios
ita esse in domo Dei, ut ipsi sint etiam eadem domus Dei,

6–10 Matt. 18.19-20

3 Alienus – 5 unitatem Cyprianus, *De unitate* 6 (ed. Bévenot, CCSL 3.253.148-150). Anselmus 5.2 (ed. Thaner, 232); *Polyc.* 7.3.4; *Coll. 3 libr.* 3.1.5-6 (ed. Motta, 2.11.2-12). **5 dominus – 19 separari** Cyprianus, *De unitate* 12 (ed. Bévenot, CCSL 3.257-258.286-298).

Gw

3 profanus est *add. in marg. Fd^{pc}* **non – 4 patrem**] Deum patrem non potest Aa **5 dominus cum**] cum dominus KaMcFr. **ait om.** KaKbMc^{ac}PfSbFr.Polyc.3L **ut om.** KaKbMc^{ac}Sb^{ac}Fr.Polyc.CR3L
6 unanimi- tatem FdFr.Polyc.: unitatem AaFd^{pc}PcSb^{ac} **quia – 7 si**] quasi Fd^{pc} **quia**] *om.* Aa^{ac}KaKbSb^{ac} **8 quaecumque** FdPolyc.: quamcumque AaBj^{pc}BrKaKbMe²Pa *Polyc.M:* quemcumque Polyc. **continget**] check Lenherr! **9 fuerint – tres** AaFdPolyc.3L: duo fuerint aut tres MkLenh.Polyc.C: duo aut tres fuerint KaFr. **11 unanimi- tati**] unitati Aa: vel unitati *add. supra lin. Hk* **deprecantium – 12 tribui**] pl. tr. depr. Aa **12 duobus** Fd^{ac}Polyc.: duo Fr. **'de** AaBrFdMeMkPolyc.: ex Fr.3L **15 quomodo**] quo Fd^{ac} **ei exp.** Fd^{pc}: ipse Bj^{pc}BrKaKbMe²Pa **cui**] *om.* KaKb. qui AaBj^{pc}Hk **17 convenit**] convenerit BcMc^{ac}MdMmPcPiPkSbSb **aut** AaFd: vel Fr.Lenh.1Polyc. **21 potestatem – habet**] non habet potestatem Fr. **24 sint etiam**] etiam sint Fr.

quae dicitur edificari super petram, quae unica columba
 appellatur, quae sponsa pulchra sine macula et ruga, et
 ortus conclusus et fons signatus et puteus aque vive et
 paradysus cum fructu pomorum; quae domus etiam claves
 5 accepit, ac potestatem solvendi et ligandi. Hanc domum si
 quis corrigenstem corripientemque contempserit, 'sit tibi,'
 inquit, 'tamquam ethnicus et publicanus.' De hac domo
 dicitur: 'Domine, dilexi decorem domus tue, et locum
 habitationis glorie tue;' et: 'Qui habitare facit unanimes in
 10 domo;' et: 'Locundatus sum in his, quae dicta sunt michi: in
 domum Domini ibimus;' et: 'Beati, qui habitant in domo
 tua; in secula seculorum laudabunt te.'

(C.24 q.1 c.22) *Item Gregorius in Moralibus.*

Fr. 974

EX SOLA ECCLESIA SACRIFICIUM DOMINUS ACCIPIT.

15 Quia ex sola catholica ecclesia veritas conspicitur, apud
 se esse locum Dominus perhibet, de quo videatur. In petra
 Moyses ponitur, ut Dei faciem contempletur, quia nisi
 quis fidei soliditatem tenuerit, divinam presentiam non
 agnoscit. De qua soliditate Dominus dicit: 'Super hanc
 20 petram edificabo ecclesiam meam.' (§ 1) Sola quippe est,
 per quam sacrificium Dominus accipiat libenter: sola, quae
 pro errantibus intercedat fiducialiter. Unde etiam de agni
 hostia Dominus precepit, dicens: 'In una domo comedetis,
 nec efferetis de carnibus eius extra fores.' In una namque
 25 domo comedetur, quia in una catholica ecclesia vera
 hostia redemptori immolatur. De cuius carnibus divina
 lex efferri foras prohibet, quia dari sanctum canibus vetat.
 Sola est, quae intra se positos valida caritatis compage
 custodit. Unde et aqua diluvii archam quidem ad
 30 sublimiora sustulit, omnes autem, quos extra archam
 invenit, extinxit.

6–7 Matt. 18:17 8–9 Ps. 25:8 9–10 Ps. 67:7 10–11 Ps. 121:1
 11–12 Ps. 83:5

23 **Omnibus** – 715: 12 **te'** Augustinus, *De baptismo* 7.51.99 (ed. Petschenig, CSEL 51.370.7-22)/

15 **Quia** – 31 **extinxit** Gregorius I., *Moralia in Iob* 35.8.13, ed. Adriaen, CCSL 143B.1782.49-54, 1781-82.34-40, 43-45.

Gw

2 **macula** – **ruga**] ruga et macula Fr. 3 **et**¹] om. Fd **et**²] om. F
et³] om. Fd 13 **Gregorius**] add. supra lin. Fd 14 **accipit**] unclear Fd
 15 **catholica ecclesia**] eccl. cath. Fr. 16 **perhibet**] prohibet Fd
 20 **meam**] om. Fr.: m. Fd 23 **comedetis**] comedetur ex comeditur
 corr. Fd 24 **fores**] foras Fd^{ac}

(C.24 q.1 c.23) Item Ciprianus.

NON EXHIBET FIDEM DOMINO CHRISTO QUI CORPUS
EIUS DISCERPIT.

Fd 71ra Advocavit ad se episcopum nec ullam putavit veram, 5
nisi vere fidei figuram, percunctatusque ex eo est,
utrumnam de catholicis episcopis esset, hoc est si cum
Romana ecclesia conveniret. Et forte ad id locorum in
scismate regionis illius ecclesia erat. Lucifer enim se a
nostra comunione diviserat, et quamquam pro fide 10
exulasset, et fidei sue reliquisset heredes, non tamen
putavit fidem esse in scismate. Nam etsi fidem erga Deum
tenerent, tamen erga Dei ecclesiam non tenebant, cuius
patiebantur velut quosdam artus dividi et membra
lacerari. Etenim, cum propter ecclesiam Christus passus 15
sit, et Christi corpus sit ecclesia, non videtur ab his
exhiberi Christo fides, a quibus evacuatur eius passio,
atque distrahitur. Itaque quamvis gratie fenus teneret, et
metueret tanti nominis debitor navigare, tamen eos
transire maluit, ubi tuto posset exsolvere. Iudicabat enim
Aa 89r divine solutionis gratiam in affectu ac fide esse, quam 20
quidem statim, ubi primum copia ecclesiae liberior fuit,
implere non distulit, Dei gratiam et accepit desideratam,
et servavit acceptam.

Fr. 975 **(C.24 q.1 c.25) Item Ieronimus.**

PROFANUS EST EXTRA ECCLESIAM BEATI PETRI 25
AGNUM COMEDERE TEMPTANS.

Quoniam vetus oriens inter se populorum furore
collisus indiscissam Domini tunicam et desuper textam
minutatim per frusta decerpit, et Christi vineam vulpes
exterminant, inter lacus contritos, qui non habent aquam, 30
difficile ubi fons signatus et hortus ille conclusus sit
possit intelligi, ideo michi cathedram Petri et fidem
apostolico ore laudatam censui consulendam, inde nunc
mee anime postulans cibum, unde olim Christi vestimenta

4 Advocavit – 23 acceptam Ambrosius, *De excessu fratris* 1.47.2-48.6,
ed. Faller, CSEL 73.23512-236.6. Anselmus 12.47; **Polyc.* 7.4.1. **27**
quoniam – 717: 30 est² Hieronymus, *Ep.* 15.1-2, ed. Hilberg, CSEL
54.62.5-64.11.

Gw

1 Ciprianus Fd^hKa^{ac}Br *Polyc.*: Ambrosius AaFd^hGwKa^{pc} Fr.
2 domino] om. Fr. *Ans.Polyc.* **4 se]** se Ciprianus Fd^hFr. **episcopum**
Fd Ans.Polyc.: episcopum Saturnum Fd^hFr. **5 figuram]** gratiam
Fd^hFr.Lenh. **27 quoniam]** quando Aa

suscepi. Neque vero vastitas tanti elementi liquentis, et
 interiacens latitudo terrarum me a preciose potuit
 margarite inquisitione prohibere. Ubi cumque fuerit
 corpus, illuc congregabuntur et aquile. Profligato a sobole
 5 mala patrimonio, apud vos solos incorrupta patrum
 servatur auctoritas. Ibi cespite terra fecundo dominici
 seminis puritatem centeno fructu refert, hic obruta sulcis
 frumenta lolium avenasque degenerant. Nunc in occidente
 sol iusticie oritur, in oriente autem Lucifer ille, qui
 10 ceciderat, supra sidera posuit thronum suum. Vos estis
 lux mundi, vos sal terre, vos vasa aurea et argentea: hic
 testea vasa virgam ferream et eternum operiuntur
 incendium. Quamquam igitur tui me terreat magnitudo,
 tamen invitat humanitas. A sacerdote victima salutem, a
 15 pastore presidium ovis flagito. Facescat invidia Romani
 culminis, recedat ambicio. Cum successore piscatoris
 discipulo Christi loquor. Ego nullum premium nisi
 Christum sequens, beatitudini tue, id est cathedre Petri,
 communionem consocior. Super illam petram fundatam
 20 ecclesiam scio. Quicumque extra domum hanc agnum
 comederit, profanus est. Si quis in Noe archa non fuerit,
 peribit regnante diluvio. Et quia pro facinoribus meis ad
 eam solitudinem con migravi, quae Syriam iuncto Barbarie
 fine determinat, non possum sanctum Domini, tot
 25 interiacentibus spaciis, a sanctimonia tua semper
 expetere, ideoque collegas tuos Egyptios confessores
 sequor, et sub honerariis parva navicula delitescor. Non
 novi Vitalem, Miletum respuo, ignoro Paulinum.
 Quicumque tecum non colligit, spargit, hoc est, qui
 30 Christi non est antichristi est.

Fr. 976

(C.24 q.1 c.26) *Item Ambrosius.*

HERETICORUM CONSORTIA A CATHOLICIS SUNT
FUGIENDA.

35 Fides ergo in primis ecclesiae querenda mandatur, in
 qua, si Christus habitator sit, haud dubie sit legendum. Si
 vero populus perfidus, aut preceptor hereticus deformet
 habitaculum, vitanda hereticorum communio, fugienda
 synagoga censetur, excutiendus pedum pulvis, ne
 fatiscantibus perfidie sterilis siccitatibus tamquam humi

Aa 89v

34 Fides – 718: 9 devita Ambrosius, *Expositio Evangelii sec. Lucam 6.67-*
68, ed. Adriaen, CCSL 14.197-198.676-701.

Gw

31 Ambrosius] Gregorius in moralibus libro vi^o AaInSb

- arido arenosoque mentis tue vestigium polluatur. Nam sicut corporeas infirmitates populi fidelis suscipere in se debet evangelii predicator, iuxta quod scriptum est: "Quis infirmatur, et ego non infirmor?" ita, si qua est ecclesia, quae fidem respuat, nec apostolice predicationis fundamenta possideat, ne quam labem perfidie possit aspergere, deserenda est. Quod Apostolus quoque evidenter asseruit, dicens: "Hereticum hominem post unam correptionem devita."
- Fd 71rb 5
- Fr. 977 (C.24 q.1 c.30) *Item Innocentius.* 10
 A FIDE RECEDENS PERFECTIONEM SPIRITUS AMITTIT.
 Heretici, cum a fide catholica destiterint, perfectionem Spiritus, quam acceperant, amiserunt.
- (C.24 q.1 c.31) *Item Ciprianus Magno filio salutem.* 15
 SACRI OFFITII POTESTATE PENITUS CARENT HERETICI.
 Dicimus omnino omnes hereticos et scismaticos nil habere potestatis ac iuris. Propter quod Novatianus nec debet nec potest excipi, quo minus ipse quoque extra ecclesiam consistens, et contra pacem ac dilectionem Christi faciens, inter adversarios et antichristos 20
 computetur. *Et paulo post: (§ 1)* Ecclesia una est, quae una et intus esse et foris non potest. Si enim apud Novatianum est, apud Cornelium non fuit. Si vero apud Cornelium fuit, qui Fabiano episcopo legitima ordinatione successit, et quem post sacerdotii honorem martirio quoque Dominus 25
 glorificavit, Novatianus in ecclesia non est, nec episcopus computari potest, qui, evangelica et apostolica traditione contempta, nemini succedens a se ipso ortus est. Habere namque aut tenere ecclesiam nullo modo potest qui 30
 ordinatus in ecclesia non est. *Et paulo post: (§ 2)* Quod vero eundem, quem et nos, Deum Patrem, eundem Filium Christum, eundem Spiritum sanctum nosse dicuntur, nec hoc adiuvere tales potest. *Et infra: (§ 3)* Invenimus in tali facinore non solum duces et auctores, sed etiam participes 35
 penis destinari, nisi a comunione malorum se separaverint, precipiente per Moysen Domino et dicente:

2–3 Ioh. 6:69-70 3–4 II Cor. 11:29 8–9 Tit. 3:10

12 Heretici – 13 amiserunt Innocentius I., *Ep.* 24 (JK 310), ed. PL 20.550A. 16 Dicimus – 21 computetur Cyprianus, *Ep.* 69.1.1, ed. Diercks, CCSL 3C.470.9-13. 21 Ecclesia – 30 est *Ibid.* 69.3.1, ed. 473-474.66-74. 30 Quod – 33 potest *Ibid.* 69.8.1, ed. 480-481.162-164. 33 Invenimus – 719: 16 irrogantur *Ibid.* 69.9.1-10.1, ed. 483-484.193-210.

Gw

“Separamini a tabernaculis hominum istorum
 durissimorum, et nolite tangere de omnibus, quae sunt
 eorum, ne simul pereatis in peccatis eorum.” Et quod
 conminatus per Moysen fuerat Dominus inplevit, ut
 5 quisque se a Chore, et Dathan, et Abiron non separasset,
 penas statim pro inopia comunione persolveret. Quo
 exemplo, ostenditur et probatur, obnoxios omnes pene et
 culpe futuros, qui se scismaticis contra prepositos et
 sacerdotes irreligiosa temeritate miscuerint, sicut etiam
 10 per Osee prophetam Spiritus sanctus contestatur et dicit:
 “Sacrificia eorum tamquam panis luctus, omnes, qui
 manducant ea, contaminabuntur,” docens scilicet et
 ostendens, omnes omnino cum auctoribus suis supplicio
 coniungi, qui fuerint eorum peccato contaminati. quae
 15 ergo apud eos merita esse circa Deum possunt, quibus
 supplicia divinitus irrogantur? *Et infra: (§ 4)* Si autem
 foris cuncti heretici et scismatici non habent Spiritum
 sanctum, et ideo apud nos eis manus inponitur, ut hic
 accipiatur quod illic non est, nec dari potest: manifestum
 20 est, nec remissionem peccatorum per eos dari posse, quos
 constat Spiritum sanctum non habere.

Aa 90r

(C.24 q.1 c.33) Item Pelagius papa.

NON CONSECRAT IN SCISMATE CONSTITUTUS
 EPISCOPUS.

25 Pudenda, ut ita dicam, in divisione rapina est non
 consecratus, sed execratus episcopus. Si enim ipsum
 consecrationis nomen rationabili ac vivaci intellectu
 discutimus, is, qui cum universali detrectat consecrari
 ecclesia, consecratus dici vel esse nulla poterit ratione.
 30 Consecrare enim est simul sacrare. Sed ab ecclesiae
 visceribus divisus et ab apostolicis sedibus separatus
 execrat ipse potius, non consecrat. Iure ergo execratus
 tantum, non consecratus poterit dici, quem simul sacrare
 in unitate coniunctis membris non agnoscit ecclesia.
 35 Videamus tamen, utrum vel ipsarum consuetudinem
 partium in sua exordinatione conservaverit. Nempe hic

Fr. 979

1–3² Num. 16:26

16 Si – 21 habere *Ibid.* 69.11.3, ed. 486.242-246. 25 Pudenda – 720:
 11 ecclesia¹ Pelagius I, *Ep.* 24.7-11 (J³ 1922; JK 983; ed. Gassó et Batlle,
 75.25-76.44).

Gw

29 nulla poterit] poterit nulla KaKbFr.

mos antiquus fuit, ut, quia pro longinquitate vel difficultate itineris ab Apostolico onerosum illis fuerat ordinari, ipsi se invicem Mediolanensis et Aquileiensis ordinare episcopi debuissent, ita tamen, ut in ea civitate, in qua erat ordinandus episcopus, alterius civitatis pontifex occurrere debuisset, ut ordinandi electio a presenti ordinatore ex consensu universalis, cui preficiendus erat, ecclesiae melius ac facilius potuisset agnosci, et in sua qui ad episcopatum provehendus erat, nec tamen ordinatori suo subdendus fuerat, ordinaretur ecclesia. Etenim cum, sicut diximus, ecclesia una sit, cui in Canticis Canticorum dicitur: "Una est columba mea," nullam aliam esse constat, nisi quae in apostolica est radice fundata, a quibus ipsam fidem universo orbe propagatam non potest dubitari. Quod ut licet vobis, notissimum sit omnino, beati tamen Augustini testimonio conprobemus. Audite, quid in quodam opere suo preclarissimus doctor ecclesiae dicat. Ait enim: "Quod si nullo modo recte dici potest ecclesia, in qua scisma est, restat, ut, quoniam ecclesia nulla esse non potest, ea sit, quam in apostolice sedis per successiones episcoporum radice constitutam nullorum hominum malicia (etiamsi nota et excludi non possit, sed pro temporum ratione tolleranda iudicetur) ullo modo valeat extinguere."

(C.24 q.1 c.34) *Idem.*

UNITATI NON COMMUNICAT SCISMATICIS
CONSENTIENS.

Scisma siquidem ipsum, quod grecum nomen est, scissuram sonat. Sed scisura in unitate esse non potest. Non ergo unitati communicat qui scismaticis communicat. Partes sibi ipsi fecerunt, et ab eo, quod unum est, ut apostoli Iude iam verbis loquar, semetipsos segregantes, Spiritum non habent. Quibus omnibus illud efficitur, ut, quia in unitate unum non sunt, ut, quia in partem esse voluerunt, ut, quia Spiritum non habent, corpus Christi

12 Cant. 6:8 32–33 Iud. 19

11 Etenim – 24 extinguere *Ibid.* 24.17-18 (ed. 77.59-78.74). 18 Quod – 24 extinguere *Locus incertus, v. ed. Gassó et Batlle, 77.* 28 Scisma – 721: 1 possint Pelagius I, *Ep.* 35.2-3 (J³ 1934; JK 994, ed. Gassó et Batlle, 97.7-14).

Gw

1 antiquus *AaFd^{bc}KaKbMeFr.*: antiquitus *BiBrMkMmSaSbPolyc.* 5 erat ordinandus] ord. erat *KaKbFr.* 10 ordinaretur] ut ordinaretur *BiKaKbMkLenh.* 13 est – 14 radice *FdLenh.*: radice est *AaBrMm*

sacrificium habere non possint. (§ 1) Non autem nobis nunc illa questio est, utrum tollerare malos, sed utrum debeamus scismaticis sociari. Si etiam ipsi, licet in suo sensu habundantes, intra materna tamen positi viscera
 5 quererent veritatem, a nobis repellendi non erant, donec apud eos ratione duce rei veritas claruisset. Sed quia se ab universali ecclesia dividerunt, sicut beatus Augustinus ait, omnis catholicus securus eam partem detestatur, cui ecclesiam universalem apostolicis sedibus roboratam non
 10 communicare cognoscit. (§ 2) Nec enim levigat eorum crimen, magis vero auget, quod eos restitisse diu dixistis, ne apostolicis communicantes sedibus in sua comunione reciperent. In hoc enim dum et illi culpandi sunt, qui communicare talibus voluerunt, multo magis tamen illi
 15 execrandi sunt, qui non solum in sacerdotibus communionem apostolicarum sedium, verum etiam in ipsis laicis spreverunt. Sed nec illud eis prodest, quod eos in eisdem litteris vel ignorantia rationis, vel simplicitate intellectus sui a nostra se comunione suspendisse
 20 perhibetis. Id ipsum enim magis est, propter quod scismatici sunt, quia non eos diversa sentiendi iudicium, sed quaedam apud se delata, sibi tamen incognita metuentes et contra apostolicam sedem temere credentes, pessima divisit opinio. (§ 3) Quod scisma specialiter esse beatus denunciat Augustinus, dicens de talibus: "Adversus auctoritatem illarum ecclesiarum, quae ab apostolica sede
 25 epistolas accipere meruerunt, temere credendo, inmanissimum crimen scismatis a se propulsare non poterit." Ad summam, aut illos ecclesiam esse creditis, (et, cum due ecclesiae esse non possint, nos, quod absit, scismaticos iudicabitis,) aut, si veram in apostolicis sedibus esse constat ecclesiam, et illos ab unitate divisos cognoscite, et comunionis questionem esse sublatam, quam veram nisi in unitate constat esse non posse. (§ 4)
 35 Noli ergo, quasi nulla scismaticorum atque ecclesiae differentia sit, velle indifferenter utrorumque sacrificiis sociari. Non est Christi corpus, quod scismaticus conficit, si veritate duce dirigimur. Nec enim divisum esse poterit Christum quisquam sine Apostoli reprobatione
 40 confingere. Unam, ut sepe dictum est, quae Christi corpus

Fr. 980

1 Non – 722: 3 desistit *Ibid.* 35.5-13 (ed. 98.20-100.58). **25 Adversus – 29 poterit** cf. Augustinus, *De doctrina Christiana* 2.8.12, ed. Martin, CCSL 32.xx.xx.

Gw

est, constat esse ecclesiam quae in duo vel in plura dividi non potest. Simul enim, cum ab ea quisque discesserit, ecclesia esse desistit.

(C.24 q.1 c.35) *Item Nykolaus papa scribit Micheli Augusto.*

5

EX QUO EPISCOPUS FIDEI CONTRARIA DOCET, ALIUM EXPOLIARE NON POTEST.

Ait Celestinus papa, orientalibus episcopis scribens: "Si quis ab episcopo Nestorio aut ab aliis, qui eum secuntur, ex quo talia predicare ceperunt, vel excommunicatus vel exutus est seu antistitis seu clerici dignitate, hunc in nostra communione et durasse, et durare manifestum est, nec iudicamus eum esse remotum, quia non poterat quemquam eius remove sententia, qui iam se prebuerat ipse removendum."

10

15

(C.24 q.1 c.36) *Item ad clerum Constantinopolitanum.*

NON HABEANTUR EXCOMMUNICATI QUI AB HERETICIS EXCOMMUNICANTUR.

Fd 71vb

Aperte, inquit, sedis nostre sanxit auctoritas, nullum sive episcopum sive clericum seu professione aliqua Christianum, qui a Nestorio, vel eius similibus, ex quo talia predicare ceperunt vel conmunione vel loco suo deiecti sunt vel eiectum vel excommunicatum videri: sed hii omnes in nostra conmunione hucusque perdurant, quia neminem deicere vel remove poterat qui predicans talia titubabat. Intellexisti, inperator, ex supra memoratis non potuisse, ut non dicamus saltim prelatum suum, quemlibet remove, qui fuerant olim remoti, nec deicere quemquam iam ante prostrati?

20

25

Fr. 981

(C.24 q.1 d.p.c.37) ¶ His auctoritatibus perspicue monstratur, quod, ex quo aliquis contra fidem ceperit aliqua docere, nec deicere aliquem valet nec dampnare. (§ 1) Obicitur tamen illud Augustini: "Recedentes a fide nec baptisma, nec baptizandi potestatem amittunt." Cum ergo sacerdotalem unctionem utraque potestas, baptizandi videlicet et excommunicandi, sequatur, a fide recedentes

30

35

8 Ait – **15 removendum** Nicolaus I, *Ep.* 88 (JE 2796), ed. Perels, MGH Epp. 4.462.30-35. **Si** – **15 removendum** Celestinus I, *Ep.* (JK 373), ed. Mansi 4.1050. **19 Aperte** – **29 prostrati** Nicolaus I, *Ep.* 88 (JE 2796) ed. Perels, MGH Epp. 4.462.35-463.5; Celestinus I, *Ep.* (JK 375), ed. Mansi 4.1046. **33 Recedentes** – **34 amittunt** C.1 q.1 c. 97.

Gw

aut utramque retinebunt, aut utraque carebunt. Sed aliud est potestas offitii, aliud executio. Plerumque offitii potestas vel accipitur, veluti a monachis in sacerdotali unctione, vel accepta sine sui executione retinetur, veluti
 5 a suspensis, quibus amministratio interdicitur, potestas non aufertur. A fide itaque recedentibus potestas non adimitur, sicut redeuntibus non redditur, ne non homini, sed sacramento iniuria videatur fieri. Unde ab hereticis baptizati vel ordinati, cum ad unitatem fidei catholice
 10 redierint, si forte intuitu ecclesiastice pacis in suis recipiantur ordinibus, non iterabitur sacramentum, quod in forma ecclesiae probabitur ministratum, sed per inpositionem manus prestabitur virtus sacramenti, quae extra ecclesiam nulli docetur esse collata. Cum ergo
 15 utraque potestas in hereticis remaneat, si hereticus catholicum vel alium hereticum excommunicaverit, ut in communionem suae heresis illum deducat, quia iniqua est sententia, pondere caret. (§ 2) Quod si in catholicum prave viventem, vel in hereticum flagitiis vel facinoribus
 20 deditum, ut alias ad recte vivendi normam uterque redeat, sententiam dederit, an uterque, an hereticus tantum eius sententia teneatur, merito querendum videtur? Potest autem dici, catholicum sententia heretici minime teneri. Non enim potest oris gladio ferire quem accusare vel in
 25 quem testificari non valet. Si enim quos divina testimonia non secuntur, quia extra ecclesiam sunt, pondus humani testimonii perdididerunt adversus eos, qui in ecclesia esse videntur, nec adversus eosdem ecclesiastice auctoritatis pondus habere poterunt qui ab eius fide discessisse
 30 probati sunt, atque ideo ab ecclesia sunt condemnati. In hereticum autem potestatem habere videtur hereticus, sicut et diabolus potest in malis, tamquam in suo pecore. Unde Augustinus scribit Vincentio Donatiste et Rogatiste:

Aa 91v

35 (C.24 q.1 c.38) PRO FACINORE AB HERETICIS EXCOMMUNICATUS A CATHOLICIS NON EST RECIPIENDUS.

Fr. 982

Quisquis pro aliquo facinore vel flagicio proiectum a vobis ita suscipit, sicut suscipiuntur qui excepto errore, quo a nobis separamini, sine crimine apud vos vixerunt,

35 rubPro – 724: 7 Domini Augustinus, *Ep.* 93.50, ed. A. Goldbacher, CSEL 34.2.494.6-15.

Gw

36 non est *om. Gw*

displicet nobis. Sed nec facile ista monstratis, et, si monstretis, nonnullos tolleramus, quos corrigere vel punire non possumus, neque propter paleam relinquimus aream Domini, neque propter pisces malos rumpimus retia Domini, neque propter hedos in fine segregandos deserimus gregem Domini, neque propter vasa facta in contumeliam migramus de domo Domini. 5

(C.24 q.1 d.p.c.39) ¶ Sed istud Augustini intelligitur dictum non propter sententiam, cuius potestas nulla est extra ecclesiam, sed in detestatione criminum, quae in hereticis, sicut in catholicis, eque sunt punienda. Potest tamen illud Augustini de potestate baptizandi intelligi, non ligandi, aut solvendi, vel cetera sacramenta ministrandi. Baptisma namque sive ab heretico, sive etiam laico ministratum fuerit, dummodo in unitate catholice fidei accipiatur, non carebit effectu. Alia vero sacramenta, ut sacri corporis et sanguinis Domini, excommunicationis vel reconciliationis, si ab heretico vel catholico non sacerdote ministrentur, vel nullum, vel letalem habebunt effectum. Unde et ab hominibus fidelibus nullatenus sunt recipienda. Hinc Augustinus scribit in I libro de unico baptismo: 10 15 20

(C.24 q.1 c.40) IN EXTREMO POSITUS ETIAM AB HERETICO PENITENCIAM ACCIPERE VALET.

Si quem forte coegerit extrema necessitas et ubi catholicum, per quem accipiat, non invenerit, et in animo pacem catholicam custodiens, per aliquem extra unitatem catholicam positum acceperit quod in ipsa erat catholica unitate percepturus, si statim etiam de hac vita migraverit, non eum nisi catholicum deputamus. Si autem fuerit a corporali morte liberatus, cum se catholice congregationi et presentia corporali reddiderit, unde numquam corde discesserat, non solum non inprobamus quod fecit, sed etiam securissime verissimeque laudamus, quoniam presentem Deum credidit cordi suo, ubi unitatem servabat, et sine sancti baptismi sacramento (quod, ubicumque invenit, non hominum, sed Dei esse cognovit) noluit ex hac vita migrare. Si quis autem, cum possit in ipsa accipere, aliqua mentis perversitate elegerit in scismate baptizari, etiamsi postea venerit ad catholicam 25 30 35 40

23 rubIn – 725: 3 scientius

GW

6 Domini d/s/ *Aa^{ac}*

Fd 72ra

Fr. 983

ecclesiam, certum est ibi prodesse sacramentum, quod alibi accipi potest, prodesse non potest; perversus et iniquus est, et tanto perniciosius, quanto scientius.

Aa 92r

(C.24 q.1 c.41) *Item Iulianus papa.*

5 ANNUM PENITEAT QUI DE MANU HERETICI NESCIENS PROHIBITAM COMMUNIONEM ACCEPTIT.

Si quis dederit aut acceperit communionem de manu heretici, et nescit, quod catholica ecclesia contradicit, postea intelligens, annum integrum peniteat. Si autem
10 scit, et neglexerit, et postea penitentiam egerit, decem annos peniteat. Alii iudicant septem, et quidam humanius, ut quinque annos peniteat. (§ 1) Si quis permiserit hereticum missam suam celebrare in ecclesia catholica, et nescit, quadraginta dies peniteat; si pro reverentia eius,
15 annum unum peniteat; si pro dampnatione ecclesiae catholice, et consuetudinis Romanorum, proiciatur ab ecclesia, sicut hereticus, nisi habeat penitentiam; si habuerit, decem annos peniteat. Si recesserit ab ecclesia catholica in congregatione hereticorum, et alios
20 persuaserit, postea si penitentiam egerit, duodecim annos peniteat, tres extra ecclesiam et septem inter audientes, et duos adhuc extra communionem. De his ita in canone dicitur, ut duodecimo anno communionem sine oblatione percipiant.

25 **(C.24 q.1 c.42)** *Item Gregorius.*

POCIUS EST MORTEM ARRIPERE QUAM DE MANU HERETICI COMMUNIONEM ACCIPERE.

Cepit Erminegildus rex iuvenis terrenum regnum despiciens, et forti desiderio celeste querens, in ciliciis
30 iacere vinculatus et omnipotenti Deo ad confortandum se preces effundere, tantoque sublimius gloriam transeuntis mundi despiciere, quanto et religatus agnoverat nil fuisse, quod potuit auferri. Superveniente autem festivitatis pascalis die, intempeste noctis silentio ad eum perfidus
35 pater Arrianum episcopum misit, ut de eius manu sacrilege consecrationis communionem perciperet, atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus Arriano episcopo venienti exprobravit ut debuit, eiusque a se perfidiam dignis increpationibus repulit, quia

Bi 248ra

7 Si – 24 percipiant *Canones poenitentiales B. Hieronymi*, ed. PL 30.430 B-C. **28 Cepit – 726: 5 occiderent** Gregorius I, *Dialogi* 3.31.2-4, ed. Vogüé, SC 260.384-386.14-31.

Gw

Fr. 984 etsi exterius iacebat ligatus, apud se tamen in magno mentis culmine stabat securus. Ad se itaque reverso episcopo Arriano pater infremuit, statimque suos apparitores misit, qui constantissimum confessorem Dei illic, ubi iacebat, occiderent.

5

(QUAESTIO 2)

(C.24 q.2 d.a.c.1) ¶ Quod autem post mortem nullus excommunicari valeat vel absolvi, verbis evangelii monstratur, quibus dicitur: “Quodcumque ligaveris super terram etc.” “Super terram”, inquit, non “sub terram”, ostendens quod viventes pro varietate suorum meritorum solvere possumus vel ligare. De mortuis autem sententiam ferre non possumus.

10

Mk 199va

Unde Leo papa scribit Rustico Narbonensi episcopo.

15

(C.24 q.2 c.1) NON POSSUNT AB ECCLESIA SOLVI POST MORTEM QUI IN HAC VITA AB EA NOLUERUNT ABSOLVI.

Aa 92v De communione privatis et ita defunctis. Horum causa Dei iudicio reservanda est, in cuius manu fuit, ut talium obitus non usque ad communionis remedium differretur. Nos autem quibus viventibus non communicamus, mortuis communicare non possumus.

20

Bm 160vb

(C.24 q.2 c.2) Item Gregorius papa Fausto magistro militie.

10–11¹ Matt. 16:19

18 De – 22 possumus *Panormia 5.118. De – defunctis Dionysius Exiguus, *Collectio decretorum Romanorum pontificum*: Leo I 20 (rubrica), ed. PL 67.289B. Horum – 22 possumus Leo I, *Ep.* 167 (JK 544) 20, ed. PL 54.1205B-1206A.

Gw 8 Quod [AaFd BiBmGgMkMmMvPFPy

9 verbis] Fd^{ac}: ex verbis Aa BiBmFd^{bc}GgMkMvPFSb, an recte?

10 Quodcumque] quecumque Mk 11 etc] erit ligatum etc. Bi: i.e. etc.

Bm terram³] terra Fr. 12 varietate] v///tata Fd^{ac}: veritate Fd^{bc}: vel varietate add. supra lin. Fd^{bc}

15 Rustico] rusticano Mv

17 noluerunt] noluit Mv 19 Dei iudicio Fd Bm Pan.: iudicio dei Aa

Fr. reservanda] servanda Aa Bm: observanda Pan. in] ut Aa

20 differretur] referretur CdMv 23 Gregorius – 24 militie Fd fol.

151ra Pan.: /// papa Fausto magistro /// Fd^{bc} fol. 72ra: Gregorius papa

Fausto preposito militie Aa: Gelasius Fausto magistro (add. s.l. Mk)

fungenti legationis officio Constantinopolim AbAdBiBmGgMkMv Fr.:

Gelasius papa Gw: cf. Winroth, *Making of Gratian's Decretum*, 59.

ECCLESIA VIVENTES POTEST LIGARE VEL SOLVERE, Gg 181vb
NON MORTUOS.

Mortuos suscitasse Christum legimus, in errore Bi 248rb
mortuos absolvisse non legimus. Et qui hoc tantum
5 faciendi solus habuit potestatem, beato Petro apostolo Fr. 985
principaliter mandavit: “Quodcumque ligaveris super
terram, erit ligatum et in celis, et quodcumque solveris
super terram, erit solutum et in celis.” “Super terram”,
inquit. Nam alligatione defunctum nusquam dixit esse Fd 72rb
10 absolvendum.

(C.24 q.2 c.3) Item Urbanus Vilimundo episcopo.

NON OPORTET AB EORUM ELEMOSINIS ABSTINERE
POST MORTEM, QUIBUS IN VITA COMMUNICARE NON
DESTITIMUS.

15 Sane quod super Richardo filio Borelli vestra
fraternitas se egisse innotuit pro zelo Dei et animarum
caritate laudamus. Set non est adeo timendum, non adeo
est vobis ab eius elemosinis abstinendum. Inter ceteros
quippe nostre fidei patres beatus Leo doctor egregius:
20 “Quibus” inquit “vivis non communicavimus nec mortuis
communicare debemus.” Constat ergo quibus vivis (ut ex
opposito loquamur) communicamus mortuis quoque

6–8 Matt. 16:19

3 Mortuos – **10 absolvendum** Gelasius I, *Ep.* 4 (JK 622), ed. PL 59.27B-D.**Panormia* 5.119. Cf. *Coll. Trip.* 1.46.2a; *Polyc.* 7.1.30; *Coll.* 3 *libr.* 2.25.11, ed. Motta, 1.334.11-17. **15 Sane** – **728: 14 adiuvere** Urbanus II, *Ep.* (JL 5363), ed. Somerville, *Pope Urban II*, 68.2.20.**Panormia* 5.123; Ivo, *Decretum* 14.68. **20 Quibus** – **21 debemus** C.24 q.2 c. 1.

AaFdGwBiBmGgMkMmMvPfPy

4 mortuos] mortis *Fd^{bc}* **tantum** certam *Pan.*: tamen *Pan.vi*.
5 habuit] habuerit *Fr.*: h□it *Gg* **6 mandavit** mandat *Pan.* **7 erit** – **8**
celis *Fd*: e. l. et in c. *Aa*: etc.*Mv Fr.* **9 inquit]** inquit non sub terra *A*
alligatione a ligatione *Gg* **nusquam]** numquam *Bm* **esse** *FdMv*,
om. *AaBiBmGgMkMmPf* **12 eorum elemosinis]** elem. eorum *Fr.*
13 communicare – **14 destitimus** communicamus *Bi* **communicare**
om. *Mv* **14 destitimus]** desistimus *Bm* **15 Borelli]** Burelli *Bm*
16 pro] quod *Mv* **17 caritate]** salute et caritate *Bm* **est** –
timendum] adeo tim. est *Bm* **non adeo]** nec adeo *supra ras.* *Fd*
18 est vobis] a vobis est *Bm* **19 nostre fidei]** fidei nostre *A*
nostre] *supra ras.* *Fd* **20 communicavimus** *AaFd*: communicamus
Bi^{ac}BmGgMkMmMvPfFr. **nec om.** *Aa* **21 debemus]** non debemus
Aa **quibus** *AaFd BiCdMkMmMvPfPy*: quoniam quibus *Fr.* **ex** – **22**
opposito] ex eo proposito *Fd^{bc}*: exposito *BiMv*

communicare possimus. Nos plane inter duo oppugnancia positi, inter inpios videlicet et scismaticos, scismaticis ullo modo communicare non possumus aut licet. Peccatoribus vero et predonibus dispensative propterea communicamus, quia et ecclesiam hactenus sustentaverunt et se fideles in posterum pollicentur. 5
 Mv 383b Alioquin oportet de his mundi partibus exire, sub qua etiam sponsione nos eis nuper in beati Petri natalitiis absolutionem indulsimus. Quia ergo predictus vir neque excommunicatus nominative neque communicans cum 10
 Mk 199vb nos patimur, eorum elemosinis communicare et defuncti animam Christiane religionis modis omnibus adiuvere.

(C.24 q.2 c.4) Item Gelasius universis episcopis per Dardaniam sive per Illiricum constitutis. 15

DE EODEM.

Nec quisquam vobis omnino persuadeat Achatio prevaricationis sue crimen fuisse laxatum, quia qui postquam in collegium recidens pravitatis iureque meruit ab apostolica communione secludi, in hac eadem persistens dampnatione defunctus est, absolutionem, quam superstes non quesivit omnino nec meruit mortuus, iam non potest impetrare. Siquidem ipsis apostolis Christi voce delegatum est: “quae ligaveritis super terram” et 25

25 Matt. 18:18

18 Nec – 729: 7 discretam Gelasius I, *Ep.* 18 (JK 638) 5 (ed. Thiel, 385). *Anselmus 12.29 (Ans.^L, fo. 178va); *Polyc.* 7.1.8 et 7.1.31; **Coll.* 3 *libris* 2.26.12, ed. Motta, 1.350.3-15. **25 quae – terram**

AaFdGwBiBmGgMkMmMvPfPy **14 adiuvere** *BmGgBm*]

1 possimus] debemus *Fd^{pc}: vix legitur Fd^{ac}* **2 videlicet – scismaticos]** et scism. videlicet *Bm* **videlicet** *AaFd^{pc} BiMm*: quidem (v.l. quippe) *Pan.*: om. *MkMvPfCdFr.*: *Fd^{ac} vix legitur, nonne* quidem **scismaticos** *AaFdBiMm*scism. videlicet *MkMvFr.* **ullo** nullo *Gg Pan.* **3 non** om. *Gg Pan.* **aut** om. *Bi* **6 sustentaverunt** sustinuerunt *B se]* sese *Mv* **7 alioquin]** alioqn? *Fd^{ac}* **his** *Aa^{ac} Bi^{ac}MmPf Pan.*.huius *Aa^{pc}Fd Bi^{pc}BmCdGgMkMvFr.* **8 eis]** eas *Fd^{ac}: ea Bi^{ac}* **9 quia]** qui *Fd^{ac}* **12 vobis]** *AaFd CdMmMvPf*: nobis *BiMkFr. Pan.* **13 nos** *AaFd MkMmMvPyPan., om. Fr.* **17 rubDe eodem/rub** *Aa MkMmMvPf, om. FdPy* **18 achatio]** *acha Fd^{ac}: accio Pf* **20 iureque** *Ans.^LPolyc.3L: ///que Fd^{ac}: iure MkMmMvFr.*: viteque *AaFd^{pc} Bi^{ac}*: sue et vite *Cd^{ac}* **21 secludi]** excludi *Aa* **22 persistens dampnatione]** dampn. pers. *Aa* **23 superstes** superstites *Ans.^L* **nec** om. *Ans.^L* **24 potest]** potuit *Fd^{pc}: pot./// Fd^{ac}* **Siquidem]** *S/quidem Fd^{ac}* **ipsis]** ipsius *Mv* **25 quae]** quecumque *Aa* **ligaveritis]** ligaveris *Fd^{ac}*

reliqua. Ceterum de eo, qui in divino est iudicio
constitutus, nobis fas non est aliud decernere preter id, in
quo eum dies supremus invenit. Atque ideo nisi eius
nomine refutato ceterisque consortibus huius erroris, cum
5 nullo prorsus eorum participare debetis mense dominice
puritatem, quam maiores nostri semper ab heretica
magnopere servaverunt pollutione discretam.

Fr. 986

Aa 93r

(C.24 q.2 d.p.c.5) ¶ His auctoritatibus probatur, quod
videntes non mortuos solvere possumus vel ligare. Verum
10 hoc non de omni crimine intelligendum est. Sunt enim
crimina, de quibus etiam post mortem accusari possunt
quilibet vel dampnari, veluti heresis.

Unde in prima accione quinte synodi legitur:

(C.24 q.2 c.6) HERETICI ETIAM POST MORTEM SUNT
15 EXCOMMUNICANDI.

Sane profertur a quibusdam, qui dicunt oportere post
mortem hereticos anathematizari, et sequi in hoc
doctrinam sanctorum patrum, qui non solum viventes
hereticos condempnaverunt, set etiam mortuos, sicut eos,
20 qui iniuste condempnati sunt, revocaverunt post mortem
et in sacris dipticis scripserunt. Quod factum est in
Iohanne et in Flaviano religiose memorie episcopis
Constantinopolitanis. Item in accione quinta: (§ 1)
Augustinus ait: "Si forte isti libri ita designant traditorem
25 suum, sicut Dominus designavit Iudam, legant in eis
nominatim et expresse vel Cecilianum vel eius
ordinatores eorumdem librorum fuisse traditores, et nisi

16 Sane – 731: 14 anathematizari Ivo, *Decretum* 14.62. Sane – 23
Constantinopolitanis Conc. Constantinopolitanum (a. 553), actio 1.16,
ed. Straub, *Acta conc. oecumen.* 4.1.13.24-30. *Panormia* 5.115. 24
Augustinus – 731: 14 anathematizari *Panormia* 5.116. Augustinus –
730: 1 tradidisse Actio 5.61, ed. Straub 4.1.103.19-21. Si – 730: 1
tradidisse Augustinus, *Ad catholicos de secta Donatistarum* 3.5, ed.
Petschenig, CSEL 52.236.20-24.

AaFdGwBiMkMmMvPFPy

1 reliqua] c<etera> Aa est iudicio] iudicio est MvFr.: 3 eum om.
Fd^{ac} 11 crimina] quedam crimina BiMkFr. 13 quinte Fd MmMvPf:
v^e Aa, om. B^{iac} 14 rubHeretici – 15 excommunicandi om. Mv
16 Sane] Aa MkMmMv Pan.: ane Fd. vane Pan.^{vi} orig. post – 17
mortem om. Mv 17 in – 18 doctrinam] doct. in hoc Fr.
19 condempnaverunt Aa MkFr. Pan.: dampnaverunt Fd B^{iac}Mm
21 dipticis AaFd^{ac}Fr. Pan.: dicticis Mv: dictis BiCdMkMmPf 24 ita
designant] designant ita Aa 25 sicut] sicut ita Aa Dominus –
Iudam] Iudam des. Dom. Aa legant AaFd^{ac}Fr. Pan.: legatur Fd Py

eos anathematizavero, ipse cum eis iudicer tradidisse." (§ 2) quae modo recitata sunt Augustinus sanctae memoriae consuluit, statuit et teneri ab initio in ecclesia. Impium enim dogma iam inculpatum et condemnatum et eos, qui tali dogmati obnoxii sunt, anathematizari vult ecclesiae traditio, licet etiam mortui essent. Ideo sanctae memoriae Augustinus dicit: "Si modo convinceretur Cecilianus de his, quae inferuntur ei, etiam post mortem eius illum anathematizo." Item: (§ 3) Multi episcopi congregati et quaedam de diversis causis ad ecclesiasticum statum pertinentibus disponentes de episcopis statuerunt defunctis, qui suas facultates hereticis relinquunt, ut etiam post mortem anathemati subiciantur. Sunt autem et Augustini sanctae memoriae epistole dicentes, quod si qui in vita sua non recte sapuerunt, licet non condemnati fuissent adhuc viventes, tamen demonstrato peccato etiam post mortem anathemati subiciantur. Item: (§ 4) "Si vera sunt quae Ceciliano obiecta sunt, et nobis aliquando possent monstrari, ipsum mortuum anathematizaremus." Item: (§ 5) "Dicis licere michi etiam de mortuis iudicare, quia iudicium non tantum de vivis, set de mortuis fieri solet." Item: (§ 6) Rabanus sanctae memoriae episcopus factus Edissene civitatis, qui in sacerdotibus resplenduit Theodorum Mopsotenum post mortem in ecclesia

2 quae – 9 anathematizo Actio 5.64, ed. Straub 4.1.104.2-7. **7 Si – 9 anathematizo** *Non invenitur inter scripta Augustini.* **9 Multi – 17 subiciantur** Actio 5.56, ed. Straub 4.1.102.11-16. **17 Si – 19 anathematizaremus** Actio 5.59, ed. Straub 4.1.103.6-7. Augustinus, *Ep.* 185.4, ed. Goldbacher, CSEL 57.3.26-4.1. **20 Dicis – 22 solet** Actio 5.63, ed. Straub 4.1.103.31-32. Augustinus, *Contra Cresconium* 3.39.43, ed. Petschenig, CSEL 52.450.20-21. **22 Rabanus – 731: 1 anathematizavit** Actio 5.64, ed. Straub 4.1.104.12-14.

AaFdGwBiMkMmMvPpPy

3 statuit et] et statuit *Fr.* **4 inculpatum** inculpatum est *Fr.* **6 Ideo AaFr.Pan.: Idem *Fd* **11 episcopis]** ipsis *Bj^{pc}Mk* **14 epistole dicentes** *AaFdCdMkMmMvPpPy Pan.:* dic. ep. *Fr.* **15 sapuerunt Fd(?)CdFr. Pan.: sapuerint *AaMmMvPpPy* **16 etiam Fd:** etiam isti *AaMvPpPyFr.:* et isti *Cd:* isti *post* post mortem *locat BiMm:* isti et *Pan.* **18 obiecta sunt]** sunt obiecta *Aa* **19 monstrari]** demonstrari *M* **anathematizaremus** *Aa^{ac}MkMvFr. Pan.:* anathematizemus *Aa^{pc}FdCd* **20 michi etiam]** etiam michi *BiMm* **21 set Fd Pan.^{vl}:** set etiam *AaBiMkMvFr.* **fieri – 22 solet** *AaFdMmPp:* solet fieri *MkMvFr.* **22 Rabanus** *AaFdMvPan.^{vl}, male:* Rabulas *Mm orig.:* Rambulas *Pan.:* Rabula *BiMcMkFr.* **23 resplenduit]** resplenduisse dicitur *Mm* **24 Mopsotenum** *AaFd^{ac}:* Mosoptenum *Bj^{ac}:* Mosotenum *Fd^{pc}MkMv:* Mesotenum *Mc:* Mosothenum *Fr.:* Mesopotenum *Mm*****

anathematizavit. Item: (§ 7) Romanorum etiam ecclesia ante paucos annos Dioscorum, qui fuit papa eiusdem ecclesiae, etiam post mortem anathematizavit, cum nec in fide peccasset. Et hoc sciunt omnes qui degunt hic Rome et maxime qui in dignitatibus existunt, qui etiam eidem Dioscoro communicatores permanserunt usque ad mortem eius. Item: (§ 8) Si ad tempora Theophili sanctae memoriae vel superius aliquis recurrerit, etiam Origenem post mortem inveniet anathematizatum. Quod in isto etiam fecit vestra sanctitas et Vigilius religiosissimus papa antiquioris Rome. Item: (§ 9) Sancta synodus dixit: Sufficiunt quae dicta et prolata sunt ecclesiasticam traditionem demonstrare, quod oportet hereticos etiam post mortem anathematizari. Item in accione quarta: (§ 10) Sancta synodus dixit: Augustini sanctae memoriae, qui inter episcopos Africanos splenduit, diverse epistole recitate sunt significantes, quod oportet hereticos etiam post mortem anathematizari. Talem autem ecclesiasticam traditionem et alii Africani reverentissimi episcopi servaverunt, set et Romana sancta ecclesia quosdam episcopos etiam post mortem anathematizavit, licet pro fide in vita sua non essent accusati et utrumque apud nos habita gesta significant.

Aa 93v

1 Romanorum – 7 eius Actio 5.64, ed. Straub 4.1.104.24-28. **7 Si – 11 Rome** Actio 5.87, ed. Straub 4.1.114.10-12. **11 Sancta – 14 anathematizari** Actio 5.93, ed. Straub 4.1.130.5-7.
Actio 8. **15 Sancta – 23 significant** *Panormia* 1.117; Ivo, *Decretum* 14.63. **Augustini – 23 significant** Actio 8.16-17, ed. Straub 4.1.212.4-10.

AaFdGwBiMkMmMvPFPy **23 significant** *AaFd BiMkMmMvPFPy*
2 annos] *Aa^{sl}* **3 etiam – mortem** *AaFdMm Pan.^{vi}*: post mortem etiam *MkMvFr.* **4 sciunt**] faciunt *Fd* **5 et maxime** *om. Aa* **7 mortem eius** *FdMm*: eius mortem *AaMkMvFr.* **8 aliquis**] aliquid *Fd* **9 post – inveniet**] inveniet post mortem *AaCdMk* **in – 10 etiam** *Fd*: etiam in isto *AaBiMvFr.*: in isto *Mk* **10 vestra** *FdMm*: et vestra *AaBiMvFr* **sanctitas**] fraternitas *Aa* **Vigilius**] iulius *Fd* **religiosissimus**] gloriosissimus *Mv* **12 quae**] ista que *Aa* **et – sunt**] sunt et prolata *AaCd* **13 traditionem** demon(s)trationem *Fd^{pc}* **oportet hereticos**] her. op. *Mv* **16 episcopos Africanos** *AaBiFdCdMmPFPy*: afr. ep. *Fr* **splenduit** resplenduit *AaBiMmPFPy* **17 recitate sunt**] sunt rec. *MkMvFr.* **oportet hereticos**] her. op. *Fr.* **19 reverentissimi** *om. Pf* **20 Romana sancta** sancta Rom. *Mm* **21 etiam**] et *PfPy*; *om. BiM* **anathematizavit**] excommunicavit *Aa* **22 in – sua**] sua in vita *Aa^a* **sua** *om. Mv* **23 habita gesta** gesta hab. *Fr.*

(QUAESTIO 3)

Fr. 987 **(C.24 q.3 d.a.c.1)** ¶ Quod autem pro peccato alicuius
 Fr. 988 tota familia excommunicanda sit, multorum exemplis
 probatur. Pro peccato namque Sodomitarum parvuli
 eorum, qui beneficio etatis paterna flagitia nesciebant, 5
 celesti igne sunt consumpti. (§ 1) Item pro peccato
 Amalechitarum non solum parvuli eorum, set etiam bruta
 animalia usque ad mingentem in parietem iussa sunt a
 Domino deleri. (§ 2) Item Dathan et Abiron auctores
 scismatis fuerunt contra Moisen et Aaron nec tamen ipsi 10
 soli, set omnis substantia eorum cum ipsis descendit ad
 inferos. (§ 3) In novo etiam testamento nonnumquam
 peccatis exigentibus gravis pestilentia desevisse legitur,
 quae illos etiam involvit, qui peccati conscientiam non
 habebant. Si ergo tam severissime pro peccatis parentum 15
 inveniuntur parvuli puniti, nulli dubium est, quin pro
 peccatis eorundem sententia excommunicationis pariter
 feriri valeant. (§ 4) His ita respondetur: Pro peccatis
 parentum parvulos corporaliter flagellari ex verbis
 evangelii apparet, ubi discipuli de ceco nato interrogasse 20
 dicuntur: “Rabi, quis peccavit, hic aut parentes eius, ut
 cecus nasceretur?” In quibus etiam illud completur, quod
 Dominus ait ad Moysen: “Ego sum Deus zelotes, visitans
 peccata patrum in filios in tertiam et quartam
 generationem.” Spiritualiter autem peccatis parentum 25
 parvuli non tenentur, ex quo per sacramentum
 regenerationis ab originali peccato fuerint emundati.
 Unde per Ezechielem Dominus dicit: “Anima quae
 peccaverit ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem
 patris et pater non portat iniquitatem filii. Iustitia iusti 30
 super eum erit et impietas impii erit super eum.”
 Quaecumque peccata parentes commiserint, ex quo filius
 personaliter ab eis separatus fuerit, ei non imputantur ad

21–22 Ioh. 9:2. 23–25 28–31²

Gw

2 peccato] suo *add. supra lin. Fd* **8 mingentem]** mingente *Fd* **in**
AaFdCd^{pc}PIPy: ad Fr. **a – 9 deleri]** deleri a Domino *Fr.*
10 scismatis fuerunt] fuerunt schismatis *Aa* **tamen** *AaFd: tantum*
Fr. **14 illos etiam]** etiam illos *Fr.* **17 sententia]** vel sententia *Aa*
19 corporaliter flagellari] flag. corp. *Aa* **21 Rabi** *Fd: Rabbi A*
quis] quid *Fd^{pc}* **aut parentes** *///p/// Aa^{ac}* **ut]** quod *Aa*
22 nasceretur] natus est *Aa* **24 patrum]** parentum *Aa* **in²** *AaFd:*
usque in Fr. **26 parvuli]** parvulis *Aa* **28 dicit** *AaFd: ait Fr.*
30 portat] portabit *Aa* **32 peccata** *AaFd: etiam peccata Fr*
commiserint *AaFd: commiserunt Fr.*

penam. Unde peccato Ade ideo omnes posteri teneri
dicuntur, quia nondum aliquis ex illo materialiter fuerat
proseminatus. Quia vero apud Deum non sententia
sacerdotum, set vita reorum queritur, patet quod non est
5 notandus sententia quem peccati macula non inficit. Hinc
etiam Paulus Corinthiis scribens ait: "Si quis frater
nominatur fornicator aut avarus aut ydolis serviens, cum
eiusmodi nec cibum sumere debetis." Ex quibus verbis
10 datur intelligi, quod nisi primum aliquis fuerit nominatus
de crimine, id est vel coram iudice accusatus et convictus
vel in iure ipse de se fuerit confessus, quod nec sententia
est feriendus nec ab eius communione est abstinendum.
Non ergo pro alicuius peccato tota familia
excommunicanda est.

15 Unde Augustinus scribit ad Auxilium episcopum:

PRO PECCATO PATRIS NON EST FILIUS
ANATHEMATIZANDUS.

(C.24 q.3 c.1) Si habes de hac re sententiam certis
rationibus vel scripturarum testimoniis exploratam, nos
20 docere digneris, quomodo recte anathematizetur pro
patris peccato filius, aut pro mariti uxor, aut pro domini
servus, aut quisquam in domo etiam nondum natus, si eo
tempore, quo universa domus est anathemate obligata,
nascatur, nec ei possit per lavacrum regenerationis in
25 mortis periculo subueniri. Hec enim fuit corporalis pena,
qua legimus quosdam contemptores Dei cum suis
omnibus, qui eiusdem impietatis participes fuerunt,
pariter interfectos. Tunc quippe ad terrorem viventium
mortalia corpora perimebantur, quandoque etiam
30 moritura. Spiritualis autem pena, qua fit quod scriptum
est: "quae ligaveris super terram erunt ligata et in celo,"
animas obligat, de quibus dictum est: "Ut anima patris, et
anima filii mea est. Anima, quae peccaverit, ipsa
moriatur." (§ 1) Audistis fortassis aliquos magni nominis
35 sacerdotes cum domo sua quempiam anathematizasse
peccantium. Sed forte, si essent interrogati, reperirentur

18 Si – 734: 30 videretur Augustinus, *Ep.* 250.1-3, ed. Goldbacher, CSEL 57.594.10-596.16.

Gw

4 reorum] eorum *Fd^{ac}Mm* 5 quem – macula om. *Fd^{ac}* 6 Corinthiis
scribens] scribens Chorintiis *Fr.* 7 avarus] avarus aut inmundus *Aa*
8 eiusmodi huiusmodi *Aa* verbis – 9 datur] vobis *Fd^{ac}* 9 aliquis
fuerit] fuerit aliquis *Fr.* 10 et] vel *Aa*

ydonei inde reddere rationem. Ego autem, si quis a me
 quesierit, utrum id recte fiat, quid ei respondeam non
 inuenio, numquam hoc facere ausus sum de quorumdam
 facinoribus unanimiter adversus ecclesiam perpetratis,
 nisi gravissime conmoverer. Sed si tibi quam iuste id fiat 5
 Dominus revelavit, nequaquam iuvenilem etatem tuam, et
 honoris ecclesiastici rudimenta contempno. Senex enim a
 iuvene, et episcopus tot annorum a collega necdum
 anniculo paratus sum doceri, quomodo possim vel Deo,
 vel hominibus iustam reddere rationem, si animas 10
 innocentes pro scelere alieno quod non trahunt ex Adam,
 in quo omnes peccaverunt, spirituali supplicio puniamus.
 Etenim Classitiani filius, etsi traxit ex patre noxam primi
 hominis, sacro fonte baptismatis expiandam, tamen
 quicquid post, quam eum genuit, peccati pater eius 15
 admisit, ubi particeps ipse non fuit, ad eum non pertinere
 quis ambigit? Quid dicam de coniuge? Quid de tot
 animabus universe familie? Unde si una anima per istam
 severitatem, qua tota domus ista anathematizata est, sine
 baptismate de corpore exeundo perierit, innumerabilium 20
 mors corporum, si de ecclesia homines innocentes
 violenter abstrahantur et interficiantur, huic dampno non
 potest comparari. Si ergo de hac re potes reddere
 rationem, utinam et nobis rescribendo prestes, ut
 possimus et nos. Si autem non potes, quid tibi est 25
 inconsulta conmotione animi facere, unde, si interrogatus
 fueris, responsionem rectam non vales invenire? Hec
 autem dixi, etiamsi filius noster Classitianus aliquid
 admisit, quod tibi anathemate plectendum iustissime
 videretur. 30

(C.24 q.3 d.p.c.1) ¶ Ut ergo ex hac auctoritate
 evidentissime monstratur, illicite excommunicatur quis
 pro peccato alterius, neque aliqua ratione nituntur qui pro
 peccato unius in totam familiam sententiam ferunt
 excommunicationis. Illicita autem excommunicatio 35
 notatum non ledit, sed excommunicantem.

Unde Gregorius scribit Magno, episcopo
 Mediolanensi:

Gw

(C.24 q.3 c.2) ILLICITE ALIQUEM EXCOMMUNICANS, SEMET IPSUM, CONDEMPNAT NON ILLUM.

Conperimus quod Laurentius quondam frater et coepiscopus noster nullis te culpis extantibus communionem
5 privaverit. Ideoque huius precepti nostri auctoritate munitus officium tuum securus perage, et communionem sine aliqua sume formidine.

(C.24 q.3 c.5) Item Rabanus de ecclesiasticis pressuris libro I

10 DE EODEM.

Non in perpetuum dampnamur, cum iniuste iudicamur, dicente Psalmista: "Nec dampnabit illum, cum iudicabitur illi." Multi sacerdotum culpam se zelo Dei persequi profitentur; sed, dum indiscrete hoc agunt, sacrilegii
15 facinus incurrunt, et dum precipites quasi ad emendandum ruunt, ipsi quoque multo magis deterius cadunt.

(C.24 q.3 c.6) Item ex concilio Parisiensi tempore Lodovici.

20 QUA PENA FERIATUR QUI ILLICITE ALIQUEM EXCOMMUNICAT.

De illicita excommunicatione lex Iustiniani imperatoris catholici, quam probat et servat catholica ecclesia, constitutione CXXVIII capitulo CCCLI decrevit,
25 ut "nemo presbiter excommunicet aliquem ante, quam causa probetur, propter quam ecclesiastici canones hoc fieri iubent. Si qui autem adversus ea aliquem excommunicaverit, ille quidem, qui excommunicatus est, maioris sacerdotis auctoritate ad gratiam sanctae
30 communionis redeat: is autem, qui legitime non excommunicaverit, in tantum absteineat a sacra communionem tempus, quantum maiori sacerdoti visum fuerit, ut quod iniuste fecit ipse iuste patiatur." Hinc et S. Gregorius ad Iohannem episcopum iniuste

Fd 73ra

Fr. 991

6–8 12–13 Ps. 36:33

3 Conperimus – **7 formidine** Gregorius I, *Registrum* 3.26 (JE 1230), ed. Norberg, CCSL 140.171.4-7; ed. Ewald, MGH Epp. 1.183.17-20. **11**

Non – **17 cadunt** Atto Vercellensis, *De pressuris ecclesiasticis* 1, ed. PL 134.64B-C. **22 Iustiniani** – **736: 11 iudicandus** Hincmarus Remensis, *Opusculum* 30, ed. Schieffer, MGH Conc. 4, Suppl. 2.277.16-30. **25 nemo**

– **33 patiatur** *Epitome Iuliani* const. 115.15 (441), ed. Haenel, 151.

Gw

Aa 95r
 excommunicantem inter cetera scripsit, dicens: “Cassatis prius atque ad nichilum redactis predictae sententiae tuae decretis, ex beati Petri principis apostolorum auctoritate decrevimus, triginta dierum spacio sacra communione privatum ab omnipotenti Deo tanti excessus veniam cum summa penitencia ac lacrimis exorare. Quod si hanc sententiam nostram te cognoverimus inpluisse remissius, non iam tantum iniusticiam, sed contumaciam fraternitatis tuae cognoscas iuvante Domino severius puniendam,” quia nemo propeere vel prepostere, scilicet non conmonitus neque convictus est iudicandus. (§ 1) De conventionem autem huiusmodi inperatoris manifestorum criminum lex dicit: “Quicumque tribus auctoritatibus iudicis conventus, vel tribus edictis fuerit ad iudicem provocatus, aut uno pro omnibus peremptorio, id est quod causam exstinguit, fuerit vocatus, et presenciam suam apud eum iudicem, a quo ei denunciatum est, exhibere noluerit, adversus eum quasi in contumacem iudicari potest. Quinimo retractari nec per appellationem negocia possunt, quociens in contumacem fuerit iudicatum.” Et hanc sententiam de tribus auctoritatibus conventis ex evangelica veritate Celestinus ad Nestorium dicens, et Ephesina synodus de eodem decernens, et beatus Gregorius ad Iohannem scribens, conprobavit. (§ 2) De peremptorio scripto Affricanum concilium demonstrat de Cresconio, ut, si conventus resipiscere detrectaverit, suo contemptu et sua contumacia faciente, auctoritate iudiciaria iam protinus excludatur. Item beatus Gregorius de sententia in contumacem, scribens ad Maximum presumptorem Salonitanum episcopum, dixit: “Hortamur, ut ad nos venire omni postposita excusatione festines, quatinus servata iusticia hec, de quibus accusaris, et cognoscere, et finire secundum canonica instituta Christo revelante possimus. Ita autem fac, ut ad veniendum amplius iam moras non ingeras, nec magis ipsa te absentia obnoxium his, quae dicuntur, assignet, et nos in

Fr. 992

1 Cassatis – 10 puniendam Gregorius I, *Registrum* 3.6 (JE 1210), ed. Ewald, MGH Epp. 1.165.16-22; ed. Norberg, CCSL 140.152.45-52. **10 quia – 737: 4 iudicium** Hincmarus Remensis, *Opusculum* 28, ed. 2.267.5-25. **13 Quicumque – 20 iudicatum** *Breviarium Alaricianum, Sententiae Pauli* 5.5-6, ed. Haenel, 420. **30 Hortamur – 737: 4 iudicium** Gregorius I, *Registrum* 6.3 (JE 1382), ed. Ewald, MGH Epp. 1.382.24-30; ed. Norberg, CCSL 140.371.11-19.

Gw

te hec res, non solum propter predicta crimina, quae purgare subterfugis, sed etiam propter inobedientie culpam, durius, scilicet ut in contumacem, cogat ex concilio ferre iudicium.”

5 (C.24 q.3 c.7) Item Origenes super Leviticum. Gw 20rb

VITA, NON SENTENCIA ALIQUEM AB ECCLESIA EICIT, VEL AD EAM REDUCIT.

Cum aliquis exiit a veritate, a timore Dei, a fide, a karitate, exit de castris ecclesiae, etiamsi per episcopi vocem minime abiciatur; sicut e contrario, aliquis non
10 recto iudicio foras mittitur, sed si ante non exierit, id est non egerit ut mereretur exire, nichil leditur. Interdum enim qui foras mittitur intus est, et qui foris est intus videtur retineri.

15 (C.24 q.3 d.p.c.9) ¶ Illicita ergo excommunicatio, ut Fr. 993

ex premissis apparet, non ledit eum, qui notatur, sed quo notatur, ac per hoc qui innocentes sunt ex alterius crimine condempnari non possunt, sicut ab imprudentibus familie potentum pro peccatis dominorum consueverunt
20 notari. Sed adhuc obicitur, quod non solum innocentes, sed nec etiam criminosi sententia maledictionis sint ferendi. Ait enim Christus in evangelio: “Orate pro persequentibus et calumpniantibus vos, benefacite his, qui oderunt vos.” Item Apostolus: “Benedicite persequentibus vos: benedicite et nolite maledicere.” Item: “Maledici regnum Dei non possidebunt.” (C.24 q.3 d.p.c.11) Sed

qui pro persecutoribus iussit orare, primos parentes pro transgressione mandati mortis maledicto percussit. Cain quoque, quia prime prevaricationi fratricidium adiunxit, sententiam maledictionis a Domino reportavit. Abrahe
30 quoque dixit Dominus: “Maledicam maledicentibus tibi, et benedicam benedicentibus tibi.” In evangelio etiam, cum esuriens veniret ad ficum, non inveniens fructum in ea, sua maledictione perpetua sterilitate ipsam dampnavit. (§
35 1) Item Noe, cum verenda sua a Cham derisa cognosceret, filium eius Chanaan maledixit dicens: “Maledictus Chanaan sit servus fratrum suorum.” Item Ysaac, cum benediceret Iacob filio suo, ait: “Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus, et qui benedixerit tibi benedictionibus

8 Cum – 14 retineri Origines, Rufino interprete, *In Leviticum homilia* 14.3, ed. Baehrens, GCS 29.483.6-14. Glossa ord. ad Lev. 24:10 (ed. xxx).

Gw 4 iudicium Gw]

Fr. 994 repleatur.” (§ 2) Item, sicut in libro Numerorum legitur, Moyses ex precepto Dei duodecim tribus filiorum Isrel in duas partes divisit, et sex tribus iussit, ut iuxta montem Gebal incedentes maledictionem transredientium legem vociferarent; aliis vero precepit, ut iuxta alium montem incedentes benedictiones observantium inclamarent. (§ 3) In novo etiam testamento Petrus apostolus Symoni legitur maledixisse, cum ait: “Pecunia tua tecum sit in perditione.” Paulus quoque, qui dixerat: “Benedicite, et nolite maledicere,” fornicatorem Chorinthium iussit excommunicari. Item in alia epistola ait: “Si quis non fuerit secutus doctrinam Domini nostri Iesu Christi, sit anathema, maranatha.” Item Galathis: “Si angelus de celo veniens aliud vobis evangelizaverit, anathema sit.” (§ 4) Distinguendum est ergo inter maledictum, quod prohibetur, et maledictum, quod a Domino et a sanctis viris rationabiliter profertur. Maledictum, quod prohibetur, est illud, quod procedit ex voto ultionis et odio persequentis, non ex amore iusticie. Maledictum vero, quo sancti maledicunt, est illud, quod procedit ex amore iusticie, non ex livore vindicte.

(C.24 q.3 c.12) Unde Gregorius in *Moralibus* ait libro III:

SANCTI VIRI NON EX VOTO ULTIONIS, SED AMORE IUSTICIE ALIQUOS MALEDICUNT.

Aa 96r Cum sancti viri maledictionis sententiam proferunt, non in hanc ex voto ultionis, sed ex iusticie examine prorumpunt. Intus subtile iudicium respiciunt, et mala foris surgentia qua maledictione ferire debeant cognoscunt, et eo maledicto non peccant, quo ab interno iudice non discordant. Item: (§ 1) Scriptura sacra duobus modis maledictum memorat: aliud videlicet, quod approbat, aliud, quod dampnat. Aliter enim maledictum profertur iudicio iusticie, ut in ipso primo peccante prolatum est, cum audivit: “Maledicta terra in opere tuo, etc.” et sicut Abrahe dicitur: “Maledicam maledicentibus tibi.” Aliter vero profertur maledictum, quod non iudicio iusticie, sed livore vindicte promitur, a quo voce Pauli predicantis cessare ammonemur, qui ait: “Benedicite, et nolite maledicere.”

35 Gen. 3:17 36–37 Gen. 12:3. 1–2 Rom. 12:14

26 Cum – 739: 2 maledicere Cum – 31 discordant Gregorius I, *Moralia in Iob* 4.1.2, ed. Adriaen, CCSL 143.165.61-66 31 Scriptura – 739: 2 maledicere *Ibid.*, ed. 164.48-57.

(C.24 q.3 d.p.c.25) ¶ Quia vero de hereticis sermo habetur, videndum est, quid intersit inter scisma et heresim, et qui sint heretici, et quot sint hereticorum secte? Differentiam autem inter scisma et heresim Ieronimus in epistola ad Galathas assignat, dicens:

Fr. 997

(C.24 q.3 c.26) SCISMATIS ET HERESIS DIFFERENTIA.

Inter heresim et scisma hoc esse arbitror, quod heresis perversum dogma habeat, scisma post episcopalem discessionem ab ecclesia pariter separat. Quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi potest diversum; ceterum nullum scisma nisi heresim aliquam sibi confingit, ut recte ab ecclesia videatur recessisse.

(C.24 q.3 d.p.c.26) ¶ Unde autem heresis dicatur, in eadem epistola Ieronimus diffinit, dicens:

(C.24 q.3 c.27) UNDE DICATUR HERESIS?

Heresis grece ab electione dicitur, quod scilicet eam sibi unusquisque eligat disciplinam, quam putat esse meliorem. Quicumque igitur aliter scripturam intelligit, quam sensus Spiritus sancti flagitat, a quo scripta est, licet ab ecclesia non recesserit, tamen hereticus appellari potest, et de carnis operibus est, eligens quae peiora sunt.

Aa 96v

Fr. 998

(C.24 q.3 d.p.c.27) ¶ Qui vero proprie dicantur heretici, Augustinus ostendens ait:

(C.24 q.3 c.28) QUI PROPRIE DICANTUR HERETICI.

Hereticus est, qui alicuius temporalis commodi et maxime glorie principatusque sui gratia falsas ac novas oppiniones vel gignit, vel sequitur. Ille autem, qui huiusmodi hominibus credit, est imaginatione quadam veritatis illusus.

Fd 73va

(C.24 q.3 c.29) Idem.

NON SUNT HERETICI, QUI NON SUA AUDACIA, SED ALIENA SEDUCUNTUR IN ERROREM.

Dixit Apostolus: "Hereticum hominem post primam et secundam correctionem devita, quia subuersus est huiusmodi, et peccat, in semetipso dampnatus." Sed qui sententiam suam, quamvis falsam atque perversam, nulla pertinaci animositate defendunt, presertim quam non audacia sue presumptionis pepererunt, sed a seductis atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, querunt autem cauta sollicitudine veritatem, corrigi parati, cum invenerint, nequaquam sunt inter hereticos deputandi.

- Fr. 1001 (C.24 q.3 d.p.c.38) ¶ Secte vero hereticorum quot sint, et unde nomina acceperint, Ysidorus VIII libro Ethimologiarum c. 5. determinat, dicens:
- (C.24 q.3 c.39) QUOT SINT SECTE HERETICORUM.
- Quidam autem heretici, qui de ecclesia recesserunt, ex nomine auctorum suorum nuncupantur; quidam vero ex causis, quas eligentes instituerunt. (§ 1) Symoniani a Symone dicti, magice discipline perito, cui Petrus in Actibus Apostolorum maledixit pro eo, quod ab Apostolis Spiritus sancti gratiam pecunia emere voluisset. Hii dicunt, creaturam non a Deo esse, sed a virtute creatam quadam superna. (§ 2) Menandriani a Menandro mago, discipulo Symonis nuncupati, qui mundum non a Deo, sed ab angelis factum asseruit. (§ 3) Basilidiani a basilide appellati, qui inter reliquas blasphemias passum Iesum abnegavit. (§ 4) Nykolaite a Nykolao dicti diacono ecclesiae Iherosolimorum, qui cum Stephano et ceteris constitutus est a Petro; qui, propter pulchritudinem uxorem relinquens, dixit ut qui vellet ea uteretur; versa est in stuprum talis consuetudo, ut invicem coniugia conmutarentur. Quos Iohannes in Apokalipsi inprobat dicens: "Sed hoc habes, quod odisti facta Nykolaitarum." (§ 5) Gnostici propter excellentiam scientie se ita appellare voluerunt. Animam naturam esse Dei dicunt; bonum et malum Deum suis dogmatibus fingunt. (§ 6) Carpocratiani a Carpocrate quodam vocantur, qui dixit, Christum hominem fuisse tantum, et de utroque sexu progenitum. (§ 7) Cherinthiani a quodam Cherintho nuncupati. Hii inter cetera circumcisionem observant, mille annos post resurrectionem in voluptate carnis futuros predicant. Unde et grece Ciliaste, latine Miliasti sunt appellati. (§ 8) Nazarei dicti, qui dum Christum (qui a vico Nazareus est appellatus) filium Dei confiteantur, omnia tamen veteris legis custodiunt. (§ 9) Ofite a colubro nominati sunt. Coluber enim grece ofi dicitur. Colunt enim serpentem, dicentes, ipsum in paradyso induxisse virtutis cognitionem. (§ 10) Valentiniani a quodam Valentino Platonico sectatore vocati, qui eonas, id est secula quaedam in originem Dei creatoris induxit, Christum quoque de Virgine nichil corporis assumpsisse, sed per eam quasi per fistulam transisse asseruit. (§ 11) Apellite, quorum auctor Apelles princeps fuit, qui,
- Aa 97r
- Fr. 1002

5 Quidam – 746: 2 potest Isidorus Hispalensis, *Etymologiae* 8.5, ed. Lindsay, 21-12.

creatorem angelum nescio quem gloriosum superioris Dei
 faciens, Deum legis Isrelis illum igneum affirmans qui
 dixit, Christum non Deum in veritate, sed hominem in
 fantasia apparuisse. (§ 12) Archontiaci a principibus
 5 appellantur, quia universitatem, quam Deus condidit,
 opera esse archangelorum defendunt. (§ 13) Adamiani
 vocati, quia Ade imitentur nuditatem. Unde et nudi orant,
 et nudi inter se mares femineque conveniunt. (§ 14) Caiani
 proinde sunt appellati, quoniam Cain adorant. (§ 15)
 10 Sethiani nomen acceperunt a filio Ade, qui vocatus est
 Seth, dicentes, eundem esse Christum. (§ 16)
 Melchisedechiani vocati pro eo, quod Melchisedech,
 sacerdotem Dei, non hominem fuisse, sed virtutem Dei
 esse arbitrantur. (§ 17) Angelici vocati, quia angelos
 15 colunt. (§ 18) Apostolici hoc ideo sibi nomen sumpserunt,
 quod nichil possidentes proprium nequaquam recipiant
 eos, qui aliquo in hoc mundo utuntur. (§ 19) Cerdoniani a
 Cerdone quodam nominati, qui duo contraria principia
 20 asseruit. (§ 20) Marcioniste a Marcione, Stoico
 philosopho, appellati, qui Cerdonis dogma secutus
 alterum bonum, alterum iustum Deum asseruit, tamquam
 duo principia creationis et bonitatis. (§ 21) Artotyrite ab
 oblatione vocati, panem enim et caseum offerunt, dicentes,
 25 a primis hominibus oblationem a fructibus terre et a
 fructibus ovium fuisse celebratam. (§ 22) Aquarii appellati
 eo, quod aquam solam offerunt in calice sacramenti. (§ 23)
 Severiani a Severo exorti, vinum non bibunt; vetus
 testamentum et resurrectionem non recipiunt. (§ 24)
 Taciani a Taciano vocati, qui et Enchratite dicti, quia
 30 carnes abhominantur. (§ 25) Alogii vocantur tamquam
 sine verbo, logos enim grece verbum dicitur. Deum enim
 verbum non credunt, respuentes Iohannis evangelium et
 Apokalipsim. (§ 26) Catafrigiis nomen provincia Frigia
 dedit, quia ibi extiterunt auctores eorum Montanus,
 35 Prisca et Maximilla. Hii adventum Spiritus sancti non in
 Apostolis, sed in se traditum asserunt. (§ 27) Catharee
 propter mundiciam ita se nominaverunt: gloriantes enim
 de suis meritis negant penitentibus veniam peccatorum;
 40 viduas, si nupserint, tamquam adulteras dampnant;
 mundiores se ceteris predicant. Qui nomen suum si
 cognoscere vellent, mundanos potius se quam mundos
 vocarent. (§ 28) Pauliani a Paulo Samosateno exorti sunt,
 qui dixit, non semper fuisse Christum, sed a Maria
 sumpsisse inicium. (§ 29) Ermogeniani ab Ermogene

Fd 73vb

Aa 97v

Fr. 1003	quodam vocati, qui materiam non natam introducens, Deo non nato eam comparavit, matremque elementorum et Deam asseruit, quos Apostolus improbat elementis servientes. (§ 30) Manichei a quodam extiterunt Persa, qui vocatus est Manes. Hic duas naturas et substancias introduxit, id est bonam et malam, et animas ex Deo quasi ex aliquo fonte manare asseruit; testamentum vetus respuunt, novum ex parte recipiunt. (§ 31) Antropomorfitae dicti pro eo, quod simplicitate rustica Deum habere membra humana, quae in divinis libris scripta sunt, arbitrantur; antropos enim grece latine homo interpretatur. Ignorantes vocem Domini, qui ait: "Spiritus est Deus." Incorporeus est enim; nec enim membris distinguitur, nec corporis mole censetur. (§ 32) Eraclite ab Eraclio auctore exorti, monachos tantum recipiunt, coniugia respuunt, regna celorum parvulos habere non credunt. (§ 33) Novatiani a Novato Romae urbis presbitero exorti, qui adversus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus invadere, heresim instituit, noluit apostatas suscipere et rebaptizans baptizatos. (§ 34) Montani heretici dicti, quod tempore persecutionis in montibus latuerunt, qua occasione se a catholice ecclesiae corpore diviserunt. (§ 35) Ebionite ab Ebione dicti, sive a paupertate; Christum enim per provectum solum virum iustum putant effectum. Unde competenter Ebionite pro paupertate intelligentie appellati sunt. Hii enim Iudei sunt, et ita tenent evangelium, ut legem carnaliter servant; adversus quos ad Galathas Apostolus scribens invehitur. (§ 36) Fotiniani a Fotiniano Gallogrecie Sirmie episcopo nuncupati, qui Ebionitarum heresim suscitans asseruit, Christum a Maria per Ioseph nuptiali coitu fuisse conceptum. (§ 37) Heriani ab Hereo quodam nuncupati sunt; hii offerre sacrificium pro defunctis spernunt. (§ 38) Hetiani ab Hetio sunt vocati, idemque Eunomiani ab Eunomio quodam dialectico, Hetii discipulo, ex cuius nomine magis innotuerunt, dissimilem patri asserentes Filium, et Filio Spiritum sanctum. Dicunt etiam, nullum inputari peccatum in fide manentium. (§ 39) Origeniani Origene auctore exorti sunt, dicentes, quod non possit Filius videre Patrem, nec Spiritus sanctus Filium. Animas quoque in mundi principio dicunt peccasse, et pro diversitate peccatorum e celis usque ad terras diversa corpora quasi vincula meruisse, eaque causa factum esse	5 10 15 20 25 30 35 40
Aa 98r		

mundum. (§ 40) Noetiani a quodam Noeto vocati, qui dicebant Christum eundem esse et Patrem, et Spiritum sanctum, ipsamque Trinitatem in offitiorum nominibus, non personis accipiunt. Unde et Patripassiani vocantur, quia Patrem passum dicunt. (§ 41) Sabelliani ab eodem Noeto pullulasse dicuntur, cuius discipulum perhibent fuisse Sabellium, ex cuius nomine maxime innotuerunt, unde et Sabelliani vocati sunt. Hii unam personam Patris, et Filii, et Spiritus sancti astruunt. (§ 42) Arriani ab Arrio Alexandrino presbitero exorti sunt, qui, coeternum Patri Filium non agnoscens, diversas in Trinitate substantias asseruit, contra illud, quod Dominus ait: "Ego et Pater unum sumus." (§ 43) Macedoniani a Macedonio episcopo sunt dicti, negantes Deum esse Spiritum sanctum. (§ 44) Apollinariste ab Apollinare vocati sunt, dicentes Christum corpus tantummodo sine anima assumpsisse. (§ 45) Antidicomarite appellati sunt, eo, quod Marie virginitati contradicunt, asserentes eam post Christum natum viro suo fuisse conmixtam. (§ 46) Metangismonite ideo tale nomen acceperunt, quia angios grece vas dicitur. Asserunt enim sic esse in Patre Filium, tamquam vas minus inter vas maius. (§ 47) Patriciani a quodam Patricio nuncupati sunt, qui substantiam humane carnis a diabolo conditam dicunt. (§ 48) Coliciani a quodam Colitho nominati, qui dicunt, Deum non facere mala contra illud, quod scriptum est: "Ego Dominus creans mala." (§ 49) Floriani a Florino, qui e contrario dicunt Deum creasse mala, contra hoc, quod scriptum est: "Fecit Deus omnia bona." (§ 50) Donatiste a Donato quodam Afro nuncupati sunt, qui, de Numidia veniens, totam pene Affricam sua persuasione decepit, asserens minorem Patre Filium, et minorem Filio Spiritum sanctum, et rebaptizans catholicos. (§ 51) Bonosiani a quodam episcopo Bonoso exorti produntur, qui Christum filium Dei adoptivum, non proprium asserunt. (§ 52) Circumcelliones dicti eo, quod agrestes sint, quos Cotopitas vocant, supradicte heresis habentes doctrinam. Hii amore martyrii semetipsos perimunt, ut violenter de hac vita discedentes martyres nominentur. (§ 53) Priscillianiste a Priscilliano vocati, qui in Hispania ex errore Gnosticorum et Manicheorum permixtum dogma composuit. (§ 54) Luciferiani a Lucifero Sirmie episcopo orti, qui episcopos catholicos, qui instanti persecutione perfidie Arrianorum erant consentientes, et postea correcti in cathedram redire

Fr. 1004

Fd 74ra

delegerunt, dampnantes quod crediderunt sive quod credidisse dissimulaverunt, quos ecclesia catholica materno recepit sinu, tamquam Petrum post fletum negationis: hanc illi matris karitatem super accipientes eos recipere nolentes, ab ecclesiae comunione recesserunt, et cum ipso Lucifero auctore suo, qui mane oriebatur, cadere meruerunt. (§ 55) Iovinianiste a Ioviniano quodam monacho dicti, asserentes, nullam nuptiarum et virginum esse distantiam, nullumque inter abstinentes et simpliciter epulantes esse discrimen. (§ 56) Elvidiani ab Elvidio nominati, qui dicunt post natum Christum alios Mariam filios de viro Ioseph peperisse. (§ 57) Paterniani Paterno quodam exorti, qui inferiores corporis partes a diabolo factas opinantur. (§ 58) Arabici nuncupati eo, quod in Arabia exorti sunt, dicentes animam cum corpore mori, atque in novissimo utrumque resurgere. (§ 59) Tertullianiste dicti a Tertulliano, presbitero Affricane provincie civitatis Cartaginensis, animam immortalem esse, sed corpoream predicantes, et animas peccatorum hominum post mortem in demones verti putantes. (§ 60) Tesserescedecatite dicti, quod quartadecima luna pasca cum Iudeis observare contendunt. Nam tessera quatuor, deka decem significat. (§ 61) Nictages a somno nuncupati, quod vigiliis noctis respuant, supersticionem esse dicentes, iura temerari divina, qui noctem ad requiem tribuit. (§ 62) Pelagiani a Pelagio monacho exorti. Hii liberum arbitrium divine gratie anteponunt, dicentes, sufficere voluntatem ad implenda iussa divina. (§ 63) Nestoriani a Nestorio Constantinopolitano episcopo nuncupati, qui beatam virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo genetricem asseruit, ut aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis, nec unum Christum in verbo Dei et carne credidit, sed separatim atque seiunctim alterum filium Dei, alterum hominis predicavit. (§ 64) Euticiani dicti ab Eutice Constantinopolitano abbate, qui Christum post humanam assumptionem negavit existere de duabus naturis, sed solam in eo divinam asseruit esse naturam. (§ 65) Acephalite dicti, id est sine capite. Nullus enim eorum repperitur auctor, a quo exorti sint. Hii trium Calcedonensium capitulorum inpugnatores, duarum in Christo substanciarum proprietatem negant, et unam in eius persona naturam predicant. (§ 66) Theodosiani et Gaiante appellati a Theodosio et Gaiano, qui temporibus

Iustiniani principis in Alexandria populi perversi
 electione una die ordinati sunt episcopi. Hii errores
 Euticis et Dioscori sequentes Calcedonense concilium
 respuunt, ex duabus unam in Christo naturam asserunt,
 5 quam Theodosiani corruptam, Gaijanite incorruptam Fd 74rb
 contendunt. (§ 67) Gnoite et Tritoitae a Theodosianis
 exorti sunt, ex quibus Gnoite ab ignorantia dicti, quia
 perversitati, a qua exorti sunt, id adiciunt, quod Christi
 divinitas ignoret, quae sunt futura scripta de die et hora
 10 novissima, nec recordantes Christi personam nesciam Aa 99r
 loqui: "Diem iudicii in corde meo." (§ 68) Tritoitae vero
 vocati, quod sicut tres personas in Trinitate, ita quoque Fr. 1006
 tres asserunt Deos esse, contra illud, quod scriptum est:
 "Audi Isrel, Dominus Deus tuus Deus unus est." (§ 69)
 15 Sunt et aliae hereses sine auctore et sine nominibus. Ex
 quibus aliae putant trinum esse Deum; aliae Christi
 divinitatem passibilem dicunt; aliae Christi de patre
 nativitati in tempore initium temporis dant; aliae
 20 liberationem hominum apud inferos factam Christi
 descensione non credunt; aliae animam imaginem Dei
 negant; aliae animas converti in demones et in quaecumque
 animalia existimant; aliae de mundi statu dissentiunt; aliae
 innumerabiles mundos oppinantur; aliae aquam Deo
 25 coeternam faciunt; aliae nudis pedibus ambulant; aliae cum
 hominibus non manducant. Haec sunt hereses adversus
 catholicam fidem exorte, ab Apostolis et sanctis Patribus
 vel conciliis predamnatae, quae, dum in se multis
 erroribus divise invicem sibi dissentiunt, communi tamen
 30 nomine adversus ecclesiam Dei conspirant. (§ 70) Sed
 quicumque aliter scripturam sanctam intelligit, quam
 sensus Spiritus sancti flagitat, a quo conscripta est, licet
 de ecclesia non recesserit, tamen hereticus appellari
 potest.

(CAUSA 25)

Fr. 1006 **(C.25)** ¶ Sancta Romana ecclesia quandam baptismalem ecclesiam suis munivit privilegiis, decimationes sue diocesis ex integro sibi attribuens. Item quoddam monasterium similiter munivit privilegiis propriis, decernens, ut ex propriis prediis nulli decimas persolveret. Accidit itaque, ut intra diocesim premunitae baptismalis ecclesiae prefatum monasterium alia emptione, alia donatione predia sibi inveniret. Oritur itaque contentio inter monachos et clericos de decimis. Nunc PRIMUM queritur, an clerici baptismalis ecclesiae auctoritate privilegii decimas sue diocesis ex integro sibi valeant vindicare? SECUNDO, an subsequenti privilegio monachorum derogetur antiquioribus privilegiis baptismalium ecclesiarum?

5
10
15

(QUAESTIO 1)

Fr. 1007 **(C.25 q.1 d.a.c.1)** ¶ Quod vero auctoritate illius privilegii decimas sibi ex integro clerici vindicare non valeant, hinc probatur, quia decime iuxta decreta sanctorum patrum quadripertito dividuntur, quarum una pars episcopis, secunda clericis, tertia fabricis restaurandis, quarta vero pauperibus est assignata. Decreta vero sanctorum canonum neminem magis quam Apostolicum servare oportet. Unde Gelasius papa ait:

20
25

Aa 99v **(C.25 q.1 c.1)** Constitutionem synodi, quam universalis ecclesiae probavit assensus, Romanam sedem servare oportet. Confidimus, quod nullus iam veraciter Christianus ignoret, uniuscuiusque synodi constitutum, quod universalis ecclesiae probavit assensus, nullam magis exequi sedem pre ceteris oportere, quam primam, quae et unamquamque synodum sua auctoritate confirmavit et continuata moderatione custodit.

30

Fd 74va

(C.25 q.1 c.2) Item Leo papa.

QUI NEGLIGENTER PASCIT DOMINICUM GREGEM SIBI COMMENDATUM CONVINCITUR SUMMUM NON AMARE PASTOREM.

35

Divinis preceptis et apostolicis monitis incitatur ut pro omnium ecclesiarum statu inpigro vigilemus affectu, ac, si quid umquam reprehensioni invenitur obnoxium, aut ab ignorantie inpericia, aut a presumptionis usurpatione revocemus. Ammonente enim divine vocis

40

inperio, quo beatissimus apostolus trina repetitione
 mysticis sanctionibus inuitur, ut Christi oves qui
 Christum diligit pascat, ipsius sedis, cui per
 habundantiam divine gratie presumus, reverentia
 5 cohortamur, ut periculum desidie, quantum possumus,
 declinemus, ne professio summi Apostoli, qua se
 amatorem Domini testatus est, non inveniatur in nobis,
 quia qui negligenter pascit tociens commendatum
 dominicum gregem convincitur summum non amare
 10 pastorem.

(C.25 q.1 c.3) Idem Anatholio episcopo.

NON DEBENT ULLO MODO VARIARI QUAE AD
 PERPETUAM QUIETEM ORDINANTUR.

quae ad perpetuam generaliter ordinata sunt utilitatem
 15 nulla conmutatione varientur, nec ad privatum trahantur
 commodum quae ad bonum sunt commune prefixa, sed
 manentibus terminis, quos constituerunt Patres nemo
 iniuste usurpet alienum, sed intra fines proprios atque
 legitimos, prout quisque valuerit, in latitudine se exerceat
 20 karitatis.

(C.25 q.1 c.4) Item Hilarius papa.

Fr. 1008

DIVINAS CONSTITUTIONES ET APOSTOLICE SEDIS
 DECRETA NULLI TEMERARE LICET.

Nulli fas sit sine status sui periculo vel divinas
 25 constitutiones, vel apostolice sedis decreta temerare, quia
 nos, qui potentissimi sacerdotis amministramus officia,
 talis transgressionum culpa respiciet, si in causis Dei
 desides fuerimus inventi, quia meminimus, quod timere
 debemus, qualiter conminetur Deus negligentie
 30 sacerdotum. Siquidem maior reatu delinquit qui pociori
 honore fruitur, et graviora facit vicia peccatorum
 sublimitas peccantium.

(C.25 q.1 c.5) Item Damasus papa.

IN SPIRITUM SANCTUM BLASPHEMANT QUI SACROS
 35 CANONES VIOLANT.

Violatores canonum voluntarie graviter a sanctis
 Patribus iudicantur, et a sancto Spiritu (instinctu cuius ac
 dono dictati sunt) dampnantur, quoniam blasphemare
 Spiritum sanctum non incongrue videntur qui contra
 40 eosdem sacros canones non necessitate compulsi, sed
 libenter, ut premissum est, aliquid aut proterue agunt, aut

36 Violatores – 13 sunt Ps.-Damasus, (JK †241) (ed. Hinschius, 21).

loqui presumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim presumptio manifeste unum genus est blasphemantium Spiritum sanctum, quoniam, ut iam prelibatum est, contra eum agit, cuius nisu et gratia sancti canones editi sunt.

5

(C.25 q.1 c.11) Item Adrianus papa.

ANATHEMA APUD DEUM FIAT QUI CENSURAM ROMANORUM PONTIFICUM VIOLAT.

Generali decreto constituimus, ut execrandum anathema fiat, et veluti prevaricator fidei catholice semper apud Deum reus existat, quicumque regum, seu episcoporum, vel potentum deinceps Romanorum pontificum decretorum censuram in quoquam crediderit vel permiserit violandam.

10

Fr. 1010

(C.25 q.1 c.12) Item Damasus papa, Stephano Archiepiscopo.

15

NON LICET ALICUI EPISCOPO CONTRA DECRETA ROMANORUM PONTIFICUM ALIQUID AGERE.

Omnia decretalia cunctorum predecessorum nostrorum constituta, quae de ecclesiasticis ordinibus et canonum promulgata sunt disciplinis, ita a omnibus episcopis, ac sacerdotibus generaliter custodiri debere mandamus, ut si quid in illa commiserint, veniam sibi honoris deinceps noverint denegari.

20

(C.25 q.1 c.13) Item Gregorius.

25

NON COMMUNICET SACRIS ALTARIBUS QUI NESCIIT SACRIS OBEDIRE CANONIBUS.

Hec consona sanctis Patribus diffinitione sancimus, ut qui sacris canonibus obedire nescit nec sacris ministrare, vel communionem capere sit dignus altaribus.

30

(C.25 q.1 c.14) Item ex concilio Calcedonensi.

SERVANDE SUNT REGULE A SANCTIS PATRIBUS IN SINODO STATUTE.

A sanctis patribus in unaquaque synodo usque nunc prolatae regulas tenere statuimus.

35

(C.25 q.1 d.p.c.16) ¶ Si ergo primam sedem statuta conciliorum pre omnibus servare oportet, si pro statu omnium ecclesiarum necesse est illam inpigro vigilare

9 Generali – 22 violandam Ps-Adrianus I, *Cap. Angilramni* 20^{bis}, ed. Schon, MGH Studien und Texte 39.166; ed. Hinschius, 769. **19**

Omnia – 32 denegari Ps.-Damasus, (JK †244) (ed. Hinschius, 515).

affectu; si ea, quae a Romanis pontificibus decreta sunt, ab
 omnibus servari convenit; si illi, qui nesciunt sacris
 canonibus obedire, altaribus ministrare non debent: patet,
 quod contra statuta sanctorum canonum, quibus status
 5 ecclesiarum vel confundantur vel perturbantur, privilegia
 ab Apostolico concedi non debent.

Fr. 1011
 Fd 74vb

(§ 1) His ita respondetur: Sacrosancta Romana ecclesia
 ius et auctoritatem sacris canonibus impertit, sed non eis
 alligatur. Habet enim ius condendi canones, utpote quae
 10 caput et cardo est omnium ecclesiarum, a cuius regula
 dissentire nemini licet. Ita ergo canonibus auctoritatem
 prestat, ut se ipsam non subiciat eis. Sed sicut Christus,
 qui legem dedit, ipsam legem carnaliter inplevit, octava
 die circumcisis, quadragesimo die cum hostiis in templo
 15 presentatus, ut in se ipso eam sanctificaret, postea vero, ut
 se dominum legis ostenderet, contra litteram legis
 leprosum tangendo mundavit, Apostolos quoque contra
 litteram sabbati per sata pretergredientes, spicas vellentes
 et confricantes manibus suis, probabili exemplo David,
 20 circumcisionis, et templi excusavit, dicens: "Non legistis,
 quid fecerit Abimelech, quando venit ad eum David, et
 dedit ei panes propositionis, de quibus non licebat edere,
 nisi solis sacerdotibus, et comedit ipse et pueri eius?" Item
 octava die secundum legem puer circumciditur, et vos in
 25 sabbato circumciditis hominem. Item, cum iuge
 holocaustum ex lege offeratur, cum masculus
 quadragesimo femina vero octuagesimo die ab ortu sue
 nativitatis secundum legis inperium in templum cum
 hostiis presentaretur, unde sacerdotes hostias offerentes
 30 in templo litteram sabbati solvunt, et sine crimine sunt:
 tunc filius hominis multo magis valet solvere litteram
 legis, qui est dominus etiam sabbati. Hinc etiam de eo
 dicitur: "Erat Iesus docens, tamquam potestatem habens,"
 id est tamquam dominus legis, addens moralibus ea, quae
 35 deerant ad perfectionem, umbram figuralium in lucem
 spiritualis intelligentie conmutans, non tamquam scribe
 eorum, qui littera legis astricti non audebant aliquid
 addere vel conmutare. Sic et summe sedis pontifices
 canonibus a se sive ab aliis sua auctoritate conditis
 40 reverentiam exhibent, et eis se humiliando ipsos
 custodiunt, ut aliis observandos exhibeant. Nonnumquam
 vero seu iubendo, seu diffiniendo, seu decernendo, seu
 aliter agendo, se decretorum dominos et conditores esse
 ostendunt. In premissis ergo capitulis aliis inponitur

necessitas obsequendi: summis vero pontificibus ostenditur inesse auctoritas observandi, ut a se tradita observando aliis non contempnenda demonstrent, exemplo Christi, qui sacramenta, quae ecclesiae servanda mandavit, primum in se ipso suscipit, ut ea in se ipso sanctificaret. Oportet ergo primam sedem, ut diximus, 5
observare ea, quae mandavit decernendo, non necessitate obsequendi, sed auctoritate inertiendi. Licet itaque sibi contra generalia decreta specialia privilegia indulgere, et speciali beneficio concedere quod generali prohibetur 10
decreto. (§ 2) Quamquam si decretorum intentionem diligenter advertamus, nequaquam contra sanctorum canonum auctoritatem aliquid concedere inveniantur: Sacri siquidem canones ita aliquid constituunt, ut sue interpretationis auctoritatem sanctae Romane ecclesiae 15
reservent. Ipsi namque soli canones valent interpretari, qui ius condendi eos habent. Unde in nonnullis capitulis conciliorum, cum aliquid observandum decernitur, statim subinfertur: "Nisi auctoritas Romane ecclesiae inperaverit aliter," vel: "salvo tamen in omnibus iure sanctae Romane 20
ecclesiae," vel: "salva tamen in omnibus apostolica auctoritate." Quaecumque ergo de decimis vel quibuslibet ecclesiasticis negociis sacris canonibus diffiniuntur, intelligenda sunt necessario servari, nisi auctoritas
Romane ecclesiae aliter fieri mandaverit vel permiserit. 25
Cum ergo aliqua privilegia ab Apostolico aliquibus conceduntur, etsi contra generalem legem aliquid sonare videantur, non tamen contra ipsam aliquid concedere intelliguntur, cum ipsius legis auctoritate privilegia singulorum penes matrem omnium ecclesiarum 30
reserventur. Neque enim privilegia aliquibus concederentur, si preter generalem legem nulli aliquid speciale indulgeretur. Privilegia namque dicuntur quasi privata legia, eo quod privatam legem singulis generent. Quam distinctionem Gregorius innuens ait: "Si hoc neque 35
consuetudine generali neque privilegio vendicas, restat te usurpasse quod fecisti." (§ 3) Item Ieronimus in expositione Ione: "privilegia singulorum non possunt legem facere communem."

(§ 4) Valet ergo, ut ex premissis colligitur, sancta 40
Romana ecclesia quoslibet suis privilegiis munire, et extra generalia decreta quaedam speciali beneficio indulgere, considerata tamen rationis equitate, ut quae mater iusticie est in nullo ab ea dissentire inveniat, ut privilegia

Fr. 1012

Fd 75ra

videlicet, quae ob religionis, vel necessitatis, vel exhibiti obsequii gratiam conceduntur, neminem relevando ita divitem faciant, ut, multorum detrimenta non circumspiciendo, in paupertatis miseriam nonnullos deiciant; illud Apostoli ad memoriam revocantes, quod ad Chorinthios scribens ait: “Non enim volumus, ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio.” Cui sacra lex principum concordans ait: “Rescripta contra ius elicita ab omnibus iudicibus precipimus refutari, nisi forte aliquid est, quod non ledat alium et prosit petenti, vel crimen supplicantibus indulgeat.” (§ 5) Item constitutio inperatoris ad populum: “Nec dampnosa fisco, nec iuri contraria postulari oportet.” (§ 6) Clerici ergo huius baptismalis ecclesiae privilegii auctoritate muniti, sue diocesis decimas ex integro sibi vindicare valent, nisi forte summa necessitate episcopi cogantur ad quartam suam accipiendam, et illi superhabundare monstrentur.

(QUAESTIO 2)

(C.25 q.2 d.a.c.1) ¶ Quod autem antiquioribus privilegiis subsequentibus derogari non possit auctoritate Anacleti probatur, qui, scribens omnibus episcopis et reliquis Christi sacerdotibus, ait:

(C.25 q.2 c.1) ECCLESiarUM PRIVILEGIA CUNCTIS TEMPORIBUS INTEMERATA SERVENTUR.

Privilegia ecclesiarum et sacerdotum intemerata et inviolata decrevimus cunctis manere temporibus. Leges ecclesiae apostolica auctoritate firmamus, et peregrina submovemus iudicia.

(C.25 q.2 c.7) Item Gregorius Bonifatio primo defensori. Fr. 1013

DECRETA APOSTOLICA NULLA PRESUMPTIONE VIOLENTUR.

Institutionis nostre decreta, quae sunt privilegiis et ordinatione disposita, perpetua stabilitate et sine aliqua constituimus refragatione servari, sive quae scripto decrevimus, seu quae in nostra presencia videntur esse disposita, nec a quoquam pontificum in totum vel in partem ea qualibet occasione convelli decrevimus vel mutari. Nam nimis est asperum, et precipue bonis sacerdotum moribus inimicum, niti quempiam quantacumque rationis excusatione quae bene sunt Fr. 1014

ordinata rescindere, et exemplo docere ceteros sua quandoque posse constituta dissolvere.

(C.25 q.2 c.8)

Idem Dominico, Cartaginensi episcopo.

PRIVILEGIA ECCLESiarUM APOSTOLICUS DEBET SERVARE ILLESA. 5

De ecclesiasticis privilegiis quod vestra fraternitas scribit, hoc postposita dubitatione teneat, quia, sicut nostra defendimus, ita singulis quibusque ecclesiis sua iura servamus, nec cuilibet gratia favente ultra quam meretur inperitior, nec ulli hoc, quod sui iuris est, ambitu stimulante derogabo: sed fratres meos per omnia honorare cupio, sicque honore singulos subuehi, dummodo non sit quod alteri iure ab altero possit opponi. 10

(C.25 q.2 c.9)

15

Item Vigilio, Arelatensi episcopo.

QUOD RATIONABILITER DIFFINITUM EST NULLO MODO VIOLARI DEBET.

Cum pie desiderium voluntatis, et laudande diffinitionis intentio sacerdotalibus sit semper studiis adiuuanda, cura est sollicitudinis adhibenda, ut ea, quae pro quiete religiose conversationis sunt disposita vel ordinata, nec dissimulatio negligere, nec quaedam valeat presumptio perturbare: sed sicut hoc, quod ratio exigebat utiliter, obtinuit diffiniri, ita quod diffinitum est non debet violari. 20

(C.25 q.2 c.10)

Idem.

SIBI INIURIAM FACIT APOSTOLICUS QUI FRATRUM SUORUM IURA PERTURBAT. 30

Quod vero dicitis, nostris temporibus debere servari quae a meis quoque decessoribus tradita vel custodita sunt, absit hoc a me, ut statuta maiorum consacerdotibus meis in qualibet ecclesia infringam, quia michi iniuriam facio, si fratrum meorum iura perturbo. 35

(C.25 q.2 c.11) Item Iulius papa.

NULLA PRESUMPTIONE VIOLENTUR QUAE AB APOSTOLIS ET EORUM SUCCESSORIBUS SUNT INSTITUTA.

Fr. 1015 Amputato totius usurpationis excessu nullus presumat quae sibi non videntur esse concessa. (§ 1) Ea que sunt ab 40

Apostolis eorumque successoribus instituta, nulla desidia negligantur, nulla dissensione violentur, nulla concertatione turbentur.

(C.25 q.2 c.12)

5 Item Gregorius papa.

QUAE RATIONABILITER ORDINATA SUNT NULLA DEBENT REFRAGATIONE TURBARI.

10 Ecclesiastice moderationi est omnino conveniens, ut quae ordinata fuerint, vel decisa, nulla in posterum debeant refragatione turbari.

(C.25 q.2 c.13)

Idem in Registro.

QUAE CONTRA LEGES FIUNT PRO INFECTIS HABEANTUR.

15 Inperiali constitutione sancitum est aperte, ut ea, quae contra leges fiunt, non solum inutilia, sed etiam pro infectis habenda sint.

(C.25 q.2 c.17)

Fr. 1016

Item Leo papa.

20 PRIVILEGIA ECCLESiarUM NULLA DEBENT INPROBITATE CONVELLI.

Privilegia ecclesiarum, sanctorum canonibus instituta, et venerabilis Nicene fixa decretis, nulla possunt inprobitate convelli, vel novitate mutari.

25 **(C.25 q.2 c.18)** Item Nicolaus papa universali synodo presidens dixit:

ANATHEMA SIT QUI MANDATA VEL DECRETA ROMANORUM PONTIFICUM SERVARE CONTEMPSERIT.

30 Si quis dogmata, mandata, interdicta, sanctiones vel decreta pro catholica fide vel ecclesiastica disciplina, pro correctione imminentium vel futurorum malorum a sedis apostolice Presule salubriter promulgata contempserit, anathema sit.

35 **(C.25 q.2 c.19)** Item Gelasius Cresconio Johanni Emessale episcopis inter cetera.

Fr. 1017

29 Si – 16 sit Conc. Romanum (a. 863) 5, ed. Hartmann, MGH Conc. 4.155.9-12.

35 Emessale *Fd. Mesaliae Fr.*

STATUTA PRIORUM SUCCESSORES SERVARE OPORTET.

Decessorum statuta sicut legitima et iusta successorem custodire convenit, ita debet etiam male facta corrigere.

(C.25 q.2 c.21) Item Pelagius Armentario magistro militum inter cetera.

5

NON LICEAT PONTIFICI A IURE ECCLESIAE DISCEDERE, QUOD DOCUMENTORUM AUCTORITATE FIRMATUR.

Posteaquam ecclesiae iura documentorum quoque intercedentium fuerint auctoritate firmata, nullatenus ab his discedendi liberam pontifex, vel si vult, permittatur habere licentiam.

10

(C.25 q.2 d.p.c.21) ¶ Si ergo privilegia monasteriorum vel quarumlibet ecclesiarum auctoritate Leonis, Gregorii, Gelasii et nonnullorum aliorum pontificum sanctae Romane ecclesiae inviolata servantur; si ea, quae contra leges fiunt, pro infectis habenda sunt; si pontifex non habet liberam licentiam discedendi a documentis, quibus iura ecclesiae firmantur: patet, quod posteriora privilegia antiquioribus derogare non possunt, nec eorum auctoritate eis aliqua obicietur exceptio, cum etiam, si contra illa specialiter ferent, pro infectis essent habenda. **(§ 1)** His ita respondetur: Sancta Romana ecclesia sua auctoritate congregata valet disiungere, et disiuncta congregare; rationis tamen equitate considerata. Unde vel pietatis, vel necessitatis intuitu semel a se concessa valet vel totum vel in partem conmutare. Pro necessitate namque corrigendorum viciorum privilegia multarum ecclesiarum vel inminuuntur, vel penitus inmutantur, sive personaliter sive generaliter.

15

20

25

Fr. 1018

(§ 2) Personaliter iuxta illud: "Privilegium omnino meretur amittere qui permessa sibi abutitur potestate."

30

(C.25 q.2 c.23) Item Simplicius Iohanni episcopo Ravennati post pauca quibus eum ab illicita ordinatione prohibuit.

PRIVILEGIUM AMITTIT QUI SUA POTESTATE NON LEGITIME UTITUR.

35

Denunciamus autem, quod si post hec aliquid tale presumpseris, et aliquem seu episcopum, vel presbiterum, seu diaconem invitum facere forte credideris, ordinationes

8 Posteaquam – 29 licentiam Pelagius I, *Ep.* 55 (J³ 1953; JK 1014; ed. Gassó et Batlle, 144.2-5).

tibi Ravennatis vel Emiliensis ecclesiae noveris auferendas.

(C.25 q.2 c.24) Item Leo papa.

5 IUS ORDINANDI AMITTUNT QUI INMERITUM
CONSECRANT.

Si qui episcopi talem consecraverint sacerdotem, qualem esse non liceat, etiamsi aliquo modo dampnum proprii honoris evaserint, ordinationis ius ulterius non habebunt nec umquam ei sacramento intererunt, quod, neglecto divino iudicio, inmerito prestiterunt.

Fd 75va

(C.25 q.2 d.p.c.24) ¶ Generaliter, veluti dum civitati episcopalis dignitas perpetuo subtrahitur, quae suos episcopos interimere consuevit.

(C.25 q.2 c.25) Unde Gelasius papa scribit:

15 EPISCOPALIS DIGNITAS CIVITATI SUBTRAHITUR, QUAE
SUOS PRESULES INTERIMIT.

(C.99 q.6 c.69) Ita nos Sillanorum cedes geminata pontificum horrendi criminis atrocitate confudit, ut diu constitutio nostre deliberationis hesitaret, dum et ingerere quemquam parricidalibus exemplis detestaremur antistitem, et ecclesiam utcumque destitutam non usque adeo iudicarem relinquentem. Quapropter iam velut usum consuetudinemque sacrilegam declinantes, eatenus duximus religioni consulendum, ut parrochie vice ab extrinsecus positus sacerdotibus gubernetur, quae ibidem conmanentes ferro didicit necare pastores, inauditoque facinore (quod etiam in illis provinciis nusquam prorsus legitur accidisse, quae bellorum continuis diversisque incursionibus affliguntur) ut aliqua reperta sit civitas, quae presules ministrantes sibi fidei Christiane sine persecutore prosternat. Curandum est igitur, ut funesta perniciis cessatione priorum sanetur antistitem, atque ita saltim furoris tanti materia subtrahatur, si in quam hec possit acerbitas perpetrari consistens persona ibidem defuerit, eoque modo vel illa civitas, dum in quos deseuiat non habebit, ab huiusmodi temeritate desistat, vel aliis imitandi contagia dira non prebeat. Egeat ergo episcopalibus subsidiis sibimet aliunde pensatis, quae sacram in suo gremio collocatam fuso crudeliter maculat sanguine dignitatem, quae in utroque hac est ultione plectenda, sive instinctu domestico seu furiis incitata hoc

Fr. 1019

6 Si – 32 prestiterunt Leo I

committit externis. Prebeat ergo vestra dilectio in hoc statu posite ministerium visitationis ecclesiae, et aut conveniendo pariter, aut vicissim, prout qualitas rerum causaque proposcerit, divina misteria representet ingratis, ne, cum devitamus zizania, dominica videamur preterire frumenta. 5

(C.25 q.2 d.p.c.25) ¶ Hostilitatis quoque vel paupertatis necessitate episcopales sedes vel mutantur, vel due in unum rediguntur, sicut supra in titulo de mutationibus episcoporum beatus Gregorius fecisse legitur. Non ergo privilegia ecclesiarum sic inviolata permanere censentur, ut quibusdam de causis intervenientibus apostolica auctoritate eis derogari non possit; alioquin multitudo ecclesiarum ad paucitatem redigeretur, cum innumere ecclesiae in diocesibus aliarum frequenter condite inveniantur. Serventur ergo privilegia ecclesiarum cunctis inconcussa temporibus, ne videlicet preter eius auctoritatem, a quo data sunt, contra ea liceat ire alicui. 10 15

(§ 1) Sed obicitur illud Simaci papae: “Possessiones, quas unusquisque ecclesiae suo reliquit arbitrio, etc.” quae supra in titulo de alienatione rerum ecclesiasticarum leguntur ascripta. Unde datur intelligi, quod ea, quae de iure uniuscuiusque ecclesias vel necessitatis, sicut peregrinis, vel pietatis intuitu, sicut religiosis domibus conferuntur, non perpetuo, sed temporaliter ab eis, quibus conferuntur, sunt possidenda. Quamquam illud Simaci ad necessitatis intuitum, non ad pietatis prospectum possit referri, videlicet, ut ea, quae peregrinis vel captivis necessitas largiri suavit, non ea, quae religiosis domibus ob quietem religiose conversationis concessa sunt prohibeantur perpetuo possideri. Vel potius de utrisque intelligendum est, videlicet, ut sicut necessitatem patientes cessante necessitate beneficiis renunciare coguntur, quae eis miserationis indulsit intuitus, sic religiose viventes, cum a religione cessaverint, privilegiis exuuntur quae religiosa conversatio meruit. Privilegia ergo, quae religiosis domibus conceduntur, vel in eo casu accipienda sunt, in quo ita eis consulitur, quod nulli aliquid derogatur, videlicet ut ex novalibus, quorum decimationes nulli assignate fuerant, privilegiorum auctoritate decimas aliquibus persolvere non cogantur, vel si propter instantem temporis necessitatem eis consuli 20 25 30 35 40

Fd 75vb

non poterit, nisi aliis derogetur, ita privilegiorum
auctoritas videtur esse servanda, ut eorum subueniatur
inopie, non ut suarum divitiarum augmento, et
possessionum non modica extensione porrecta,
5 baptismales seu parrochiane ecclesiae penitus
destruantur.

(CAUSA 26)

(C.26) Quidam sacerdos sortilegus esse et divinus convincitur apud episcopum; correctus ab episcopo noluit cessare; excommunicatur; tandem agens in extremis reconciliatur a quodam sacerdote episcopo inconsulto; indicitur penitencia sibi sub quantitate temporis canonibus prefixa. PRIMUM queritur, qui sint sortilegi? SECUNDO, an sit peccatum esse sortilegum? TERTIO, a quibus genus divinationis sumpsit exordium? QUARTO, quot sint genera divinationis? QUINTO, an sortilegi vel divini sint excommunicandi, si cessare noluerint? SEXTO, an excommunicatus ab episcopo possit reconciliari a presbitero, illo inconsulto? SEPTIMO, si morientibus est indicenda penitencia sub quantitate temporis?

Aa 103r

(QUAESTIO 1)

(C.26 q.1 d.a.c.1) Qui sint sortilegi, Ysidorus diffinit Ethimologiarum libro VIII ita dicens:

(C.26 q.1 c.1) QUI SINT SORTILEGI?

Sortilegi sunt qui sub nomine fictae religionis per quasdam, quas sanctorum seu apostolorum vocant sortes, divinationis scientiam profitentur, aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt.

(QUAESTIO 2)

(C.26 q.2 d.a.c.1) Quod autem sortes exquirere peccatum non sit, exemplis et auctoritatibus probatur. Cum enim Achan de anathemate furtim subripuisset, et ob eius peccatum populus cesus apud Ain hostibus terga dedisset, precepit Dominus Iosue, ut sortibus exquireret, quo peccante populus in manibus hostium cadere meruerat. Iosue preceptum accipiens misit sortes, primum super tribus, deinde super familias, demum super personas, et sors ita cecidit super Achan. Saul quoque, cum pugnans contra Philisteos iurasset, se interfecturum quicumque de populo ante solis occasum comederet, sorte deprehendit Ionathan filium suum mel comedisse, quod sceptro acceperat, quem cum morti tradere vellet, populo supplicante revocavit sententiam. Ionas quoque, cum a facie Domini fugeret, a nautis sorte deprehensus in mari deiectus, et a ceto est absorptus. De Zacharia etiam legitur, quod sorte exiit, ut incensum poneret. Matthias vero similiter a beato Petro sorte in apostolatam et Iude

successor eligitur. Quod ergo tantorum exemplis probatur, patet malum non esse. Unde et Augustinus ait in libro Psalmorum:

(C.26 q.2 c.1) QUID SIT SORS.

5 Sors non est aliquid mali, sed res in humana dubietate divinam indicans voluntatem.

(C.26 q.2 d.p.c.1) His ita respondetur: Ante, quam evangelium claresceret, multa permittebantur, quae tempore perfectioris discipline penitus eliminata sunt. Copula namque sacerdotalis vel consanguineorum nec
10 legali, nec evangelica, vel apostolica auctoritate prohibetur, ecclesiastica tamen lege penitus interdicitur. Sic et sortibus nichil mali inesse monstratur, prohibetur tamen fidelibus, ne sub hac specie divinationis ad antiquos
15 ydolatrie cultus redirent. Unde quibusdam constellationes et futurorum signa custodientibus Apostolus ait: "Dies observatis, et menses, et tempora, et annos. Unde timeo, ne forte sine causa laboraverim in vobis". Sic et astronomia, seu et astrologia apud catholicos in
20 dissuetudinem abiit, quia, dum propria curiositate his nimis erant intenti, minus vacabant his, quae saluti animarum erant accommodata. Quod autem sortibus credi non oporteat, Ieronimus testatur, scribens super Ionam:

(C.26 q.2 c.2) EXEMPLO IONE VEL MATTHIE NON OPORTET SORTIBUS CREDI.

25 Non statim debemus sub exemplo Ione sortibus credere, vel illud de Actibus Apostolorum huic testimonio copulare, ubi sorte Matthias in apostolatum eligitur.

(C.26 q.2 c.3) Augustinus ad inquisitiones Ianuarii.

30 **AD SECULARIA NEGOCIA DIVINA ORACULA NON SUNT CONVERTENDA.**

Hii, qui de paginis evangelicis sortes legunt, etsi optandum est, ut id potius faciant, quam ad demonia consulenda concurrant, tamen ista michi displicet
35 consuetudo, ad negocia secularia et ad vite huius vanitatem divina oracula velle convertere.

(C.26 q.2 c.4) Item Beda super Actus Apostolorum.

EXEMPLO MATTHIE VEL IONE NON EST SORTIBUS INDIFFERENTER CREDENDUM.

40 Non exemplo Matthie, vel quod Ionas propheta sorte deprehensus sit, indifferenter sortibus est credendum,

cum privilegia singulorum (ut Ieronimus ait) comunem legem facere omnino non possint. (§ 1) Si qui tamen necessitate aliqua compulsi Deum putant sortibus exemplo Apostolorum esse consulendum, videant hoc ipsos Apostolos non nisi collecto fratrum cetu, et precibus ad Deum fuis egisse. De divinis vero scribit Augustinus, ita dicens:

5

(QUAESTIO 3-4)

(C.26 q.3-4 d.a.c.1) A quibus autem genus divinationis exordium sumpserit, vel quot sint genera eius, Augustinus exponit in libro de natura demonum, ita dicens:

10

(C.26 q.3-4 c.1) DE MULTIPLICI GENERE DIVINATIONIS.

15

Igitur genus divinationis a Persis fertur allatum. (§ 1) Varro autem dixit quatuor esse genera divinationum, terram, aquam, erem, et ignem: hinc geomanticam ydromanticam, eromanticam, piromanticam dictam autumant. (§ 2) Divini dicti sunt, quasi deo pleni. Divinitate enim se esse plenos simulant, et astutia quadam fraudulenta hominibus futura coniectant. Duo autem sunt genera divinationis, ars et furor. Incantatores autem dicti sunt qui artem verbis peragunt. (§ 3) Arioli vocati sunt propter quod circa aras ydolorum nefarias preces emittunt, et funesta sacrificia offerunt, his quae celebritatibus demonum accipiunt responsa. (§ 4) Aruspices nuncupantur quasi horarum inspectores; dies enim et horas in agendis negociis operibus quae custodiunt, et quid per singula tempora observare debeat homo intendunt; hii etiam exta pecudum inspiciunt, et ex eis futura predicunt. (§ 5) Augures sunt qui volatus avium et voces intendunt, alia quae signa rerum vel observationes improvisas hominibus occurrentes ferunt. Idem sunt et auspices; nam auspicia sunt, quae iter facientes observant. Dicta sunt autem auspicia, et auguria quasi avigerum, quod aves gerunt. Duo sunt autem genera auspiciorum, unum ad oculos, alterum ad aures pertinens: ad oculos scilicet volatus, ad aures vox avium. (§ 6) Phithonisse a Phithonio Apolline dicte, quod is auctor fuerit divinandi. Astrologi dicti sunt eo, quod in astris auguriantur. Genethliaci appellati sunt propter nataliciorum considerationes dierum. Geneses enim

20

25

30

35

40

hominum per duodecim celi signa describunt, siderum
 quae cursus nascentium mores, actus, et eventus predicere
 conantur, id est quis quali signo fuerit natus, aut quem
 effectum habeat vite qui nascitur interpretantur. Hii sunt,
 5 qui vulgo mathematici vocantur, cuius superstitionis
 genus constellationes Latini vocant, id est notationes
 syderum, quomodo se habeant, cum quisque nascitur. (§
 7) Primum autem idem stellarum interpretes magi
 nuncupantur, sicut de his legitur qui in evangelio natum
 10 Christum annuntiaverunt. Postea hoc nomine soli
 mathematici dicti sunt. Cuius artis scientia usque ad
 Christum fuit concessa, ut Christo edito nemo exinde
 nativatem alicuius de celo interpretetur. Horoscopi dicti,
 15 quod horas nativatis hominum speculentur dissimili et
 diverso fato. Sortilegi sunt qui sub nomine etc. Ut supra:
 (§ 8) Salisatores sunt vocati, qui, dum eis membrorum
 quaecumque partes salierint, aliquid sibi exinde
 prosperum seu triste significari predicunt.

(C.26 q.3-4 d.p.c.1) Queritur autem de natura
 20 demonum, cuius nature sint, an futura prescire valeant,
 vel quot modis futura prenoscant? De his ita scribit
 Augustinus in eodem libro:

(C.26 q.3-4 c.2) QUOT MODIS DEMONES FUTURA
 PRENOSCUNT.

25 Sciendum est, hanc esse naturam demonum, ut erii
 corporis sensu terrenorum corporum sensum facile
 precedant, celeritate etiam propter erii corporis
 superiorem mobilitatem non solum cursus quorumlibet
 hominum vel ferarum, verum etiam volatus avium
 30 incomparabiliter vincant. Quibus duabus rebus, quantum
 ad erium corpus attinet, prediti, hoc est acumine sensus et
 celeritate motus, multo ante cogitata prenunciant, vel
 nunciant quae homines pro sensus terreni tarditate
 mirentur. Accessit etiam demonibus per tam longum
 35 tempus, quo eorum vita protenditur, rerum longe maior
 experientia, quam potest hominibus propter brevitatem
 vite pervenire. Per has efficacias, quas erii corporis natura
 sortita est, non solum multa futura predicunt demones,
 verum etiam multa faciunt, quae quoniam homines dicere
 40 aut facere non possunt, eos dignos quidam, quibus
 serviant et quibus honores divinos deferant, arbitrantur,
 instigante maxime vicio curiositatis, propter amorem
 felicitatis false atque terrene, et excellentie temporalis. (§

1) Nunc igitur, quoniam de divinatione demonum questio est, primum sciendum est, illos ea plerumque prenunciare, quae ipsi facturi sunt. Accipiunt enim sepe potestatem et morbos inmittere, et ipsum erem vitiando morbidum reddere, et perversis atque amatoribus terrenorum commodorum malefacta suadere, de quorum moribus certi sunt, quod sint eis talia suadentibus consensuri. Suadent miris et invisibilibus modis, per illam subtilitatem corpora hominum non sentientium penetrando, et se cogitationibus eorum per quaedam imaginaria visa miscendo, sive vigilantium sive dormientium. (§ 2) Aliquando autem non quae ipsi faciunt, sed quae naturalibus signis futura prenoscunt (quae signa in hominum sensus venire non possunt) ante predicunt. Neque enim, quia previdet medicus quod previdere nescit huius artis ignarus, ideo tamen divinus habendus est. Quid autem mirum, si, quemadmodum ille corporis humani vel perturbata vel mortificata temperie seu bonas seu futuras malas previdet valetudines, sic demones in eris affectione sibi notas, nobis ignota, futuras prevident tempestates? Aliquando etiam hominum dispositiones non solum voce prolatas, verum etiam cogitatione conceptas, cum signa quaedam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscunt, atque hinc etiam multa futura prenunciant, aliis videlicet mira, qui ista disposita non noverunt. (§ 3) Fallunt etiam studio fallendi, et invida voluntate, qua hominum errore letantur. Sed ne apud cultores suos pondus auctoritatis amittant, id agunt, ut interpretibus suis signorum quae suorum coniectoris culpa tribuatur, quando ipsi decepti fuerint vel mentiti. (§ 4) Nonnumquam vero ipsi maligni spiritus et illusores hominum atque invisores salutis eorum solent predicere defectum culture sue et ydolorum ruinam, quatinus prescii videantur quid in singulis regnis aut locis venturum, et quid adversi sue factioni contingere possit; quod etiam illi, qui gentilium hystorias legunt, non ignorant. Quid ergo mirum si, iam imminente templorum et simulachrorum eversione, quam Prophete summi Dei tanto ante predixerunt, Serapis demon alicui cultorum suorum hoc de proximo prodidit, ut suam quasi divinationem recedens vel fugiens commendaret?

(C.26 q.3-4 d.p.c.2) Quod autem hominum dispositiones cogitatione conceptas per exteriora signa diabolus deprehendat, non firmissima ratione videtur

approbatum. Unde idem Augustinus ait in libro II retractationum:

(C.26 q.3-4 c.3) QUOD EX CORPOREIS MOTIBUS
INTERNAS ANIME COGITATIONES DIABOLUS
5 CONPREHENDAT RES OCCULTISSIMA EST.

Quodam loco dixi, demones aliquando hominum dispositiones non solum voce prolatas, verum etiam cogitatione conceptas, cum signa quaedam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscere. Rem
10 dixi occultissimam audaciori assertionem quam debui. Nam pervenire ista ad noticiam demonum per nonnulla etiam experimenta conpertum est. Sed utrum quaedam signa dentur ex corpore cogitantium, illis sensibilia, nos autem
15 latentia, an alia vi spirituali ista cognoscant, aut difficillime potest ab hominibus, aut omnino non potest inveniri.

(QUAESTIO 5)

(C.26 q.5 d.a.c.1) Quod autem sortilegi et divini, si cessare noluerint, excommunicandi sint, ratione et
20 auctoritate probatur. Est enim quoddam genus culture ydolorum, ex demonum consultationibus futura predicere. Sicut enim avarus, quia cultum Deo debitum nummo inpendit, ydolorum cultor ab Apostolo nominatur, sic illi,
25 qui futura, quae ex Dei oraculo nonnumquam revelata inveniuntur, vel demonum consultatione, vel quibuslibet prestigiis invenire laborant, divinitatis iura creaturis attribuunt. Futura enim prescire solius Dei est, qui in sui contemplatione etiam angelos illa prescire facit. Unde
30 Ysaïas ait: "Priora et novissima annunciate michi, et dicam, quod Dii estis". (§ 1) Cultores vero ydolorum a comunione fidelium separandi sunt. Unde Apostolus ait in epistola ad Corinthios: "Si quis frater nominatur fornicator, aut avarus, aut ydolis serviens, cum eiusmodi
35 nec cibum sumere". Hinc etiam in decreto Gregorii iunioris legitur:

(C.26 q.5 c.1) ANATHEMA SIT QUI ARIOSOS VEL INCANTATORES OBSERVAT.

Si quis ariolos, aruspices vel incantatores observaverit,
40 aut philacteriis usus fuerit, anathema sit.

(C.26 q.5 c.2) Item ex Ancirano concilio, c. 23.

QUINQUENNIO PENITEANT QUI DIVINATIONES EXPETUNT.

Qui divinationes expetunt, et morem gentilium subsecuntur, vel in domos suas huiusmodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte magica, aut expiandi causa, sub regula quinquennii iaceant secundum gradus penitencie diffinitos.

5

(C.26 q.5 c.4) Item ex concilio Laudicensi, c. 30.

SACRIS OFFITIIS DEDITI MAGI VEL INCANTATORES NON FIANI.

10

Non oportet sacris offitiis deditos vel clericos magos aut incantatores existere, aut facere philacteria, quae animarum suarum vincula conprobantur.

(C.26 q.5 c.5) Item ex concilio Tolletano IV, c. 30.

HONORE PRIVETUR EPISCOPUS AUT PRESBITER, QUI MAGOS VEL ARUSPICES CONSULIT.

15

Si quis episcopus, aut presbiter, sive diaconus, vel quilibet de ordinibus clericorum aruspices, aut incantatores, aut ariolos, aut certe augures vel sortilegos, vel qui profitentur artem magicam, aut aliquos eorum similia exercentes consuluisse fuerit deprehensus, ab honore dignitatis sue suspensus monasterii curam excipiat, ibi quae penitencie perpetue deditus scelus admissum sacrilegii solvat.

20

(C.26 q.5 c.6) Item ex concilio Agathensi, c. 38.

25

DE HIS, QUI AUGURIIS ET DIVINATIONIBUS STUDENT.

Aliquanti clerici sive laici student auguriis, et sub nomine fictae religionis per eas, quas sanctorum Patrum sortes vocant, divinationis scientiam profitentur, aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt. Hoc quicumque clericus aut laicus detectus fuerit vel consulere vel docere, ab ecclesia habeatur extraneus.

30

(C.26 q.5 c.7) Item Leo IV episcopis Britannie.

SORS NICHIL ALIUD QUAM DIVINATIO ET MALEFICIUM ESSE DECERNITUR.

35

Sortes, quibus cuncta vos vestris discriminatis provinciis, (quas Patres dampnaverunt) nichil aliud quam divinationes et maleficia esse decernimus. Quamobrem volumus illas omnino dampnari, et ultra inter Christianos

40

17 Si – 32 solvat Conc. Toletanum IV (a. 633) 29 (ed. Vives, 203).

nolumus nominari, et ne exerçantur anathematis interdico prohibemus.

(C.26 q.5 c.11) Item ex concilio Cartaginensi, c. 39.

5 AB ECCLESIA SEPARATUR AUGURIIS ET
INCANTATIONIBUS DESERVIENS.

Auguriis vel incantationibus servientem, similiter et Iudaicis superstitionibus vel feriis inherentem a conventu ecclesiae separandum precipimus.

(C.26 q.5 c.12) Item ex concilio Anquirensi, c. 1.

10 SORTILEGAM ET MAGICAM ARTEM EPISCOPI MODIS
OMNIBUS ELIMINARE STUDEANT.

Episcopi, eorum quae ministri omnibus viribus elaborare studeant, ut perniciosam et a zabulo inventam sortilegam et magicam artem ex parrochiis suis penitus eradicent, et si aliquem virum aut mulierem huiusmodi sceleris sectatorem inveniunt, turpiter dehonestatum de parrochiis suis eiciant. Ait enim Apostolus: "Hereticum hominem post primam et secundam correctionem devota, sciens, quia subuersus est qui eiusmodi est". Subuersi sunt et a diabolo captivi tenentur qui relicto creatore suo diaboli suffragia querunt, et ideo a tali peste debet mundari sancta ecclesia. (§ 1) Illud etiam non est omittendum, quod quaedam scelerate mulieres retro post sathanam converse, demonum illusionibus et fantasmatibus seducte, credunt se et profitentur, cum Diana nocturnis horis dea paganorum, vel cum Herodiade, et innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, et multa terrarum spacia intempeste noctis silentio pertransire, eius quae iussionibus obedire velut domine, et certis noctibus evocari ad eius servitium. Sed utinam he sole in perfidia sua perissent, et non multos se cum ad infidelitatis interitum pertraxissent. Nam et innumera multitudo hac falsa opinione decepta vera esse credunt, et credendo a recta fide deviant, et errore paganorum involvuntur, cum aliquid divinitatis aut numinis extra unum Deum arbitrantur. Quapropter sacerdotes per ecclesias sibi

12 Episcopi – 767: 41 deterior *Haud inter canones Ancyritanos inventum, primum in Libris duobus de synodalibus causis 2.371 Reginonis abbatis Prumensis cum inscriptione "Unde supra" post canonem concilio Ancyritano attributam invenitur, vide Tschacher, "Der Flug durch die Luft zwischen Illusionstheorie und Realitätsbeweis," ZRG KA (1999), 240-243. Ivo, Decretum 11.30; *Panormia 8.75.*

commissas populo Dei omni instantia predicare debent, ut noverint hec omnino falsa esse, et non a divino, sed a maligno spiritu talia fantasmata mentibus fidelium irrogari. **(§ 2)** Siquidem ipse sathanas, qui transfigurat se in angelum lucis, cum mentem cuiusque mulieris ceperit, et hanc per infidelitatem sibi subiugaverit, illico transformat se in diversarum personarum species atque similitudines, et mentem, quam captivam tenet, in sompnis deludens, modo leta, modo tristia, modo cognitas, modo incognitas personas ostendens, per devia queque deducit, et, cum solus spiritus hoc patitur, infidelis hoc non in animo, sed in corpore evenire opinatur. Quis enim in somnis et nocturnis visionibus se non extra ipsum educitur, et multa videt dormiendo, quae vigilando numquam viderat? Quis vero tam stultus et hebes sit, qui hec omnia, quae in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur, cum Ezechiel propheta visiones Domini in spiritu, non in corpore vidit, et audivit, sicut ipse dicit: "Statim," inquit, "fui in spiritu?" Et Paulus non audet dicere se raptum in corpore. Omnibus itaque publice annunciandum est, quod qui talia credit et his similia fidem perdit, et qui rectam fidem non habet, hic non est eius, sed illius, in quem credit, id est diaboli. Nam de Domino nostro scriptum est: "Omnia per ipsum facta sunt". Quisquis ergo credit fieri posse, aliquam creaturam aut in melius aut in deterius inmutari, aut transformari in aliam speciem vel in aliam similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, et per quem omnia facta sunt, proculdubio infidelis est, et pagano deterior.

(C.26 q.5 d.p.c.13) Ex premissis auctoritatibus colligitur, quod arioli, aruspices, incantatores, et sortilegi, atque ceteri huiusmodi sectatores ab ecclesia sunt eliminandi, et, nisi resipuerint, perpetuo excommunicandi. **(§ 1)** Sed quod in ultimo Anquirensi capitulo ea, quae per incantatores fiunt, non in corpore, sed in spiritu fieri dicuntur, Augustinus in libro de civitate Dei videtur asserere ita dicens:

(C.26 q.5 c.14) QUAE MAGORUM PRESTIGIIS FIUNT NON VERA, SED FANTASTICA ESSE PROBANTUR.

Nec mirum de magorum prestigiis, quorum in tantum prodiere maleficiorum artes, ut etiam Moysi in illis signis resisterent, vertentes virgas in dracones, aquam in sanguinem, cum fertur in gentilium etiam libris, quod

quaedam maga Circe socios Ulixis mutavit in bestias. Legitur etiam de sacrificio, quod Archades deo suo Lieo inmolabant, ex quo quicumque sumerent in bestiarum formas converterentur. Sed hec omnia magicis prestigiis

 5 pocius fingebantur quam rerum veritate complerentur. Ut ergo ipsi errores ignorantibus manifesti fiant, de eorum proprietate atque inventoribus iuxta traditionem maiorum primum dicere congruum arbitramur. (§ 1) Magi sunt qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem

 10 nuncupantur. Hi sunt qui permissu Dei elementa concutiunt, mentes hominum turbant minus confidentium in Deo, ac sine ullo veneni haustu violentia tantum carminis interimunt. Unde et Lucanus: "Mens hausti nulla sanie polluta veneni, incantata perit". Demonibus enim

 15 accitis audent ventilare, ut quosque suos perimant malis artibus inimicos. Hi etiam sanguine utuntur et victimis sepe contingunt corpora mortuorum. (§ 2) Nigromantici sunt quorum precantationibus videntur resuscitari mortui, divinare et ad interrogata respondere. Nigro enim

 20 grece mortuus, mantia divinatio nuncupatur, ad quos suscitandos cadaveri sanguis adicitur. Nam amare sanguinem demones dicuntur, ideo quae, quociescumque nigromantia fit, cruor aque miscetur, et colore sanguinis facilius provocantur. (§ 3) Ydromantici ab aqua dicti. Est enim ydromantia in aquarum inspectione umbras demonum evocare, et imagines ludificationes eorum videre, ibi quae ab eis aliqua audire, ubi adhibito sanguine etiam inferos perhibentur suscitare. Et infra: (§ 4) Ad hec omnia supradicta pertinent ligature execrabilium remediorum, quae ars non commendat medicorum, seu in precantationibus, seu in karacteribus suspendendis atque ligandis, in quibus omnibus ars demonum est, ex quadam pestifera societate hominum et angelorum malorum exorta. Unde et cuncta vitanda sunt Christiano, et omnino penitus execratione repudianda atque dampnanda. (§ 5) Auguria autem sunt avium. Hec autem Friges primi invenerunt. (§ 6) Prestigium vero Mercurius dicitur primus invenisse. Dictum est autem prestigium, quod prestringat aciem oculorum. (§ 7) Aruspicine artem primus Etruscis tradidisse dicitur quidam Tages. Hic exanimis aruspicinam dictavit, et postea non apparuit. Nam dicitur fabulose arante quodam rustico subito ex glebis exiluisse, et aruspicinam dictasse, qua die mortuus est. Quos libros Romani ex Etrusca lingua in propriam

mutaverunt. (§ 8) His ergo portentis per demonum fallaciam illuditur curiositas humana, quando id inprudenter appetunt scire, quod nulla eis ratione competit investigare. Hec potestas ideo datur inmundis spiritibus, ut perversos sibi aptent, hoc est pravos homines, seducant illos, qui spernunt veritatem, et credunt mendacio, et iuxta Pauli sententiam sanam doctrinam non ferent, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus, et a veritate quidem avertent auditum, ad fabulas autem convertentur, onerati peccatis ducentur variis desideriiis, semper discentes, et numquam ad scientie veritatem pervenientes. Quemadmodum autem Iamnes et Mambres restiterunt Moysi, ita et isti resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem; sed ultra non proficient, insipientia eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit. (§ 9) Nec ideo quisquam credere debet, quoslibet magicis artibus aliquid facere posse sine permissu Dei, (qui omnia, quae fiunt, aut iusto iudicio facit, aut permissu suo ita fieri sinit), quod predicti magi leguntur similia fecisse Moysi, qui virgam suam proiecit, et conversa est in draconem, proiecerunt quae singuli virgas suas, quae converse sunt in dracones, sed devoravit virga Aaron virgas eorum. Non enim fuerunt creatores draconum nec magi, nec angeli mali, quibus ministris illa operabantur. Insunt enim rebus corporeis per omnia elementa: quaedam occulte rationes seminarie, quibus cum data fuerit oportunitas temporalis atque causalis, prorumpunt in species debitas suis modis et finibus: et sic non dicuntur angeli, qui ista faciunt, animalium creatores, sicut nec agricolae segetum, vel quorumcumque gignentium in terra creatores dicendi sunt, quamvis noverint prebere quasdam visibiles oportunitates et causas, ut illa nascantur. Quod autem isti faciunt visibiliter, hoc illi invisibiliter. Deus vero solus unus est creator, qui causas ipsas et seminarias rationes rebus inservit. (§ 10) Preterea quidam putant querendum, quomodo scriptura narret Phithonissam Samuelem prophetam suscitasse ad colloquium Saulis impiissimi regis, si phithonica divinatio errori magice artis deputanda sit. Quibus ita responderi potest, indignum omnino facinus esse, si secundum verba ystorie conmodetur assensus. Quomodo enim fieri poterat, ut arte magica attraheretur vir a nativitate sanctus, et vite operibus iustus; at, si non attractus est, consensit? Quod

utrumque de iusto credere adversum est. Nullum enim suffragium habet iusticia si tractus aut voluntarius, amisit meritum spiritale, quod positus in carne quesierat, quod valde absurdum est, quia qui hinc iustus recedit permanet iustus. Porro hoc est prestigium sathane, quo, ut plurimos fallat, etiam bonos habere se in potestate confingit. Quod Apostolus inter cetera ostendit, dicens: "Ipse sathanas transfiguratur se in angelum lucis". Ut enim errorem faceret, in quo glorificaretur, in habitu viri iusti et nomine se subornavit, ut nichil proficere spem, quam predicabant Dei cultoribus, mentiretur, quando hinc exeuntes iustos finxit in sua esse potestate. Sed hoc quosdam fallit, quod de morte Saulis et filii eius non sit mentitus, quasi magnum sit diabolo ante occasum mortem corporis providere, cum signa quaedam soleant apparere morituris, quippe a quibus Dei protectio amota videtur, quanto magis diabolus, quem angelica maiestate sublimem prophetica oracula fuisse testantur, de cuius magnitudine Apostolus ait: "An ignoratis altitudinem sathane?" Quid mirum ergo, si imminentem prope mortem potuit providere, cum hoc sit, unde fallit et se in potestate Dei vult adorari? Nam tanta ebrietate demens effectus est Saul, ut ad Phithonissam confugeret. Depravatus enim causa peccati ad hec se contulit, quae dampnaverant. Sed si quis propter ystoriam ea, quae verbis expressa sunt, putet non pretermittenda, ne ratio ystorie inanis sit, recte facit quidem: si tamen minime istud ad veri rationem rapiat, sed ad visum et ad intellectum Saulis. Neque enim reprobis factis bonum poterat intellectum habere. Historicus enim mentem Saulis et habitum Samuelis descripsit, ea, quae dicta sunt et visa, exprimens, pretermittens, si vera an falsa sint. Qui ait? "Audiens, in quo habitu esset excitatus, intellexit," inquit, "hunc Samuelem esse". Quid intellexerit retulit, et, quia non bene intellexit, contra scripturam alium adoravit quam Deum, et putans Samuelem adoravit diabolum, ut fructum fallacie sue haberet sathanas. Ad hoc enim nititur, ut adoretur quasi Deus. Si enim Samuel illi vere aparuisset, non utique vir iustus permisisset se adorari, qui predicaverat Dominum solum esse adorandum. Et quomodo homo Dei, qui cum Abraham in refrigerio erat, diceret ad virum pestilentie, dignum ardore gehenne: "Cras me cum eris?" His duobus titulis subtilitatem fallacie sue providit improvidus sathanas, quia et adorari

se permisit sub habitu et nomine Samuelis contra legem, et virum peccatis pressum, cum magna distantia peccatorum et iustorum sit, cum Samuele iustissimo futurum mentitus est. Verum potest dici, verum potest videri, si de Samuelis nomine taceatur, quia Saul cum diabolo futurus erat; ad eum enim transmigravit, quem adoravit. Semper ergo diabolus sub velamine latens prodit se, dum ea confingit, quae hereant personis, per quas fallere nititur. (§ 11) Si autem quilibet opponit, ac dicit, quomodo eveniunt illa, quae illi divini predicunt futura? aut quomodo possunt egris prebere medelam, aut sanis inmittere egritudinem, si aliquid proprie virtutis ac potestatis non habeant? hoc a nobis recipiat responsum, quod ideo quisque non debet eis credere, quia aliquando eveniunt quae predicunt, aut sanare videntur languidos, vel ledere sanos, quia hoc permissu Dei fit, ut ipsi, qui hoc audiunt vel vident, probentur, et apareat quali fide sint vel devotione erga Deum. Sicut in Deuteronomio legitur Moyses ex verbo Domini populo Dei precepisse, ita dicens: “Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium dicat se vidisse, et predixerit signum atque portentum, et evenerit quod locutus est, et dixerit tibi: eamus, et sequamur Deos alienos, quos ignoras, et serviamus eis: non audies verba prophete aut somniatoris, quia temptat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat, utrum diligatis eum, an non. In toto corde vestro et in tota anima vestra Dominum Deum vestrum sequimini, et ipsum timete; mandata eius custodite, et audite vocem illius, ipsi servietis, et ipsi adherebitis etc.”. Ubi sane intelligi voluit, etiam illa, quae a divinantibus non secundum Deum dicuntur, si acciderint quae dicuntur, non sic accipienda, ut fiant quae precipiuntur ab eis, aut colantur quae coluntur ab eis. Nec preter suam potestatem Deus ostendit esse, quod contingunt, sed quasi quereretur, cur ea permittat, causam temptationis exposuit, ad cognoscendum utique eorum dilectionem, utrum eam habeant erga Deum suum, cognoscendum vero ab ipsis potius, quam ab illo, qui scit omnia ante, quam fiant.

5

10

15

20

25

30

35

40

(QUAESTIO 6)

(C.26 q.6 d.a.c.1) Quod autem ab episcopo excommunicatus eo inconsulto ab alio reconciliari non

possit, nisi forte per eius metropolitanum vel per
 summum pontificem, ratione et auctoritate probatur.
 Presbiteri namque potestatem excommunicandi vel
 reconciliandi ab episcopis accipiunt, non episcopi a
 5 presbiteris, atque ideo excommunicatos a sacerdotibus
 reconciliare possunt, excommunicatos vero ab episcopis
 sacerdotes reconciliare non valent. Reconciliatio namque
 penitentium episcopale officium est, non sacerdotale.
 Unde in concilio Cartaginensi II c. 3. Fortunatus
 10 episcopus dixit:

(C.26 q.6 c.1) PENITENTIUM RECONCILIATIO,
 CRISMATIS ET PUELLARUM CONSECRATIO A PRESBITERIS
 NON FIAT.

Si iubet sanctitas vestra, suggero. Nam memini,
 15 preterito concilio statutum, ut crisma, vel reconciliatio
 penitentium, nec non et puellarum consecratio a
 presbiteris non fiat. Si quis autem emergerit hoc faciens,
 quid de eo statuendum sit? Aurelius episcopus dixit:
 20 Audivit dignatio vestra suggestionem fratris et coepiscopi
 nostri Fortunati, quid ad hec dicitis? Ab universis
 episcopis dictum est: Crismatis confectio, et puellarum
 consecratio a presbiteris non fiat. Reconciliare quemquam
 in publica missa presbitero non liceat. Hoc omnibus
 placet.

(C.26 q.6 d.p.c.3) ¶ Ecce, quod ab episcopo
 excommunicatus per sacerdotem reconciliari non potest.
 Sed notandum est, quod reconciliatio alia est publica, alia
 privata. Publica reconciliatio est, quando penitentes ante
 ecclesiae ingressum publice representantur, et per
 30 inpositionem manus episcopalis ecclesiae publice
 reconciliantur. Hec videtur sacerdotibus esse prohibita.
 Unde circa finem illius capituli non simpliciter
 prohibentur penitentes reconciliare, sed in publica missa.
 Privata vero reconciliatio est, quando de peccatis occultis
 35 penitentes vel in extremis agentes ad gratiam
 reconciliationis accedunt. Hec reconciliatio potest fieri per
 sacerdotem. Unde Evaristus papa ait:

14 Si – 773: 2 placet *Coll. Trip. 2.19.2.

(C.26 q.6 c.4) IUSSIONE EPISCOPI PRESBITERI DE OCCULTIS PECCATIS PENITENTES RECONCILIENT.

Presbiteri de occultis peccatis iussione episcopi penitentes reconcilient, et, sicut supra premisimus, infirmantes absolvant et communicent.

5

(C.26 q.6 c.5) Item ex concilio Cartaginensi II

SI EPISCOPUS ABSENS EST, PER PRESBITERUM RECONCILIETUR IN PERICULO CONSTITUTUS.

Aurelius episcopus dixit: Si quisquam in periculo fuerit constitutus, et se reconciliari divinis altaribus petierit, si episcopus absens fuerit, debet utique presbiter consulere episcopum, et sic periclitantem eius precepto reconciliare. Quam rem debemus salubri consilio roborare. Ab universis episcopis dictum est: Placet quod sanctitas vestra necessario nos instruere dignata est.

10

15

(C.26 q.6 d.p.c.11) Ecce, quod episcopo precipiente penitentes de occultis peccatis, sive in periculo constituti per presbiterum possunt reconciliari. (§ 1) Sed si necessitate mortis peccator urgetur, et episcopus ita remotus est, quod eum presbiter consulere non possit, negabitur penitencia morienti? et beneficium reconciliationis non prestabitur penitenti, quem conversum Deus recipit ad veniam, iuxta illud: "In quacumque hora peccator conversus fuerit etc.," et item: "Convertimini ad me in toto corde vestro et ego convertar ad vos," ecclesia sibi reconciliare negliget? Quem intus Deus suscitavit ecclesia foris absolvere contempnet? Dampnabit episcopi absentia quem gratia divine presencie illustrat per lavacrum regenerationis? Morituris succurritur etiam a laicis, si presbiteri defuerint. Cur ergo beneficio reconciliationis per presbiterum subveniri ei non poterit, si contigerit episcopum deesse? si secundum Augustinum qui agens in extremis confitetur socio turpitudinem criminis fit dignus venia ex desiderio sacerdotis, cur non similiter sit dignus reconciliatione ex desiderio episcopi qui sacerdoti non negat maculam sui reatus? Item morientibus penitentiam negare presbiteri non debent. Unde Iulius papa ait:

20

25

30

35

3 Presbiteri – 20 communicent *Coll. Trip. 3.28.8; Polycarpus 6.19.5. **9**
Aurelius – 30 est *Coll. Trip. 2.19.3.

(C.26 q.6 c.12) REUS EST ANIMARUM PRESBITER, QUI PENITENCIAM MORIENTIBUS ABNEGAT.

Si presbiter penitenciam abnegaverit morientibus, reus erit animarum, quia Dominus dicit: “Quacumque die conversus fuerit peccator ad penitenciam, vita vivet, et non morietur”. Vera enim confessio in ultimo tempore potest esse, quia Dominus non solum temporis, sed etiam cordis inspector est, sicut latro unius penitencia momenti meruit esse in paradyso in hora ultime confessionis.

(C.26 q.6 c.13) Item Celestinus papa:

PENITENCIA MORIENTIBUS NON EST DENEGANDA.

Agnovimus penitenciam morientibus denegari, nec illorum desideriiis annui, qui obitus sui tempore hoc anime sue cupiunt remedio subveniri. Horremus (fateor) tante impietatis aliquem reperiri, ut de Dei pietate desperet. Quid hoc, rogo, aliud est quam morienti mortem addere, eius quae animam sua crudelitate, ne absoluta possit esse, occidere? cum Dominus ad subveniendum paratissimus, invitat ad penitenciam, sic promittit peccatori: “In quacumque hora etc.,” et item: “Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, et vivat”. Salutem ergo homini adimit quisquis mortis tempore penitenciam sibi denegaverit, et desperaverit de misericordia Dei, qui eum ad subveniendum morienti sufficere vel in momento posse non crediderit. Perdidisset latro in cruce premium ad Christi dexteram pendens, si illum unius hore penitencia non iuvisset. Cum esset in pena, penituit, et pro unius professione sermonis habitaculum paradyssi eo promittente promeruit.

(C.26 q.6 d.p.c.13) Cui autem penitencia non denegatur, nec reconciliatio sibi deneganda est. Inconsulto ergo episcopo penitentem presbiter reconciliare non debet, nisi ultima necessitas cogat. Unde in Cartaginensi concilio III legitur:

(C.26 q.6 c.14) INCONSULTO EPISCOPO PENITENTEM PRESBITER NON RECONCILIET, NISI ULTIMA COGAT NECESSITAS.

Presbiter inconsulto episcopo non reconciliet penitentem, nisi absente episcopo ultima necessitas cogat.

3 Si – 24 confessionis *Coll. Trip. 3.28.10; Polycarpus 8.1.10. **12 Agnovimus – 775: 6 promeruit** *Coll. 3 libr. 3.19.14, ed. Motta, 2.215; Polycarpus 8.1.2. **38 Presbiter – 19 inponatur** *Coll. 3 libr. 3.19.2, ed. Motta, 2.209.

Cuiuscumque penitentis publicum et vulgatissimum crimen est, quod universam comoverit urbem, ante absidam ecclesiae ei manus inponatur.

(QUAESTIO 7)

(C.26 q.7 d.a.c.1) ¶ De tempore vero satisfactionis, an sit inponendum morituris, Theodorus Cantuariensis archiepiscopus in Penitenciali suo ita diffinit:

(C.26 q.7 c.1) IN PERICULO CONSTITUTIS PENITENTIE QUANTITAS NON EST INPONENDA, SED INNOTESCENDA.

Ab infirmis in periculo mortis positis pura est confessio peccatorum inquirenda, non tamen illis inponenda est quantitas penitencie, sed innotescenda, et cum amicorum orationibus et elemosinarum studiis pondus penitencie sublevandum, si forte migraverint, ne obligati et comunione et consortio venie fiant alieni. A quo periculo si divinitus ereptus convaluerit, penitencie modum a sacerdote sibi inpositum diligenter observet, et ideo secundum auctoritatem canonicam, ne illis ianua pietatis clausa videatur, orationibus et consolationibus ecclesiasticis, sacra unctione olei inuncti, secundum statuta sanctorum Patrum comunione viatici reficiantur.

(C.26 q.7 c.13) Item Martinus papa.

KALENDARUM OBSERVATIONES AGERE NON LICET.

Non licet iniquas observationes agere kalendarum, et otiis vacare neque lauro aut viriditate arborum cingere domos; omnis hec observatio paganorum est.

(C.26 q.7 c.14) Zacharias papa:

ANATHEMA SIT QUI RITU PAGANORUM KALENDAS OBSERVAT.

Si quis kalendas Ianuarii ritu paganorum colere, vel aliquid plus novi facere propter novum annum aut mensas cum lampadibus vel epulis, in domibus preparare, et per vicos et plateas cantatores et choros ducere presumpserit, anathema sit.

(C.26 q.7 c.15) Item Augustinus.

11 Ab – 38 reficiantur Conc. Moguntinum (a. 847) 26, ed. Hartmann, MGH Conc. 3.173.18-174.9.**Coll. Trip.* 3.28.7. **25 Non – 5 est**

Martinus Bracarenensis, *Capitula* 73 (ed. Vives, 103).**Polycarpus* 6.11.4. **31 Si – 13 sit** Conc. Romanum (a. 743) 9, ed. Werminghoff, MGH Conc. 2.1.15.20-16.2.**Polycarpus* 6.11.5.

INFIRMITATIBUS HOMINUM INCANTATIONES NICHIL
REMEDII PRESTANT.

5 Ammoneant sacerdotes fideles populos, ut noverint
magicas artes incantationes quae quibuslibet
infirmis hominum nichil posse remedii conferre; non
animalibus languentibus, claudicantibus ve, vel etiam
moribundis quicquam mederi: sed hoc esse laqueos et
insidias antiqui hostis, quibus ille perfidus genus
humanum decipere nititur. Et si quis hec exercuerit,
10 clericus degradetur, laicus anathematizetur.

(C.26 q.7 c.16) Item Augustinus.

DIES EGIPTIACI, ET IANUarii KALENDE NON SUNT
OBSERVANDE.

15 Non observetis dies, qui dicuntur Egiptiaci, aut
kalendas Ianuarii, in quibus cantilene quaedam, et
comessationes, et ad invicem dona donantur, quasi in
principio anni boni fati augurio, aut aliquos menses, aut
tempora, aut dies, et annos, aut lune et mensis solis quae
cursum, quia qui et has, et quascumque divinationes, aut
20 fata, aut auguria observat, aut adtendit, aut consentit
observantibus inutiliter et sine causa, et magis ad sui
dampnationem quam ad salutem tendit; sive per quosdam
numeros litterarum, et lune, per Pitagoricam
nigromantiam egrotantium vitam vel mortem, vel
25 prospera vel adversa futura inquirunt, sive qui adtendunt
somnia scripta, et falso in Danielis nomine intitulata, et
sortes, quae dicuntur sanctorum Apostolorum, et auguria
avium, aut aliqua pro domo facienda, aut coniugia
copulanda, aut in collectionibus herbarum carmina dicunt,
30 aut pictatiolas pro quavis infirmitate scriptas, super
homines aut animalia ponunt, preter symbolum et
orationem dominicam, aut magicis falsitatibus in
grandinariis et tempestatibus credunt. Qui autem talibus
credunt, aut ad eorum domos euntes, aut suis domibus
35 introducunt, ut interrogent, sciant, se fidem Christianam
et baptismum prevaricasse, et paganum, et apostatam, id
est retro abeuntem et Dei inimicum, iram Dei graviter in
eternum incurrisse, nisi ecclesiastica penitencia
emendatus Deo reconcilietur. Dicit enim Apostolus: "Sive

3 Ammoneant – 24 anathematizetur *Polycarpus 6.11.7. **Ammoneant**
– **23 nititur** Conc. Turonense (a. 813) 42, ed. Werminghoff, MGH Conc.
2.1.292.11-15. **14 Non – 777: 24 sumus** *Caput incertum. Cf. Martinus*
Bracarenensis, Capitula 71, 73 et 75 (ed. Vives, 103-104), quae similia
*praebent.** Polycarpus 6.11.12.

manducatis, sive bibitis, sive quid aliud facitis, in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, in quo vivimus, movemur, et sumus”.

(C.26 q.7 c. 16a) Ex concilio Ancirano.

QUINQUENNIO PENITEAT QUI DIVINATIONES EXPETUNT. 5

Qui divinationes expetunt et morem [more Fd] gentilium subsecuntur aut in domos suas huiusmodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte maleficia aut expiandi causa, sub regula quinquennii iaceant secundum gradum penitentiae definitos. 10

(C.26 q.7 c.18) Item Ieronimus.

SINE INCANTATIONE HERBAS VEL PETRAS HABERE LICET.

Demonium sustinenti licet petras vel herbas habere sine incantatione. 15

7 Qui – 32 definitos * *Polycarpus* 6.11.19.
incantatione * *Polycarpus* 6.11.20.

15 Demonium – 37

(CAUSA 27)

(C.27) Quidam votum castitatis habens desponsavit sibi uxorem; illa priori conditioni renunciavit, transtulit se ad alium, et nupsit illi; ille, cui prius desponsata fuerat, repetit eam. Hic PRIMUM queritur, an coniugium possit esse inter voventes? SECUNDO, an liceat, sponse a sponso recedere, et alii nubere?

(QUAESTIO 1)

(C.27 q.1 d.a.c.1) Quod vero voventes matrimonia contrahere non possunt, multis auctoritatibus probatur. In concilio namque Cartaginensi c. CIV statutum invenitur de viduis, quae professam continentiam prevaricate sunt:

(C.27 q.1 c.1) EXCOMMUNICENTUR VIDUE, QUAE RELIGIOSO HABITU ABIECTO NUPTIAS ELEGERINT.

Sicut bonum est castitatis premium, ita et maiori observantia et preceptione custodiendum est, ut si quae vidue, quamlibet adhuc in minoribus annis posite, et inmatura etate a viro relicte, se devoverint Deo, et veste laicali abiecta sub testimonio episcopi et ecclesiae in religioso habitu apparuerint, postea vero ad seculares transierint nuptias, secundum Apostolum dampnationem habebunt, quia fidem castitatis, quam Deo voverunt, irritam facere vise sunt. Tales ergo persone a Christianorum comunione sequestrentur, neque in convivio cum Christianis comunicent. Nam si adulterii coniuges ree sunt si suis obnoxie viris non fuerint, quanto magis vidue, quae Dei religiositatem mutaverunt, crimine adulterii notabuntur, si devotionem, quam sponte, non coacte, Deo obtulerunt, libidinosa corripserunt voluptate, atque ad secundas nuptias transitum fecerint? quae etsi violentia irruente ab aliquo oppresse fuerint, ac postea delectatione libidinis permanere in coniugio raptori vel violento viro consenserint, dampnatione superius dicta teneantur obnoxie. De talibus Apostolus ait: "Cum enim luxuriate fuerint, nubere in Christo volunt, habentes dampnationem, quia primam fidem irritam fecerunt".

Aa 111r

(C.27 q.1 c.2) Item ex epistola Gregorii missa ad Bonifatium.

DE VIDUIS ET VIRGINIBUS QUAE A RELIGIONIS
PROPOSITO DISCEDUNT.

Viduas a proposito discedentes viduitatis, super quibus
nos consulere voluit dilectio tua, frater karissime, credo te
nosse a S. Paulo et a multis sanctis Patribus, nisi
convertantur, olim esse dampnatas. Quas nos apostolica
auctoritate dampnandas, et a comunione fidelium atque a
liminibus ecclesiae arcendas fore censemus, usquequo
obediant episcopis suis, et ad bonum, quod ceperunt,
invite aut voluntarie revertantur. (§ 1) De virginibus
autem non velatis, si deviaverint, a sanctae memorie
predecessore nostro papa Innocentio taliter decretum
habemus: “He vero, quae necdum sacro velamine tecte,
tamen in proposito virginali semper se simulaverint
permanere, licet velate non fuerint, tamen si nupserint,
aliquanto tempore his agenda penitencia est, quia sponsio
earum a Domino tenebatur. Si enim inter homines solet
bone fidei contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis
ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solvi sine vindicta
non poterit, etc.”. (§ 2) Si virgines nondum velate taliter
penitencia publica puniuntur, et a cetu fidelium usque ad
satisfactionem excluduntur, quanto magis vidue, quae
perfectioris etatis et maturioris sapientie atque consilii
existunt, virorum quae consortio multociens use sunt, et
habitum religionis assumpserunt, et demum
apostataverunt, atque ad priorem vomitum sunt reverse, a
nobis et ab omnibus fidelibus a liminibus ecclesiae et a
cetu fidelium usque ad satisfactionem sunt eliminande, et
carceribus tradende, qualiter iuxta apostolum Paulum
tradentes huiusmodi hominem sathane, ut spiritus eius sit
salvus in die Domini. De talibus enim Dominus per
Moysen loquitur, dicens: “Auferte malum de medio
vestri”. De quibus per Prophetam ait: “Letabitur iustus,
cum viderit vindictam inpiorum: manus suas lavabit in
sanguine peccatoris”. De talibus namque, et eorum
similibus, atque eisdem consentientibus dicitur: “Quia non
solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus
rei sunt”.

(C.27 q.1 c.3) Item ex Decreto Gelasii papae ad
Sicilienses episcopos misso, c. 9.

TRANSIRE NON POSSUNT VIDUE ET VIRGINES POST
RELIGIONIS PROPOSITUM AD NUPTIAS.

Neque viduas ad nuptias transire patimur, quae in
religioso proposito diuturna observatione permanserunt.
5 Similiter virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis
in monasteriis etatem peregissee contigerit.

(C.27 q.1 c.7) Item ex concilio Tolletano IV, c. 8.

Aa 111v

VIDUE ET PUELLE, QUAE POST RELIGIONIS HABITUM
NUBUNT, A COMMUNIONE SUSPENDANTUR.

10 De viduis et puellis, quae habitum religionis in
domibus propriis tam a parentibus, quam per se
mutaverunt si postea contra instituta patrum vel precepta
canonum coniugia crediderint copulanda, tam diu utrique
habeantur a comunione suspensi, quousque quod illicite
15 perpetraverunt emendent. Quod si emendare neglexerint,
a comunione vel omnium Christianorum convivio
perpetuo sint sequestrati.

(C.27 q.1 c.9) Item ex Decretis Innocentii papae, c. 20.

20 DE HIS, QUAE VOTUM VIRGINITATIS HABENTES
NUBUNT, NECDUM SACRO VELAMINE TECTE.

He vero, quae nondum sacro velamine sunt tecte,
tamen in proposito virginali semper simulaverant se
permanere etc. et infra. Nam si Apostolus illas, quae a
proposito viduitatis discesserunt, dixerat habere
25 dampnationem, quia primam fidem irritam fecerunt;
quanto magis virgines quae frangere fidem conate sunt.

(C.27 q.1 c.10) Item ex Decreto eiusdem, capitulo 19.

NON SUNT ADMITTENDE AD PENITENCIAM VIRGINES
SACRE, SI PUBLICE NUPSERINT.

30 quae Christo spiritualiter nubunt si postea publice
nupserint, non eas admittendas esse ad penitentiam, nisi
hii, quibus se iunxerant, de mundo recesserint. Si enim de
hominibus hec ratio custoditur, ut quaecumque vivente
viro alteri nupserit, adultera habeatur, nec ei agende
35 penitencie licentia conceditur, nisi unus de his fuerit
defunctus, quanto magis de illa tenenda est, quae ante se
inmortali sponso coniunxerat et postea ad humanas
transmigravit nuptias.

(C.27 q.1 c.11) Item ex concilio Triburiensi, c. 6.

AB ECCLESIA ELIMINANDE ET ERGASTULIS
RETRUDENDE SUNT MONACHORUM VEL MONACHARUM
INPUDICE PERSONE.

Inpudicas detestabiles quae personas monachorum
scilicet atque monacharum, quae abiecto proposito 5
sanctitatis illicita ac sacrilega contagione se miscuerunt,
et in arbitrium conscientie desperatione perducte, de
illicitis complexibus libere filios procreaverint, a
monasteriorum cetu ecclesiarum quae conventibus
eliminandas esse mandamus, quatinus retruse in suis 10
ergastulis tantum facinus continua lamentatione deflentes
purificatorio possint penitudinis igne decoqui, ut eis vel
ad mortem solius misericordie intuitu per communionis
gratiam possit subveniri.

(C.27 q.1 c.12) Item ex eodem. 15

MONACHUS ET VIRGO DOMINO CONSECRATA SI
NUPSERINT, EXCOMMUNICENTUR.

Virginem, quae se Deo consecraverit, similiter et
monachum decernimus non licere nuptialia iura
contrahere. Quod si hoc inventi fuerint perpetrantes, 20
excommunicentur. Confitentibus autem decrevimus, ut
Aa 112r habeat auctoritatem eiusdem loci episcopus misericordiam
humanitatem quae largiri.

(C.27 q.1 c.13) Item ex eodem.

DUM VIVUNT, LAMENTIS PENITENTIE SE AFFICIENT
QUI SANCTIMONIALIBUS SCIENTER COPULANTUR. 25

Hii igitur, qui scientes sanctimonialibus in matrimonio
sunt ad iniuriam Christi copulati, iuxta censuram zeli
Christiani separentur, et numquam eis concedatur iugali
vinculo religari, sed in penitencie lamentis se vehementer, 30
dum vivunt, afficiant.

(C.27 q.1 c.14) Item ex eodem.

A SACRA COMMUNIONE PRIVENTUR QUI SACRIS
VIRGINIBUS SE SOCIANT.

Virginibus sacris se quosdam temere sociare 35
cognovimus, et post dicatum Deo propositum incesta
federa sacrilega quae miscere. Quos protinus equum est a
sacra communionem detrudi, et nisi per publicam probatam
quae penitentiam omnino non recipi. Sed tamen his
viaticum de seculo transeuntibus, si digne penituerint, 40
non negetur.

(C.27 q.1 c.16) Item ex concilio Aurelianensi, c. 3.

NON EST FAS VIDUIS POST SUSCEPTUM VELAMEN A SACRO PROPOSITO DISCEDERE.

5 Vidue, quae spontanea voluntate ab altari sacre conversationis velamen suscipiunt decrevit synodus in eodem proposito permanere. Non enim fas esse decrevimus, postquam se semel Domino sub velo consecraverint, iterum eis concedi Spiritui sancto mentiri.

(C.27 q.1 c.17) Item ex eodem.

10 QUI SACRO TECTAM VELAMINE IN CONIUGIUM DUCIT ANATHEMA SIT.

Si quis sacro velamine consecratam in coniugium duxerit, et post dicatum Deo propositum incesta federa sacrilega quae miscuerit, ut in constitutis Gelasii papae capitulo XX legitur, protinus equum est a sacra communione detrudi, et nisi per publicam probatam quae penitentiam non recipi omnino. Si penituerint, transeuntibus de seculo viaticum non negetur. (§ 1) In Calcedonensi concilio capitulo XVII: "Hoc perpetrantes excommunicentur; confitentibus auctoritate episcopi misericordia largiatur". (§ 2) In epistola Syricii papae c. 6.: "Vellate et Deo consecrate, si abiecto proposito sanctitatis clanculo sacrilega contagione se miscuerint, et illicitis complexibus publice et libere filios procreaverint, has nuptias detestabiles quae personas a monasteriorum cetu et ecclesiarum conventibus eliminandas esse iudicatum est, quatinus detruse ergastulis tantum facinus continua lamentatione defleant". Unde et verbo Domini, et canonica auctoritate in hac sancta synodo precipimus, ut omnino separentur, et iuramento colligentur, ut ulterius sub uno non cohabitent tecto, **(C.27 q.1 c.18)** et ut propositum valeat custodiri, detrudere, et ita omnem circa illam sollicitudinem exhibere, ut quam sit nefarium quod commisit ex tua possit districtione cognoscere. (§ 2) Qua in re si quis (quod non credimus) laicorum aliquo tibi ingenio temptaverit obsistendum, a sanctissime eum communionis participatione suspende nobis quae renuciare festina, ut quantum sit execrabile quod presumit, postquam consideratione propria non advertit, emendationis qualitate cognoscat. (§ 3) In his autem omnibus ita cautum stude te vigilantem quae ostendere,

Aa 112v

31 et – 34 propositum] AaFd

ut culpam tuam non geminare neglectu, sed aliquantisper valeas sollicitudine minuere.

(C.27 q.1 c.20) Item Augustinus de conflictu viciorum atque virtutum.

NON TRIBUITUR LICENTIA NUBENDI, QUI CONTINENTIAM SERVARE DECREVERUNT. 5

Nubendi licentia quibusdam tribuitur: illis videlicet, qui virginitatem vel castitatem vidualem nequaquam professi sunt. Quibusdam autem non tribuitur: illis videlicet, qui virgines vel continentis esse decreverunt. Fornicatio autem nulli inpune conceditur. 10

(C.27 q.1 c.21) Idem in libro de bono coniugii.

PEIORES SUNT ADULTERIS QUI CONTINENTIE PROPOSITUM VIOLANT.

Aa 113r Proposito meliore lapsas, si nupserint, feminas a castitate sanctiori, quae vovetur Deo, adulteris esse peiores manifestum est. 15

(C.27 q.1 c.22) Item ex concilio Calcedonensi.

MONACHUS ET VIRGO, QUAE SE DEO DEDICAVIT, NUPTIIS IUNGI NON POSSUNT. 20

Si qua virgo se dedicaverit Deo, similiter monachus, non licet eis nuptiis iungi. Si vero fuerint inventi hoc facientes, maneant excommunicati. Statuimus vero posse eis fieri humanitatem, si ita probaverit episcopus loci.

(C.27 q.1 c.23) Item ex eodem. 25

DIACONISSA, QUAE POST ORDINATIONEM NUBIT, ANATHEMA SIT.

Diaconissam non debere ante annos quadraginta ordinari statuimus, et hoc cum diligenti probatione. Si vero susceperit ordinationem, et quancumque tempore observaverit ministerium, et postea se nuptiis tradiderit, iniuriam faciens gratie Dei, hec anathema sit cum eo, qui in illius nuptiis convenerit. 30

(C.27 q.1 c.24) Item ex Sinodo Anchiritana.

INTER BIGAMAS REPUTANTUR QUI VIRGINITATEM POLLICITAM PREVARICANTUR. 35

Quotquot virginitatem pollicitam prevaricate sunt professione contempta, inter digamos, id est qui ad secundas nuptias transierunt, haberi debent.

(C.27 q.1 c.25) Item ex concilio Elibertano. 40

VIRGINIBUS DEO DEDICATIS NEC IN FINE DANDA EST
COMMUNIO, SI LIBIDINI SERVIERINT.

Virgines, quae Deo se dedicaverunt, si perdiderint
pactum virginitatis, atque eidem libidini servierint, non
5 intelligentes quid amiserint, placuit nec in fine dandam eis
esse communionem. Quod si semet persuaserint, quod
infirmitate corporis lapse fuerint, et tempore vite sue
penitentiam egerint, et a coitu se abstinerint, placuit eas
in fine communionem accipere debere.

10 (C.27 q.1 c.27) Item ex concilio Tolletano I

DEVOTA, NISI PECCARE DESIERIT, NON EST IN
ECCLESIA RECIPIENDA.

Devotam peccantem non recipiendam esse in ecclesia
nisi peccare desierit, et, si desinens egerit aptam
15 penitentiam decem annis, recipiat communionem. Prius
autem, quam in ecclesia admittatur ad orationem, ad
nullius convivium Christiane mulieris accedat. Quod si
admissa fuerit, etiam hec, quae eam receperit, habeatur in
absentia. Corruptorem etiam par pena constringat. quae
20 autem maritum acceperit non admittatur ad penitentiam,
nisi aut vivente marito caste vivere ceperit, aut postquam
ipse decesserit.

(C.27 q.1 c.28) Item Gregorius Iohanni, episcopo
Caralitano.

25 DE MONACHA, QUAE AD LAPSUM ADULTERII
DEDUCITUR.

Si qua monacharum vel per antiquiorem licentiam, vel
per inpunitatis pravam consuetudinem ad lapsum
adulterii deducta fuerit, aut in futurum fuerit perducta
30 voraginem, hanc post competentis severitatem vindicte in
aliud districtius monasterium virginum in penitentiam
volumus redigi, ut illic orationibus atque ieiuniis vacet, et
sic penitendo proficiat, et metuendum ceteris artioris
discipline prestat exemplum. Is autem, qui cum huiusmodi
35 feminis in aliqua fuerit iniquitate repertus, communionem
privetur, si laicus: si vero clericus est, a suo remotus
quoque offitio pro suis continue lugendis excessibus in
monasterium detrudatur.

Aa 113v

(C.27 q.1 c.31) Item ex Decreto Eugenii papae.

3 Virgines – **15 debere** Conc. Eliberitanum (a. 305/306) c. 13 (ed. Vives, 4). **13 Devotam** – **28 decesserit** Conc. Toletanum I (a. 397-400) c. 16, ed. Vives, 23-24.

CASTE OBSERVENT RELIGIONIS HABITUM, QUAE RELIGIONIS OBVENTU VELANTUR.

Mulieres obtentu religionis velate aut in monasterio regulariter vivant, aut in domibus suis susceptum habitum caste observent.

5

(C.27 q.1 c.38) Item.

DE EODEM.

Vidue, si prius, quam continentiam profiteantur, nubere elegerint, illis nubant, quos propria voluntate voluerint habere maritos. Similis conditio et de virginibus habeatur, nec extra voluntatem parentum vel suam cogantur accipere maritos.

10

(C.27 q.1 c.39) Item Gregorius Artemio Subdiacono, in epistola 41.

IN MONASTERIIS RETRUDANTUR MONACHI UXORIBUS SOCIATI.

15

Et quia aliquos monachorum usque ad tantum nefas prosiluisse cognovimus, ut uxores publice sortiantur, precipimus ut sub omni vigilantia requiras, et inventos habita coercione in monasteriis, quo monachi fuerant, remitti facias.

20

(C.27 q.1 d.p.c.40) ¶ His omnibus auctoritatibus voventes prohibentur contrahere matrimonia, et quidam eorum, si contraxerint, separari iubentur. Augustinus econtra talium separationes peccatum asserit esse, ita dicens:

25

(C.27 q.1 c.41) CONIUGIA VOVENTIUM NON SUNT DISSOLVENDA.

Nuptiarum bonum semper quidem est bonum, quod bonum semper in populo Dei fuit, sed aliquando fuit legis obsequium, nunc est infirmitatis remedium, in quibusdam vero humanitatis solatium. Filiorum quippe procreationi operam dare, non canino more per usum promiscuum feminarum, sed honesto ordine coniugali nunc est in homine probandus affectus: et ipsum tamen laudabilius transcendit et vincit celestia cogitans animus Christianus.

30

35

3 Mulieres – 13 observent Conc. Romanum (a. 826) 29, ed. Werminghoff, MGH Conc. 2.2.579.18-19. **8 Vidue – 20 maritos** Conc. Toletanum III (a. 589) 10 (ed. Vives, 128).

6 Item – 20 maritos *om. , incl. ; Hoc capitulum paleam esse notat Fr.; cf. Buchner, n. 178.*

Sed quoniam, sicut ait Dominus, non omnes capiunt
 verbum hoc, qui potest capere capiat, quae se non continet
 nubat, quae non cepit deliberet, quae egressa est
 perseveret; nulla adversario detur occasio, nulla
 5 subtrahatur Christo oblatio. (§ 1) In coniugali quippe
 vinculo, si pudicitia non conservatur, dampnatio non
 timetur. Sed in virginali et viduali continentia excellentia
 muneris amplioris expetitur, qua expetita et electa, et voti
 debito oblata, iam non solum capessere nuptias, sed, etiam
 10 si non nubant, nubere velle dampnabile est. Nam ut hoc
 demonstraret Apostolus, non ait, cum in deliciis egerint,
 in Christo nubunt, sed: “nubere volunt, habentes” (inquit)
 “dampnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt,”
 etsi non nubendo, tamen volendo; non quia ipse nuptie vel
 15 etiam talium dampnande iudicentur, sed dampnatur
 propositi fraus, dampnatur fracti voti fides, dampnatur
 non susceptio a bono inferiore, sed ruina ex bono
 superiore. Postremo dampnantur tales, non quia
 coniugalem fidem posterius inierunt, sed quia continentie
 20 primam fidem irritam fecerunt. Quod ut breviter
 insinuaret Apostolus, noluit eas dicere habere
 dampnationem, quae post amplioris sanctitatis
 propositum nubunt, non quia non dampnantur, sed ne in
 eis ipse nuptie dampnari putarentur; sed cum dixisset:
 25 “nubere volunt,” continuo addidit: “habentes
 dampnationem,” et dixit quare: “quoniam priorem fidem
 irritam fecerunt,” ut voluntas, quae a proposito cecidit,
 appareat esse dampnata, sive subsequantur nuptie sive
 desint. (§ 2) Proinde, qui dicunt talium nuptias non esse
 30 nuptias, sed potius adulteria, non michi videntur satis
 acute ac diligenter considerare quid dicant. Fallit quippe
 eos similitudo veritatis. Quia enim coniugium Christi
 dicuntur eligere quae Christiana sanctitate non nubunt,
 hinc argumentantur quidam, dicentes: Si viro suo vivo
 35 quae alteri nubit adultera est, sicut ipse Dominus in
 evangelio diffinivit vivit autem Christus, cui mors ultra
 non dominabitur, quae ergo coniugium eius elegerat, si
 homini nubit, adultera est. (§ 3) Qui dicunt hoc acute
 quidem moventur, sed parum adtendunt, hanc
 40 argumentationem quanta rerum sequatur absurditas.
 Cum enim laudabiliter etiam vivente viro ex eius
 consensu continentiam femina Christo voveat, secundum
 istorum rationem nulla hoc facere debet, ne ipse Christus
 (quod sentire nefas est) adulterium faciat, cui vivente

marito nubit. Deinde cum prime nuptie melioris sint meriti quam secunde, absit, ut sanctarum viduarum iste sit sensus, ut Christus eis videatur quasi secundus maritus. Ipsum enim habebant et antea (quando viris suis subdite fideliter serviebant) non carnaliter, sed spiritualiter virum, cui ipsa ecclesia, cuius membra sunt, coniunx est, quae fidei, spei et karitatis integritate non solum in virginibus sacris, sed etiam in coniugatis fidelibus tota virgo est. Universe quippe ecclesiae, cuius illa omnia membra sunt, Apostolus dicit: "Aptavi vos uni viro virginem castam exhibere Christo". Novit autem ille virginem coniugem sine corruptione fetare, quem in ipsa carne etiam potuit mater sine corruptione procreare. (§ 4) Fit autem per hanc minus consideratam oppinionem, qua putant lapsarum a sancto proposito feminarum, si nupserint, non esse coniugia, non parvum malum, ut a maritis separentur uxores, quasi adultere sint, non uxores; et, cum volunt eas separatas reddere continentie, faciunt maritos earum adulteros veros, cum suis uxoribus vivis alteras ducunt. (§ 5) Quapropter non possum quidem dicere, a proposito meliore lapsas si nupserint feminas, adulteria esse, non coniugia: sed plane non dubitaverim dicere, lapsus et ruinas a castitate sanctiore, quae vovetur Deo, adulteriis esse peiores. Si enim (quod nullo modo dubitandum est) ad offensionem Christi pertinet, cum membrum fidem non servat marito, quanto gravius offenditur, cum illi ipsi non servatur fides in eo, quod exigit oblatum quod non exegerat offerendum? Cum enim quisque non reddit quod non inperio compulsus, sed consilio conmonitus vovit, tanto magis fraudati voti auget iniquitatem, quanto minus habuit vovendi necessitatem.

(C.27 q.1 c.43) Item Theodorus.

DE EODEM.

Si quis votum virginitatis habens, etc.

(C.27 q.1 d.p.c.43) ¶ Quod autem voventes premissis auctoritatibus iubentur ab invicem discedere, quorum vero coniugia auctoritate Augustini et Theodori solvenda non sunt, in capitulo de ordinatione clericorum evidenter ostenditur. (§ 1) Illud autem Innocentii, quo virgines sacre publice nubentes, illo vivente, cui se coniunxerant, prohibentur admitti ad penitenciam, non ita intelligendum est, ut aliquo tempore excludantur a penitencia quae digne penitenciam agere voluerint; sed

prohibentur admitti ad penitentiam quae ab incesti copula
 discedere noluerint. Post propositum namque sacre
 religionis non potest Deo per penitentiam reconciliari
 quae ad habitum professionis sue redire neglexerit. Tunc
 5 enim ille, cui se iunxerat, ei defunctus erit, cum ab eius
 illicitis amplexibus hec penitus recesserit, ut iste sit
 sensus capituli: “quae Christo spiritualiter nubunt, si
 postea publice nupserint, non eas admittendas esse ad
 penitentiam censemus, nisi hii quibus se iunxerant, de
 10 mundo recesserint,” eis, subaudiendum est, nubentibus.
 Tunc enim viri de mundo recedunt, tunc defunguntur,
 cum ab eorum concupiscentia ipse penitus se alienaverint,
 sicut mundus ei dicitur mortuus, quem suis illecebris non
 astringit, et ille perhibetur mortuus mundo, qui nichil
 15 mundi concupiscit. Hoc autem sic intelligendum esse, ex
 subsequenti exemplo idem Innocentius ostendit, dicens:
 “Quaecumque viro vivente alteri nupserit adultera
 habeatur, nec ei agende penitencie locus conceditur, nisi
 unus ex his fuerit defunctus”. Hoc de derelicta
 20 intelligendum est, quae, si vivente viro suo alteri nubit,
 adultera est, nec ad penitentiam admittitur, nisi vel
 primus revertatur in pulverem, de quo sumptus est, vel
 secundus, ab eius copula cessando, ei moriatur, ut supra
 dictum est. Quia ergo Christus, cui spiritualiter nubunt,
 25 iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, restat,
 ut ille, cui secundo nubunt, eis moriatur. In utroque
 autem, nisi sic intelligeretur, esset contrarius Domino,
 dicenti per Prophetam “In quacumque hora peccator
 conversus fuerit, etc.” et cunctis interpretibus divine legis
 30 inveniretur adversus. Probatur illud idem auctoritate
 illius capituli, quo devota, quae maritum acceperit,
 prohibetur ad penitentiam admitti, nisi vel uterque
 continentiam professus fuerit, vel ille, cui se iunxerat, de
 hoc mundo discesserit.

Aa 115r

35

(QUAESTIO 2)

(C.27 q.2 d.a.c.1) ¶ Sequitur secunda questio, qua
 queritur, an puella alteri desponsate possint renunciare
 priori conditioni, et transferre sua vota ad alium. Hic

PRIMUM videndum est, an sit coniugium inter eos?
SECUNDO, an possint ab invicem discedere?

(§ 1) Hos autem coniuges esse, et ex diffinitione coniugii, et auctoritate multorum facile probatur. Sunt enim nuptie sive matrimonium viri mulierisque coniunctio, individuum vite consuetudinem retinens. Inter hos autem fuit coniunctio, quae individuum vite consuetudinem exigebat. Fuit enim inter eos consensus, qui est efficiens causa matrimonii, iuxta illud Ysidori: “Consensus facit matrimonium”. 5 10

(C.27 q.2 c.1) Item Iohannes Chrisostomus super Matheum.

“Matrimonium quidem non facit coitus, sed voluntas ideo non solvit illud separatio corporis, sed voluntatis. Ideo qui dimittit coniugem suam, et aliam non accipit, adhuc maritus. Nam etsi corpore iam separatus est, tamen adhuc voluntate coniunctus est. Cum ergo aliam acceperit, tunc plene dimittit. Non ergo qui dimittit mechatur, sed qui alteram ducit”. 15

(C.27 q.2 c.2) Item Nykolaus papa. 20

“Sufficiat solus secundum leges consensus eorum, de quorum quarum quae coniunctionibus agitur. Qui solus si defuerit, cetera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur.”

(C.27 q.2 d.p.c.2) ¶ Cum ergo inter istos consensus intercesserit, qui solus matrimonium facit, patet hos coniuges fuisse. Sed queritur, quis consensus facit matrimonium, an consensus cohabitationis, an carnalis copule, an uterque? Si cohabitationis consensus facit matrimonium, tunc frater cum sorore potest contrahere matrimonium; si carnalis copule, inter Mariam et Ioseph non fuit coniugium. Voverat enim Maria se virgine perseveraturam. Unde ait angelo: “Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?” id est, me non cognituram proposui. Neque enim quia tunc virum non cognoscebat, necesse erat inquiri, quomodo posset habere filium, sed quia numquam se cognituram proposuerat. **(§ 1)** Si ergo contra suum propositum postea consensit in carnalem copulam, rea facta est voti virginalis mente, etsi non opere violati. Quod de ea sentire nefas est, sed, sicut Augustinus ait: 25 30 35 40

4 Sunt – 15 retinens *Inst.* 1.9.1. **10 Consensus – matrimonium**

(C.27 q.2 c.3) Beata Maria proposuit se conservaturam votum virginittatis in corde, sed ipsum votum virginittatis non expressit ore. Subiecit se divine dispositioni, dum proposuit se perseveraturam virginem, nisi Deus ei aliter
 5 revelaret. Committens ergo virginittatem suam divine dispositioni consensit in carnalem copulam, non illam appetendo, sed divine inspirationi in utroque obediendo. Postea vero filium genuit quod corde conceperat simul cum viro labiis expressit, et uterque in virginittate
 10 permansit. (§ 1) Consensus ergo cohabitandi et individuum vite consuetudinem retinendi interveniens eos coniuges facit. Individua vero consuetudo est talem se in omnibus exhibere viro, qualis ipsa sibi est et e converso. Ad individuum itaque consuetudinem pertinet absque
 15 consensu legitimi viri orationi aliquando non posse vacare, nec continentiam profiteri. Quia ergo iste consensus fuit inter isto, patet hos coniuges fuisse.

(C.27 q.2 d.p.c.4) ¶ Item auctoritate probantur coniuges.

20 Ait enim Ambrosius in libro de virginibus:

(C.27 q.2 c.5) CONIUGALIS PACTIO, NON VIRGINITATIS DEFLOMATIO FACIT MATRIMONIUM.

Cum initiatur coniugium, coniugii nomen assciscitur. Non defloratio virginittatis facit coniugium, sed pactio
 25 coniugalis. Denique cum iungitur viro, coniugium est, non cum viri admixtione cognoscitur.

(C.27 q.2 c.6) Item Ysidorus Ethimologiarum libro IX, c. 7.

30 A PRIMA FIDE DESPONSATIONIS CONIUGES APPELLANTUR.

Coniuges verius appellantur a prima desponsationis fide, quamvis adhuc inter eos ignoretur coniugalis concubitus.

(C.27 q.2 c.9) Item Augustinus de bono coniugalia.

35 DE EODEM.

Coniunx vocatur a prima desponsationis fide, quam concubitu non agnoverat, nec fuerat cogniturus, nec perierat, nec mendax manserat coniugis appellatio, ubi
 40 nec fuerat, nec futura erat carnis ulla conmixtio. (§ 1) Propter quod fidele coniugium ambo parentes Christi vocari meruerunt, non solum illa mater, verum etiam ille

pater eius, sicut et coniunx matris eius, utrumque mente, non carne.

(C.27 q.2 d.p.c.10) ¶ Item in Levitico precepit Dominus Moysi dicens: “Si quis sponsam alterius in agro oppresserit, morte moriatur, quia uxorem alterius violavit”. **(§ 1)** Item in legibus principum sponsa iubetur lugere mortem sponsi tamquam viri sui. Item in Canonibus invenitur: 5

Aa 116r **(C.27 q.2 c.11)** FRATER SPONSAM FRATRIS POST MORTEM EIUS NON POTEST DUCERE. 10

Si quis desponsaverit sibi aliquam, et preveniente mortis articulo eam cognoscere non potuerit, frater eius non potest eam in uxorem ducere.

(C.27 q.2 c.12) Item Gregorius Mauricio inperatori, ob quendam comitem, qui nepotis sui mortui desponsatum duxit uxorem. 15

Qui desponsatam puellam proximi sui acceperit in coniugium, anathema sit ipse, et omnes consentientes ei, quia secundum legem Dei mori decernitur. **(§ 1)** Nam divine legis mos est, sponsas appellare coniuges, ut in evangelio: “Accipe Mariam coniugem tuam,” et illud in Deuteronomio: “Si quis cuiuslibet hominis desponsatam puellam in agro vel in quolibet loco oppresserit, vel adduxerit in domum suam, moriatur, quia uxorem proximi sui violavit;” non quae iam uxor erat, sed quae a parentibus uxor fieri debebat. Et infra: **(§ 2)** Sicut nulli Christiano licet de sua consanguinitate vel quam cognatus habuit in matrimonium assumere, ita et de consanguinitate uxoris sue. 20 25

(C.27 q.2 d.p.c.15) ¶ His omnibus auctoritatibus probantur isti coniuges esse. Sed Augustinus contra testatur, dicens: 30

(C.27 q.2 c.16) NON EST INTER EOS MATRIMONIUM, QUOS NON COPULAT CONMIXTIO SEXUUM.

Non dubium est, illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse conmixtio sexus. 35

(C.27 q.2 c.17) Item Leo papa.

21 Accipe – tuam 22 Si – 38 violavit

35 non – 10 matrimonium] ad matr. non pert. Sg

ILLA MULIER NON PERTINET AD MATRIMONIUM, CUM
QUA NON CELEBRATUR NUPTIALE MISTERIUM.

Cum societas nuptiarum ita a principio sit instituta, ut
preter conmixtionem sexuum non habeant in se nuptie
5 Christi et ecclesiae sacramentum, non dubium est, illam
mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur
non fuisse nuptiale misterium.

(C.27 q.2 d.p.c.18) ¶ Item Apostolus precipit, ut uxor
reddat debitum viro, et vir uxori, nisi forte ex consensu
10 ad tempus, ut expeditius vacent orationi. Unde datur
intelligi, quod sine consensu alterius non licet alteri
vacare orationi. **(§ 1)** Item propositum melioris vite vir
sumere non potest sine consensu uxoris et e converso.

(C.27 q.2 c.19) Unde Gregorius scribit Theutiste
15 Patricie:

CAUSA RELIGIONIS CONIUGIA SOLVI NON DEBENT.

Sunt qui dicunt, religionis causa coniugia debere
dissolvi. Verum sciendum est, quia, etsi hoc lex humana
concessit, lex tamen divina prohibuit. Per se enim veritas
20 dicit: “Quod Deus coniunxit homo non separet”. Qui
etiam ait: “Non licet dimittere uxorem, excepta causa
fornicationis”. Quis ergo huic legislatori contradicat?
Scimus, quia scriptum est: “Erunt duo in carne una”. Si
igitur: vir et uxor una caro sunt, et religionis causa
25 dimittit vir uxorem, vel mulier virum in hoc mundo
remanentem, vel fortasse ad illicita migrantem, quae est
ista conversio, in qua una et eadem caro ex parte transit
ad continentiam, et ex parte remanet in pollutione? Si
vero utrisque conveniat continentem vitam ducere, hoc
30 quis audeat accusare? Si vero continentiam, quam vir
appetit, mulier non sequitur, aut quam appetit uxor vir
recusat, dividi coniugium non potest, quia scriptum est:
“Mulier sui potestatem corporis non habet, sed vir;
similiter et vir potestatem sui corporis non habet, sed
35 mulier”.

Aa 116v

(C.27 q.2 c.21) Idem Adriano, Panormitano notario.

20 Matth. 19:6 33–34 Math. 19:9 23 Gen 2:24 10–12 I Cor. 7:4

17 Sunt – 793: 12 mulier , Sunt – 793: 7 accusare Gregorius I,
Registrum 11.27 (JE 1817; J³ xxx), ed. Ewald, MGH Epp. 2.294.18-27;
Norberg, CCSL 140A.909.193-204. 30 Si – 12 mulier *Ibid.*, ed. Ewald
295.12-14; ed. Norberg, 910.127-230.

AD UXOREM REDIRE COGITUR QUI SINE EIUS
CONSENSU RELIGIOSAM VESTEM SUSCEPIT.

Agathosa latrrix presentium questa est, virum suum
contra voluntatem suam in monasterio Urbici abbatis esse
conversum. Quapropter experientie tue precipimus, ut
diligenti inquisitione discutiat, ne forte eius voluntate
conversus sit, vel ipsa mutare se promiserit. Et si hoc
reppererit, et illum in monasterio permanere provideat, et
hanc, sicut promisit, mutare conpellat. Si vero nichil
horum est, nec quondam fornicationis crimen (propter
quod licet uxorem dimittere) predictam mulierem
commississe cognoveris, ne illius conversio uxori relicte in
seculo fieri possit perditionis occasio, volumus, ut
maritum suum illi etiamsi iam tonsuratus est, reddere
debeas omni excusatione cessante, quia etsi mundana lex
precipit conversationis gratia utrolibet invito solvi posse
coniugium, divina tamen lex fieri non permittit. Nam, nisi
fornicationis causa, virum uxorem dimittere nulla ratio
concedit, quia post, quam copulatione coniugii viri atque
mulieris unum corpus efficitur, non potest ex parte
converti, et ex parte remanere in seculo.

(C.27 q.2 c.22) Item ex VIII Sinodo.

SINE UXORIS CONSENSU RELIGIONIS PROPOSITUM VIR
SUMERE NON VALET.

Si quis coniugatus vult converti ad monasterium, non
est recipiendus, nisi prius a coniuge castimoniam
profitente fuerit absolutus. Nam si illa vivente illo per
incontinentiam alteri nupserit, proculdubio adultera erit.
Nec recipitur apud Deum eiusdem viri conversio, cuius
sequitur coniugalis federis prostitutio. Tales igitur tunc
sine culpa secuntur Christum derelicto seculo, si habent
ex pari voluntate castitatis consensum.

Aa 117r

(C.27 q.2 d.p.c.26) ¶ Ecce, quod coniugati sine
consensu alterius continentiam profiteri non possunt.
Sponsi vero, etiam inconsultis quas sibi desponsaverunt,
exemplis et auctoritate probantur continentiam posse
servare. Ut enim refert beatus Ieronimus, Macharius,
precipuus inter Christi heremitas, celebrato nuptiarum
convivio, cum vespere thalamum esset ingressurus, ex
urbe egrediens transmarina petiit, et heremi solitudinem
sibi elegit. **(§ 1)** Item beatus Alexius, Epiphani clarissimi
filius, similiter ex nuptiis divina gratia vocatus, sponsam

37 Macharius 41 Alexius

deseruit, et nudus Christo famulari cepit. Horum exemplo patet, quod sponsi non exquisito consensu suarum sponsarum continentiam profiteri valent. Probatur idem auctoritate Eusebii papae dicentis:

5 (C.27 q.2 c.27) Desponsata puella non prohibetur monasterium eligere.

DESPONSATAM PUELLAM NON LICET PARENTIBUS ALII VIRO TRADERE; TAMEN MONASTERIUM SIBI LICET ELIGERE.

10 (C.27 q.2 d.p.c.28) Cum ergo coniugatorum continentia, nisi ex amborum consensu, Deo offerri non valeat; cum vir sui corporis potestatem non habeat, sed mulier, sponse autem monasterium possint eligere, et sponsi non exquisito consensu sponsarum propositum
15 melioris vite assumere valeant: patet, quod inter sponsum et sponsam coniugium non est. (§ 1) Item cum secundum Augustinum illa mulier non pertineat ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse conmixtio sexus. Item secundum Leonem illa non pertinet ad matrimonium, in
20 qua docetur non fuisse nuptiale misterium: apparet, quod inter sponsum et sponsam coniugium non est.

(§ 2) Item Nykolaus papa precepit, “de his, qui ab adversariis excecantur aut membris detruncantur”, ut ob hanc infirmitatem talium coniugia non solvantur.

25 (§ 3) De his autem, qui causa frigiditatis uxoribus debitum reddere non possunt, statuit Gregorius papa, ut uterque eorum septima manu propinquorum tactis sacrosanctis reliquiis iureiurando dicat, quod numquam permixtione carnis coniuncti una caro effecti fuissent.
30 Tunc mulier secundas nuptias poterit contrahere; vir autem, qui frigide nature est, maneat sine spe coniugii.

Aa 117v

Unde idem scribit Venerio, Caralitano episcopo, ita dicens:

35 (C.27 q.2 c.29) SI MULIER PROBAVERIT, QUOD A VIRO SUO NUMQUAM COGNITA FUERIT, SEPARETUR.

Quod autem interrogasti me de his, qui matrimonio iuncti sunt, et nubere non possunt, si ille aliam, vel illa alium possit accipere de quibus scriptum est: Vir et mulier, si se coniunxerint, et postea dixerit mulier de viro,
40 quod non possit coire cum illa, si potest probare per verum iudicium, quod verum sit, accipiat alium.

22 de – 39 detruncantur C.32 q.7 c. 25. 26 Gregorius C.33 q.3 c. 2.

(C.27 q.2 d.p.c.29) ¶ Ecce impossibilitas coeundi, si post carnalem copulam inventa fuerit in aliquo, non solvit coniugium. Si vero ante carnalem copulam deprehensa fuerit, liberum facit mulieri alium virum accipere. Unde apparet, illos non fuisse coniuges; alioquin non liceret eis ab invicem discedere, excepta causa fornicationis; et sic discedentes oportet manere inuuptos, aut sibi invicem reconciliari. 5

(§ 1) Item si coniunx sponsa esset, mortuo sponso remaneret vidua. Si autem vidua esset, vir eius ad sacros ordines conscendere non posset. Maritus enim vidue, eque sicut et bigamus, sacerdos fieri prohibetur. Ex huius autem copula nullus prohibetur a sacris ordinibus. Ut enim ait Pelagius papa: “Nichil est (quantum ad hunc articulum attinet) quod ei obviet de canonicis institutis”. Apparet ergo, non fuisse hos coniuges. **(§ 2)** Item si coniuges essent, discessio ab invicem esset divortium. Sed horum separationem negat Ambrosius esse divortium, dicens de beata Maria, quam Ioseph sibi desponsaverat, et in suam duxerat: “Ioseph numquam cognovit eam. Nam si vir iustus eam cognovisset, numquam a se discedere passus esset, nec Dominus, qui uxorem preceperat a viro non discedere, nisi causa fornicationis, commendans eam discipulo, auctor divortii fuisset”. Ecce, commendatio Marie Iohanni, et detractio Ioseph negatur fuisse divortium, quia Ioseph non cognoverat eam. Unde apparet, eos non fuisse coniuges. Si autem beata Maria, quam Ioseph sibi desponsaverat, et in suam duxerat, coniux negatur fuisse, multo minus ista, quae simpliciter sponsa erat, coniux est appellanda. 10 15 20 25 30

(C.27 q.2 c.30) Item ex concilio Aurelianensi.

SOROREM UXORIS POLLUENS NEUTRAM VALET HABERE.

Qui dormierit cum duabus sororibus, et una ex illis ante uxor fuerat nec unam ex ipsis habeat, nec ipsi adulteri umquam in coniugio copulentur. 35

(C.27 q.2 d.p.c.30) Id est, nec proprie uxori licet sibi reddere debitum, quam sibi reddidit illicitam, sororem eius cognoscendo. Nec etiam post mortem uxoris licet ei,

14 Nichil – 32 institutis D.34 c. 20. 20 Ioseph – 796: 2 fuisset

vel adultere alicui copulari in coniugium. De sponsa vero
econtra legitur in concilio Triburiensi:

(C.27 q.2 c.31) DE EO, QUI DORMIVIT CUM SPONSA
FRATRIS SUI.

5 Quidam desponsavit uxorem, et dotavit, et cum ea
coire non potuit: quam clanculo frater eius corrumpit et
gravidam reddidit. Decretum est, ut, quamvis nupta non
potuerit esse legitimo viro, desponsatam tamen fratri
frater habere non possit; sed mechus et mecha
10 fornicationis quidem vindictam sustineant, licita vero
coniugia eis non negentur.

(C.27 q.2 d.p.c.32) Si illa, quam vir sororis sue
cognoverit, perpetuo copulari prohibetur, hic vero, qui
sponsam fratris sui corrumpit, peracta penitencia
15 matrimonium contrahere permittitur, apparet, hanc non
fuisse coniugem fratris eius. **(§ 1)** Item mulier causa
fornicationis a viro suo dimissa aut ei reconciliabitur, aut
illo vivente manebit innupta.

De sponsa vero contra invenitur in I libro
20 Capitularium in quo ita legitur:

(C.27 q.2 c.33) SI SPONSUS RAPTAM RECIPERE
NOLUERIT, LICEAT SIBI NUBERE ALII.

Raptor publica penitencia mulctetur. Raptam vero, si
sponsus recipere noluerit, et ipsa eidem crimini
25 consentiens non fuerit, licentia nubendi alii non negetur.

(C.27 q.2 c.34) Item ex concilio Tolletano.

DE EADEM.

Statutum est a sacro conventu, ut si quis sponsam
alterius rapuerit, publica penitencia mulctetur, et sine spe
30 coniugii maneat. Et si ipsa eidem crimini consentiens non
fuerit, licentia nubendi alii non negetur. Quod si post hec
coniungere se presumpserint, utrique usque ad
satisfactionem anathematizentur.

(C.27 q.2 d.p.c.34) Apparet ergo, hanc non fuisse
35 coniugem, cui vivente sponso alteri nubendi licentia non
negatur. Quomodo ergo secundum Ambrosium et
reliquos patres sponse coniuges appellantur, et his
omnibus argumentis coniuges non esse probantur? Sed

36 Ambrosium

1 in coniugium coniugio Aa

sciendum est, quod coniugium desponsatione initiatur, commixtione perficitur. Unde inter sponsum et sponsam coniugium est, sed initiatum. Inter copulatos est coniugium ratum.

Unde Ambrosius:

5

(C.27 q.2 c.35) IN DESPONSATIONE CONIUGIUM INITIATUR.

Cum initiatur coniugium, coniugii nomen asciscitur, non cum puella viri admixtione cognoscitur.

(C.27 q.2 d.p.c.35) ¶ Ecce quod in desponsatione coniugium initiatur, non perficitur. 10

(C.27 q.2 c.36) Item Ambrosius in libro de patriarchis.

CONIUNCTORUM PERMIXTIO MATRIMONIUM PERFICIT.

In omni matrimonio coniunctio intelligitur spiritualis, quam confirmat et perficit coniunctorum conmixtio corporalis. 15

Aa 118v

(C.27 q.2 c.37) Item Ieronimus super Abdiam.

MATRIMONIUM SPONSALI CONVENTIONE INITIATUR, COMMIXTIONE PERFICITUR.

“Quapropter in filiabus vestris fornicabuntur, et sponse vestre adultere erunt”. Notandum, quod in filiabus dicit futuram fornicationem, et in coniugiis adulteria, quae sponsali conventionem initiatur, et conmixtione corporum perficiuntur. 20

(C.27 q.2 d.p.c.39) ¶ Iuxta hanc distinctionem intelligenda est auctoritas illa Augustini: “Non dubium est, illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse conmixtio sexus”. Ad matrimonium perfectum subintelligendum est, tale videlicet, quod habeat in se Christi et ecclesiae sacramentum. Ita et illud Leonis papae intelligendum est. 25 30

(§ 1) Sed obicitur illud Augustini: “Inter Mariam et Ioseph fuit perfectum coniugium”. Sed perfectum intelligitur non ex offitio, set ex his quae comitantur coniugium, ex fide videlicet, prole et sacramento. quae omnia inter parentes Christi fuisse auctoritate Augustini 35

26 Non – 11 sexus C.27 q.2 c. 16. **31 Leonis** C.27 q.2 c. 17. **32 Inter – 16 coniugium** C.27 q.2 c. 3 *summatim*.

3 est² – 22 coniugium] coni. est *Sg*

probantur. Cuncta ergo, quae de non separando coniugio inducta sunt, de perfecto intelliguntur, quod sponsali coniunctione est initiatum, et offitio corporalis conmixtionis est consummatum. Illa vero, quibus
5 separabile coniugium ostenditur, de initiato intelliguntur, quod nondum offitio sui perfectum est.

(§ 2) Potest et aliter distingui. Sponse appellantur coniuges consuetudine scripture spe futurorum, non effectu presentium. Unde Ambrosius, cum dixisset: “Cum
10 initiatur coniugium,” non addidit: tunc res vel effectus, sed: “tunc nomen coniugii asciscitur,” ostendens, tales nomen coniugii habere, non rem vel effectum. Item Augustinus, cum de parentibus Domini loqueretur, ait: “coniuges fuerunt mente, non carne, sicut et parentes”. Ex
15 quo datur intelligi, quod sicut Ioseph pater Domini dictus est non effectu geniture, sed offitio et cura providendi: sic et coniux matris eius appellatus est non coniugii effectu, sed subministratione necessariorum, et individue mentis affectu. Hinc Augustinus ait: “Noli timere accipere
20 Mariam coniugem tuam;” coniugem nominavit, quia futura erat uxor. Hinc et Beda super Leviticum: “Si quis sponsam alterius violaverit, etc.” sponsam uxorem dixit, non quae tunc esset, sed quae futura erat uxor.

Hinc et Ieronimus super Mattheum in evangelio: “Cum
25 esset desponsata”.

(C.27 q.2 c.40) CONSUECUDINE SCRIPTURE SPONSE CONIUGES, ET SPONSI VIRI APPELLANTUR.

“Genuit Ioseph virum Marie”. Cum virum audieris, suspicio tibi non subeat nuptiarum, sed recordare
30 consuetudinis scripturarum, quod sponsi viri, et sponse vocentur uxores. Et infra: **(§ 1)** Non ab alio inventa est, nisi a Ioseph, qui pene licentia maritali future uxoris omnia noverat. Et infra: **(§ 2)** “Ioseph fili David, etc.”. Iam ut supra diximus, sponsas uxores appellari, quod plenius
35 liber adversus Helvidium docet.

(C.27 q.2 c.41) Idem super Genesim.

9 Cum – 29 coniugium C.27 q.2 c. 5. **14 coniuges – parentes** C.27 q.2 c. 9. **19 Noli – 2 tuam** Matt. 1:20. **21 Si – 4 violaverit** **24 Cum – 7 desponsata** Matt. 1:18. Cf. Hieronimus, *Commentarii in euangelium Matthaei* 1.xx, ed. Hurst et Adriaen, CCSL 77.xx.

1 de – separando] non desperando *Aa^{ac}*

DE EODEM.

Aa 119r

“Egressus itaque Loth locutus est ad generos suos, qui accepturi erant filias suas”. In sequentibus filie Loth virgines fuisse dicuntur. Et ipse ad Sodomitas dixit: “Ecce due filie mee, quae non cognoverunt virum etc.”. Nunc autem dicitur habuisse generos. Sed quidam arbitrantur eas, quae viros habuerunt, in Sodomis perisse, et quae virgines erant, cum patre exisse. Sed Hebraica veritas habet: “Egressus Loth locutus est ad sponsos suos,” quod magis esse videtur ex hoc quod sequitur: qui accepturi erant filias suas.

(C.27 q.2 d.p.c.41) Unde datur intelligi, quod scriptura sponsos generos vocat.

(C.27 q.2 c.42) Item Iohannes Os aureum in eodem evangelio.

MARIA CONIUNX DICITUR MORE SCRIPTURE, CUM SIMPLICITER SPONSA ESSET.

“Prius, quam convenirent”. Non dixit, prius, quam in sponsi adduceretur domum. Hunc enim morem servabat antiquitas, ut sponse in sponsorum domibus haberentur. Ut autem generi Loth apud socerum leguntur habitare cum sponsis nondum sibi copulatis lege coniugii, sic et Maria habitabat cum sponso. Et infra: **(§ 1)** Neque enim expellere eam de domo voluit, sed dimittere. Et infra: **(§ 2)** “Noli timere accipere Mariam coniugem tuam:” Quo sermone sponsam similiter indicavit, sicut etiam eos, qui adhuc sponsi sunt, generos appellare consuevit scriptura. Quid est autem accipere? domi profecto retinere. Iam enim illam mente dimiserat. Et infra: **(§ 3)** Sicut enim illam postea commendat Christus ipsi discipulo, sic etiam nunc angelus copulat sponso, non in fedus solempne coniugii, sed in consortium communis habitaculi.

(C.27 q.2 c.44) Item Origenes in eodem.

MARIA UXOR IOSEPH APPELLATUR, QUIA SIC AB EO PUTABATUR FUTURA.

“Inventa est habens in utero”. A beato Ioseph, qui, licet eam non contingeret, future tamen, ut putabat, uxoris omnia noverat. Et infra: **(§ 1)** Si tibi uxor nominatur, si in desponsatione tibi esse dicitur, non tamen tibi uxor est, sed Dei unigeniti mater est eterna. Et infra: **(§ 2)**

2 Egressus – **21 suas** Gen. 19:14. **4 Ecce** – **23 virum** Gen. 19:8. **25 Noli** – **tuam** Matt. 1:20. **36 Inventa** – **30 credatur** Ps.-Origen, xxx.

Coniugem dico propterea, ut diabolo virginitatem eius occultem, ut legis instituta non destruam. In sequentibus demonstrabo, quod nec ista tua coniux secundum consuetudinem coniugii habeatur, nec iste, qui generatur, tuus filius esse credatur.

(C.27 q.2 c.45) Item Gregorius in expositione Evangelii, cum esset sero die illa.

AD NUPTIAS MARIE IOSEPH NON PERVENIT.

Sic quippe discipulum post resurrectionem suam dubitare permisit, nec tamen in dubitatione deservit, sicut ante nativitatem suam habere Mariam sponsum voluit, qui tamen ad eius nuptias non pervenit. Nam ita factus est discipulus dubitans et palpans testis vere resurrectionis, sicut sponsus matris fuerat custos integerrime virginitatis.

(C.27 q.2 d.p.c.45) ¶ Ex his omnibus apparet, sponsas coniuges appellari spe futurorum, non re presentium.

Quomodo ergo coniuges a prima fide desponsationis appellantur, si ista, quae sponsa asseritur, coniux esse negatur? Sed a prima fide desponsationis coniux dicitur appellari, non quod in ipsa desponsatione fiat coniux, sed quia ex fide, quam ex desponsatione sibi invicem debent, postea efficiuntur coniuges, sicut per fidem dicuntur remitti peccata, non quod ante baptismum per fidem remittantur, sed quia fides est causa, quare in baptismo a peccatis emundamur.

Aa 119v

(§ 1) Illud autem Iohannis Crisostomi: "Matrimonium non facit coitus, sed voluntas;" item illud Ambrosii: "Non defloratio virginitatis, sed pactio coniugalis matrimonium facit," ita intelligendum est: Coitus sine voluntate contrahendi matrimonium et defloratio virginitatis sine pactio coniugali non facit matrimonium, set precedens voluntas contrahendi matrimonium, et coniugalis pactio facit, ut mulier in defloratione sue virginitatis vel in coitu dicatur nubere viro, vel nuptias celebrare.

(§ 2) Item Siricius papa discessionem sponse a sponso vocat coniugalem separationem. Set talis discessio dicitur violatio coniugii non iam existentis, sed futuri, ut ex ipsa desponsatione sperabatur. Sic et diabolus dicitur cecidisse a beatitudine, non solum quam tunc habebat, sed etiam ad

27 Matrimonium – 15 voluntas C.30 q.2 c. 1. **28 Non – 17 facit** C.30 q.2 c. 5. **36 Siricius** C.30 q.2 c. 50.

quam habendam creatus erat. Sic qui merito sue vite vel scientie in sacerdotem vel in episcopum eligitur, si interim electionem suam cassari meruerit, dicitur amittere sacerdotalem vel episcopalem unctionem, non quam iam acceperat, sed ad quam accipiendam electus erat. Non ergo illa auctoritate sponsa coniux potest probari. 5

(§ 3) Set concedatur, quod sponsa non sit coniux, tamen queritur, utrum liceat ei renunciare priori conditioni? Hoc autem prohibetur auctoritate Anchiritani concilii, in quo statutum ita legitur: 10

(C.27 q.2 c.46) PUELLE DESPONSATE PRIORIBUS REDDENDE SUNT, SI EIS RAPTE FUERINT.

Desponsatas puellas et post ab aliis raptas placuit erui, et eis reddi, quibus ante fuerant desponsat. etiam si eis a raptoribus vis illata constiterit. 15

(C.27 q.2 d.p.c.47) ¶ Sed aliud est priori conditioni renunciare, et de nuptiis cum alio agere; aliud est rapi, hoc est illicite constuprari.

Unde Ysidorus Ethimologiarum libro V c. 24. ait: 20

(C.27 q.2 c.48) QUID SIT RAPTUS?

Raptus est illicitus coitus, a corrumpendo dictus; unde qui rapto potitur stupro fruitur.

Aa 120r **(C.27 q.2 d.p.c.48) ¶** Hec autem non ab alio rapta, sed alii desponsata monstratur. Raptam vero talem dici prohibet Gelasius papa, ita dicens: 25

(C.27 q.2 c.49) IBI RAPTUS ADMITTITUR, UBI PUELLA ABDUCITUR, DE CUIUS ANTE NUPTIIS NICHIL ACTUM PROBATUR.

Lex illa preteritorum principum ibi raptum dixit esse commissum, ubi puella, de cuius ante nuptiis nichil actum fuerit, videatur abducta. 30

14 Desponsatas – 5 constiterit Anselmus, *Coll.* 10.8; *Coll. 3 libr.* 3.11.42; Ivo, *Decretum* 8.176; *Panormia* 6.19; °*Coll. Trip.* 2.2.2; *P* 6.4.62
30 Lex – 21 abducta Gelasius I, *fragm.* 47 (; ed. Thiel, 508; cf. *Ewald in Neues Archiv* 5, 1880, 562, n. 73).

15 etiam – 5 constiterit *om. AaFd* **16 constiterit** *AaSg BmCdCgInMeMiSbVd*: desponsate etiam si eis a raptoribus florem pudoris amississe constiterint *ErMaMcMd Trip.*, *add. Py^{pc}Sa^{pc}*. Cf. John Burden, "Mixed Recensions" *Deutsches Archiv* 2020, pag. x-x.

(C.27 q.2 d.p.c.49) ¶ Quod autem in fine capituli subiungitur: “etiam si eis a raptoribus vis illata constiterit,” ideo additum est, quia raptarum alie se rapiendas exponunt, alie violenter abducuntur. Quolibet ergo modo rapiantur, prioribus reddende sunt. Hec autem, ut supra dictum est, non inter raptas, sed inter alias desponsatas connumeratur, et ideo non est huic auferenda, et priori reddenda. (§ 1) Secuntur alie auctoritates, quibus ista prohibetur nubere secundo, et iubetur redire ad priora vota. Ait enim Siricius papa Himerio, episcopo Terraconensi:

(C.27 q.2 c.50) PUELLAM ALTERI DESPONSATAM ALTER ACCIPERE NON VALEAT.

De coniugali violatione requisisti, si puellam alteri desponsatam alter in matrimonium possit accipere. Tale igitur conubium anathematizamus, et modis omnibus ne fiat prohibemus, quia illa benedictio, quam nupture sacerdos inponit, apud fideles cuiusdam sacrilegii instar est, si ulla transgressione violetur.

(C.27 q.2 d.p.c.50) ¶ Set auctoritate hac Siricii illa prohibetur ad secunda vota transire, quae in propria domo est ducta, et cum sponso suo est velata et benedicta. Talium discessione violatur benedictio, quam nupture sacerdos inponit. Verum hanc necdum sponsus in suam duxerat, nec cum ea benedictionem acceperat. Nec ergo hac auctoritate huius copula prohibetur. (§ 1) Item illud Eusebii papae: “Desponsatam puellam non licet parentibus alii viro tradere,” similiter de huiusmodi desponsata intelligitur, quae videlicet cum sponso est velata et benedicta. (§ 2) Item obicitur illud Gregorii: “quae propter frigiditatem a viro suo separata est, et alii nupta, si vir eius aliam cognoverit, illa est detrahenda secundo, et reddenda primo”. Set eodem modo solvitur, quia ista videlicet cum illo benedictionem acceperat.

35

20 Siricii C.27 q.2 c. 50. 27 Desponsatam – 17 tradere C.27 q.2 c. 27.
31 quae – 22 primo C.33 q.1 c. 1 *summatim*.

4 Quolibet] quomodo *A^{ac}*

(CAUSA 28)

(C.28) ¶ Quidam infidelis in coniugio positus ad fidem conversus est, uxor vero odio Christiane fidei ab eo discessit. Ille quamdam fidelem in uxorem accepit, qua mortua clericus efficitur. Tandem vite et scientie merito in episcopum eligitur. Hic PRIMUM queritur, an coniugium sit inter infideles? SECUNDO, an liceat huic aliam ducere priore vivente? TERCIO, an sit reputandus bigamus qui ante baptismum habuit unam, et post baptismum alteram?

(QUAESTIO 1)

(C.28 q.1 d.a.c.1) ¶ Quod inter infideles coniugium non sit, multis auctoritatibus probatur. Ait enim Paulus: "Omne, quod non est ex fide, peccatum est". Coniunctio autem infidelium non est ex fide, et ideo peccatum est. Non est ergo coniugium, quia nullum coniugium peccatum est. Item Augustinus: "Non est vera pudicitia hominis infidelis cum coniuge sua". Ubi autem vera pudicitia esse non potest, ibi nec verum coniugium est. Item Ambrosius: "Iussit Hesdras dimitti uxores alienigenas, per quas ibant ad Deos alienos. Non est enim putandum matrimonium, quod extra Dei decretum est factum. Sed cum cognoscitur, est emendandum". Item Augustinus: "Non est ratum coniugium, quod sine Deo est. His omnibus auctoritatibus probatur, coniugium non esse inter infideles". **(§ 1)** Econtra inveniuntur alie auctoritates, quibus probatur coniugium esse inter infideles. Quarum prima est illud evangelii, quod Christus ait: "Erunt quinque in una domo, duo in tres, et tres in duos dividentur," Deinde, cum personas illas enumeraret, uxorem in virum esse dividendam dixit et e converso. Item: "Qui non odit patrem, aut matrem, aut sororem aut uxorem, propter me, non est me dignus;" uxorem infidelem, non fidelem dicit odio habendam. Item: "Omnis, qui reliquerit domum, aut patrem, aut matrem, aut sororem, vel uxorem, centuplum accipiet etc.". Uxorem in hoc loco infidelem significat, quae propter Christum dimittitur, dum potius ipsa, quam Christi fides deseritur. Item Apostolus: "Si quis frater uxorem habet infidelem, et hec consentit habitare cum illo, non dimittat illam, et si qua mulier habet virum infidelem, et hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum. Sanctificatus est

enim vir infidelis per mulierem fidelem, et sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem". Item ad Titum: "Hortare adolescentulas, ut diligant viros suos". Hoc tam de fidelibus quam de infidelibus intelligendum est.
 5 Infidelibus namque viris fideles mulieres propensius propter Deum debent obsequi, ut sic viros suos Christo lucrari valeant. Sicut in passione beati Clementis de Theodora et Sisinnio legitur mirabiliter contigisse.

10 (C.28 q.1 c.1) Item Innocentius papa Rufo et Eusebio, episcopis Macedonibus.

BIGAMI PROBANTUR QUI ANTE BAPTISMUM HABUERUNT UNAM, ET POST BAPTISMUM ALTERAM.

15 Numquid non erunt admittendi in hereditatis consortium, qui ex ea suscepti sunt, quae ante baptismum fuerit uxor? erunt quae appellandi naturales, quia non est matrimonium legitimum (ut vobis videtur) nisi illud, quod post baptismum assumitur? Ipse Dominus, cum interrogaretur a Iudeis, si liceret dimittere uxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit: "Quod Deus coniunxit
 20 homo non separet". Ac ne de his putetur esse locutus qui post baptismum uxores sortiuntur, hoc et a Iudeis interrogatum, et Iudeis esse responsum meminerint. Quero, et sollicitus quero, si una et eadem sit uxor eius, qui ante catecuminus postea fidelis fit, filios quae ex ea,
 25 cum esset catecuminus, suscepit, et postea alios filios, cum fidelis, utrum sint fratres appellandi, an non habeant postea defuncto patre cum ceteris hereditatis heriscunde consortium, quibus filiorum nomen regeneratio spiritualis dicitur abstulisse? Quod cum ita iudicare atque sentire
 30 absurdum est, quae ratio est hoc malum defendi, et vacua magis opinione iactari, quam aliqua auctoritate roborari, cum non possit inter peccata deputari quod lex precipit, et Deus coniunxit?

(C.28 q.1 c.2) Item ex Decreto Euticiani papae.

35 IN FIDELIS POTESTATE SIT POST BAPTISMUM UXOREM RECIPERE, QUAM ANTE DIMISERAT.

Si quis gentilis gentilem uxorem dimiserit ante baptismum, post baptismum in potestate eius erit eam habere, vel non habere.

Fd 81va

13 Numquid – 34 coniunxit Ivo, *Decretum* 8.303b; *Panormia 6.95-96.
 37 Si – 5 habere² Ivo, *Decretum* 8.195; *Panormia 6.97; *Coll. Trip.* 3.15.70; *Coll. 3 libr.* 3.11.29;

(C.28 q.1 c.3) Idem.

FIDELIS INFIDelem DISCEDENTEM SEQUI NON
COGITUR.

Simili modo, si unus ex coniugatis baptizatus est, et
alter gentilis, et sequi non vult, sicut dicit Apostolus,
infidelis si discedit, discedat. 5

(C.28 q.1 c.4) Item Augustinus de fide et operibus.

SINE CULPA RELINQUITUR UXOR, QUAE CUM FIDELI
HABITARE NOLUERIT.

Uxor legitima societate coniuncta sine ulla culpa 10
relinquitur, si cum viro Christiano permanere noluerit.
Non attenditur, eo modo eam rectissime dimitti, si viro
suo dicat: Non ero uxor tua, nisi michi vel de latrocinio
divitias congreges, aut nisi solita lenocinia, quibus 15
nostram domum transigebas, etiam Christianus exerceas,
aut si quid aliud vel facinorosum aut flagitiosum in viro
noverat, quo delectata vel libidinem explebat, vel facilem
victum habebat vel etiam incedebat ornatior. Tunc enim 20
ille, cui uxor hec dixit, si veraciter egerit penitentiam ab
operibus mortuis, quando ad baptismum accessit, habet
quae in fundamento fidem, quae per dilectionem operatur,
proculdubio plus tenebitur amore divine gratie, quam
carnis luxuria, et membrum, quod eum scandalizat,
fortiter amputabit.

(C.28 q.1 c.7) Item Ambrosius ad Hylarium. 25

AMORE CUIUSLIBET NON EST A FIDE RECEDENDUM.

“Si infidelis” (dicit Apostolus) “discedit, discedat; non
est servituti subiectus frater aut soror in huiusmodi,” id
est: si infidelis noluerit esse cum coniuge fideli, hic
agnoscat fidelis suam libertatem, ne ita se subiectum 30
putet servituti, ut ipsam dimittat fidem, ne coniugem
amittat infidelem. Hoc et de filiis atque parentibus, hoc et
de fratribus atque sororibus intelligitur, propter Christum
dimittendos esse, cum ponitur ista condicio, ut Christum
dimittat, si eum se cum habere desiderat. Hoc ergo et de 35
domo et de agris, et de ceteris rebus, quae iure pecuniario
possidentur, intelligendum est.

(C.28 q.1 c.8) Item Augustinus ad Pollentium.

4 Simili – 11 discedat Ivo, *Decretum* 8.196; **Panormia* 6.97; *Coll. Trip.*
3.15.71; *Coll. 3 libr.* 3.11.30. **10 Uxor – 29 amputabit** ID 8.251;
Panormia* 7.32; IT 3.15.92 **27 Si – 807: 7 est ID 8.253; **Panormia*
7.33; IT 3.15.93.

QUOD INFIDELES SUNT CONIUGES, ET QUOD FIDELI
LICET DIMITTERE INFIDEM.

Iam nunc illud videamus, quod ait Apostolus: "Ceteris
autem ego dico, non Dominus, ad inparia scilicet, ubi non
5 ambo Christiani fuerant, coniugia locuturus. Quod michi
visum est eum monendo dixisse. Quia enim coniux fidelis
relinquere coniugem licite potest infidelem, ideo hoc fieri
non Dominus, sed Apostolus prohibet. Quod enim
Dominus prohibet fieri omnino non licet. Monet ergo
10 Apostolus, quod possit esse multorum occasio
lucrandorum, ut fideles coniuges in relinquendis
infidelibus permissa licentia non utantur. Tibi autem
videtur, infideles quoque dimitti a fidelibus non licere,
quia hoc vetat Apostolus, cum ego dicam licere, quia hoc
15 non vetat Dominus; non tamen expedire, quia hoc ne fiat
monet Apostolus, qui reddit etiam rationem, cur fieri non
expediat, quamvis liceat. 'Quid enim scis' (inquit) 'mulier,
si virum salvum facies? aut unde scis vir, si uxorem
salvam facies?' cum etiam superius dixisset: 'Sanctificatus
20 est vir infidelis in muliere fidei, et mulier infidelis
sanctificata est in fratre' (hoc est in Christiano)". Alioquin
filii vestri, inmundi essent: nunc autem sancti sunt". Sic
ad lucrandos coniuges et filios Christo etiam exemplis,
quae iam provenerant, videtur hortatus. Cur ergo non
25 expediat etiam infideles coniuges dimitti a fidelibus, causa
evidenter expressa est. Non enim propter vinculum cum
talibus coniugale servandum, sed ut querantur in Christo,
recedi ab infidelibus coniugibus Apostolus vetat. Multa
sunt autem facienda non iubente lege, sed libera karitate,
30 et ea sunt in nostris offitiis gratiora, quae, cum liceret
nobis etiam non inpendere, tamen causa dilectionis
inpendimus. Unde Dominus ipse prior, cum se tributum
non debere monstrasset, solvit tamen, ne scandalizaret
eos, quibus ad eternam salutem gerens morem consulebat.
35 Iam vero Apostolus, quemadmodum ista commendat, eius
verba testantur ubi dicit: "Cum sim liber ex omnibus,
omnium ne servum feci, ut plures lucrifacerem," cum
paulo superius dixisset: "Numquid non habemus licentiam
manducandi et bibendi? numquid non habemus licentiam
40 sororem mulierem circumducendi, sicut et ceteri Apostoli,
et fratres Domini, et Cephas? An ego solus, et Barnabas
non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis
stipendiis umquam? Quis plantat vineam, et de fructu eius

Fd 81vb

3 Iam – 808: 15 Christi *IP 6.100.

non edit? Quis pascit gregem, et de lacte gregis non comedit?" Et paulo post: "Si alii," inquit, potestatis vestre iure participant, nonne magis nos? sed non sumus usi hac potestate, sed omnia tolleramus, ne quod impedimentum demus evangelio Christi.

5

(C.28 q.1 c.9) Item.

AB INFIDELIBUS CONIUGIBUS LICET ALICUI RECEDERE, SED NON EXPEDIT.

Sic enim neque recedere ab uxoribus infidelibus vel maritis fideles viri vel femine non prohibentur a Domino. ut neque iubeantur. Nam si dimittere tales coniuges iuberentur, nullus locus esset consilio monentis Apostoli, ne hoc fieret. Nullo modo enim quod Dominus iubet servus Domini prohibet. Item: Cum ergo cepisset gentibus evangelium predicari, iunctos gentiles gentilibus conperit coniugibus. Ex quibus si non ambo crederent, sed unus aut una et infidelis cum fidei consentiret habitare, nec prohiberi a Domino debuit fidelis infidelem dimittere, nec iuberi: ideo scilicet non prohiberi, quia iusticia permittit a fornicante discedere, et infidelis hominis fornicatio est maior in corde, nec vera eius pudicitia cum coniuge quidem dici potest, quia omne, quod non est ex fide, peccatum est, quamvis veram fidelis habeat pudicitiam etiam cum infideli coniuge, quae non habet veram. Ideo autem nec iuberi debuerunt fideles ab infidelibus separari, quia non contra iussionem Domini gentiles fuerunt ambo coniuncti. (§ 1) Quoniam ergo ab infideli fidelem discedere non prohibet, nec iubet Dominus: ideo, ut non discedat, Apostolus dicit, non Dominus, habens utique Spiritum sanctum, in quo dare posset utile et fidele consilium. Unde cum dixisset de muliere, cuius vir mortuus fuerit: "Beatior autem erit, si sic permanserit, secundum consilium meum," ne quis hoc consilium tamquam humanum, non divinum, contempnendum putaret, adiecit: "Puto autem, quod et ego spiritum Dei habeam". Proinde intelligendum est, etiam ipsa, quae a Domino non iubentur, sed a sancto eius famulo utiliter suadentur, eodem Domino inspirante suaderi. Absit enim, ut quisquam catholicus dixerit, quod suadet Spiritus sanctus non Dominum suadere, cum et ipse Dominus sit, et inseparabilia sint opera Trinitatis. Dicit tamen Apostolus: "De virginibus autem preceptum

10

15

20

25

30

35

40

9 Sic – 812: 41 putaveras *IP 6.101.

Domini non habeo; consilium autem do," non ut hoc consilium alienum existimemus a Domino, cum continuo sequatur, et dicat: "tamquam misericordiam consecutus a Domino, ut fidelis essem". Secundum Deum ergo dat
5 consilium fidele in eodem spiritu, de quo ait: "Puto autem, quod et ego spiritum Dei habeam". (§ 2) Verumtamen aliud est Domini iubentis imperium aliud servi secundum misericordiam karitatis, quae illi a Domino est inspirata atque donata, fidele consilium. Aliud enim ibi facere non
10 licet, hic autem licet, ita sane, ut licitum ipsum partim quidem expediat, partim vero non expediat. Expediit tunc, quando non solum propter iusticiam, quae coram Deo est permittitur, sed etiam hominibus nullum ex hoc impedimentum salutis infertur; velut cum dat consilium
15 non nubendi Apostolus virginibus (unde preceptum Domini se non habere testatur), licet aliud facere, id est nubere, et minus continentie bonum tenere in nuptiis, ipsum quae licitum etiam expediit, quoniam in vetita et illicita ruituram carnis infirmitatem sic excepit honestate
20 nubendi, ut neminem inpediat ad salutem, quamvis magis expediret magis quae honestum esset, si virgo consilium, quo preceptum eam non compellit, arriperet. Tunc autem non expediit id, quod licitum est, quando permittitur quidem, sed usus ipsius potestatis aliis affert impedimentum salutis, sicut est (unde iamdiu loquimur)
25 discessio coniugis fidelis ab infideli, quam non prohibet Dominus precepto legis, quia coram illo iniusta non est, sed prohibet Apostolus consilio karitatis, quia infidelibus affert impedimentum salutis non solum, quia
30 perniciosissime scandalizantur offensi, verum etiam, quia, cum in alia coniugia ceciderint viventibus eis, a quibus dimittuntur, adulterinis nexibus colligati difficile resolvuntur. (§ 3) Ideo hic, ubi, quod licet, non expediit, non potest dici, si dimiserit infidelem, bene facit, si non
35 dimiserit, melius facit, sicut dictum est: "Qui dat nuptum bene facit, et qui non dat nuptum melius facit;" quoniam illud non solum sed utrumque pariter licet (unde ad nichil horum precepto Domini quisque compellitur), sed utrumque expediit, aliud minus, aliud amplius. Unde ad id,
40 quod amplius expediit, consilio Apostoli quicumque potest capere provocatur. Hic autem, ubi de dimittendo vel non dimittendo infidelis cum fidele coniugio queritur, utrumque quidem pariter licitum est per iusticiam, quae coram Domino est, et ideo nichil horum prohibet

Fd 82ra

Dominus; sed utrumque non expedit propter infirmitatem
 hominum, et ideo id, quod non expedit, Apostolus
 prohibet, Domino dante sibi liberum prohibendi locum,
 quia neque id, quod monet Apostolus, prohibet Dominus,
 neque id, quod prohibet Apostolus, iubet Dominus. Quod 5
 nisi ita esset, neque contra prohibitionem Domini
 Apostolus aliquid moneret, neque contra iussionem eius
 aliquid prohiberet. (§ 4) Proinde in his duabus causis, una
 de nubendo vel non nubendo, altera de infideli coniuge
 dimittenda vel non dimittenda, aliquid simile est in verbis 10
 Apostoli, aliquid dissimile. Simile quidem est illud, quod
 et ibi dicit: "Preceptum Domini non habeo, consilium
 autem do," et hic dicit: "Ego dico, non Dominus". Quale
 est enim: "preceptum Domini non habeo," tale est: "non 15
 dicit Dominus," et quale est: "consilium do," tale est: "ego
 dico". Illud autem dissimile est, quia de nubendo vel non
 nubendo dici potest, hoc bene fieri potest, illud autem
 melius, quoniam utrumque expedit unum minus, aliud
 magis: at vero de coniuge infideli dimittendo vel non 20
 dimittendo, quoniam unum horum non expedit, aliud
 expedit, dici non oportet, qui dimittit bene facit, et qui
 non dimittit melius facit: sed dici oportet, non dimittat,
 quia scilicet non expedit. Sic ergo possumus dicere,
 melius esse infidelem coniugem non dimittere, quamvis 25
 liceat et dimittere, quemadmodum recte dicimus melius
 esse quod licet et expedit, quam id, quod licet et non
 expedit. (§ 5) His de causis factum est, ut exponens
 Domini sermonem, quem prolixum in monte habuit, ubi
 ventum est ad questionem de coniugibus dimittendis vel 30
 non dimittendis, adhibuerim ab Apostolo, non preceptum
 Domini, ubi ait: "Ceteris autem ego dico, non Dominus,"
 monens eos, qui habent coniuges infideles, ut
 consentientes habitare se cum non dimitterent. Quod
 utique ideo monendum, non iubendum fuit, quia non 35
 tanto pondere prohibentur homines facere licita, quamvis
 non expediant, quanto pondere prohibenda sunt illicita. Si
 autem alicubi Apostolus etiam illa, quae iubenda sunt,
 monere dignatur, hoc facit parcendo infirmitati, non
 preiudicando iussioni. Unde sic dixit: "Non ut confundam 40
 vos, hec scribo, sed ut filios karissimos moneo;" quid
 habet questionis, ubi ait: "Ego dico, non Dominus;" item,
 ubi ait: "Ecce ego Paulus dico vobis, quia, si
 circumcidamini, Christus vobis nichil proderit?" Numquid
 etiam hic dixit: Ecce ego dico, non Dominus? Non sunt

itaque ista similia, quia etiam illa, quae iubet Dominus, non est indignum vel contrarium, si eadem monet Apostolus. Monemus enim quos karos habemus, ut faciant Domini precepta vel iussa. Cum vero dicit: "Ego dico, non Dominus," satis ostendit, Dominum non prohibere quod ipse prohibebat. Prohibuisset autem Dominus, si esset illicitum. Ergo secundum ea, quae supra diximus multum quae versavimus, licitum erat per iusticiam; sed etiam licitum non erat faciendum propter liberam benivolentiam. (§ 6) Tu autem, cui placet ita non licere quod non vetat Dominus, sed Apostolus, quemadmodum non licet quod vetat Dominus, cum exponere voluisses, quid sibi velit quod ait: "Ego dico, non Dominus," cum alloqueretur fideles, quibus essent coniuges infideles, dixisti, quia Dominus iussit, ne coniugia sibimet diverse religionis copularentur, et ipsum adhibuisti testimonium Domini dicentis: "Non accipies uxorem filio tuo de filiabus alienigenarum, ne traducat eum post Deos suos, ut pereat anima eius". Addidisti etiam verba Apostoli, ubi ait: "Mulier alligata est, quamdiu vir eius vivit; quod si mortuus fuerit vir eius, liberata est; cui vult nubat: tantum in Domino". Quod ita exposuisti, ut adiungeres: id est Christiano. Deinde secutus es, et addidisti: Hoc est ergo Domini preceptum tam in veteri testamento quam in novo, et hoc iubet Dominus, hoc docet Apostolus, ut non nisi eiusdem religionis et fidei maneant copulata coniugia: quare contra Domini iussum, contra doctrinam sanctam, contra preceptum veteris et novi testamenti iubet Apostolus, ut diverse fidei maneant coniugia copulata? Quia Paulus, inquit, predicator gentium et apostolus, iam in coniugio positos non solum monet, sed etiam iubet, ut si alter ex coniugibus credidisset, alterum non credentem, se cum habitare tamen consentientem, non dimitteret. His verbis tuis aliud hoc esse, aliud illud, satis evidenter ostendis. Illud enim de his coniugiis agitur, quae non sunt primitus copulata ne nubat femina nisi sue religionis viro, vel ne vir talem ducat uxorem; id enim (ut dicis) iubet Dominus, docet Apostolus, utrumque precipit testamentum. Hoc autem diversum esse quis abnuat, ibi agitur non de coniungendis, sed de coniunctis? Ambo quippe unius eiusdem quae infidelitatis fuerunt, quando coniuncti sunt; sed evangelium cum venisset, alter sine altera, vel altera sine altero credidit. Si ergo aliud est hoc (quod sine scrupulo ullius dubitationis apparet), cur

Fd 82rb

fidelem cum infideli coniuge permanere non licet nonne etiam Dominus, sicut Apostolus iubet? Nisi forte loco isto vacat illud quod tam fideliter Apostolus ait: “An vultis experimentum accipere eius, qui in me loquitur Christus?” Et utique Dominus est Christus. (§ 7) Intelligis ne quid dicam? An in hoc explanando aliquanto diligentius inmorabor? Attende, ut rem ipsam explanandam tamquam in conspectu declarandam planiore sermone ponamus. Ecce, coniuges duo unius infidelitatis ita fuerunt, quando iuncti sunt. Nulla de his questio est, quae pertineat ad illam Domini iussionem, doctrinam quae apostolicam, et preceptum testamenti veteris et novi, quo prohibetur fidelis cum infideli copulare coniugium. Iam sunt coniuges, et ambo adhuc sunt infideles; adhuc tales sunt, quales fuerunt ante, quam coniungerentur, quales quae coniuncti sunt. Venit quae evangelii predicator, credidit eorum aut unus, aut una; sed ita, ut infidelis cum fideli habitare consentiat. Iubet fideli Dominus, ut infidelem dimittat, an non iubet? Si dixeris, iubet, reclamat Apostolus: “Ego dico, non Dominus”. Si dixeris, non iubet, causam requiro. Neque illam michi responsurus es, quam tuis litteris indidisti, quia Dominus videlicet prohibet fideles infidelibus iungi. Hic enim nullo modo est ista causa; de iam iunctis loquimur, non de coniungendis. Si ergo tuam causam non invenisti, cur non vetet Dominus quod prohibet Apostolus: (cernis iam, ut estimo non esse ipsam, quam esse putaveras).

(C.28 q.1 d.p.c.14) ¶ Ex his itaque evidenter colligitur, coniugium esse inter infideles. Illud vero Apostoli: “Quicquid non est ex fide, peccatum est,” non ita intelligendum est, ut quicquid ab infidelibus fit peccatum esse credatur, sed omne, quod contra conscientiam fit, edificat ad gehennam. Unde Ambrosius: “Peccatum est, quod aliter fit quam probatum est”. (§ 1) Item Augustinus super eundem locum: “Omne, quod aliter fit quam probatur, peccatum est; non tamen omne, quod fit cum fide, bonum est. Ignorantia enim, quae est ex culpa, nocet”. Hinc etiam Apostolus ait: “Beatus, qui non iudicat semetipsum in eo, quod probat,” id est qui non facit dampnabilem semetipsum aliter faciendo quam probet esse faciendum. Vel omne, quod non est ex fide, dicitur esse peccatum, quia quicquid non fit ea fide, ut ad eternam valeat salutem, inutile reputatur apud Dominum. Unde Augustinus ait: “Omnis vita infidelium peccatum est, nec

valet bonum esse quod fit absque Deo. Ubi enim agnitio
 eterne et incommutabilis veritatis, falsa virtus est etiam in
 optimis moribus”. (§ 2) Item cum dicitur: “non est vera
 pudicitia hominis infidelis cum coniuge sua,” negatur
 5 pudicitia esse vera quantum ad effectum, ad premium
 videlicet eterne salutis. Sicut enim apud hereticos
 sacramenta negantur esse vera, non quantum ad formam,
 sed quantum ad virtutem, sic et virtutes negantur apud
 infideles esse vere, non quin vere sint in eis, iuxta illud
 10 Ieronimi: “Virtutibus Romani promeruerunt imperium,”
 sed quia effectu carent eterne salutis. (§ 3) Item illud
 Ambrosii: “Non est inputandum matrimonium, quod
 extra Dei decretum factum est; sed cum cognoscitur, est
 emendandum,” non ostendit coniugium non esse inter
 15 infideles. Nullo enim Domini precepto gentiles
 prohibentur coniungi gentilibus. Nec ergo eorum
 coniugium extra i. e. contra Dei decretum fit. Illa itaque
 auctoritate iubentur separari ab invicem qui contra Dei
 vel ecclesiae decretum copulati sunt, utpote infideles cum
 20 fidelibus, consanguinei cum consanguineis, vel affines
 cum affinibus. Hii omnes, si sibi invicem copulati fuerint,
 separandi sunt.

(C.28 q.1 d.p.c.17) Item illud Augustini: “Non est
 ratum coniugium, quod sine Deo est,” non negat
 25 coniugium esse inter infideles. Coniugium enim aliud est
 legitimum et non ratum, aliud ratum et non legitimum,
 aliud legitimum et ratum. Legitimum coniugium est, quod
 legali institutione vel provincie moribus contrahitur. Hoc
 inter infideles ratum non est, quia non est firmum et
 30 inviolabile coniugium eorum. Dato enim libello repudii
 licet eis discedere ab invicem, et aliis copulari lege fori,
 non lege poli, quam non secuntur. Inter fideles vero
 ratum coniugium est, quia coniugia, semel inita inter eos,
 35 ulterius solvi non possunt. Horum quaedam sunt
 legitima, veluti cum uxor a parentibus traditur, a sponso
 dotatur, et a sacerdote benedicatur. Hec talia coniugia
 legitima et rata appellantur. Illorum vero coniugia, qui
 contemptis omnibus illis solempnitatibus solo affectu
 aliquam sibi in coniugem copulant, huiusmodi
 40 coniugium non legitimum, sed ratum tantummodo esse
 creditur.

Fd 82va

(QUAESTIO 2)

(C.28 q.2 d.a.c.1) ¶ Quod vero uxore vivente alteram ducere non possit, testatur scriptura, dicens: “Alioquin si disceditis ab invicem, et volentes cohabitare dimittitis, et aliis vos copulaveritis adulteri eritis, et filii vestri, qui postea nascentur, erunt inmundi, id est spurii”. 5

(C.28 q.2 c.1) Item ex concilio Meldensi.

NON POTEST ALIQUIS POST BAPTISMUM ALTERAM DUCERE VIVENTE EA, QUAE ANTE BAPTISMUM SIBI FUERIT VIRGO COPULATA. 10

Si quis habuerit uxorem virginem ante baptismum, vivente illa post baptismum alteram habere non potest. Crimina enim in baptismo solvuntur, non coniugia.

(C.28 q.2 c.2) Gregorius autem contra testatur, dicens:

LICET FIDELI UXOREM ALIAM DUCERE, QUAM CHRISTIANE FIDEI ODIO INFIDELIS DIMITTIT. 15

“Si infidelis discedit odio Christiane fidei, discedat. Non est enim frater aut soror subiectus servituti in huiusmodi”. Non est enim peccatum dimisso propter Deum, si alii se copulaverit. Contumelia quippe creatoris solvit ius matrimonii circa eum, qui relinquitur. Infidelis autem discedens et in Deum peccat, et in matrimonium, nec est ei fides servanda coniugii, qui propterea discessit, ne audiret Christum esse Deum Christianorum coniugiorum. 20 25

(C.28 q.2 d.p.c.2) ¶ Hic distinguendum est, aliud esse dimittere volentem cohabitare, atque aliud discedentem non sequi. Volentem enim cohabitare licet quidem dimittere, sed non ea vivente aliam superducere; discedentem vero sequi non oportet, et ea vivente aliam ducere licet. Verum hoc non nisi de his intelligendum est, qui in infidelitate sibi copulati sunt. Ceterum si ad fidem uterque conversus est, vel si uterque fidelis matrimonio coniunctus est, et procedente tempore alter eorum a fide discesserit, et odio fidei coniugem dereliquerit, derelictus discedentem non comitabitur; non tamen illa vivente alteram ducere poterit, quia ratum coniugium fuerat inter eos, quod nullo modo solvi potest. 30 35

11 Si – 30 coniugia Ivo, *Decretum* 8.197; **Panormia* 6.98; *Coll. Trip.* 3.15.72.

(QUAESTIO 3)

(C.28 q.3 d.a.c.1) ¶ Utrum vero bigamus sit
reputandus qui ante baptismum habuerit unam, et post
baptismum alteram, auctoritate Ieronimi patet. Ait enim
5 super epistolam Pauli ad Timotheum:

(C.28 q.3 c.1) NON EST BIGAMUS QUI ANTE
BAPTISMUM HABUERIT UNAM, ET POST BAPTISMUM
ALTERAM.

Oportet episcopum esse unius uxoris virum. Verum
10 hoc post baptismum. Ceterum, si ante baptismum
habuerit unam, et post baptismum habuerit alteram, non
est reputandus bigamus, cui prorsus innovato per
baptismum omnia vetera sunt dimissa. Augustinus vero
contra testatur, et Innocentius.

15 (C.28 q.3 c.2) Ait enim Augustinus super epistolam
Pauli ad Titum:

NON DEBET FIERI EPISCOPUS QUI ANTE BAPTISMUM
HABUERIT UNAM, ET POST BAPTISMUM ALTERAM.

Acutius vero intelligunt, qui nec eum ordinandum
20 censuerunt, qui ante baptismum habuerit unam, et post
baptismum alteram. In baptisate enim crimina
abolentur, non federatio coniugii dissolvitur. Sicut illa,
quae catecumina vitiata est, inter Dei virgines consecrari
non potest, sic et qui ante baptismum habuit unam, et
25 post baptismum alteram, non nisi bigamus reputandus
est. Amisit enim quiddam non ad vite meritum, sed ad
signaculi sacramentum.

(C.28 q.3 d.p.c.2) ¶ Item Innocentius Rufo et Eusebio
episcopis Macedonie multis argumentis probat, talem
30 bigamum reputari. Quia ergo iste, cuius causa in presenti
agitur, ante baptismum habuit unam, et post baptismum
alteram, bigamus iudicatur, et, licet vite merito et
industria scientie polleat, tamen in episcopum ordinari
non potest.

35

Aa 125v

(CAUSA 29)

Fd 82vb

(C.29) ¶ Cuidam nobili mulieri nunciatum est, quod a filio cuiusdam nobilis petebatur in coniugem; prebuit illa assensum. Alius vero quidam ignobilis atque servilis condicionis nomine illius se ipsum obtulit, atque eam in coniugem accepit. Ille, qui sibi prius placuerat, tandem venit, eam quae sibi in coniugem petit. Illa se delusam conqueritur, et ad prioris copulam aspirat. Hic PRIMUM queritur, an sit coniugium inter eos? SECUNDO, si prius putabat, hunc esse liberum, et postea deprehendit, illum esse servum, an liceat ei statim ab illo discedere?

(QUAESTIO 1)

Aa 126r

(C.29 q.1 d.a.c.1) ¶ Quod autem coniugium sit inter eos, probatur hoc modo. Coniugium sive matrimonium est viri et mulieris coniunctio, individuum vite consuetudinem retinens. Item consensus utriusque matrimonium facit. Quia ergo isti coniuncti sunt, ut individuum vite consuetudinem conservarent, quia uterque consensit in alterum, coniuges sunt appellandi. **(§ 1)** His ita respondetur: Consensus est duorum vel plurium sensus in idem. Qui autem errat non sentit, non ergo consentit, id est simul cum aliis sentit. Hec autem erravit; non ergo consensit: non itaque coniux est appellanda, quia non fuit ibi consensus utriusque, sine quo nullum matrimonium esse potest. Sicut enim qui ordinatur ab eo, quem putat esse episcopum, et adhuc est laicus, errat, nec vocatur ordinatus, immo adhuc ab episcopo est ordinandus: sic ista errans nulli est copulata coniugio, immo adhuc est copulanda. **(§ 2)** Ad hec, non omnis error consensum evacuat; qui enim accipit in uxorem, quam putat virginem, vel qui accipit meretricem, quam putat esse castam, uterque errat, quia ille corruptam existimat esse virginem, et iste meretricem reputat castam. Numquid ergo dicendi sunt non consensisse in eas? aut dabitur utrique facultas dimittendi utramque, et ducendi aliam? Verum est, quod non omnis error consensum excludit; sed error alius est persone, alius fortune, alius condicionis, alius qualitatis. Error persone est, quando hic putatur esse Virgilius, et ipse est Plato. Error fortune, quando putatur esse dives qui pauper est, vel e converso. Error condicionis, quando putatur esse liber qui servus est. Error qualitatis, quando putatur esse bonus qui malus est. Error fortune et qualitatis coniugii consensum non excludit. Error vero persone et condicionis coniugii

consensum non admittit. Si quis enim pacisceretur, se
 venditurum agrum Marcello, et postea veniret Paulus
 dicens se esse Marcellum, et emeret agrum ab illo,
 numquid cum Paulo convenit iste de precio, aut dicendus
 5 est agrum sibi vendidisse? Item si quis promitteret, se
 venditurum michi aurum, et pro auro offerret michi
 auricalcum, et ita me deciperet, numquid dicerer
 consensisse in auricalcum? Numquam volui emere
 auricalcum, nec ergo aliquando in illud consensi, quia
 10 consensus non nisi voluntatis est. Sicut ergo hic error
 materie excludit consensum, sic et in coniugio error
 persone. Non enim consensit in hunc, sed in eum, quem
 hunc putabat esse. (§ 3) Sed obicitur: Iacob non
 consenserat in Liam, sed in Rachel septem quidem annis
 15 pro Rachel servierat. Cum ergo eo ignorante Lia esset sibi
 subposita, non fuit coniugium inter eos, si error persone
 consensum excludit, quia, ut dictum est, non in eam
 consenserat, sed in Rachel. His ita respondetur:
 Consensus est alius precedens, alius subsequens. Precedit
 20 consensus, quando ante carnalem copulam in individuum
 vite consuetudinem uterque consentit; subsequitur,
 quando post concubinalem sive fornicarium coitum
 consentiunt in idem. Iacob ergo et Liam non fecit
 coniuges precedens consensus, sed subsequens; nec tamen
 25 ex primo concubitu fornicarii iudicantur, cum ille maritali
 affectu eam cognoverit, et illa uxorio affectu sibi debitum
 persolverit, putans lege primogenitarum et paternis
 inperiis se sibi iure copulatam. (§ 4) Quod autem error
 persone nonnullos excuset, illa auctoritate probatur, qua
 30 soror uxoris utroque in scio, sorore videlicet et marito, in
 lectulum eius iisse, et a viro sue sororis cognita
 perhibetur, quae cum sine spe coniugii perpetuo manere
 censeatur, ille tamen, qui cognovit eam per ignorantiam,
 excusatur. Aliter etiam hoc probatur. Diabolus
 35 nonnumquam se in angelum lucis transformat, nec est
 periculosus error, si tunc creditur esse bonus, cum se
 bonum simulat. Si ergo tunc ab aliquo simplici quereretur,
 an sue beatitudinis vellet esse particeps, et ille
 responderet, se in eius consortium velle transire, numquid
 40 dicendus esset consensisse in consortium diabolice
 dampnationis, an non potius in participationem eterne
 claritatis? Item, si quis hereticorum, nomine Augustini,
 vel Ambrosii, vel Ieronimi, alicui catholicorum se ipsum
 offerret, atque eum ad sue fidei imitationem provocaret, si

Fd 83ra

Aa 126v

ille preberet assensum, in cuius fidei sententiam diceretur consensisse non in hereticorum sectam, sed in integritatem catholice fidei, quam ille hereticus se mentiebatur habere. Quia ergo hec persona decepta errore non in hunc, sed in eum, quem iste se mentiebatur esse, 5
consensit, patet, quod eius coniux non fuerit. (§ 5) Error fortune et qualitatis non excludit consensum, veluti si quis consentiret in prelaturam alicuius ecclesiae, quam putaret esse divitem, et illa esset minus copiosa, quamvis hic deciperetur errore fortune, non tamen posset 10
renunciare prelature accepte. Similiter, quae nubit pauperi, putans illum esse divitem, non potest renunciare priori conditioni, quamvis erraverit. Error qualitatis similiter non excludit consensum; utpote si quis emerit agrum vel vineam, quam putaret esse uberrimam, 15
quamvis iste erraret qualitate rerum, rem minus fertilem emendo, non potest tamen venditionem rescindere. Similiter, qui ducit meretricem in uxorem vel corruptam, quam putat esse castam vel virginem, non potest eam 20
dimittere.

(QUAESTIO 2)

(C.29 q.2 d.a.c.1) ¶ Secunda questio de condicione proposita est, an liceat mulieri dimittere eum, quem putabat liberum, si postea invenerit illum servum? Quod 25
vero mulieri non liceat a servo discedere, multis rationibus videtur posse probari. In Christo enim Iesu nec Iudeus, nec Grecus, nec servus, neque liber: ergo nec in coniugio Christianorum. Eadem enim lege in fide Christi uterque regitur. Indifferenter enim ab Apostolo dicitur 30
omnibus: “Qui vult nubere nubat in Domino”. Et item: “Mulier nubat cui vult; tantum in Domino”. Non precipitur, ut ingenua nubat ingenuo, ancilla servo; sed quelibet nubat earum cui vult, dummodo in Domino.

(C.29 q.2 c.1) Item Iulius papa, c. 4. 35

LICET SERVIS MATRIMONIA CONTRAHERE.

Omnibus nobis unus pater est in celis, et unusquisque, dives et pauper, liber et servus, equaliter pro se et pro animabus eorum rationem reddituri sunt. Quapropter omnes, cuiuscumque condicionis sint, unam legem 40
quantum ad Dominum habere non dubitamus. Si autem omnes unam legem habent, ergo sicut ingenuus dimitti

non potest, sic nec servus semel coniugio copulatus
ulterius dimitti poterit.

(C.29 q.2 d.p.c.3) ¶ His ita respondetur: Non negatur,
ingenuam posse nubere servo, sed dicitur, quod si
5 nescitur esse servilis condicionis, libere potest dimitti,
cum servitus eius fuerit deprehensa. Illud autem Apostoli
et Iulii papae intelligendum est de his, quorum condicio
utrique nota est. Huius autem condicio mulieri incognita
erat; non ergo premissis auctoritatibus cogitur manere
10 cum eo, sed liberum illi esse ostenditur vel manere, vel
discedere. Unde in concilio apud Vermeriam, cui interfuit
Rex Pipinus, statutum est c. 6:

(C.29 q.2 c.4) DE EO, QUI ANCILLAM DUCIT IN
UXOREM, QUAM PUTAT LIBERAM ESSE.

15 Si quis ingenuus homo ancillam uxorem alterius
acceperit, et existimat, quod ingenua sit, si ipsa femina
fuerit postea in servitute detecta, si eam a servitute
redimere potest, faciat; si non potest, si voluerit, aliam
accipiat. Si autem ancillam eam scierat et collaudaverat,
20 post ut legitimam habeat. Similiter et mulier ingenua de
servo alterius facere debet.

Aa 127r

(C.29 q.2 c.5) Item ex eodem c. 8.

NON LICET MULIERI DIMITTERE QUEM SCIENS SERVUM
ACCEPIT IN VIRUM.

25 Si femina ingenua acceperit servum, sciens quod servus
esset, habeat eum, quia omnes unum patrem habemus in
celis. Una lex erit viro et femine.

Fd 83rb

(C.29 q.2 d.p.c.6) ¶ Cum dicitur: "sciens illum
servum," datur intelligi, quod si nescierit, illum servum
30 esse, non cogitur cum eo manere. Quia hec ergo et
persone et condicionis dolum passa est, non cogitur
adherere ei, cuius fraude decepta est.

(CAUSA 30)

(C.30) ¶ Populorum frequentia quidam inpeditus suum filium de baptisate suscepit, dum crederet se alienum suscipere. Uxor eius, dum callide vellet suscipere proprium, suscepit alienum, quem vir adoptavit sibi in filium. Ex uxore sibi filia nascitur, quam filio suo adoptivo, spirituali uxoris, dum uterque esset in cunabulis, tradidit. Post triennium uxor moritur, et conpater eius relictam conpatris uxoris sue vir clam sibi despondit. Aliquantulum temporis effluxit et alius publice duxit eam in uxorem. Queritur, an uxori sue debitum reddere valeat qui proprium filium de sacro baptisate suscepit? SECUNDO, an sponsalia contrahantur inter infantes? TERTIO, an spirituales vel adoptivi filii naturalibus copulari valeant? QUARTO, an uxorem conpatris uxoris sue alicui ducere liceat? QUINTO, an clandestina desponsatio manifeste preiudicet?

(QUAESTIO 1)

(C.30 q.1 d.a.c.1) ¶ Quod autem proprium filium in spiritualement sibi transferens sue uxori debitum reddere non valeat, ratione et auctoritate probatur. Nulla enim auctoritate permittitur, ut quis conmatri sue carnaliter copuletur. Hic autem uxorem suam sibi conmatrem effecit: non erga illi ulterius carnaliter copulari poterit.

Hinc Deusdedit sanctae Romanae ecclesiae episcopus scribit Gordiano, Hispaniensis ecclesiae coepiscopo et fratri karissimo:

(C.30 q.1 c.1) SEPARANTUR VIRI AB UXORIBUS, QUAE ALIQUO CASU NATOS SUOS CORAM EPISCOPIBUS TENENT.

Pervenit ad nos diaconus sanctitatis vestre epistolam deferens, quod quidam viri et mulieres, preterito sabbato

31 Pervenit – 28 egerit Ps.-Deusdedit, *Ep.* (JE †2003; J³ xxxx), ed. PL 80.361-362. *Invenitur primum in codicibus circa annum 1000 scriptis, cf. Hoffmann et Pokorny, Das Dekret des Bischofs Burchard von Worms, 158, adn. 129.* Anselmus, *Coll.* 10.29; Ivo, *Decretum* 1.305; *Panormia* 6.127; *Coll. Trip.* 3.1.18; *Polyc.* 6.4.24; *Coll. 3 libr.* 3.11.11, ed. Motta, 2.104-105.1-24.

2 suum – 3 filium] filium suum *Fr.* **3 se]** a se *Fd^{pc}* **6 Ex om. AaF Ex et ex Fr.** **8 triennium]** tricennium *Aa* **uxor]** uxor eius *Fd^{pc}* **9 conpater]** pater *Fd^{pc}* **vir om. Aa sibi – 10 despondit]** desp. sibi *Aa* **10 despondit** *Fd:* desponsavit *Fr.* **15 copulari]** op?tul?? *Fd^{pc}* **27 Hispaniensis]** yspanensis *Aa:* his patellis *Fd:* Hispalensis *Pan coepiscopo AaFd:* episcopo *Fr.*

pascali die, pro magno populorum incurso nescientes proprios filios suscepissent ex lavacro sancto. Cupis ergo scire, <si> pro tali ratione accidenti debeant viri ac mulieres ad proprium usum redire, an non. Nos vero hac re mesti inquisivimus priorum dicta. Invenimus in archivis apostolice sedis, iam talia contigisse in ecclesiis Isaurie et Ephesiorum, simul quae Iherosolimorum, aliarum quae ecclesiarum. Episcopis etiam earum civitatum ab hac apostolica sede volentibus scire, utrum viri ac mulieres redirent ad proprium torum, beate memorie sancti patres Iulius, Innocentius, et Celestinus cum episcoporum plurimorum et sacerdotum consensu in apostolorum principis ecclesia prohibentes talia prescripserunt et confirmaverunt, ut nullo modo se in coniugio reciperent mulieres ac viri, quicumque aliqua ratione susceperunt natos, sed separarent se, ne suadente diabolo tale vicium inolescat. Scitis quia quomodo sunt septem dona Spiritus sancti, ita sunt septem dona baptismi a primo ergo pabulo sacrati salis et ingressu ecclesiae usque ad confirmationem per crisma. Hoc est a primo usque ad septimum nullus Christianus suam conmatrem in coniugium suscipere debet. Et qui presumpserit tamdiu anathematis vinculo religetur, donec penitentiam digne egerit.

Aa 127v

(C.30 q.1 c.2) Item ex concilio apud Vermeriam capitulo iiii.

AB UXORE SEPARATUR QUI FILIASTRUM SUUM CORAM EPISCOPO TENUIT.

Si quis filiastrum vel filiastram suam ante episcopum tenuit ad confirmationem, separatur ab uxore sua.

Fd 83va

(C.30 q.1 d.p.c.2) Econtra vero scribit Nicholaus Salomonitano episcopo, dicens:

29 Si – 4 sua *Decretum Compendiense* (a. 757), ed. Boretius, MGH LL Capit. 1.38.39-40; cf. Benedictus Levita, *Capitularia* 5.7, ed. Pertz, MGH LL 2.2.47a.5-7.

3 pro AaAbFd AdBaBbCdInMmMv^{ac}PfPySaSbUrg.2009: an pro BiBrKaMkMz^{pc}, add. supra lin. GcMv^{pc}: utrum pro Fr.: si pro BmBnGrLinc.137Linc.138Md Rom. Pan.Trip.: Gratianus vel scriba eius hic plane dormivit omissa voce si. **accidenti** Fd BmLinc.137Linc.138 Fr.: accidenti si AaPf: accidenti an Sg: accidenti utrum AbAdBaBbBcBiCdGcGrInMdMmMvPySaSbUrg.2009, add. supra lin. Mk^{pc}: incidenti Bn **19 sacrati salis]** sacerdotis Fd **25 Vermeriam]** verariam Fd **27 Ab – 27 iiii om.** Sb^{pc} **30 tenuit** AaFd: tenuerit Fr.

(C.30 q.1 c.3) NON SEPARETUR A VIRO QUAE FILIASTRUM SUUM DE SACRO FONTE LEVAVIT.

Nosse desideras, utrum mulier, quae viri filium ex alia femina genitum de sacro fonte levaverit, postmodum possit cum eodem viro copulari. Quos ideo coniungi posse decernimus, quia secundum canones sacros, nisi amborum consensu, nullius religionis obtentu debet coniux obmittere coniugem. Pertinet ad ingens uxoris exitium, quae habens odio virum, vel infirmitatem eius non considerans, quasi causa pietatis operatur impietatem, maxime cum Apostolus precipiat: “Nolite,” inquit, “fraudare invicem, nisi ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi; et iterum revertimini in id ipsum, ne temptet vos sathanas propter incontinentiam vestram”. Ergo si non ex consensu utriusque coniugis factum esse probatur, non fraudentur invicem, sed revertantur in id ipsum, presertim cum dicat Apostolus: “Uxor sui corporis potestatem non habet, sed vir; sicut vir potestatem sui corporis non habet, sed mulier”.

(C.30 q.1 c.4) Item ex concilio Cabillonensi: capitulo iiii.

NON SEPARETUR A VIRO, SED PENITENCIAM AGAT QUAE FILIUM SUUM CORAM EPISCOPO FRAUDULENTER TENUIT.

Dictum est nobis, quasdam feminas desidiose, quasdam vero fraudulenter, ut a viris suis separentur, proprios filios coram episcopis ad confirmandum tenuisse. Unde nos dignum duximus, ut si qua mulier filium suum desidia aut fraude aliqua coram episcopo tenuerit ad confirmandum, propter fallaciam suam aut propter fraudem quamdiu vivat penitentiam agat. A viro tamen suo non separetur.

(C.30 q.1 c.5) Item ex concilio Magontiensi capitulo x in claustro sancti Albani habito.

3 Nosse – 25 mulier Nicolaus I, *Ep.* 138 (Salomoni ep. Constantiensi; JE 2849), ed. Perels, MGH Epp. 6.657.22-33. **25 Dictum – 11 separetur** Conc. Cabillonense (a. 813) 31, ed. Werminghoff, MGH Conc. 2.1.279.17-21.

31 Nicholaus *FdMk*: Nykolaus *AaMv*: Nycolaus *Sb* **32 Salomonitano** *FdSg*: Salamonitano *Mk*: Salomitano *Mv^{ae}Sb^{pc}*:Salonitano *AaMv^{pc}Fr.*: Salemonio *Pan.* **8 obmittere** *AaFd*: dimittere *SgMkMvSb^{pc}Fr.Pan.* **14 incontinentiam]** continentiam *Aa*

SEPARANTUR ET GRAVI PENA PLECTANTUR QUI
FILIOLAM SUAM VEL SPIRITUALEM MATREM DUCUNT
UXOREM.

De eo, quod interrogastis, si aliquis filiolam suam
5 duxit uxorem, et de eo, qui concubuit cum conmatre
spirituali, et de eo, qui filium suum baptizavit et cuius
uxor eum de fonte suscepit, hac causa, ut discidium fieret
coniugii, si postea in tali copulatione possint permanere:
10 de talibus sic respondendum est. Si filiolam aut
conmatrem suam aliquis in coniugio duxerit, separandos
esse iudicamus, et gravi penitencia plectendos. Si autem
coniuges legitimi, unus aut ambo, ex industria fecerint, ut
filium suum de fonte susciperent, si inuupti manere
15 voluerint, bonum est; sin autem, gravis penitencia
insidiatori iniungatur, et simul maneant, et, si
prevaricator coniugii supervixerit, acerrima penitencia
multetur et sine spe coniugii maneat.

(C.30 q.1 c.6) Item Nykolaus papa Rodulfo,
Bituricensi episcopo.

Aa 128v

20 NON SEPARANTUR AB UXORIBUS QUI FILIASTROS SUOS
CORAM EPISCOPO TENENT.

De his, qui filiastros suos ad confirmationem coram
episcopis tenent, id est qui filios uxoris sue de viro priori,
dum crismantur ab episcopis, super se sustinent, si
25 inscientia, sicut asseris, fiat, licet sit peccatum, tamen non
usque ad separationem coniugii puniendus est; lugeant
tamen, et digna penitencia hoc diluentes Domino dicant:
"Delicta ignorantie nostre ne memineris".

30 (C.30 q.1 c.7) Item Iohannes papa Anselmo, Lemosine
ecclesiae episcopo.

4 De – 24 plectendos Hrabanus Maurus, *Paenitentiale ad Heribaldum* 20,
ed. PL 110.486D-487A. **11 Si – 30 maneat** *Invenitur primum in Decreto*
Burchardi 17.24, cf. Hoffmann et Pokorny, Das Dekret des Bischofs
Burchard von Worms, 229. **22 De – 9 memineris** Nicolaus I, *Ep.* 117
(JE 2765), ed. Perels, MGH Epp. 6.635.19-28. **28 Delicta – memineris**
Ps. 24:7.

3 uxorem *FdSg*: in uxorem *AaMkMvSbFr.*

5 duxit

FdSgMkMvSbFr.Pan.: duxerit *AaPan.var.*

6 cuius – 20 uxor

AaFdMvSbFr.Pan.: uxor cuius *MkSg*

11 iudicamus iudicavimus *Fd^{ac}*

16 penitencia *AaMkMvSbFr.Pan.:* pena *Fd^{bc}Sg*

28 Delicta –

memineris

NON SEPARETUR AB UXORE QUI CAUSA NECESSITATIS
FILIUM SUUM BAPTIZAVIT.

Ad limina beati Petri apostolorum principis hic presens
homo, nomine Stephanus, orationis causa veniens, nostro
presulatu suggerendo innotuit, quod filium suum in
extremo vite positum, necdum baptismatis unda lotum,
absentia scilicet sacerdotum, nimia cogente baptizavit
eum quae ipse propriis manibus retinendo suscepit, atque
pro huius rei negocio noticie tue patefacto reverentia tua,
quasi rectitudinis zelo flagrans, prefatum hominem a sua
coniuge iudicavit esse separandum. Quod fieri nullatenus
debet, dicente scriptura, a Domino iunctam esse viro
uxorem, et: "Quod Deus coniunxit homo non separet".
Unde et Dominus in evangelio non dimittere posse
uxorem suam, nisi causa fornicationis, apertissime iubet.
Et nos, tante auctoritatis precipua freti iussione, dicimus
dimittendum esse, et inculpabile iudicandum quod
necessitas intulit. Nam hoc baptizandi opus laicis fidelibus
iuxta canonicam auctoritatem, si necesse fuerit facere,
libere conceditur. Unde si supradictus genitor filium
suum corpore morientem aspiciens, ne animam perpetua
morte pereuntem dimitteret, sacri unda baptismatis lavit,
ut eum de potestate auctoris mortis et tenebrarum
eriperet, et in regnum Christi iam regnaturum sine
dubitatione transmitteret, bene fecisse laudatur; et idcirco
sue uxori sibi iam olim legitime sociate inpune, quamdiu
vixerit, iudicamus manere coniunctum, nec ob hoc contra
prefatas auctoritates divinas aliquatinus separari debere.

(C.30 q.1 d.p.c.10) ¶ His itaque auctoritatibus
apparet, quod sive proprium, sive tantummodo viri filium
mulier de sacro fonte susceperit, non ideo a viro suo est
separanda. Quod et de viro similiter oportet intellegi.

(QUAESTIO 2)

(C.30 q.2 d.a.c.1) ¶ Sponsalia ante septennium
contrahi non possunt. Solo enim consensu contrahuntur,
qui intervenire non potest, nisi ab alterutra parte id
intelligatur, quod inter eos agitur. Probantur ergo

3 Ad – 826: 3 debere Iohannes VIII, *Ep.* 195 (JE 3258), ed. Caspar, MGH Epp. 7.156.11-28. **12 a – 24 uxorem** Cf. I Cor. 7:10. **13 Quod – separet** Matt. 19:6. **14 Dominus – 26 iubet** Cf. Matt. 19:9.

15 nisi causa *super ras. Aa*

sponsalia non posse contrahi inter pueros, quorum etatis infirmitas consensum non admittit. Testatur hoc idem Nykolaus papa dicens:

Aa 129r

5 (C.30 q.2 c.1) ANTE TEMPUS CONSENTIENDI
CONIUGIUM CONTRAHI NON POTEST.

Ubi non est consensus utriusque, non est coniugium. Ergo qui pueris dant puellas in cunabulis, et e converso, nichil faciunt, nisi uterque puerorum post, quam venerit ad tempus discretionis, consentiat, etiamsi pater et mater
10 hoc fecerint et voluerint.

(QUAESTIO 3)

15 (C.30 q.3 d.a.c.1) ¶ Quod autem spirituales vel adoptivi filii naturalibus copulari non possunt, Nykolaus papa respondens ad consulta Bulgarorum testatur, ita dicens:

(C.30 q.3 c.1) QUI DE SACRO FONTE SUSCIPITUR
FILIUS EIUS EST, A QUO SUSCIPITUR.

20 Ita diligere debet homo eum, qui se suscepit de sacro fonte, sicut patrem. Item: (§ 1) Est inter fratres et filios spirituales gratuita et sancta communitio, quae dicenda non est consanguinitas, sed habenda spiritualis proximitas. Unde inter eos arbitror non posse fieri quodlibet legale
25 coniugium, quod quidem nec inter eos, qui natura, et eos, qui adoptione filii sunt, venerande leges matrimonia contrahi permittunt. Item: (§ 2) Si inter eos non
30 contrahitur matrimonium, quos adoptio iungit, quanto potius a carnali oportet inter se contubernio cessare quos per celeste sacramentum regeneratio Spiritus sancti vincit? Longe, inquit, ergo congruentius filius patris mei vel frater meus appellatur is, quem divina gratia potius, quam humana voluntas, ut filius eius vel frater meus
esset, elegit; prudentius quae ab alterna corporis
conmixtione secernimus.

6 Ubi – 23 voluerint *Caput incertum, cf. Perels, MGH Epp. 6.570.45-48. Panormia 6.122. Ubi – consensus Cf. X 4.2.2. 19 Ita – 33 patrem*
Nikolaus I, *Ep. 99 "ad Bulgarorum consulta"* (JE 2812), ed. Perels, MGH
Epp. 6.569.9-10. 20 Est – 827: 4 permittunt MGH Epp. 6.569.16-20.
26 Si – 12 secernimus MGH Epp. 6.569.29-34.

14 possunt *AaFdPf: possint Fr. 30 inquit ergo Fd: ergo inquit*
AaSgFr. 32 ut] ut pocius Aa filius eius] eius filius Aa

(C.30 q.3 c.2) Item Zacharias episcopus, servus servorum Dei, reverentissimo Theodoro episcopo ecclesiae Ticinensis.

FILIA SPIRITUALIS CARNALI FILIO NUBERE NON POTEST.

5

Pitacium quod nobis tua veneranda fraternitas obtulit, per quod nos sciscitari voluisti, si liceat filio, cuius pater alterius filiam ex sacro baptismo suscepit, susceptam, id est spiritualem eius patris filiam (quod dici crudele est), in matrimonio suscipere, quod apud te enormiter asservisti contigisse. (§ 1) Sed bene tua sancta fraternitas compertum habet, quod Dominus precepit Moysi, dicens: “Turpitudinem patris tui vel matris vel sororis non revelabis; turpitudinem enim tua est”. Cum ergo a propria consanguinitate iubemur abstinere, multo magis a spiritali patris nostri filia omni excusatione aut argumento deposito sub nimia districtione nos cavere convenit, ne in iram divine examinationis incidat, si quis tali facinore mixtus minime restrinxerit frena luxurie. Unde et omnes cavendi sunt a tali sceleris conmixtione, ne in perpetuum pereant; sed hunc, qui huius perniciose temeritatis, anime sue salutem despiciens, in pio se miscuit matrimonio, per omnia tua fraternitas studeat separare, et penitentie digne submittere, quatinus ab eterna erutam dampnatione animam eius lucreris.

10

15

20

25

Aa 129v

(QUAESTIO 4)

(C.30 q.4 d.a.c.1) ¶ Relictam vero conpatris uxoris sue nullus in coniugem ducere potest. Unde Nicholas papa scribit Constantiensi episcopo Salomoni:

30

(C.30 q.4 c.1) DUAS CONMATRES ALICUI HABERE NON LICET.

Sciscitatur a nobis sanctitas vestra, si aliquis homo duas conmatres habere valeat unam post alteram. In quo meminisse debet scriptum esse: “Erunt duo in carne una”. Itaque cum constet quia vir et mulier una caro per

35

13 Turpitudinem – 26 est Lev. 3:7. **33 Sciscitatur – 18 effectus** Nicolaus I, *Ep.* 138 (JE 2849), ed. Perels, MGH Epp. 6.657.15-21. **35 Erunt – una** Gen. 2:24; Matt. 19:5; Marc. 10:8; 1 Cor. 6:16; Eph. 5:31.

4 nubere non *AaFdCd*: nubere nullo modo *KaPy*: nullo modo nubere *Fr.* **17 deposito** *AaFd*: seposito *CdKaPyFr. Pan.* **20 et** *AaFdCdKa*: etiam *Fr.* **30 Salomoni]** Salemoni *Aa*

conubium efficiuntur, restat nimirum virum conpatrem
constitui mulieri, cuius matrimonio assumpta uxor
conmater esse videbatur, et idcirco liquet virum illi
femine non posse iungi in copula, quae conmater eius erat,
5 cum qua idem fuerat una caro effectus.

(C.30 q.4 c.2) Item ex concilio Calcedonensi.

OCTO ANNIS PENITEAT QUI DUABUS MISCETUR
CONMATRIBUS.

10 Si pater et filius aut duo fratres cum una muliere aut si
quis cum matre et filia aut cum duabus sororibus aut cum
duabus matribus aliquis concubuerit, secundum antiquam
et humaniorem diffinitionem octo annis peniteat.

(C.30 q.4 d.p.c.3) Econtrario invenitur in concilio
Triburiensi, cap. xlvii:

15 (C.30 q.4 c.4) UXOREM CONPATRIS DUCERE POTEST,
CUIUS IPSA CONMATER NON FUERAT.

20 Qui spiritualem habet conpatrem, cuius filium de
lavacro sacri fontis accepit, et eius uxor conmater non est,
liceat ei defuncto conpatre suo eius viduam ducere in
uxorem, si nullam habet consanguinitatis propinquitatem.
Quid enim? Numquid non possunt coniungi quos nulla
propinquitatis carnalis, vel nulla generatio secernit
spiritualis?

25 (C.30 q.4 c.5) Item ex epistola Pascalis papae II ad
Reginum episcopum.

30 Post uxoris obitum cum conmatre uxoris viri
superstitis coniugio copulari, nulla videtur ratio vel
auctoritas prohibere. Neque enim cognationi carnis
cognatio spiritus comparatur, neque per carnis unionem
ad unionem spiritus pertransitur. Post susceptum vero
de fonte filium vel filiam spiritualem, qui ex conpatre vel
conmatre nati fuerint, matrimonio coniungi non possunt,

9 Si – 25 peniteat *Caput incertum.*

2 mulieri] illi mulieri *Fr.*: virum mulieri *Aa* assumpta] absumpta
Fd^{ac} 3 videbatur videbitur *Fd* 7 miscetur – 21 conmatribus *AaFd*:
conm. conmiscetur *Fr.* 10 quis *om. Fr.* 11 matribus *AaFd^{ac}*:
conmatribus *Fd^{ac}Fr.* 16 non] non potest *Fd^{ac}* 17 habet conpatrem]
comp. habet *Fr.* 18 eius uxor] uxor eius *Aa* 22 secernit – 5
spiritualis] spiritualis secernit *Aa* 26 Post *De eodem praemisit Fr.*
29 unionem *AaFd*: unionem *Fr.* 30 unionem *AaFd*: unionem *Fr.*
Post – 16 copulari] *AaFd, om. Fr.*

quia leges seculi non emancipatos adoptivis prohibent copulari.

(C.30 q.4 d.p.c.5) ¶ Notandum vero est, quod aliud est conmatrem alicuius cognoscere, atque aliud derelictam ab aliquo conmatrem alicuius fieri. Auctoritas illa Nykolai papae et Calcedonensis sinodi illum prohibet conmatris sue uxoris matrimonio copulari, qui uxori sue debitum reddidit, postquam illius conmater extitit. Illa vero auctoritas Triburiensis concilii illos permittit matrimonio copulari, cuius uxor post, quam a viro suo derelinquitur, illius conmater efficitur, nec post conpaternitatem a viro suo cognoscitur.

Aa 130v

(QUAESTIO 5)

(C.30 q.5 d.a.c.1) ¶ Quod autem clandestina coniugia fieri non debeant, Evaristus papa testatur, scribens episcopis Africe:

(C.30 q.5 c.1) CLANDESTINA CONIUGIA FIERI NON DEBENT.

Aliter legitimum non fit coniugium, nisi ab his, qui super ipsam feminam dominationem habere videntur, et a quibus custoditur uxor petatur, et a parentibus propinquioribus sponsetur, et legibus dotetur, et suo tempore sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus et oblationibus a sacerdote benedicatur, et a paranimphis, ut consuetudo docet, custodita et sociata, a proximis congruo tempore petita legibus dotetur, ac solempniter accipiatur, et biduo vel triduo orationibus vacent, et castitatem custodiant. Item: **(§ 1)** Ita peracta legitima scitote esse conubia; aliter vero presumpta non coniugia, sed adulteria, vel contubernia, vel stupra, aut fornicationes potius, quam legitima coniugia esse non dubitate, nisi voluntas propria suffragaverit, et vota succurrerint legitima.

(C.30 q.5 c.2) Item ex Decreto Hormisde papae, c. 6.

NUPTIAS OCCULTE CELEBRARI NON LICET.

Nullus fidelis, cuiuscumque condicionis sit, occulte nuptias faciat, sed benedictione accepta a sacerdote publice nubat in Domino.

(C.30 q.5 c.3) Item Nykolaus ad consulta Bulgarorum.

NUPTIE PUBLICE CELEBRARI DEBENT.

Nostrates, tam mares quam femine, non ligaturam auream, vel argenteam, aut ex quolibet metallo conpositam, quando nuptialia federa contrahunt, in capitibus deferunt: sed post sponsalia, quae futurarum sunt nuptiarum promissio, federa quoque consensu eorum, qui hec contrahunt, et eorum, in quorum potestate sunt, celebrantur; et post, quam arrhis sibi sponsam sponsus per digitum fidei annulo insignitam desponderit, dotem quae utrique placitam sponsus ei cum scripto pactum hoc continente coram invitatis ab utraque parte tradiderit (aut mox aut apto tempore, ne videlicet ante tempus lege diffinitum tale quid facere presumant), ambo ad nuptialia federa perducuntur, et primum in ecclesia Domini cum oblationibus, quas offerre debent Deo per sacerdotis manum, statuuntur, sic quae demum benedictionem et velamen celeste suscipiunt.

Fd 84rb

Aa 131r

(C.30 q.5 c.5) Item ex concilio Cartaginensi IV.

QUOMODO SPONSUS ET SPONSA AD BENEDICTIONEM ACCEDANT.

Sponsus et sponsa cum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus vel a paranimphis offerantur in ecclesia sacerdoti, qui, cum acceperint benedictionem, eadem nocte pro reverentia benedictionis in virginitate permaneant.

(C.30 q.5 c.6) Item ex concilio Arelatensi, c. 6.

SINE PUBLICIS NUPTIIS NULLUS DUCAT UXOREM.

Nullum sine dote fiat coniugium; iuxta possibilitatem fiat dos, nec sine publicis nuptiis quisquam nubere vel uxorem ducere presumat.

(C.30 q.5 d.p.c.6) ¶ His omnibus auctoritatibus occulte nuptie prohibentur, atque ideo, cum contra auctoritatem fiunt nuptie, pro infectis haberi debent. **(§ 1)** Sed queritur, quid sibi velint solemnitates ille velaminis et annuli, quae in coniugiis observantur? De his ita scribit Ysidorus in II libro de offitiis, c. 16:

(C.30 q.5 c.7) QUARE FEMINE VELANTUR, DUM MARITANTUR.

Femine, dum maritantur, ideo velantur, ut noverint, se semper viris suis subditas esse et humiles. **(§ 1)** Item, quod nubentes post benedictionem vitta invicem, uno vinculo copulantur, videlicet fit ideo, ne conpagem

coniugalis unitatis dirumpant. (§ 2) At vero, quod eadem vitta candido purpureo quae colore permiscetur, candor quippe est mundicia vite, purpura ad sanguinis posteritatem adhibetur, ut hoc signo et continentia et lex continendi ab utrisque ad tempus admoneatur, et posthec reddendum debitum non negetur. (§ 3) Item, quod in primis annulus a sponso sponse datur fit nimirum vel propter mutue dilectionis signum, vel propter id magis, ut eodem pignore corda eorum iungantur. Unde et quarto digito annulus inseritur, ideo quod in eo vena quaedam, ut fertur, sanguinis ad cor usque perveniat.

Aa 131v

(C.30 q.5 d.p.c.8) ¶ Sed obicitur premissis: Multa sunt, quae prohibentur, quae, si fiant, ex postfacto convalescunt. Prohibentur voventes matrimonia contrahere, quae tamen si contraxerint, inviolata permanere oportet. Sic et clandestina coniugia contra leges quidem fiunt, tamen contracta dissolvi non possunt, quia ex legitimo voto subsequente corroborantur. Unde et Evaristus, cum dixisset: “aliter coniugia presumpta non sunt, sed adulteria;” addidit: “nisi voluntas propria suffragaverit, et vota succurrerint legitima”. Hinc etiam in Novellis:

(C.30 q.5 d.p.c.9) ¶ His ita respondetur: Coniugia, quae clam contrahuntur, non negantur esse coniugia, nec iubentur dissolvi, si utriusque confessione probari poterunt: verumtamen prohibentur, quia mutata alterius eorum voluntate, alterius confessione fides iudici fieri non potest. Unde publice, cum alterius vota in alteram partem se transtulerint, pro priori coniugio, quod iudici incertum est, sententia ferri non poterit. Incerta enim (ut Syxtus papa scribit episcopis per Hispaniam constitutis) nemo pontificum iudicare presumat, et quamvis vera sint, non tamen credenda sunt nisi quae certis indiciis conprobantur, nisi quae manifesto iudicio convincuntur, nisi quae iudiciario ordine publicantur. Hinc etiam Victor papa scribit Theophilo episcopo: “Incerta, karrissime, nullatenus iudicemus, quousque veniat Dominus, qui latentia producet in lucem, et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium.

(C.30 q.5 c.10) Item Evaristus papa omnibus episcopis.

ANTE IUSTAM PROBATIONEM NULLUS IUDICANDUS
AUT DAMPNANDUS EST.

Nullum ante veram iustam quae probationem iudicare
aut dampnare debemus, teste Apostolo, qui ait: “Tu quis
5 es, qui iudicas alienum servum? Suo domino stat aut
cedit?” Mala itaque audita nullum moveant, nec passim
dicta absque certa probatione quisquam umquam credat;
sed ante audita diligenter inquirat, nec precipitando
quicquam aliquis agat.

Fd 84va

10 (C.30 q.5 c.11) Item Eleutherius papa.

NON SUNT ALIQUA IUDICANDA PRIUS, QUAM CERTIS
DEMONSTRENTUR INDICIIS.

Aa 132r

Iudicantem oportet cuncta rimari, et ordinem rerum
plena inquisitione discutere, interrogandi et respondendi
15 obiciendi quae prebita patiencia ab eo, ut ibi ambarum
actio partium illuminata sit pleniter, nec litigantibus prius
velit iudex sua sententia obviare, nisi quando iam peractis
omnibus nichil habeant in questione, quod proponant, et
tamdiu actio ventiletur, quousque ad veritatem rei
20 perveniant. Frequenter interrogari oportet, ne aliquid
pretermissum forte remaneat, quod annecti conveniat.

(C.30 q.5 d.p.c.11) ¶ Ex premissis manifestissime
colligitur quod pro incertis a certis recedendum non est,
nec in re dubia certa danda est sententia. Cum autem
25 fides dubie rei nisi testium approbatione vel legitima
confessione iudici fieri non valeat, testes autem
auctoritate Calixti papae de aliis causis vel negociis
testimonium dicere non valeant, nisi de his, quae sub
eorum presentia facta noscuntur: apparet clandestina
30 coniugia ideo esse prohibita, quia, cum alter eorum
coniugalem affectum se ad alterum habuisse negare
voluerit, legitimis probationibus convinci non poterit,
quibus deficientibus, iudicis sententia rite absolutus,
reatum adulterii uterque incurrit, dum utroque eorum
35 vivente aliis se copulaverint.

(CAUSA 31)

(C.31) ¶ Uxorem cuiusdam alius constupravit; eo mortuo adulter adulteram sibi in uxorem accepit; filiam ex ea susceptam cuidam in coniugem se daturum iuravit; illa assensum non prebuit; deinde pater alii eam tradidit; a primo repositur. Queritur an possit duci in coniugium quae prius est polluta per adulterium? SECUNDO, an filia sit tradenda invita alicui? Tertio, an post patris sponsionem illa possit nubere alii?

5

(QUAESTIO 1)

10

(C.31 q.1 d.a.c.1) ¶ Adulterio polluta prohibetur duci in coniugium auctoritate Leonis papae, qua dicitur:

(C.31 q.1 c.1) ADULTERIO POLLUTA NON DUCATUR AB EODEM IN MATRIMONIUM.

Nullus ducat in matrimonium quam prius polluit adulterio.

15

(C.31 q.1 c.2) Sed Augustinus econtra testatur scribens ad Valerium de nuptiis et concupiscentia:

Aa 132v

LICET ALICUI DUCERE IN MATRIMONIUM QUAM PRIUS POLLUIT PER ADULTERIUM.

20

Denique mortuo eo, cum quo fuit verum conubium fieri potest coniugium, cum qua precessit adulterium. Item in libro de bono coniugali: **(§ 1)** Posse sane fieri licitas nuptias ex personis licite coniunctis, honesto placito subsequente, manifestum est.

25

(C.31 q.1 d.p.c.2) ¶ Hec ultima auctoritas de concubinis loquitur, perhibens, concubinas posse transire ad honestum placitum nuptiarum. Prima auctoritas Augustini loquitur de repudiata, quam dum vivente viro suo aliquis ducit in coniugium, committit adulterium; cuius adulterii aliquam habet veniam, dum eius copula creditur esse licita. **(§ 1)** Illud vero Leonis papae de ea intelligendum est, quae a viro suo non erat repudiata, cuius vivebat vir, reddens ei coniugale debitum. Unde in concilio apud Altheum habito presente Conrado Rege statutum est c. 6:

30

35

(C.31 q.1 c.3) NULLUS DUCAT IN CONIUGIUM QUAM PRIUS POLLUIT PER ADULTERIUM.

Illud vero communi decreto secundum canonum instituta diffinimus et preiudicamus, ut, si quis cum uxore alterius vivente eo fornicatus fuerit, moriente marito sinodali iudicio aditus ei claudatur illicitus, nec ulterius ei

40

coniungatur matrimonio, quam prius polluit adulterio. Nolumus enim, nec Christiane religioni convenit, ut ullus ducat in coniugium quam prius polluit per adulterium.

5 (C.31 q.1 d.p.c.3) ¶ Hic subaudiendum est, nisi peracta post penitenciam et si nichil in morte viri machinatus fuerit, vel si vivente viro fidem adultere non dedit, sumpturum eam sibi in coniugem si viro eius superviveret. Unde in concilio Triburiensi legitur.

10 (C.31 q.1 c.4) POST MORTEM VIRI NON POTEST ADULTERAM IN CONIUGIUM DUCERE QUI VIRO VIVENTE IURAMENTUM SIBI FUTURARUM PREBUIT NUPTIARUM.

15 Relatum est auribus sanctorum sacerdotum, quendam alterius uxorem stupro violasse, et insuper meche vivente viro suo iuramentum dedisse, ut post legitimi mariti mortem, si supervixisset, duceret eam uxorem, quod et factum est. Tale igitur conubium prohibemus et anathematizamus.

(C.31 q.1 c.5) Item in eodem.

20 POST PERACTAM PENITENCIAM VIDUAM IN CONIUGEM DUCERE POTERIT, QUAM VIVENTE VIRO POLLUIT ADULTERIO.

25 Si quis vivente marito coniugem illius adulterasse accusatur, et, eo in proximo defuncto, eandem sumpsisse dinoscitur, omnimodis penitencie publice subiciatur. De quo etiam post penitenciam prefata, si expedierit, servabitur regula; nisi forte idem, aut mulier virum, qui mortuus fuerat, occidisse notentur, aut propinquitas, vel alia quelibet actio criminalis impediatur. Quod si probatum fuerit, sine ulla spe coniugii cum penitencia perpetuo
30 maneant.

35 (C.31 q.1 d.p.c.7) ¶ Sed obicitur: David cum Bersabee adulterium comisit, et mortem Urie machinatus est, et tamen Bersabee eandem postea duxit in uxorem. Sed in veteri testamento multa permittebantur propter infirmitatem, quae in evangelii perfectione eliminata sunt: sicut mittebatur quibuslibet dare libellum repudii, ne per odium funderetur sanguis innoxius. Quod postea Dominus in evangelio prohibuit, dicens uxorem a viro non esse dimittendam, nisi causa fornicationis. Quaedam permittebantur causa infirmitatis, et sacramenti
40

22 Si – 32 maneant Conc. Meldense (a. 845) 69, ed. Hartmann, MGH Conc. 3.117.7-12.

futurorum: sicut Dominus permisit filiis Israel offerre animalia sibi in sacrificium, quae in Egipto consueverant inmolare demonibus, malens ea sibi offerri quam idolis, et ut essent illis sacramenta futurorum. Sic et Bersabee permissa est duci in uxorem, non magis causa sue infirmitatis, quam significatione futurorum. 5

(QUAESTIO 2)

(C.31 q.2 d.a.c.1) ¶ Quod autem aliqua non sit cogenda nubere alicui, Ambrosius testatur super primam epistolam ad Corinthios: “Nubat vidua cui vult: tantum in Domino;” id est quem sibi aptum putaverit, illi nubat; quia invite nuptie solent malos proventus habere. “Tantum autem in Domino:” Id est, ut sine suspicione turpitudinis nubat, et viro sue religionis nubat. 10 15

(C.31 q.2 c.1) Item Iudicium Urbani papae.

IURAMENTO PATRIS NON COGITUR PUELLA NUBERE, CUI NUMQUAM ASSENSUM PREBUIT.

Si verum esse constiterit, quod nobis legati Iordanis principis retulerunt, scilicet, quod ipse coactus et dolens filiam suam infantulam nolentem, flentem, et pro viribus renitentem, non assentientibus, sed valde dolentibus matre et parentela, Rainaldo Rodelli filio desponsaverit, quoniam canonum et legum auctoritas talia sponsalia (ut infra ostenditur) non approbat, ne ignorantibus leges et canones nimis durum quod dicimus videatur, ita sententiam temperamus, ut, si princeps cum filie, matris, et parentele assensu id, quod ceptum est, perficere voluerit, concedamus. Sin autem, legatus noster utrasque partes audiat, et si nichil fuerit ex parte supradicti Rainaldi amplius, quod inpediat, ab ipso Iordane sacramentum, quod ita constent hec, ut dicta sunt, accipiat, et nos canonum ac legum scita sequentes deinceps non prohibemus, quin alii viro, si voluerit, predicta filia eius tantum in Domino nubat. 20 25 30 35

(C.31 q.2 c.3) Item Sanctio, Regi Aragonum.

QUORUM UNUM FUTURUM EST CORPUS, UNUS DEBET ESSE ET ANIMUS: ATQUE IDEO NULLA INVITA EST COPULANDA ALICUI.

De neptis tue coniugio, quam te cuidam militi daturum necessitatis instante articulo sub fidei pollicitatione firmasti, hoc equitate dictante decernimus, ut, si illa 40

virum illum, ut dicitur, omnino renuit, et in eadem voluntatis auctoritate persistit, ut viro illi prorsus se deneget nupturam, nequaquam eam invitam et renitentem eiusdem viri cogas sociari coniugio. Quorum enim unum
 5 corpus est, unus debet esse et animus, ne forte, cum virgo fuerit alicui invita copulata contra Domini Apostoli quae preceptum aut reatum discidii, aut crimen fornicationis incurrat. Cuius videlicet peccati malum in eum redundare constat, qui eam coniunxit invitam. Quod pari tenore de
 10 viro est sentiendum.

(C.31 q.2 d.p.c.4) ¶ His auctoritatibus evidenter ostenditur, quod nisi libera voluntate nulla est copulanda alicui.

15

(QUAESTIO 3)

(C.31 q.3 d.a.c.1) ¶ Quod autem post parentum sponsionem aliis nubere non valeant, auctoritate Elibertani concilii monstratur, qua dicitur:

20

(C.31 q.3 c.1) DE PARENTIBUS, QUI FIDEM FRANGUNT SPONSALIORUM.

25

Si qui parentes fidem fregerint sponsaliorum, triennii tempore a communione abstineant. Si vero idem sponsus vel sponsa in illo gravi crimine non fuerint deprehensi, excusati erunt parentes. Si vero in eodem fuerint vicio, et polluerint se consentiendo, superior sententia servetur.

(C.31 q.3 d.p.c.1) ¶ Ecce, quod non licet parentibus sponsalia filiorum suorum frangere. Verum hoc de illis intelligendum est, quae illorum consensu contrahuntur.

21 Si – 31 servetur Conc. Eliberitanum (a. 305/306) c. 54 (ed. Vives, 11).

(CAUSA 32)

(C.32) ¶ Quidam, cum non haberet uxorem, quandam meretricem sibi coniugio copulavit, quae erat sterilis, neptis ingenui, filia originarii; quam cum pater vellet alii tradere, avus huic eam copulavit, causa solius incontinentie. Deinde hic, penitencia ductus, ex ancilla propria filios sibi querere cepit. Postea de adulterio convictus et punitus quendam rogavit, ut vi uxorem suam opprimeret, ut sic eam dimittere posset, quo facto quandam infidelem sibi copulavit, ea tamen condicione, ut ad Christianam religionem transiret. Hic **PRIMUM** queritur, an licite meretrix ducatur in uxorem? **SECUNDO**, an ea, quae causa incontinencie ducitur, sit coniux appellanda? **TERCIO**, cuius arbitrium aliqua sequatur, an liberi avi, an originarii patris? **QUARTO**, si vivente uxore liceat alicui ex ancilla filios querere? **QUINTO**, si ea, quae vim patitur, pudicitiam amittere conprobetur? **SEXTO**, si adulter adulteram possit dimittere? **SEPTIMO**, si vivente dimissa aliam possit accipere? **OCTAVO**, si infidelem sub premissa condicione licet alicui fidelium in coniugem ducere?

Aa 134r

(QUAESTIO 1)

(C.32 q.1 d.a.c.1) Quod autem meretrix in coniugem duci non debeat, multis auctoritatibus et rationibus probatur. Illa enim, quae adulterii rea convincitur, nisi post peractam penitentiam in coniugii consortio retineri non debet. Unde Iohannes Crisostomus ait super Mattheum c. 9:

(C.32 q.1 c.1) PATRONUS TURPITUDINIS EST QUI UXOREM SUAM ADULTERAM DIMITTERE NOLUERIT.

Sicut crudelis et iniquus est qui castam dimittit, sic fatuus est et iniustus qui retinet meretricem. Patronus enim turpitudinis est, qui celat crimen uxoris.

(C.32 q.1 c.2) Item Ieronimus.

CAUSA FORNICATIONIS VIR DIMITTAT UXOREM, NON TAMEN ALTERAM DUCAT.

Ait Dominus in evangelio: "Quicumque dimiserit uxorem, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, mechatur, et qui dimissam duxerit, mechatur". Sola fornicatio est, quae uxoris vincit affectum; imo, cum illa

38 Ait <d>ixit *Fd*

unam carnem in aliam diviserit, et se fornicatione a marito separaverit, non debet teneri, ne virum quoque sub maledicto faciat, dicente scriptura: “Qui tenet adulteram stultus et inpius est”. Ubicumque est igitur fornicatio vel
 5 fornicationis suspicio, libere uxor dimittitur. Et quia poterat accidere, ut aliquis calumpniam faceret innocenti, et ob secundam copulam nuptialem veteri copule crimen inpingeret, sic priorem dimittere iubetur uxorem, ut prima vivente secundam non habeat.

10 **(C.32 q.1 c.3)** Idem in epistola Pauli ad Corinthios.

SOLA VIRI FORNICATIO UXOREM MACULAT.

In coniugio quis positus quaecumque peccata fecerit, non propriam infusant coniugem;

(C.32 q.1 c.4) Item Iohannes Crisostomus.

15 QUI UXOREM SUAM DIMITTERE NOLUERIT ADULTERAM, DUOBUS ANNIS PENITEAT, SI EI DEBITUM REDDIDERIT.

Si quis uxorem suam invenerit adulteram, et postea deinceps placuerit habere eam in matrimonio, duobus
 20 annis peniteat ideo, quia cum adultera mixtus sit, quae adhuc crimine suo non est purgata, aut absteat se a matrimonio eius, donec expleatur satisfactio criminis penitencie sue, ideo, quia post satisfactionem penitencie non meretur vocari adultera. Similiter, si uxor invenerit
 25 virum suum adulterum, non ad inparia iudicatur.

(C.32 q.1 c.6) Item ex Penitenciali Theodori.

QUI ADULTERE REDDIT DEBITUM TRIBUS ANNIS PENITEAT.

30 Si quis uxorem suam scit adulteram, et non vult dimittere eam, sed in matrimonio habere, tres annos peniteat, et quamdiu illa penitet, absteat se ab illa.

(C.32 q.1 d.p.c.10) ¶ (§ 2) Si ergo, ut ex his auctoritatibus colligitur, adulteram retinere nulli permittitur, multo minus in coniugium duci licebit cuius
 35 pudicitie nulla spes habetur. Debet enim inter coniuges fides servari et sacramentum, quae cum defuerint, non coniuges, sed adulteri appellantur. Unde Augustinus scribit contra Iulianum libro I:

Aa 135r

(C.32 q.1 c.11) VERITAS NUPTIARUM NON CONSISTIT IN CONMIXTIONE MARIS ET FEMINE.

Non in sola, ut deliras, conmixtione maris et femine nuptiarum veritas est, quamvis sine illa nuptie filios procreare non possint. Sed alia sunt proprie ad nuptias pertinentia, quibus ab adulteriis nuptie decernuntur, sicuti est tori coniugalitatis fides, et cura ordinate filios procreandi, et (quae maxima differentia est) bonus usus mali, hoc est bonus usus concupiscentiae carnis, quo bono adulteri male utuntur.

5

10

(C.32 q.1 d.p.c.13) ¶ Cum ergo in meretrice, ut diximus, nulla sit spes fidei, nulla sit certitudo pudicitiae, patet, quod non est in coniugium ducenda. **(§ 1)** Sed obicitur: Raab Hierichontina, quamvis esset meretrix, tamen principi de tribu Iuda coniugio copulata est, de qua etiam Christus postea nasci dignatus est. Osee quoque, duodecim Prophetarum primus, ex precepto Domini choro hordei meretricem emit, quam sibi in coniugio sociavit. Sed aliud est meretricem ducere, vel adulteram retinere, quam tua consuetudine, castitate et pudicitia exornes: atque aliud aliquam habere earum, quam nullo pacto a luxu carnis suae revocare valeas. Hoc enim penitus prohibetur: illud laudabiliter factum legitur. Unde Ieronimus super Osee libro I:

15

20

(C.32 q.1 c.14) NON EST PECCATUM MERETRICEM DUCERE IN UXOREM.

25

Non est culpandus Osee propheta si meretricem, quam duxit, ad pudicitiam convertit: sed potius laudandus, quod ex mala bonam fecit. Non enim qui bonus permanet polluitur, si societur malo: sed qui malus est in bonum vertitur, si boni exempla sectetur. Ex quo intelligimus, non Prophetam perdidisse pudicitiam fornicarie copulatum, sed fornicariam assumpsisse pudicitiam, quam antea non habebat.

30

35

(QUAESTIO 2)

(C.32 q.2 d.a.c.1) ¶ Quod autem non sit uxor quae sola causa incontinentiae ducitur, hinc videtur posse probari, quia coniugium propagationis, non explende libidinis causa a Deo institutum est. Hec namque fuit benedictio coniugii: “Crescite et multiplicamini”.

40

3 Non in *super ras. Aa*

(C.32 q.2 d.p.c.1) QUI ERGO NON PROCREANDE CAUSA SOBOLIS, SED EXPLENDE LIBIDINIS SIBI INVICEM COPULANTUR, NON TAM CONIUGES QUAM FORNICARII VIDENTUR.

5 (C.32 q.2 d.p.c.2) His ita respondetur: Prima institutio coniugii in paradyso facta est, ut esset immaculatus thorus, et honorabiles nuptie, ex quibus sine ardore conciperent, sine dolore parerent. Secunda propter
10 illicitum motum eliminandum extra paradysum facta est, ut infirmitas, prona in ruinam turpitudinis, honestate exciperetur coniugii. Unde Apostolus scribens ad
15 Corinthios ait: “Propter fornicationem unusquisque suam uxorem, et unaqueque virum suum habeat”. Ex hac itaque causa fit, ut coniugati se sibi invicem debeant, nec
20 se sibi negare possint. Unde Apostolus: “Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu, et ad tempus, ut expeditius vacetis orationi, et iterum revertimini in id
25 ipsum, ne temptet vos sathanas. Hoc autem dico propter incontinentiam vestram”. Qui ergo propter incontinentiam in naturalem usum redire monentur,
patet, quod non propter filiorum procreationem tantum misceri iubentur. (§ 1) Non tamen ideo nuptie male iudicantur. Quod enim preter intentionem generandi fit,
non est nuptiarum malum, sed est veniale propter
nuptiarum bonum, quod est tripertitum; fides videlicet,
proles, et sacramentum.

(C.32 q.2 d.p.c.4) ¶ Sicut ergo talis concubitus non est fornicarius, sed propter bonum coniugii licitus: sic et coniunctio illa, de qua queritur, non est fornicaria, sed
30 propter bonum coniugii licita. Item, sicut Augustinus ait in libro de bono coniugali:

(C.32 q.2 c.5) “Concubine ad tempus adhibite, nec etiamsi causa filiorum concumbant, iustum faciunt concubinatum suum”.

35 (C.32 q.2 d.p.c.5) ¶ Sic econtrario datur intelligi de his, qui coniugali affectu sibi copulantur, quod etsi non causa procreandorum filiorum, sed explende libidinis
conveniunt, non ideo fornicarii, sed coniuges appellantur. Probatur hoc idem auctoritate Augustini in libro de bono
40 coniugali:

(C.32 q.2 c.6) CONIUGES SUNT QUI CAUSA SOLIUS INCONTINENTIE SIBI INVICEM COPULANTUR.

Solet queri, cum masculus et femina, nec ille maritus, nec illa uxor alterius, sibimet non filiorum procreandorum, sed pro incontinentia solius concubitus causa copulantur, ea fide media, ut nec ille cum altera, nec illa cum altero id faciat, utrum nuptie sint vocande? Et potest quidem fortasse non absurde hoc appellari conubium, si usque ad mortem alicuius eorum id inter eos placuerit, et prolis generationem, quamvis non ea causa coniuncti sint, non tamen vitaverint, ut vel nolint sibi nasci filios, vel etiam opere aliquo malo agant ne nascantur. Ceterum, si vel utrumque, vel unum horum desit, non inuenio, quemadmodum has nuptias appellare possimus. Etenim si aliquam sibi ad tempus adhibuerit, donec aliam dignam honoribus, vel suis facultatibus inueniat, quam in coniugio ducat, animo ipso adulter est, nec cum illa, quam cupit invenire, sed cum ista, cum qua sic cubat, ut cum ea non habeat maritale consortium.

(C.32 q.2 d.p.c.16) ¶ Premissis auctoritatibus evidenter asseritur quod, quamvis aliqui non filiorum procreandorum, sed incontinentie causa convenient, tamen coniuges appellantur.

(QUAESTIO 3)

(C.32 q.3 d.a.c.1) ¶ De tertia vero questione Pelagius diffinit, scribens Potentio Defensori:

(C.32 q.3 c.1) ARBITRIUM LIBERI AVI, NON ORIGINARII PATRIS, PUELLAM IN NUPTIIS SEQUI OPORTET.

Patrem puellae ecclesiae vestre famulum, avum vero liberis ortum constat esse natalibus, et ideo avi magis electionem de coniunctione neptis, quam patris eius, cuius nullo modo liberum potest esse arbitrium, decernimus attendi.

(C.32 q.3 d.p.c.1) ¶ Quia ergo electione avi huic ista nupsisse probatur, hanc constat legitime sibi copulatam.

(QUAESTIO 4)

(C.32 q.4 d.a.c.1) ¶ Quod autem ex ancilla propter uxoris sterilitatem filios querere alicui liceat, exemplo probatur Abrahae, qui propter sterilitatem uxoris suae Sarai

ingressus est ad Agar Egiptiam, ut ex ea filios acciperet. Item Iacob, cum ex Rachele filios habere non posset, filios ex ancilla eius sibi suscitavit, nec solum propter sterilitatem, verum etiam propter fecunditatem cessantem legitur intrasse ad ancillam Lie, et ex ea filios genuisse. Ex quibus omnibus colligitur, propter sterilitatem uxoris sive ex ancilla sive ex qualibet alia licite filios queri; alioquin adulterii macula Abraham et Iacob notabuntur. Sed sicut post mortem Sare Abraham Cethuram duxit in uxorem, ne secundum Augustinum Christiani putarent esse peccatum post mortem uxoris aliam ducere: sic videtur vivente uxore sua filios ex ancilla suscepisse, ne aliquibus hoc reputaretur in crimen. Illud autem Augustini dicitur contra adversarium legum et Prophetarum, libro II:

(C.32 q.4 c.1) QUOMODO ABRAHAM EXCUSETUR A CRIMINE FORNICATIONIS.

Iste Abrahe etiam usque ad decrepitam senectutis etatem fornicationis obicit crimen: profecto quia et post mortem Sare alteram duxit. Ubi etsi nullum intelligeretur rei abdite sacramentum, propter hoc solum id facere debuit Abraham, ne putarent heretici adversus populum Dei (quibus etiam Tertullianus astipulator assistit) post uxoris mortem crimen esse ducere uxorem.

(C.32 q.4 d.p.c.2) ¶ His ita respondetur: Pro varietate temporum varia invenitur dispensatio conditoris. Promissum erat Abrahe, quod in semine eius benedicerentur omnes gentes; promiserat quoque se daturum semini eius terram peregrinationis sue. Cum ergo, ceteris in idolatria relictis, Abraham et filios eius in peculiarem populum sibi Dominus elegisset, rite multarum fecunditate mulierum populi Dei multiplicatio querebatur, quia in successione sanguinis erat successio fidei. Unde in lege dicebatur: "Maledicta sterilis, quae non reliquerit semen suum super terram". Hinc etiam sacerdotibus coniugia decreta sunt, quia in successione familie successio constabat offitii. Quia vero per incarnationem Christi gratia fidei ubique dilatata est, nec iam dicitur: "Dic domui Iude, et domui Israel;" sed: "Euntes docete omnes gentes," et: "In omni gente quicumque timet Deum, et operatur iusticiam, acceptus est illi:" nec electio muneris queritur in successione generis, sed in perfectione vite et sinceritate scientie, et

virginitas fecunditati preferitur, et sacerdotibus continentie castitas inperatur. Nec ergo Abraham aut Iacob deliquit, quia preter uxorem filios ex ancilla quesierit, nec illorum exemplo, preter coniugale debitum, fecunditatem in aliqua licet alicui querere, cum illorum coniugia nostrorum equentur vel preferantur virginitati, et inmoderatus usus coniugii nostri temporis turpitudinem fere imitetur fornicationis illius temporis. Unde Ambrosius scribit in libro de patriarchis:

(C.32 q.4 c.3) ABRAHAM NON EST REUS ADULTERII, QUI UXORE VIVENTE FILIOS EX ANCILLA SUSCEPIT. 10

Dixit Sara ad Abraham: "Ecce conclusit me Dominus, ut non pariam; intra ergo ad ancillam meam, ut filium facias ex illa". Et ita factum est. Sed considera primum, quod Abraham ante legem Moysi et ante evangelium fuit; nondum interdictum adulterium videbatur. Pena criminis ex tempore legis est, quae crimen inibuit, nec ante legem nulla rei dampnatio est, sed ex lege. Non ergo in legem commisit Abraham, sed legem prevenit. Deus in paradiso coniugium laudaverat, non adulterium dampnaverat. (§ 1) Habes Abrahe defensionem primam. Secunda illa est, quod non ardore aliquo vage succensus libidinis, non petulantis forme captus decore, ancille contubernio coniugalem posthabuit thorum, sed studio querende posteritatis, et propagande sobolis. Adhuc post diluvium raritas erat generis humani; erat etiam religionis, ne quis non reddidisse debitum videretur nature. Denique et Loth sancti hanc filie causam querende posteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum, et ideo publici muneris gratia privatam culpam pretextuit. 30

(C.32 q.4 c.5) Item Ieronimus.

NICHIL FEDIUS EST QUAM AMARE UXOREM QUASI ADULTERAM.

Origo quidem honesta erat amoris, sed magnitudo deformis. (§ 1) Nichil autem interest ex qua honesta causa quis insaniat. Unde et Sextus in sententiis: "Adulter est," inquit, "in suam uxorem amator ardentior". In aliena quippe uxore omnis amor turpis est, in sua nimius. Sapiens iudicio debet amare coniugem, non affectu. Non regnat in eo inpetus voluptatis, nec preceps fertur ad 40

39 Sapiens – affectu Seneca, *Fragmenta*, ed. Haase 3.434.

10 reus itreus(?) Aa^{ac}

coitum. Nichil est fedius quam uxorem amare quasi adulteram. (§ 2) Certe, qui dicunt se causa reipublice et generis humani uxoribus iungi, et filios procreare, imitentur saltim pecudes, et post, quam venter uxoris intumuerit, non perdant filios, nec amatores se uxoribus exhibeant, sed maritos. Aa 137r

(C.32 q.4 c.6) Idem.

VIRGINALIS CASTITAS NON PREFERTUR CONIUGIO ABRAHE.

10 Quis ignoret, sub altera dispensatione Dei retro omnes sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nunc Christiani sunt? Quomodo ante Abraham placuit in coniugio, sic nunc virgines placent in castitate. Servivit ille legi et tempori suo: serviamus et nos legi et tempori nostro, in quos fines seculorum devenerunt.

(C.32 q.4 c.8) Item Augustinus de bono coniugali.

SATIUS EST ABSQUE LIBERIS DEFUNGI, QUAM EX ILLICITO CONCUBITU STIRPEM QUERERE.

20 Sicut satius est mori fame, quam ydolotheitis vesci: ita satius est defungi sine liberis, quam ex illicito coitu stirpem querere. Undecumque autem nascantur homines, si parentum vicia non sectentur et Deum recte colant, honesti et salvi erunt. Semen enim hominis ex qualicumque homine, Dei creatura est, et eo male utentibus male erit, non ipsum aliquando malum erit.

(C.32 q.4 c.9) Item sermo sancti Ambrosii de sancto Iohanne, qui sic incipit: "Diximus superiore Dominica".

EX ANCILLA FILII NON SUNT QUERENDI.

30 Dicat aliquis: uxorem non habeo, et ideo ancillam michi sociavi. Audi, quid dicat scriptura ad Abraham: "Eice ancillam et filium eius; non enim erit heres ancille filius cum filio libere". Si igitur ancille filius heres non est, nec ergo filius est. Cur autem queritur tale coniugium, de quo susceptus filius nec successionis possit esse heres nec sanguinis? Nec enim potest habere hereditatis consortium qui non habet originis privilegium. Cur, inquam, queritur tale contubernium, de quo nati filii non sunt testes matrimonii, sed adulterii? Cur huiusmodi suscipiuntur adulterini, qui patri pudori sunt, non honori? Dicit scriptura: "Adulterorum filii etc.". Mulier igitur tua, si talibus moribus predita est, ut mereatur consortium, mereatur et nomen uxoris. Presta concubine tue

libertatem et nomen uxoris, ne tui adulter sis potius quam maritus.

(C.32 q.4 c.10) Item Augustinus ad Claudium contra Iulianum libro V.

ADULTERIA NON SUNT FACIENDA VOLUNTATE
GENERANDI FILIOS. 5

Sic non sunt facienda adulteria etiam voluntate filios generandi, quemadmodum nec furta sunt facienda etiam voluntate pascendi pauperes sanctos; quod tamen est faciendum non furta perpetrando, sed bene utendo mammona iniquitatis. 10

(C.32 q.4 d.p.c.10) ¶ Ecce, quod nullo modo licet alicui vivente uxore sua, vel ex ancilla, vel ex alia qualibet filios querere, qui etiam suscepti filiorum nomine iudicantur indigni. 15

(C.32 q.4 d.p.c.14) ¶ Quare autem tales non dicantur filii, vel quem suorum parentum sequantur, qui ex libero et ancilla nascuntur, Ysidorus Ethimologiarum libro IX determinat:

(C.32 q.4 c.15) QUI SINT LIBERI, ET QUAM
CONDICIONEM PARENTUM SEQUANTUR. 20

Liberi dicti sunt, qui ex libero matrimonio sunt orti. Nam filii ex libero et ancilla servilis condicionis sunt. Semper enim qui nascitur deteriore partem sumit. Naturales autem filii dicuntur ingenuarum concubinarum filii, quos sola natura genuit, non honesta coniugii. (§ 1) Hii vero, qui non sunt de legitimo matrimonio, matrem potius quam patrem secuntur. 25

(QUAESTIO 5) 30

(C.32 q.5 d.a.c.1) ¶ Quod autem pudicitia violenter eripi non possit, multorum auctoritatibus probatur. Est enim virtus animi, quae violentiam non sentit. Corpori namque vis infertur, non animo. Unde, quamvis corpus violenter corrumpatur si pudicitia mentis servetur illesa, tamen castitas duplicatur. Sicut beata Lucia fertur dixisse Pascasio. "Si invitam me feceris violari, castitas michi duplicabitur ad coronam". De sensibus enim et 35

37 Si – 6 coronam *Passio s. Luciae*, ed. Surius, *De probatis sanctorum historiis* (1575) 6.893; ed. Beaugrand, *Sainte Lucie*, ann., LXIII.

voluntatibus iudicat Deus. Hinc Ambrosius scribit in libro V de virginibus:

(C.32 q.5 c.1) MELIOR EST VIRGINITAS MENTIS QUAM CARNIS.

5 Tollerabilius est mentem virginem, quam carnem habere. Utrumque bonum, si liceat; si non liceat, saltem non homini casti, sed Deo simus. **(§ 1)** Virgo prostitui potest, adulterari non potest. Ubi cumque Dei virgo est, templum Dei est; nec lupanaria infamant castitatem, sed
10 castitas etiam loci abolet infamiam.

(C.32 q.5 c.3) Item Augustinus de civitate Dei.

ALIENA LIBIDO NEMINEM POLLUIT.

Ita, ne aliquem polluat aliena libido, metuitur? Non polluet, si aliena erit, si autem polluet, non aliena erit. Sed
15 cum pudicitia sit virtus animi, comitem quae habeat fortitudinem, potius quolibet mala tollerare, quam malo consentire decernat, nullus autem magnanimus et pudicus in potestate habet quid de sua carne fiat, sed tantum quod
20 annuat mente vel rennuat: quis tandem sana scilicet mente putaverit, se perdere pudicitiam, si forte in apprehensa vel oppressa carne sua exerceatur et expleatur libido non sua?

(C.32 q.5 c.4) Idem:

(§ 1) Lucretiam, matronam nobilem veterem quae
25 Romanam, magnis pudicitiae laudibus efferunt. Huius corpore cum violentus Tarquinii regis filius libidinose potitus esset, illa scelus improbissimi iuvenis marito Collatino, et propinquo Bruto, viris clarissimis et fortissimis indicavit, eos quae ad vindictam constrinxit.
30 Deinde fedi in se commissi egra atque inpatiens se peremit. Quid dicimus? adultera hec, an casta dicenda est? Quis in hac controversia laborabit? Egregie quidam ex hoc et veraciter declamans ait: "Mirabile dictu; duo fuerunt, et adulterium unus admisit". Splendide atque
35 verissime. Intuens enim in duum corporum conmixtione unius inquinatissimam cupiditatem, unius castissimam voluntatem, et non quod corporum coniunctione, sed quod animorum diversitate ageretur, attendens: "Duo," inquit, "fuerunt, et unus adulterium admisit".

40 **(C.32 q.5 c.6)** Idem in libro I de libero arbitrio.

De pudicitia quis dubitavit, quin ea sit in animo constituta, quandoquidem virtus est? Unde a violento stupratore nec ipsa eripi potest. Item Ieronimus super epistolam ad Romanos libro 1: (§ 1) Fieri non potest, ut, nisi quis prius mechetur in corde, mechari possit in corpore. Item Augustinus in libro de sancta virginitate: (§ 4) Sicut nemo inpudice utitur corpore, nisi prius spiritu concepta nequitia: ita nemo servat pudicitiam in corpore, nisi spiritui prius insita castitate. 5

(C.32 q.5 d.p.c.14) ¶ Cum ergo hec, quae violentiam passa est, pudicitiam amisisse probari non potest, nullo modo convincitur fornicationis vel adulterii crimen incurrisse. Ut enim Augustinus ait in libro de bono coniugali: “Adulterium committitur, cum vel proprie libidinis instinctu, vel aliene consensu cum altera vel altero contra pactum coniugale concumbitur, atque ita frangitur fides, quae in rebus corporeis et abiectis magnum animi bonum est, et ideo ei salutem quoque corporalem, qua etiam vita ista continetur, certum est debere postponi”. 10 15 20

(C.32 q.5 c.15) Item Ysidorus super Exodum.

MECHATUR QUI ALICUI PRETER MATRIMONII FEDUS MISCETUR.

“Non mechaberis,” id est, nec quisquam preter matrimonii federa aliis feminis admisceatur ad explendam libidinem. Nam adulterium facit qui preter suam ad alteram accedit. 25

(C.32 q.5 c.16) Item Augustinus de adulterinis coniugiis.

QUI VIVENTE UXORE SUA ALTERAM COGNOSCIT ADULTERIUM COMMITTIT. 30

Puto Christianum neminem reluctari, adulterum esse, qui vel diu languente, vel diu absente, vel continenter vivere cupiente sua uxore, alteri conmixtus est femine.

(C.32 q.5 d.p.c.16) ¶ Cum ergo nichil horum in ista deprehendatur fuisse, quia nec proprie libidinis instinctu, nec aliene consensu, nec viro languente vel absente, vel continenter vivere cupiente alii adhesit, sed violenter aliena libidine oppressa vim pertulit, apparet, quod nec fornicaria, nec adultera dici potest. Unde nec aliqua 35 40

6 virginitate trinitate *A^{2c}*

occasione valet dimitti. Cum enim quererent Iudei Christo, utrum liceret homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa, respondit eis: “Numquam legistis, quia qui fecit eos ab inicio masculum et feminam creavit
 5 eos? Quod ergo Deus coniunxit homo non separet”. Deinde ita sermonem suum conclusit, ut diceret, neminem posse dimittere uxorem suam, excepta causa fornicationis. Hinc Apostolus ait in epistola ad Corinthios: “His, qui matrimonio iuncti sunt, precipio non ego, sed Dominus,
 10 uxorem a viro non discedere”. Unde datur intelligi, quod qualiscumque fuerit vir et uxor, ex quo coniugali affectu sibi adhererint, ulterius ab invicem discedere non valent. Unde Ambrosius in Hexameron, titulo diei quarte, scribit:

(C.32 q.5 c.17) QUALISCUMQUE SIT VIR, EX QUO
 15 SEMEL PLACUIT, NON EST DIMITTENDUS.

Horrendus et incultus est vir qui semel placuit; numquid vir alius est eligendus? Conparem suum equus diligit, et, si mutetur alius, trahere iugum nescit conpar alterius, et se non totum putat. Tu iugalem repudias
 20 tuum, et sepe mutandum putas? muta et si uno defecerit die, superduc rivalem, et statim, incognita causa, quasi cognitam pudoris exequeris iniuriam?

(C.32 q.5 c.18) Item Augustinus.

SIMILITER DE UXORE INTELLIGITUR.

25 Si uxorem quis habeat sterilem, sive corpore deformem sive debilem membris, vel cecam, vel surdam, vel claudam, vel si quid aliud, sive morbis, vel laboribus doloribus quae, confectam, et quicquid (excepta fornicatione) cogitari potest vehementer horrible, pro societate fide quae sustineat.
 30

(C.32 q.5 c.19) Item Ieronimus ad Oceanum de morte Fabiole.

NON LICET VIRO UXOREM DIMITTERE NISI CAUSA FORNICATIONIS.

35 Precepit Dominus, uxorem non debere dimitti, excepta causa fornicationis, et, si dimissa fuerit, manere innuptam. Quicquid viris precipitur, hoc consequenter redundat ad feminas. Neque enim adultera uxor dimittenda est, et vir mechus tenendus est.

40 **(C.32 q.5 c.20)** Item.

Apud nos quod non licet feminis eque non licet viris, et eadem servitus pari condicione censetur.

(QUAESTIO 6)

(C.32 q.6 d.a.c.1) ¶ Ecce, quod ista dimitti non valet, cum innocens a fornicatione inveniatur. Sed ponatur, quod ipsa sit adultera, queritur, si adulter possit dimittere eam causa fornicationis? Non enim videtur, quod pari crimine infectus alium de eodem punire possit. Unde, cum Iudei adulteram accusarent equitatis sententiam a Domino acceperunt: “Quicumque vestrum sine peccato est primus in illam lapidem mittat”. Hinc etiam in evangelio precipitur: “Ypocrita, primum eice trabem de oculo tuo, et postea educes festucam de oculo fratris tui”. Hinc etiam Augustinus scribit in libro I de sermone Domini in monte:

(C.32 q.6 c.1) QUI FORNICATUR FORNICATIONIS CAUSA UXOREM SUAM DIMITTERE NON POTEST.

Nichil iniquius est quam causa fornicationis dimittere uxorem, si et ipse convincitur fornicari. Occurrit enim illud: “In quo alterum iudicas te ipsum condempnas, eadem enim agis, quae iudicas”. Quapropter quisquis fornicationis causa vult abicere uxorem, prior debet a fornicatione esse purgatus. Quod similiter etiam de femina dixerim.

(C.32 q.6 c.2) Idem de verbis Domini, tractatu XLVI

QUALEM QUISQUE VULT INVENIRE UXOREM, TALEM SE SERVET EIDEM.

Si ducturi estis uxores, servate vos uxoribus vestris. Quales vultis eas invenire, tales et ipse vos inveniant. Quis iuvenis est, qui non castam velit ducere uxorem? et si accepturus est virginem, quis non intactam desideret? Intactam queris intactus esto; queris puram? purus esto. Non enim illa potest, et tu non potes.

(C.32 q.6 c.3) Idem in epistola ad Paxentium, Comitem Arrianum.

IUDICIUM DE ALIO EXPETERE NON DEBET QUI DE SE IUDICARI CONTEMPNIT.

Iniquum est, ut quisque de alio iudicare velit, et iudicari de se nolit.

(C.32 q.6 d.p.c.5) ¶ His auctoritatibus monstratur, quod adulter adulteram dimittere non valet.

(QUAESTIO 7)

5 **(C.32 q.7 d.a.c.1)** ¶ Nunc autem queritur, si ille, qui dimiserit uxorem suam causa fornicationis, illa vivente aliam ducere poterit? Quod autem hoc fieri non possit, testatur Augustinus in libro de bono coniugali dicens:

10 **(C.32 q.7 c.1)** VINCLUM CONIUGII FORNICATIONE DISSOLVI NON POTEST.

Interveniente divortio non aboletur confederatio nuptialis, ita ut sibi coniuges sint etiam separati, cum illis autem adulterium committitur, quibus etiam fuerint post suum repudium copulati.

15 **(C.32 q.7 c.2)** Idem de adulterinis coniugiis, libro II

NULLA RATIONE DISSOLVITUR CONIUGIUM, QUOD SEMEL INITUM PROBATUR.

20 Licite dimittitur uxor ob causam fornicationis, sed manet vinculum prioris. Propter quod fit reus adulterii quicumque duxerit dimissam ob causam fornicationis. Sicut autem, manente in se sacramento regenerationis, excommunicatur quisquis reus criminis est, ita quae separatur a viro numquam carebit sacramento coniugii, etiamsi non reconcilietur viro. Carebit autem, si mortuus fuerit vir eius. Reus vero excommunicationis ideo numquam carebit regenerationis sacramento, etiam non reconciliatus, quia numquam moritur Deus.

25 **(C.32 q.7 c.3)** Idem super epistolam Pauli ad Corinthios.

30 SIVE VIR AB UXORE, SIVE UXOR A VIRO CAUSA FORNICATIONIS DISCESSERIT, ALTERI ADHERERE PROHIBETUR.

35 Apostolus dicit: "His, qui sunt in coniugio precipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere; quod si discesserit, manere in nuptam, aut reconciliari viro suo". Potest enim fieri, ut discedat ea causa, quam Dominus permisit. At, si femine licet virum dimittere propter causam fornicationis quid respondebimus de hoc, quod dicit posterius: "Et vir uxorem non dimittat?" quare non addit: "excepta causa fornicationis," quod Dominus permittit? nisi quod similem formam vult intelligi, ut, si

40

dimiserit, (quod causa fornicationis permittitur), maneat sine uxore, aut reconcilietur uxori? Et post pauca: **(§ 1)** Dominus autem permisit causa fornicationis uxorem dimitti. Sed quia permisit, non iussit.

(C.32 q.7 c.4) Idem de sermone Domini in monte. 5

Fieri potest, ut vir dimittat uxorem causa fornicationis, quam Dominus exceptam esse voluit. Iam vero si nec illi nubere conceditur viro vivo, a quo recessit, neque huic alteram ducere viva uxore, quam dimisit, multo minus fas est illicita cum quibuslibet supra committere. 10

(C.32 q.7 c.8) Item ex concilio Elibertano.

MULIERI FIDELI, QUAE VIRUM ADULTERUM DIMITTIT, ALII NUBERE NON LICET.

Fidelis femina, quae adulterum maritum reliquerit fidelem, et alterum ducit, prohibeatur ne ducat. Si autem duxerit, non prius accipiat communionem, quam is, quem reliquerit, de seculo exierit, nisi forte necessitas infirmitatis dare compulerit. 15

(C.32 q.7 c.9) Item ex concilio Martini papae.

AD PENITENCIAM EST COGENDUS QUI MULTIS NUPTIIS COPULATUR. 20

Si quis fuerit multis nuptiis copulatus, penitentiam agat. Conversatio autem et fides penitentis tempus comprehendat.

(C.32 q.7 c.10) Item Augustinus de adulterinis coniugiis, libro I 25

QUI OB FORNICATIONEM UXOREM DIMITTIT, ET ALIAM DUCIT, MECHARI PROBATUR.

Quemadmodum non recte dici potest: si nescit homo, non peccat, (sunt enim etiam peccata ignorantium, quamvis minora quam scientium), ita non recte dici potest: si causa fornicationis dimiserit uxorem vir, et aliam duxerit, non mechatur. Est enim mechatio etiam eorum, qui alias ducunt relictis propter fornicationem prioribus, sed utique minor, quam eorum, qui non propter fornicationem dimittunt. 30

(C.32 q.7 d.p.c.16) ¶ His auctoritatibus evidentissime monstratur, quod quicumque causa fornicationis uxorem

14 Fidelis – **34 compulerit** Conc. Eliberitanum (a. 305/306) c. 9 (ed. Vives, 3). **22 Si** – **5 comprehendat** Martinus Bracarensis, *Capitula* 80 (ed. Vives, 105).

suam dimiserit, illa vivente aliam ducere non poterit, et, si duxerit, reus adulterii erit. (§ 1) His ita respondetur. He auctoritates de eis locuntur, quorum continentiam carnalis infirmitas non inpedit, vel de his, qui, prestantes
 5 causam discidii, aliorum coniunctione se reddiderunt indignos. Unde Ambrosius super epistolam Pauli ad Corinthios:

(C.32 q.7 c.17) “Uxor a viro non discedat, nisi causa fornicationis; quod si discesserit, aut maneat inupta, aut reconcilietur viro suo; et vir similiter non dimittat uxorem’. Ideo non subdit de viro quod de uxore premisit, quia viro licet ducere aliam”.

(C.32 q.7 c.18) Item Gregorius iunior Bonifatio episcopo.

15 LICET DUCERE ALIAM INFIRMO, CUI SUA OB INFIRMITATEM CORPORIS DEBITUM REDDERE NON VALET.

Quod posuisti, si mulier infirmitate correpta non valuerit viro debitum reddere, quid eius faciat iugalis: bonum esset, si sic permaneret, ut abstinentie vacaret. Sed
 20 quia hoc magnorum est, ille, qui se non poterit continere, nubat magis; non tamen ei subsidii opem subtrahat, quam infirmitas prepedit, non detestabilis culpa excludit.

(C.32 q.7 d.p.c.18) ¶ Sed illud Ambrosii a falsatoribus dicitur insertum. Illud Gregorii sacris canonibus, imo evangelice et apostolice doctrine penitus invenitur adversum. Quidam vero, sententiam Ambrosii servare cupientes, non de qualibet fornicatione illud arbitrantur intelligi, ut ob quamlibet fornicationem vir licite dimittat uxorem, et vivente dimissa aliam ducat, sed de incestuosa tantum fornicatione intelligitur, cum uxor videlicet alicuius, patri et filio, fratri vel avunculo viri sui, vel alicui similibus se constuprandam publice tradiderit. Hec autem, quia viro suo se illicitam reddidit in perpetuum, dum per copulam consanguinitatis in primum, vel secundum, vel tertium gradum transivit affinitatis, licite dimittitur, et ea vivente superducitur alia. Hic si quis contendat, non magis viro, quam mulieri licitum esse, si vir alicuius eodem modo fornicetur, sciat, virum ab Ambrosio appellatum non sexu, sed animi virtute; mulierem quoque nominatam sentiat non sexu corporis, sed mollicie mentis. Sed quia nulla auctoritate permittitur, ut vivente uxore alia superducatur, intelligitur illud Ambrosii in supradicto

fornicationis genere: non tamen, quod vivente dimissa aliam ducere possit, sed post mortem fornicarie vel fornicarii, (quorum uterque, ut supra dictum est, a corruptione luxurie mulier appellatur), ille, qui a fornicatione mundus est, vir sive mulier aliis copulari possunt; adulteri autem, si supervixerint, nullo modo aliis copulari poterunt. Sic et illud intelligitur, quod in Capitulo cuiusdam Concilii legitur:

(C.32 q.7 c.19) LICITUM CONIUGIUM NON NEGETUR ILLI, CUIUS UXOR CUM SUO FRATRE DORMIVIT. 10

Quaedam cum fratre viri sui dormivit: decretum est, ut adulteri numquam coniugio copulentur; illi vero, cuius uxor stuprata est, licita coniugia non negentur.

(C.32 q.7 c.20) Sic et illud Maguntiensis concilii intelligitur: 15

DISIUNGANTUR, ET NUMQUAM CONIUGIO COPULENTUR, QUI QUODLIBET INFRA SUBIECTORUM ADMISERIT.

Si quis viduam duxerit uxorem, et postea cum filiastra fornicatus fuerit, seu cum duabus sororibus, aut si qua cum duobus fratribus, seu cum patre et filio, si quis relictam fratris, si quis neptem, aut novercam, aut nurum, aut consobrinam, aut filiam avunculi, aut eius relictam, aut privignam polluerit, eos disiungi, et ulterius numquam coniugio copulari precipimus. 20 25

(C.32 q.7 c.21) Item.

SOROREM UXORIS POLLUENS NEUTRAM HABERE VALET.

Qui dormierit cum duabus sororibus, et una ex illis antea uxor fuerit, neutram ex ipsis habeat: nec ipsi adulteri umquam in coniugio copulentur. 30

(C.32 q.7 c.22) Item illud Gregorii.

CAUSA ADULTERII UXOREM RELINQUENS CONTINENTIAM SERVET.

Hii vero, qui uxores suas in adulterio deprehendunt, non licebit nec eum, nec illam aliam uxorem accipere, vel alium virum, quamdiu ambo vivunt. Si autem adultera mortua fuerit, vir eius, si vult, nubat, tantum in Domino; 35

19 Si – 10 precipimus Conc. Moguntinum (a. 813) 56, ed. Werminghoff, MGH Conc. 2.1.273.8-11. Cf. Conc. Moguntinum (a. 847) 29, ed. Hartmann, MGH Conc. 3.175.13-21.

adultera vero numquam, etiamsi mortuus fuerit vir eius. Omnibus tamen diebus vite sue acerrime penitencie lamenta persolvat.

(C.32 q.7 c.23) Item ex Decreto Zacharie papae.

5 NEUTRAM HABEAT QUI SOROREM UXORIS POLLUIT.

Concubuisti cum sorore uxoris tue? si fecisti, neutram habeas, et si illa, quae uxor tua fuit, conscia sceleris non fuit, si se continere non vult, nubat in Domino cui velit. Tu autem et adultera sine spe coniugii permaneat, et,
10 quamdiu vivitis, iuxta preceptum sacerdotis penitentiam agite.

(C.32 q.7 d.p.c.24) ¶ Quamvis illud, quod in fine Maguntiensis concilii ponitur, a nonnullis non de legitime coniunctis, sed de fornicariis dictum intelligatur, videlicet
15 ut fornicarii discedant ab invicem, et sine spe coniugii maneant; illud vero Gregorii ad Bonifatium Anglicis pro tempore permissum est, quibus beatus Gregorius in quarta et quinta generatione coniugia contrahi permisit; alias autem inane esset, cum Augustinus dicat in sermone
20 Domini in monte: "Si uxorem quis habeat sterilem, etc."

(C.32 q.7 c.25) Item Nykolaus ad Carolum, Maguntiensem episcopum.

OB INFIRMITATEM VEL DAMPNA CORPORIS CONIUGIUM SOLVI NON LICET.

25 Hii, qui matrimonium sani contraxerunt, et uni ex duobus amentia, aut furor, aut aliqua infirmitas accesserit, ob hanc infirmitatem coniugia talium solvi non possunt. Similiter est sciendum de his, qui ab adversariis excecantur, aut membris truncantur, aut a barbaris exsecti fuerint.
30

(C.32 q.7 d.p.c.26) ¶ Ut ergo ex premissis colligitur, non licet huic dimissa uxore sua aliam ducere. Manet enim inter eos quoddam vinculum coniugale, quod nec ipsa separatione dissolvitur. Unde Augustinus ait in libro
35 de bono coniugali:

(C.32 q.7 c.27) STERILEM UXOREM DIMITTERE, ET CAUSA FECUNDITATIS ALIAM DUCERE ALICUI NON LICET.

Tantum valet sociale vinculum, ut, cum causa procreandi colligitur, nec ipsa causa procreandi solvatur.
40 Posset enim homo dimittere sterilem uxorem et ducere de

qua filios haberet, et tamen non licet. Item: (§ 1) Manet vinculum nuptiarum, etiam si proles, cuius causa initum est, manifesta sterilitate non subsequatur, ita, ut iam scientibus coniugibus non se filios habituros, separare se tamen vel ipsa causa filiorum, atque aliis copulare non liceat. Quod si fecerint, cum eis, quibus se copulaverint, adulterium committunt, ipso autem coniugio manente. Plane uxoris voluntate adhibere aliam, unde communes filii nascantur unius conmixtione ac semine, alterius autem iure ac potestate, apud antiquos patres fas erat. Utrum et nunc fas sit, temere non dixerim.

(C.32 q.7 c.28) Idem in eodem.

Usque adeo manent inter viventes semel inita iura nuptiarum, ut potius inter se sint coniuges etiam separati, quam cum his, quibus adheserunt. Et post: (§ 1) Manet inter viventes quoddam vinculum coniugale, quod nec separatio, nec cum altero copulatio possit auferre; sicut apostata anima, velut de coniugio Christi recedens, etiam fide perdita sacramentum fidei non amittit, quod lavacro regenerationis accepit. Redderetur enim proculdubio redeunti, si amisisset abscedens. Habet autem hoc, qui recessit, ad cumulum supplicii, non ad meritum premii.

(QUAESTIO 8)

(C.32 q.8 d.a.c.1) ¶ Cum itaque probatum sit, quod hic uxorem suam dimittere, et aliam ducere non potest, queritur, si liceat ei hac condicione peccare, ut infidelem ad fidem adducat? Quod non posse fieri Augustinus affirmat, in libro de adulterinis coniugiis ita dicens:

(C.32 q.8 c.1) Non debet aliquis a continentie voto recedere, etiamsi infidelis Christianam se fieri polliceatur.

Non solum mechandum non est, (quod faciunt quidam, sed omnis, qui dimittit uxorem suam, et ducit alteram, etsi propterea duxerit, ut Christianam faciat,) sed etiam quisquis non alligatus uxori continentiam Deo vovit, nullo modo debet ista compensatione peccare, ut ideo credat uxorem sibi esse ducendam, quia promisit quae nuptias eius appetit, futuram se esse Christianam. Quod

1 Manet – 37 dixerim *Hunc paragraphum in omnibus codicibus inventum paleam esse haud recte aiunt indices palearum; cf. Buchner, n. 188 et p. 295-296.*

enim cuiquam ante, quam vovisset, licebat, cum id se
numquam facturum voverit, non licebit: si tamen id
voverit, quod vovendum sit, sicuti est perpetua virginitas,
vel post experta conubia solutis a vinculo coniugali
5 vidualis castitas, seu ex consensu voventibus et carnalia
debita sibi invicem relaxantibus fidelibus castis quae
coniugibus (quod alterum sine altera, vel alteram sine
altero vovere fas non est) iugis continentia. Hec ergo, et si
qua alia sunt, quae rectissime voventur, cum homines
10 voverint, nulla condicione rumpenda sunt, quae sine ulla
condicione voverunt.

(CAUSA 33)

Fr. 1148	(C.33) ¶ Quidam vir maleficiis inpeditus uxori sue debitum reddere non poterat. Alius interim clanculo eam corruptit; a viro suo separata corruptori suo publice nubit; crimen, quod admiserat, corde tantum Deo confitetur; redditur huic facultas cognoscendi eam: repetit uxorem suam; qua recepta, ut expedicius vacaret orationi, et ad carnes agni purus accederet, continentiam se servaturum promisit; uxor vero consensum non adhibuit. QUERITUR, an propter impossibilitatem coeundi a viro suo aliqua sit separanda? SECUNDO, an post separationem ei nubere valeat, cum quo prius fornicata est? TERTIO, si sola confessione cordis crimen possit deleri? QUARTO, si tempore orationis quis valeat reddere coniugii debitum? QUINTO, an vir sine consensu uxoris continenciam vovere possit, vel si minis vel terroribus licentiam vovendi ab ea extorquere valeat?	
Aa 141r		5
Fd 87rb		
Aa 141v		10
		15

(QUAESTIO 1)

	(C.33 q.1 d.a.c.1) ¶ Quod autem propter impossibilitatem reddendi debitum mulier a viro suo separari non possit, auctoritate evangelica et apostolica probatur. Sic enim Christus ait in evangelio: "Nulli licet dimittere uxorem suam, nisi causa fornicationis," vel qua alter eorum (sicut Augustinus exponit) fornicatus fuerit, vel ad quam alter alterum pertrahere voluerit. Item	20
Fr. 1149	Apostolus: "Mulier, quanto tempore vivit vir eius, alligata est legi ipsius," non legi reddendi sibi debitum, sed non transferendi se ad alium. Item: "His, qui matrimonio iuncti sunt, precipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere, nisi causa fornicationis." Evangelica itaque et apostolica auctoritate prohibetur mulier a viro discedere, nisi ob causam illam cunctis notissimam, qua interveniente si discesserit, oportet eam manere innuptam, aut reconciliari viro suo. Unde datur intelligi, quod impossibilitas reddendi debitum non facit discidium coniugii. (§ 1) His ita respondetur: Coniugium confirmatur offitio, ut supra probatum est; postquam vero offitio confirmatum fuerit, nisi causa fornicationis non licet viro uxorem dimittere, vel uxori a viro discedere. Verum ante, quam confirmetur, impossibilitas offitii solvit vinculum coniugi. Unde Gregorius scribit Iohanni, Ravennati episcopo:	25
		30
		35
		40

(C.33 q.1 c.1) LICET MULIERI ALTERI NUBERE, QUAM OB FRIGIDITATEM VIR COGNOSCERE NON POTUIT.

5 Quod autem interrogasti de his, qui matrimonio iuncti sunt, et nubere non possunt, si ille aliam, vel illa alium ducere possit? De quibus scriptum est: “Vir et mulier, si se coniunxerint, et dixerit postea mulier de viro, quod non possit coire cum ea, si potest probare, quod verum sit, per iustum iudicium, accipiat alium. Si autem ille aliam acceperit, separentur.”

10 (C.33 q.1 c.2) Item ex epistola eiusdem.

De his requisisti, qui ob causam frigide nature dicunt se invicem non posse operam carni dantes commisceri. Iste vero si non potest ea uti pro uxore, habeat eam quasi sororem. Quod si retinaculum voluerint coniugale rescindere, maneat utrique innupti. Nam si huic non potuit naturaliter concordare, quomodo alteri conveniet? Igitur si vir aliam vult uxorem accipere, manifesta patet ratio, quia, suggerente diabolo odii fomitem, exosam eam habuit, et idcirco eam dimittere mendacii falsitate molitur. Quod si mulier causatur, et dicit: Volo mater esse, et filios procreare, uterque eorum septima manu propinquorum tactis sacrosanctis reliquiis iureiurando dicat, ut numquam per conmixtionem carnis coniuncti una caro effecti fuissent, tunc videtur mulierem secundas posse contrahere nuptias. Humanum dico propter infirmitatem carnis eorum. Vir autem, qui frigide nature est, maneat sine coniuge. Quod si et ille aliam copulam acceperit, tunc hii, qui iuraverant, periurii, crimine rei teneantur, et penitencia peracta priora cogantur recipere conubia.

Aa 142r

Fd 87va

30 (C.33 q.1 d.p.c.2) ¶ Hoc autem servari precipitur, cum uterque idem fatetur. Ceterum si vir asseruerit, se reddidisse debitum uxori, et illa diffitetur, cui potius habenda sit fides, merito queritur. De his in concilio apud Compendium habito ita statutum est:

3 Quod – 11 separentur Hrabanus Maurus, *Epp.* 56, ed. PL 110.491A. Cf. MGH *Epp.* 5.512, adn. i. **11 De – 31 conubia** *Haec apud Gregorium non inventa est, sed in codicibus manu scriptis Pseudoisidorianis sine inscriptione reperiuntur, post capitulum, quod ille Romae a. 595 in concilio promulgavit, cf. Kerner et al., Textidentifikation und Provenienzanalyse, Studia Gratiana 20 (1976), 30-33.*

Fr. 1150 **(C.33 q.1 c.3)** IN VERITATE VIRI CONSISTAT, SI MULIER
NEGAT SE COGNITAM AB EO.

Si quis accepit uxorem, et habuit eam aliquo tempore,
et ipsa femina dicit, quod numquam coisset cum ea, et ille
vir dicit, quod sic fecit, in veritate viri consistat, quia vir
est caput mulieris.

5

(C.33 q.1 d.p.c.3) ¶ Ecce, quod impossibilitas reddendi
debitum vinculum solvit coniugii. Sed hoc de naturali
impossibilitate statutum est. Hec autem maleficii
inpedimento, non frigiditate naturali debitum coniugale
prohibente, a viro suo separata est. Unde queritur, si
liceat ei etiam in hoc casu a viro suo discedere, et alii se
copulare? De his ita scribit Igmarius Remensis
archiepiscopus:

10

(C.33 q.1 c.4) DE HIS QUI MALEFICIIS INPEDITI COIRE
NON POSSUNT.

15

Si per sortiarias atque maleficas occulto, sed numquam
iniusto Dei iudicio permittente, et diabolo preparante,
concubitus non sequitur, hortandi sunt quibus ista
eveniunt, ut corde contrito et spiritu humiliato Deo et
sacerdoti de omnibus peccatis suis puram confessionem
faciant, et profusis lacrimis, et largioribus elemosinis et
orationibus atque ieiuniis Domino satisfaciant, et per
exorcismos ac cetera munia ecclesiastice medicine
ministri ecclesiae tales, quantum annuerit Dominus, qui
Abimelech et domum eius Abrahe orationibus sanavit,
sanare procurent. Qui si forte sanare non potuerint,
separari valebunt; sed post, quam alias nuptias
expetierint, illis in carne viventibus, quibus iuncte fuerint,
prioribus, quos reliquerant, etiamsi possibilitas
concumbendi eis reddita fuerit, reconciliari nequibunt.

20

25

30

(C.33 q.1 d.p.c.4) ¶ Sed in hoc videtur contrarius
premisso capitulo Gregorii. Ibi enim post possibilitatem
redditam iubetur separari ab eo, cui secundo nupserat, et
redire ad primum. Hic autem vivente eo, cui secundo
copulata fuerat, primo reconciliari non poterit.

35

3 Si – 8 mulieris Pippinus, *Decretum Compendiense* (a. 757) 6, ed. Boretius, MGH Capitularia 1. 39.13-15. **17 Si – 33 nequibunt** Hincmarus Remensis, *Ep.* 136, ed. Perels, *Hincmari archiepiscopi Remensis epistolae* 136, MGH Epp. 8.105.8-20. *Panormia* 6.117.

(QUAESTIO 2)

(C.33 q.2 d.a.c.1) ¶ Quod autem ei, cum quo prius
fornicata fuerat, post separationem nubere possit,
superius probatum est. Mortuus est enim sibi vir eius. Ex
5 quo, iudicio ecclesiae ab eo separata, ab eius lege soluta
est. Unde iuxta Apostolum nubat cui vult, tantum in
Domino. (§ 1) Sed queritur, si sine ecclesiastico iudicio
nulla causa discidii rationabiliter probata ab ea
discessisset, an esset cogendus redire ad eam. De hoc ita
10 statutum est in concilio Cartaginensi, cui interfuit
Augustinus, c. 30:

Aa 142v

(C.33 q.2 c.1) NON LICET ALICUI UXOREM DIMITTERE,
NISI CAUSA DISCIDII PRIMUM ECCLESIAE PROBETUR.

15 Seculares, qui coniugale consortium nulla graviore
culpa dimittunt vel etiam dimiserunt, et, nullas causas
discidii probabiliter proponentes, propterea sua
matrimonia dimittunt, ut aut illicita aut aliena presumant:
si ante, quam apud episcopos conprovinciales discidii
causas dixerint, et prius, quam iudicio dampnentur,
20 uxores suas abiecerint, a comunione ecclesiae et sancto
populi cetu pro eo, quod fidem et coniugia maculant,
excludantur.

Fr. 1151

(C.33 q.2 d.p.c.4) ¶ In hoc capitulo quamvis causa
videatur exposita, quare sua auctoritate non licet alicui
25 uxorem dimittere, qua cessante ipsa quoque prohibitio
cessare videtur: tamen quia ipsa separatio pena est, et
pena nulli est inferenda nisi per iudicem, generaliter hoc
intelligendum est, ut sive ob causam premissam, sive
nulla causa existente, non liceat alicui sua auctoritate
30 uxorem dimittere. Quod etiam de pena homicidii vel
qualibet alia intelligendum est. Unde Nykolaus papa
scribit Rodulpho, Bituricensi archiepiscopo:

Fr. 1152

Fd 87vb

(C.33 q.2 c.5) CONIUGIA PENITUS INTERDICANTUR
HIS, QUI SUAS UXORES OCCIDUNT.

35 Interfectores suarum coniugum sine iudicio, cum non
addis, adulterarum, vel aliquid huiusmodi, quid aliud
habendi sunt quam homicide, ac per hoc ad penitentiam
redigendi? Quibus penitus coniugium denegatur, exceptis

4 superius Cf. C.31, q.1. **14 Seculares – 25 excludantur** Conc. Agathense, c. 25, ed. Munier, CCSL 148.204.224-231. **35 Interfectores – 8 observanda** Nicolaus I, *Ep.* 117 (Rodulfi Bituricensi, forma genuina; a. 864; JE 2765), ed. Perels, MGH Epp. 6.635a.29-36.

adolescentibus, de quibus est beati Leonis papae XXV regula decretalium, imo indulgentia observanda.

(C.33 q.2 d.p.c.5) ¶ In hoc capitulo videtur Nykolaus permittere maritis causa adulterii, vel alterius eiusmodi criminis, uxores suas interficere. Sed ecclesiastica disciplina spirituali gladio, non materiali criminosos feriri iubet; illo videlicet gladio, quo Petrus iubetur mactare et manducare. De quo etiam gladio Christus ait in evangelio: "Non veni pacem mittere in terram, sed gladium." Hinc idem Nykolaus scribit Albino Archiepiscopo:

(C.33 q.2 c.6) NON LICET ALICUI UXOREM ADULTERAM OCCIDERE.

Inter hec vestra sanctitas addere studuit, si cuius uxor adulterium perpetraverit, utrum marito illius liceat secundum mundanam legem eam interficere. Sed sancta Dei ecclesia numquam mundanis constringitur legibus; gladium non habet, nisi spiritualement; non occidit, sed vivificat.

(C.33 q.2 c.8) Item Stephanus V Astulpho.

Aa 143r **PENITENCIA ASTULPHI, QUI UXOREM SUAM INTERFECERAT.** 20

Fr. 1153 Admonere te cum lacrimis et multo gemitu cordis curamus, fili Astulphe; sed non filius dici debes, qui tam crudeliter infelix homicidium perpetrasti. Nam occidisti uxorem tuam, partem corporis tui, legitimo matrimonio tibi sociatam, sine causa mortis, non tibi resistentem, non insidiantem quocumque modo vite tue. Non invenisti eam cum alio viro nefariam rem facientem, sed concitatus a diabolo, in pio furore flammatus, more latronum atrocius eam gladio tuo, crudelior omni bestia, interemisti. 25 30

Et nunc post mortem eius addis iniquitatem super iniquitatem, filiorum tuorum inprobe predo. Qui matri non pepercisti, filios tuos orphanos fecisti, inducere super eam vis mortis causam post mortem, per unum hominem homicidam et reprobum testem. Quoniam nec evangelium, nec ulla divina humanaque lex unius testimonio etiam idoneo quempiam condemnat vel iustificat: quanto magis per istum scelestum et 35

13 Inter – 24 vivificat Nicolaus I, *Epp.* 156 (Karolo [archiepiscopo Moguntino] aliisque, forma brevior; a. 858-863; JE †2709), ed. Perels, MGH *Epp.* 6.674.8-11. **22 Admonere – 864: 26 inplorare** Paulinus patriarcha Aquileiensis, *Epp.* 16 (a. 794?: J? 2324), ed. Dümmler, MGH *Epp.* 4.520.34-522.22.

flagiciosissimum nec illa viva debuit condempnari, nec a te post mortem eius accusari?

Prius causa criminis subtiliter erat investiganda, et tunc, si ita fuisset inventa, secundum legis tramitem debuit excipere ultionis vindictam. Nam si verum (quod absit) fuisset, sicut adulter mentitus est, post septem annos peracta penitencia dimittere eam per approbatam causam poteras, si voluisses; occidere tamen eam nullatenus debuisti. Non enim vult Deus mortem peccatoris, sed ut convertatur ad penitenciam, et vivat.

Idcirco placeat tibi consilium nostrum, et facias hoc, quod melius tibi et levius videri potest: miserere anime tue, ut non sis tuus tibimet ipsi homicida. Relinque quapropter, te rogamus, hoc malum seculum, quod te traxit ad tam inmanissimum peccati facinus; ingredi monasterium, humiliare sub manu abbatis, multorum fratrum precibus adiutus observa cuncta supplici animo, quae tibi fuerint inperata, si forte ignoscat infinita Dei bonitas peccatis tuis et refrigeret animam tuam prius, quam crucieris perpetuis flammis. Hoc levius et melius tibi esse certissime scias.

Sin autem publicam penitenciam, permanens in domo tua vel in hoc mundo, vis agere (quod tibi peius, et durius, et gravius esse non dubites) ita, ut agere debeas, exhortamur, omnibus diebus, quibus penitere debes, vinum et omnem siceram non libas, carnem numquam ullo tempore comedas, preterquam in Pasca, et in die Natalis Domini; in pane, et aqua, et sale penitenciam age; in ieiuniis, in vigiliis, orationibus, et elemosinis omni tempore persevera; armis numquam cingere, nec in quolibet loco litigare presumas. Uxorem numquam ducere, concubinam non habere, nec adulterium committere audeas; in balneo numquam laveris, in conviviis letantium numquam te misceas; in ecclesia segregatus ab aliis Christianis post hostium et postes humiliter te repone; ingredientium et egredientium suppliciter orationibus commendare, communionem corporis et sanguinis Domini cunctis diebus vite tue indignum te existimes; in ultimo tamen exitu vite tue die, si merueris, pro viatico, si sit qui tribuat, tantummodo venialiter tibi ut accipias concedimus.

Aa 143v

Fr. 1154

Fd 88ra

Sunt et alia multa, quae tibi durius et satis acrius erant iuxta magnum pondus peccati, infelix, adicienda. Sed si

hec omnia, quae tibi misericorditer supra dicta sunt, perfecto corde Domino auxiliante feceris et custodieris, confidimus de immensa clementia Dei, remissionem te tuorum habiturum peccatorum, et secundum dictum iusti bonique pastoris resolvet te sancta ecclesia ab hoc vinculo peccati in terris, ut per ipsius gratiam, qui eam suo sanguine acquisivit, solutus sis in celis. Si autem aliter feceris, et sanctae matris ecclesiae tam salubrem admonitionem despexeris, ipse tibi sis iudex, et in laqueo diaboli, quo irretitus teneris, permanebis; sanguis tuus super caput tuum; nos alieni a consortio tuo pro aliorum filiorum Dei salute, ipso opitulante, omni sollicitudine nitimur desudare, et Domini misericordiam attentius cottidie inplorare.

(C.33 q.2 c.9) Item Augustinus de adulterinis coniugiis. 15

POTIUS UXORE VIVENTE QUIS ALIAM DUCAT, QUAM HUMANUM SANGUINEM FUNDAT.

Si (quod verius dicitur) non licet homini Christiano adulteram coniugem occidere, sed tantum dimittere: quis est tam demens, qui dicat ei: fac quod non licet, ut liceat tibi quod non licet? Cum enim utrumque secundum legem Christi illicitum sit, sive adulteram occidere, sive alteram ducere illa vivente, ab utroque est abstinendum, non illicitum pro illicito faciendum. Si enim facturus est quod non licet, iam faciat adulterium et non faciat homicidium, ut vivente uxore aliam ducat, non humanum sanguinem fundat. 20 25

(C.33 q.2 d.p.c.9) ¶ In premissis auctoritatibus quique prohibentur adulteras coniuges suas occidere; sed post septem annorum penitentiam permittitur eis illas dimittere. Si autem illas interfecerint, iubentur sine spe coniugii perpetuo manere, nisi forte propter lapsum iuvenilis incontinentie ad matrimonia contrahenda eis misericordia inpendatur. **(C.33 q.2 d.p.c.10)** ¶ Nunc autem queritur, quare sacris canonibus sit institutum, ut post septem annos penitentes in pristinum statum revocentur? De his ita scribit Ysidorus ad Masonem episcopum: 30 35

Aa 144r

19 Si – 865: 2 fundat Augustinus, *De adulterinis coniugiis* 16, ed. Zycha, CSEL 41.401.4-13.

(C.33 q.2 c.11) QUARE SIT INSTITUTUM POST SEPTEM ANNOS IN PRISTINUM STATUM PENITENTEM REDIRE.

Hoc ipsum, quod canonum censura post septem annos remeare penitentem in pristinum statum precepit non electione proprii arbitrii sancti Patres, sed potius ex
 5 sententia divini iudicii sanxerunt. Nam legitur, quod Maria soror Aaron prophetissa, dum detractionis adversum Moysen incurrisset delictum, illico stigmate lepre perfusa est, cumque peteret Moyses, ut
 10 emundaretur, precepit eam Dominus extra castra septem diebus egredi, et post emundationem rursus eam in castra admitti. Maria ergo soror Aaron caro intelligitur sacerdotis, quae, dum superbie dedita sordidissimis cogitationum maculatur contagiis, extra castra septem
 15 diebus, hoc est extra collegium sanctae ecclesiae septem annis proiciatur, ut post emundationem viciorum loci vel pristinae dignitatis recipiat meritum. Et post pauca: **(§ 1)** In fine autem epistole hoc adiciendum putavi, ut, quotiescumque in gestis conciliorum discors sententia
 20 invenitur, illius magis teneatur sententia, cuius antiquior aut potior extat auctoritas.

(C.33 q.2 d.p.c.11) ¶ Hoc quamquam de sacerdotibus videatur specialiter dictum, generaliter tamen de omnibus penitentibus oportet intelligi. Ad imitationem namque
 25 illius dominice sententiae David de adulterio et homicidio reprehensus unius ebdomade ieiunium in satisfactionem admissi sceleris Deo legitur obtulisse. Hinc etiam ecclesiastica consuetudine est usurpatum, ut maiorum criminum penitencia septem annorum spacio concludatur, nisi vel offitii excellentia, vel criminum magnitudo
 30 vulgarem consuetudinem excedens (ueluti dum contra naturam humane societatis parentibus, vel liberis, vel aliis huiusmodi personis inpudice adheremus, vel dum relicto naturali usu contra naturam more Sodomitico fornicamur, vel usque ad coitum brutorum animalium prolabimur),
 35 premissum spacium transcendere cogat. **(§ 1)** De penitentibus quoque queritur, an eis generaliter post penitenciam peractam coniugia concedantur? Generaliter enim canonica auctoritate penitentes prohibentur ad
 40 secularem miliciam redire, vel matrimonia contrahere. **(C.33 q.2 d.p.c.12)** Sed quia timore solvendi coniugii nonnulli ad penitenciam accedere differunt, vel

Fd 88rb

Fr. 1156

3 Hoc – 34 auctoritas Isidorus Hispalensis, *Epp.* 4.10-11, 13, ed. PL 83.901B-902A.

propter lapsum adolescentie, quem formidant, penitencie remedium suscipere negligunt, auctoritate canonica permittitur eis vel contracta matrimonia retinere, vel alia contrahere.

Unde Leo papa scribit Galerio episcopo Tripolitano: 5

(C.33 q.2 c.13) EX INDULGENTIA POST PENITENCIAM LEGITIMA NON NEGENTUR MATRIMONIA.

Aa 144v Audivimus a quibusdam, quod in vestris diocesibus et finibus Christianorum cetus levi occasione se subtrahunt penitencie iugo, dicentes, quia, si penitenciam agimus, coniugii debemus relinquere copulam; in quo errant et de veritatis calle discedunt, quia pro omnibus illicitis penitenciam unusquisque Christi nominis cultor sustinere atque peragere summopere debet, dicente Domino: "Penitenciam agite, appropinquabit enim regnum celorum." Coniugium vero legitimum nulli orthodoxorum penitenciam sustinenti solvere licet. Et infra: **(§ 1)** Sacris vos expedit eos alloquiis edocere, ut erroris eripiantur caligine, et licitis copulationibus iuncti de omnibus illicitis penitenciam agere procurent. 10 15 20

(C.33 q.2 c.14) Item Leo IV.

PROPTER LAPSUM IUVENILIS INCONTINENTIE NON NEGENTUR PENITENTIBUS LICITA CONIUGIA.

In adolescentia constitutus si urgente aut metu mortis, aut captivitatis periculo penitenciam gesserit et postea timens lapsum incontinentie iuvenilis copulam uxoris elegerit, ne crimen fornicationis incurreret, rem videtur fecisse venialem, si preter coniugem nullam omnino cognoverit. In quo tamen non regulam constituimus, sed quid sit tollerabilius estimamus. 25 30

Fr. 1157 **(C.33 q.2 c.19)** Item ex concilio Tolletano VI

DE EODEM.

Antiqui et sanctissimi est patris sententia papae Leonis, ut is, qui in etatis adolescentia positus, dum mortis formidat casum, si pervenerit ad penitencie remedium, si coniugatus forte fuerit incontinens, ne postea adulterii lapsum incurrat, redeat ad pristinum 35

8 Audivimus – 36 procurent *Coll. Britannica*, Leo IV 26a (JE 2640; J³ 5536), ed. de Hirsch-Gereuth, MGH: Ep. 5.600.21-29; cf. *Ewald in Neues Archiv 5 (1880), 387.Coll. Trip.* 1.60.12-13. **24 In – 9 estimamus** Leo I, *Ep.* 167 (JK 544), ed. PL 54.1207A-B; cf. PL 67.290A-B et 84.767C. **33 Antiqui – 32 legem** Conc. Toletanum VI (a. 639) 8, ed. Vives, 239-240.

coniuugium, quousque possit adipisci temporis maturitate
 continentie statum, quod nos ut de viris, ita et de feminis
 equo modo censemus. Non quidem hoc generaliter et
 canonicè preceptum, sed constat vobis pro humana
 5 fragilitate indultum ea dumtaxat ratione, ut si is, qui
 penitencie non est legibus deditus, ante ab hac vita
 discesserit, quam ex consensu ad continentiam unus
 eorum fuerit regressus, superstiti non liceat denuo ad
 uxoris transire amplexus. Si autem illius vita extiterit
 10 superstes, qui non accepit absolutionem penitentis, nubat,
 si se continere non potest, et alterius consortio fruatur
 uxoris. Quod in utroque sexu pari modo a nobis
 manifestum est esse decretum, ita videlicet, ut in his
 omnibus sacerdotis expectetur ordinatio, ut, iuxta quod
 15 etatem aptam prospexerit, penitencie absolutionis tribuat
 legem.

Fr. 1159

(QUAESTIO 3)
(TRACTATUS DE PENITENTIA)
(DISTINCTIO 1)

20 **(de pen. D.1 d.a.c.1)** ¶ His breviter decursis, in quibus
 extra negotii finem aliquantulum evagati sumus, ad
 propositae cause terciam questionem pertractandam, qua
 queritur utrum sola cordis contritione, et secreta
 25 satisfactio, absque oris confessione quisque possit Deo
 satisfacere, redeamus. Sunt enim qui dicunt, quemlibet
 criminis veniam sine confessione a ecclesiis et
 sacerdotali iudicio posse promereri, iuxta illud Leonis
 papae: **(de pen. D.1 c.1)** "Lacrimas Petri lego,
 30 satisfactioem non lego."**(de pen. D.1 c.2)** Item Iohannes
 Chrisostomus. "Lacrime lavant delictum, quod voce pudor
 est confiteri." **(de pen. D.1 c.3)** Item Propheta:
 "Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum et
 humiliatum, Deus, non despicias." **(de pen. D.1 c.4)** Item.
 35 "Dixi, confitebor adversum me iniusticiam meam Domino,
 et tu remisisti impietatem peccati mei."

(de pen. D.1 d.p.c.4) ¶ Quod Augustinus exponens
 ait: **(de pen. D.1 c.5)** "Magna pietas Dei, ut ad solam

29 Lacrimas – **8 lego** *Coll. 3 libr., App. 40.23*, ed. Motta, 2.349.2-3; Abaelardus, *Sic et non* 151.8, ed. Boyer et McKeon, 512; *Lib. div. sent.* 62, ed. Mazzanti, 281. . **31 Lacrime** – **10 confiteri** Abaelardus, *Sic et non* 151.8, ed. Boyer et McKeon, 512; *Lib. div. sent.* 62, ed. Mazzanti, 281. **33 Sacrificium** – **12 despicias** Ps. 50:19. **35 Dixi** – **14 mei** Ps. 31:5. **38**

promissionem peccata dimiserit. (§ 1) Nondum pronunciat ore, et tamen Deus iam audit in corde, quia ipsum dicere quasi quoddam pronunciare est. Votum enim pro opere reputatur.”

(de pen. D.1 c.30) Item, sicut auctoritas testatur: (§ 1) 5
 “Voluntas remuneratur, non opus. Voluntas autem in cordis contritione est, opus vero in oris confessione.” (de pen. D.1 d.p.c.30) ¶ Luce clarius constat cordis contritione, non oris confessione peccata dimitti.

(de pen. D.1 c.31) Item Prosper. 10

Porro illi, quorum peccata humanam noticiam latent, non ab ipsis confessa, nec ab aliis publicata, si ea confiteri vel emendare noluerint, Deum, quem habent testem, ipsum habituri sunt et ultorem. Et quid eis prodest humanum iudicium vitare, cum, si in malo suo permanserint, ituri sunt in eternum, Deo retribuente, supplicium? Quod si sui ipsi iudices fiant, et veluti sue iniquitatis ultores, hic in se voluntariam penam severissime animadversionis exercent, temporalibus penis mutabunt eterna supplicia, et lacrimis ex vera cordis conpunctione fluentibus restinguent eterni ignis incendia. (de pen. D.1 c.32) Et infra. Facilius Deum sibi placabunt illi, qui non humano convicti iudicio, sed ultro agnoscunt crimen, qui aut propriis illud confessionibus produnt, aut nescientibus aliis (quales occulti sunt) ipsi in se voluntarie excommunicationis sententiam ferunt, et ab altari, cui ministrabant, non animo sed offitio separati vitam suam tamquam mortuam plangunt, certi quod reconciliati sibi efficacis penitencie fructibus a Deo non solum amissa recipiant, sed etiam cives superne civitatis effecti ad gaudia sempiterna perveniant. 15 20 25 30

(de pen. D.1 d.p.c.32) ¶ Hoc idem probatur auctoritate illa prophetica: “In quacumque hora peccator fuerit conversus et ingemuerit.” Non enim dicitur “ore

17–18 Ez. 33:12.

Magna – 20 reputatur Augustinus, xxx.Gl. ord. ad Ps. 31:5, ed. Rusch, 2.490-491; cf. *Wei*, Law and Religion, 151.

6 Voluntas¹ – 23 confessione *Verba, ut videtur, Gratiani ipsius sunt, cf. Berardi, 3.366-367; Wei*, Law and Religion, 152. **11 Porro – 869: 5**

incendia Julianus Pomerius, *De vita contemplativa* 7.2, ed. PL 59.451C. **22 Facilius – 15 perveniant** Julianus Pomerius, *De vita contemplativa* 7.3, ed. PL 59.452B. *Coll. 3 libr.* 3.19.38, ed. Motta, 2.224.13-20; Anselmus 8.31, ed. Thaner, 451-452.

confessus fuerit”, set tantum “Conversus fuerit et ingemuerit, vita vivet et non morietur.”

Hinc Iohel Propheta ait:

5 (de pen. D.1 c.33) Scindite corda vestra, et non vestimenta vestra.

(de pen. D.1 d.p.c.33) ¶ Ostendens contritionem cordis, quae in eiusdem scissione intelligitur, non in confessione oris, quae pars est exterioris satisfactionis, quam scissuram vestium nominavit, a parte totum
10 intelligens, peccata dimitti. Hinc etiam per eundem Prophetam Dominus ait:

(de pen. D.1 c.34) Convertimini ad me et ego convertar ad vos.

(de pen. D.1 d.p.c.33) ¶ Conversio autem dicitur
15 quasi cordis undique versio. Si autem cor nostrum undique ad Deum a malo vertitur, mox conversionis sua fructum meretur, ut Deus ab ira ad misericordiam conversus peccati prestet indulgentiam, cuius primo preparabat vindictam. Unde datur intelligi, quod etiam
20 ore tacente veniam consequi possumus. Hinc etiam leprosi illi quibus Dominus precepit, ut ostenderent se sacerdotibus, in itinere, ante, quam ad sacerdotes venirent, mundati sunt. Ex quo facto nimirum datur intelligi, quod ante, quam sacerdotibus ora nostra
25 ostendamus, id est peccata confiteamur, a lepra peccati mundamur. Hinc etiam Lazarus de monumento vivus prodiit; non prius de monumento est eductus, et postea a Domino suscitatus, sed lapide remoto, quo monumentum claudabatur, in sepulchro revixit, et foras vivus prodiit. (§
30 1) Hinc etiam, ut Dominus ostenderet, quod non sacerdotali iudicio, sed largitate divine gratie peccator emundatur, leprosum tangendo mundavit, et postea ut sacerdoti sacrificium ex lege offerret precepit. Leprosus enim tangitur, cum respectu divine pietatis mens peccatoris illustrata conpungitur. Unde post trinam
35 negationem Petrus, Domino eum respiciente, profudit amaras lacrimas, quibus culpam sue negationis diluit. Leprosus semetipsum sacerdoti representat, dum peccatum suum sacerdoti penitens confitetur. Sacrificium offert ex lege, dum satisfactionem ecclesiae iudicio sibi
40 inpositam factis exequitur. Sed ante, quam ad sacerdotes

22–23 Iohel 2:13. 30–31 Zach. 1:3; cf. Iohel 2:13

perveniat, emundatur, dum per contritionem cordis ante confessionem oris peccati venia indulgetur. Hinc etiam medici negantur resuscitare aliquem, ut resuscitatus confiteatur, dum per prophetam dicitur: “Numquid medici resuscitabunt, et confitebuntur tibi?” Item: “A mortuo, ut auctoritas ait, velut ab eo, qui non est, perit confessio.” Unde penitens ille, qui timore octave territus exclamaverat: “Domine, ne in furore tuo arguas me,” postea supplicans aiebat: “Salvum me fac propter misericordiam tuam, quoniam non est in morte qui memor sit tui; in inferno autem nullus confitebitur tibi.” Si ergo nullus confitetur, nisi suscitatus, nemo autem vivit eterne gehenne filius, et perpetua dampnatione dignus, patet, quod ante, quam quisque confiteatur peccatum, a reatu sue prevaricationis, quo eterna sibi debebantur supplicia, per gratiam interne compunctionis absolvitur. (§ 2) Item: Si ante, quam quisque confiteatur, a Domino resuscitatur, vel resuscitatus vivit, dum confitetur, vel post resuscitationem iterum mortuus est, et confitetur. Sed, sicut ante, quam resuscitaretur mortuus, confiteri non poterat, sic post resurrectionem mortuus confiteri non valet. Restat ergo, ut resuscitatus vivat, dum peccatum confitetur. Habet itaque resuscitatore suum sibi presentem, seque inhabitantem. Ut enim Augustinus ait in Psalmo LXII:

(de pen. D.1 c.35) Resuscitatus corpore vivit absente suscitatore. Non autem sic resuscitatus in anima.

(de pen. D.1 d.p.c.35) ¶ Cum enim Deus sit vita anime, anima vero vita corporis, sicut corpus vivere non potest anima absente, ita non nisi Deo presente anima vivere valet. Habet itaque anima sibi Deum presentem per gratiam, quae vivens peccatum suum confitetur, eamque vita, quae Deus est, inhabitat, quam inhabitando vivere facit. Si autem illam inhabitat, ergo templum Spiritus sancti facta est, ergo illuminata est, ergo a tenebris peccatorum expiata est, ergo templum diaboli esse desiit, quae ad lucem venit, cuius respectus tenebras fugat. Nulla enim (ut ait Apostolus) conventio Christi ad Belial, nulla participatio lucis ad tenebras, nulla communicatio iusticie et iniquitatis, nullus consensus templo Dei cum ydolis. Item, ut Christus ait: “Omnis, qui odit malum, in luce agit.” Qui autem in luce agit, operatur, sicut Augustinus ait, cum Deo. Qui autem in Christo operatur, eius filius

probat. Cuius enim opera quisque facit, eius filius esse perhibetur. Unde quibusdam Dominus ait: "Si filii Abrahe estis, opera Abrahe facite." Item: "Vos ex patre diabolo estis, quia opera patris vestri vultis facere." Nemo autem
5 filius Dei et diaboli simul esse potest. "Nemo enim," ut ipse ait, "potest duobus Dominis servire." Item, ut Iohannes ait in epistola sua:

(de pen. D.1 c.36) Qui natus est ex Deo, non peccat.

(de pen. D.1 d.p.c.36) ¶ Ergo nec est filius diaboli.
10 Solo enim peccato filii diaboli sumus. Ergo de regno eius translati sumus in regnum karitatis filii Dei, et sumus erepti de potestate tenebrarum, et facti filii lucis. Cum ergo ante confessionem, ut probatum est, simus resuscitati per gratiam, et filii lucis facti, evidentissime
15 apparet, quod sola contritione cordis sine confessione oris, peccatum remittitur.

(de pen. D.1 c.37) Item.

Omnis, qui non diligit, manet in morte.

(de pen. D.1 d.p.c.37) ¶ Si ergo vivit, et diligit; si
20 diligit, dilectio in eo est; dilectio autem in malo non est. Est enim fons bonorum proprius, in quo non communicat alienus. Ergo bonus factus est iste per gratiam ante confessionem peccati: non itaque malus est; bonus enim et
25 malus aliquis simul esse non potest. Quod si malus non est, membrum diaboli non esse probatur: nec ergo dignus est gehenna, quae diabolo et eius membris solummodo debetur, sicut eterna beatitudo solummodo membris Christi paratur. Non ergo in confessione peccatum remittitur, quod iam remissum esse probatur. Fit itaque
30 confessio ad ostensionem penitencie, non ad inpetrationem venie, sicut circumcisio data est Abrahe in signum iusticie, non in causam iustificationis, sic confessio sacerdoti offertur in signum venie accepte, non in causam remissionis accipiende. (§ 11) Alii e contra testantur,
35 dicentes sine confessione oris et satisfactione operis neminem a peccato posse mundari, si tempus satisfaciendi habuerit. Unde Dominus per Prophetam ait: "Dic tu iniquitates tuas, ut iustificeris."

(de pen. D.1 c.38) Item Ambrosius in libro de
40 Paradyso.

Non potest quisquam iustificari a peccato, nisi fuerit peccatum ante confessus.

(de pen. D.1 c.39) Idem in sermone Quadragesime.

Fr. 1168 Ecce nunc tempus acceptabile adest, in quo confessio a morte animam liberat, confessio aperit paradysum, confessio spem salvandi tribuit. Unde scriptura dicit: 'Dic tu iniquitates tuas, ut iustificeris.' His verbis ostenditur, quia non meretur iustificari qui in vita sua peccata non vult confiteri. Illa confessio vos liberat, quae fit cum penitencia. (§ 1) Penitencia vera est dolor cordis, et amaritudo anime pro malis, quae quisque conmisit. Penitencia est et mala preterita plangere, et plangenda iterum non committere.

(de pen. D.1 c.40) Item Iohannes Os aureum.

Perfecta penitencia cogit peccatorem omnia libenter sufferre. (§ 1) In corde eius contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas: hec est fructifera penitencia.

(de pen. D.1 c.42) Item Augustinus.

Nullus debite gravioris pene accipit veniam, nisi qualemcumque, etsi longe minorem quam debeat, solverit penam. Ita enim inpertitur a Deo largitas misericordie, ut non relinquatur iusticia discipline.

(de pen. D.1 c.43) Idem Vincentio.

Neminem putes ab errore ad veritatem, et a peccato quocumque seu parvo seu magno ad correctionem sine penitencia posse transire.

(de pen. D.1 c.44) Idem de penitencia.

Agite penitenciam, qualis agitur in ecclesia, ut oret pro vobis ecclesia. Nemo dicat sibi: occulte ago, apud Deum ago, novit Deus, qui ignoscit michi, quia in corde ago. Ergo sine causa dictum est: 'quae solveritis in terra soluta erunt et in celo.' Ergo sine causa claves date sunt ecclesiae Dei, frustramus evangelium Dei, frustramus verba Christi; promittimus vobis quod ille negat: nonne vos decipimus? Iob dicit: 'Si erubui in conspectu populi peccata mea confiteri.' Atque ideo, si non potuistis habere vel noluistis pudicitiam coniugalem, seu continentiam, et deviasistis a proposito, vel vinculo coniugali, vel devotione continentie, sit in vobis humilitas et dolor penitencie. Apertius dico: Nemo dicat, non intellexi. Quia post uxores

vestras illicito concubitu vos maculastis, si preter uxores vestras cum aliqua concubuistis, agite penitenciam etc.

(de pen. D.1 c.49) Item Leo episcopus Theodoro Foroiuliensi episcopo. Fr. 1170

5 Multiplex misericordia Dei lapsibus humanis ita subuenit, ut non solum per baptismi gratiam, sed etiam per penitencie medicinam spes vite reparetur eterne, ut qui regenerationis dona violassent, proprio iudicio se
10 condempnantes, ad remissionem criminum peruenirent, sic divine voluntatis presidiis ordinatis, ut indulgentia Dei, nisi supplicationibus sacerdotum, nequeat obtineri. Mediator enim Dei et hominum homo dominus Christus Iesus hanc prepositis ecclesiae tradidit potestatem, ut
15 confitentibus penitencie satisfactionem darent, et eadem salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent." Et post pauca: **(§ 1)** "Si autem aliquis eorum, pro quibus Domino supplicamus, quocumque interceptus obstaculo a munere indulgentie presentis excesserit, et prius, quam ad
20 constituta remedia perveniat, temporalem vitam humana condicione finierit, quod manens in corpore non recepit, consequi exutus carne non poterit." Et post aliqua: **(§ 2)** "His autem, qui tempore necessitatis et periculi urgentis instantia presidium penitencie, et mox reconciliationis inplorant, nec satisfactio interdicenda est, nec
25 reconciliatio deneganda, quia misericordie Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora diffinire, apud quem nullas venie moras patitur conversio." Et item: **(§ 3)** "Ita ergo necessitati auxiliandum est, ut nec actio illis penitencie, nec communionis gratia denegetur, si eam
30 etiam amisso vocis offitio per indicia integri sensus querere conprobentur. Quod si aliqua egritudine ita fuerint aggravati, ut quod paulo ante poscebant sub presenti significare non valeant, testimonia eis fidelium
35 circumstantium prodesse debebunt, simul tamen et penitencie, et reconciliationis beneficium consequantur. Servata tamen regula canonum paternorum circa eorum personas, qui in dominica fide discedendo peccaverunt.

(de pen. D.1 c.50) Item Ambrosius.

40 Nemo potest bene agere penitenciam, nisi qui speraverit indulgentiam. Sed negant, his oportere reddi

40 Nemo – 25 sunt Ambrosius, *De paenitentia* 1.1-2.4-5, ed. Gryson, SC 179.54.36-40.

Fr. 1171 communionem, qui prevaricatione lapsi sunt. (§ 1) Deus autem nullius crimen exceptit, qui peccata omnia donavit. (de pen. D.1 c.51) Et paulo post: (§ 1) Dominus par ius et solvendi esse voluit, et ligandi, qui utrumque pari conditione permisit. Ergo qui solvendi ius non habet nec ligandi habet. Et infra: (§ 2) Certum est, quod utrumque licet ecclesiae, heresis utrumque non habet. Ius enim hoc solis permissum est sacerdotibus. Recte igitur ecclesia hoc vendicat, quae veros habet sacerdotes; heresis vendicare non potest, quae sacerdotes Dei non habet.

(de pen. D.1 c.52)

Item in eodem.

Potest fieri, ut aliquis victus suppliciis sermone neget, et corde adoret. Numquid eadem causa eius, qui sponte negat, et eius, quem tormenta inclinaverunt ad sacrilegium? Non. Quam indignum autem est, cum apud homines valeat certaminis gratia, ut apud Deum non valere asseratur? Nam sepe in hoc athletarum seculari certamine etiam victos, quorum fuerunt certamina probata, hominum vulgus cum victoribus coronare consuevit; maxime quos viderit aut forte, dolo, aut fraude excussos victoria. Et Christus athletas suos, quos viderit gravibus paulisper cessisse suppliciis, sine venia patietur manere? Numquid non habebit remunerationem laboris, qui etiam aliquos proiecit? Et infra: (§ 1) Dicis Petro excusanti, ne eius pedes lavares: 'Nisi lavero tibi pedes, non habebis partem mecum.' Quid ergo isti possunt tecum consortium habere, qui claves regni non suscipiunt, negantes, quod peccata dimittere debeant? Quod recte quidem de se fatentur. Non enim Petri hereditatem habent qui Petri sedem non habent, quam in pia divisione discernunt." Et paulo post: (§ 2) Egritudo carnis peccatum repellit, luxuria autem carnis culpam adolet. Illuditur ergo diabolus, ut se ipsum morsu suo vulneret, et contra se armet, quem debilitandum putavit. Et infra: (§ 3) Quod nocet corpori iuvat spiritum. Et paulo post: (§

1 Deus – 26 donavit *Ibid.* 1.2.5, ed. 56.5-6. **3 Dominus – 30 habet**
Ibid. 1.2.7, ed. 58.26-29. **6 Certum – 34 habet** *Ibid.* 1.2.7, ed. 58.35-39.
13 Potest – 13 proiecit *Ibid.* 1.4.20, ed. 68.31-44. **25 Dicis – 20**
discerpunt *Ibid.* 1.7.32-33, ed. 80.27-34. **32 Egritudo – 23 putavit**
Ibid. 1.13.65, ed. 106.54-57. **36 Quod – spiritum** *Ibid.* 1.13.65, ed. 106.69.

3 Dominus – 34 habet

4) Sicut semel pro omnibus inmolatus est Christus, ita, quotiescumque peccata donantur, corporis eius sacramentum sumimus, ut per sanguinem eius remissio peccatorum detur. Ergo evidentissime Domini
 5 predicatione mandatum est etiam gravissimi criminis reis, si ex toto corde et manifesta confessione peccati penitentiam gerant, sacramenti celestis perfundendam gratiam.

(de pen. D.1 c.54) Item.

Fr. 1172

10 His potestatis sue gratiam negat, (quae in remissione peccatorum est), qui celestem eius potestatem diabolico spiritu separant ab ecclesia Domini, ut omnium temporum hereticos et scismaticos comprehenderet, quibus indulgentiam negat quod omne peccatum circa
 15 singulos est ac universos. Et infra: (§ 1) Quid mirum, si salutem negatis aliis, qui vestram recusatis? licet illi nichil a vobis differant, qui a vobis penitentiam petunt. Arbitror enim, quod et Iudas potuisset tanta miseratione Domini non excludi a venia, si penitentiam non apud Iudeos, sed
 20 apud Christum gessisset. Et paulo post: (§ 2) Qui agit penitentiam, non solum diluere lacrimis debet peccatum sed etiam emendationibus operire, et tegere delicta superiora, ut non inputetur ei peccatum.

(de pen. D.1 c.55) Item in eodem.

25 Nonnulli ideo poscunt penitentiam, ut statim sibi reddi communionem velint. Hii non tam se solvere cupiunt, quam sacerdotem ligare. Sua enim conscientia se non tam exuunt, quam sacerdotem indui cupiunt, cui preceptum est: 'Nolite sanctum dare canibus, neque miseritis
 30 margaritas vestras ante porcos;' hoc est: inmundis spiritibus sacre communionis non sunt facile tribuenda consortia.

(de pen. D.1 c.56) In eodem.

Fr. 1173

35 Sunt qui arbitrentur, hanc esse penitentiam, si abstineant sacramentis celestibus. Hii severiores in se iudices sunt, qui penam prescribunt si remedium declinant, quos ob penam conveniebat dolere, quia celesti

1 Sicut – 32 gratiam *Ibid.* 2.3.18-19, ed. 144.50-146.57. 10 His – 876: 2 universos *Ibid.* 2.4.24, ed. 148.45-52. 15 Quid – 7 gessisset *Ibid.* 2.4.27, ed. 150.74-79. 20 Qui – 10 peccatum *Ibid.* 2.5.35, ed. 156.60-63. 25 Nonnulli – 19 consortia *Ibid.* 2.9.87, ed. 186.43-188.49. 34 Sunt – 25 gratia *Ibid.* 2.9.89, ed. 188.56-60.

fraudarentur gratia. Et paulo post: (§ 1) Facilius autem invenis qui innocentiam servaverit, quam qui congrue egerit penitentiam peccati; ubi acquirende ambitio dignitatis, ubi vini effusio, ubi ipsius copule coniugalis usus? Renunciandum seculo est, et ipsi somno minus indulgendum quam natura postulet, interpellandum est gemitibus, interrumpendum est suspiriis, sequestrandum orationibus, vivendum ita, ut vitali huic moriatur usui, se ipsum homo abneget, et totus inmutetur. Et infra: (§ 2) Nemo in peccatis positus arrogare sibi debet auctoritatem aut usurpationem sacramentorum, quia scriptum est: “Peccasti? quiesce.” (Et paulo post): (§ 3) “Dicimus ergo, agendam penitentiam, et eo tempore agendam, quo culpa deferuescat luxurie, et in peccati captivitate positos reverentiores, non usurpatores esse debere. Et infra: (§ 4) “Nichil est, quod tam summi doloris sit, quam si unusquisque positus sub captivitate peccati recordetur, unde lapsus sit, atque unde deciderit, et quod ad corporea atque terrena ab illa speciosa ac pulchra divine conditionis intentione defluxerit.”

(de pen. D.1 d.p.c.60) ¶ Ex his itaque apparet, quod sine confessione oris et satisfactione operis peccatum non remittitur. Nam si iniquitates nostras necesse est, ut dicamus, ut postea iustificemur; si nemo potest iustificari a peccato, nisi antea fuerit confessus peccatum; si confessio paradysum aperit, veniam acquirit; si illa solum confessio utilis est, quae fit cum penitencia (in quo notatur aliud esse confessio, aliud penitencia, sive interior sive exterior accipiatur); si ille, qui promittit veniam occulte apud Deum non apud ecclesiam penitentiam agenti, frustrat evangelium et claves datas ecclesiae, promittit etiam quod Deus negat delinquenti; si nemo potest consequi veniam, nisi quantulumcumque, etsi minorem quam debeat, peccati solverit penam; si solis sacerdotibus ligandi solvendique potestas a Deo tradita est; si nullus veniam accipit, nisi ecclesiae supplicationibus ipsam inpetrare contendat: concluditur ergo, quod nullus ante confessionem oris et satisfactionem operis peccati abolet culpam. (§ 1) Denique, ut perspicue appareat, neminem sine confessione a peccato mundari, ab ipsius

1 Facilius – 33 inmutetur *Ibid.* 2.10.96, ed. 192.43-51. 10 Nemo – 877: 1 quiesce *Ibid.* 2.11.104, ed. 196.44-47. 12 Dicimus – 4 debere *Ibid.* 2.11.107, ed. 198.76-200.79. 16 Nichil – 9 defluxerit *Ibid.* 2.11.102, ed. 196.32-37

humani generis principio sumamus exordium. Peccato transgressionis primi parentes corrupti a Domino sunt
 requisiti de culpa, ut peccatum, quod transgrediendo
 5 commiserant, confitendo delerent. Serpens autem de culpa
 requisitus non est, quia per confessionem non revocabatur
 ad vitam. Cayn quoque, cum prime prevaricationi
 fratricidium addidisset, similiter a Domino de culpa
 requisitus est, dum dicitur ei: "Ubi est Abel frater tuus?"
 Sed quia superbus peccatum suum confiteri noluit, potius
 10 mendaciter negando Dominum fallere conatus est, dicens:
 "Numquid custos fratris mei sum ego?" indignus venia
 iudicatus est. Unde in desperationis profundum mersus,
 dum ait: "Maior est iniquitas mea, quam ut veniam
 merear" Vagus et profugus exiit a facie Domini,
 15 significans, eos, qui peccatum suum confiteri dissimulant,
 respectu divine miserationis indignos haberi. Reges
 quoque, qui ignorantia ducti in Abraham deliquerant, non
 nisi eodem orante sanari meruerunt. In quo figuratur,
 quod passiones morum non sanantur, nisi orationibus
 20 ecclesiae. Moysi quoque precepit Dominus, ut lepra, sive
 in cute, sive in domo, sive in veste, appareret, sacerdoti
 ostenderetur, et, iuxta eius arbitrium separata, eius iudicio
 contaminaretur, vel mundaretur. Saul quoque, cum a
 spiritu maligno vexaretur, non poterat ad sane mentis
 25 offitium redire, nisi prius David psalterium arriperet, et
 coram eo psalleret, et ita ab eius vexatione cessaret
 diabolus. In quo mystice ostenditur, quod quicumque
 diabolo propter peccatum mancipatur, ab eius dominio
 eripi non valet, nisi David, id est ecclesia, psalterium
 30 accipiat, et coram eo psallat, id est participem spiritualis
 gratie ipsum faciat, et salubriter ammonendo, et pie pro
 eo orando, et exempla boni operis sibi prebendo, diabolus
 ab invisibili eius vexatione conpescat. David quoque, cum
 adulterium commisisset et homicidium, non ante audivit a
 35 Propheta: "Transtulit Dominus peccatum tuum a te,"
 quam ipsum peccatum confiteretur. Prius enim Prophete
 redarguenti peccatum confessus est, et postea audivit:
 "Transtulit Dominus peccatum tuum a te." Achab quoque,
 cum de innocentis sanguinis effusione sententiam
 40 conminantis Dei audiret, induit se ipsum cilicio,
 satisfaciens Deo per penitentiam. Unde Dominus ad
 Helyam ait: "Quoniam Achab reveritus est faciem meam,
 non inducam malum in diebus eius." Ninivita cum
 audirent: "Adhuc quadraginta dies, et Ninive

Fr. 1176 subuertetur," ex edicto regis et principum penitentiam egerunt, dicentes: "Quis scit, si convertatur, et ignoscat Deus, et relinquat post se benedictionem?" Hac humilitate satisfactionis imminentem subuersionem evadere meruerunt. Quorum exemplis evidenter ostenditur, quod nullus a Deo consequatur veniam, nisi primum satisfecerit sibi per penitentiam. Nabuchodonosor propter superbiam suam a rationabili mente in bestialem animum commutatus, atque a regno suo profugus recedens, non ante regnum recepit, quam conversus Deum predicavit. Denique plebs Israelitica ob culpam sue transgressionis captivitati tradita non ante liberari meruit, quam peccata sua confitens Danielis et aliorum sanctorum precibus veniam accepit. (§ 2) In evangelio quoque venientes ad Iohannem, ut baptizarentur ab eo baptismo penitencie, primum confitebantur peccata sua, ostendentes, quod quisque debet peccata sua dampnando: confiteri, et innovationem melioris vite promittere, si regenerationis gratiam desiderat accipere. Christus quoque alios legitur suscitasse a mortuis, alios a lepra mundasse, alios illuminasse, aliorum membra paralisi dissoluta consolidasse: omnium tamen sanitatem petitio proprie vocis vel amicorum legitur precessisse. Luca enim referente didicimus, quod pro socru Petri prius rogatus est, quam eam sanitati redderet. Leprosus vero ille, quem descendens Dominus de monte mundavit, prius clamavit ad eum: "Domine, si vis, potes me mundare," quem postea tangendo mundavit. Cecus quoque dum clamaret ad eum: "Miserere mei, fili David," interrogavit eum Iesus: "Quid vis, ut faciam tibi?" ait: "Rabboni, ut videam lumen." Tres quoque mortuos audivit, quos aliis orantibus reddidit vite. Quartum quoque discipulo nunciante audivit; sed quia defuerunt vivi, qui pro eo precarentur, resuscitari non meruit. (§ 3) Quibus nimirum exemplis evidentissime datur intelligi, quod ille, quem macula gravioris culpe inficit, nisi confessione proprii oris, vel intercessione ecclesiae suffragante, sanari non poterit. Hinc penitens ille, qui prius tacendo peccata flagellari meruerat, postea correptus dicebat: "Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, dum clamarem tota die." Hinc Christus ex persona membrorum ait: "Non absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum." Quod Augustinus exponit, dicens: "Puteus est humane iniquitatis profunditas, in quem si cecideris, non claudet super te os

suum, si tu non claudis os tuum; confitere ergo, et dic: De profundis clamavi ad te, Domine, et evades. Claudet super illum, qui in profundo contempnit, a quo mortuo, velut ab eo, qui non est, perit confessio.” Hinc idem Propheta ait:
 5 “Introite portas eius in confessione,” ostendens ad portas misericordie non nisi per confessionem peccati aliquem posse pertingere. (§ 4) Hinc etiam beatus Iohannes Baptista, et Salvator noster exordium sue predicationis a penitencia sumpserunt dicentes: “Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum celorum;” ostendentes
 10 neminem ad regna celorum posse pertingere, nisi primum per penitentiam Deo curaverit satisfacere. Hinc etiam in Actibus Apostolorum legitur, quod credentes veniebant ad Apostolos, annunciantes actus suos. (§ 5) Ex his omnibus facile monstratur, sine confessione nullum
 15 veniam posse mereri. Hinc etiam Leo papa ait:

(de pen. D.1 c.61) Sufficit penitentia confessio, quae primum Domino offertur, deinde sacerdoti, qui pro delictis penitentium precator accedit.

20 (de pen. D.1 c.62) Idem.

Penitentia, quae dilata est, cum studiosius petita fuerit, non negetur, ut eo modo ad indulgentie medicinam anima vulnerata perveniat.

Fr. 1177

25 (de pen. D.1 c.63) Item Augustinus in sermone de penitencia:

Non sufficit mores in melius conmutare, et a preteritis malis recedere, nisi etiam de his, quae facta sunt, satisfiat Domino per penitencie dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus elemosinis
 30 et ieiuniis.

(de pen. D.1 c.64) Item Ambrosius.

Novit Deus mutare sententiam, si tu noveris emendare delictum.

(de pen. D.1 c.65) Item Leo papa.

35 Aliud quidem est debita iusta reposcere, aliud propria perfectionis amore contempnere. Illicitorum veniam postulantem oportet etiam a multis licitis abstinere; dicente Apostolo: ‘Omnia michi licent, sed non omnia expediunt.’ Unde si penitens habeat causam, quam

22 indulgentie indulgentiam Aa^{ac}

negligere forte non debeat, melius expetet ecclesiasticum, quam forense iudicium.

(de pen. D.1 c.66) Item Ieronimus in Malachia.

Qui sanctus sacerdos est, et comedit Pasca Domini, accingatur baltheo castitatis, et audiat cum Apostolis: Sint lumbi vestri precincti, et lucerne ardentes in manibus vestris. Qui autem peccator est, et quem remordet propria conscientia, cilicio accingatur, et plangat vel propria delicta vel populi, et ingrediatur ecclesiam, de qua fuerat egressus propter peccata, et cubet vel dormiat in sacco, ut preteritas delicias, per quas Deum offenderat, austeritate vite compenset.

(de pen. D.1 c.67) Idem in Amos Propheta.

Si agamus penitenciam, ipsum quoque sue penitebit sentencie. Rursus iuxta eundem Iheremiam promittit prospera si penitenciam egerimus. Quod si negligentia dissolvamur, et illum penitebit sponsionis, promissaque mutabit. Cuius rei exemplum Samariam et Iherusalem habere possumus, quorum alii de imminentibus suppliciis liberati sunt, alii quae patribus promissa fuerant perdididerunt.

Fr. 1178 **(de pen. D.1 c.68)** Idem super Danielelem.

Quamobrem, consilium meum placeat tibi, et peccata tua elemosinis redime, et iniquitates tuas in misericordiis pauperum: si forte ignoscat Deus delictis tuis." Si predixit sentenciam, quae mutari non potest, quomodo hortatur ad elemosinas pauperum et misericordiam ut Dei sententia permutetur? Quod facile solvitur regis Ezechie exemplo (quem Ysaias dixit esse moriturum) et Ninivitarum, quibus dictum fuerat: "Adhuc quadraginta dies et Ninive subuertetur." Et tamen ad preces Ezechie et Ninive Dei sententia mutata est. Rursum bona agenti se asserit polliceri et indulgentiam, alioquin et in reverentiam loquitur deus se mala minari super gentem, et, si bona fecerit minas clementia commutare. Rursum agenti asserit polliceri, et, si male fecerit, dicit, suam mutare sentenciam, non in homines, sed in opera, quae mutata sunt. Neque enim Deus hominibus irascitur, sed viciis, quae cum in homine non fuerint, nequaquam punit quod mutatum est. Dicamus quidem et aliter. Fecit igitur Nabuchodonosor iuxta Danielis consilium misericordias in pauperes, et idcirco usque ad mensem duodecimum in

eo dilata est sententia. Sed quia postea ambulans in aula Babylonis gloriatur, et dicit: 'Nonne hec est Babilon magna, quam ego edificavi in domum regis et in robore fortitudinis mee, et gloria nominis mei?' bonum misericordie perdidit malo superbie. 'Forsitan ignoscat Deus delictis tuis.' Cum beatus Daniel prescius futurorum de sententia Dei dubitet, rem temerariam faciunt qui audacter veniam peccantibus pollicentur. Et tamen sciendum est, quod Nabuchodonosor bona opera facienti venia repromittitur.

(de pen. D.1 c.78) Item Ambrosius in lib. de penitentia.

Deus diffinitionem non facit, qui misericordiam suam omnibus promisit, et sacerdotibus suis relaxandi licentiam sine ulla exceptione concessit. Sed qui culpam exaggeraverit exaggeret penitentiam. Maiora enim crimina maioribus abluuntur fletibus.

(de pen. D.1 c.79) Idem.

Fleat pro te mater ecclesia, et culpam tuam lacrimis lavet. Videat te Christus merentem, et a dicat: 'Beati tristes, quia gaudebitis,' Amat, ut pro uno multi rogent. Denique in evangelio motus vidue lacrimis, quia plurimi pro ea flebant, filium eius resuscitavit.

Fr. 1181

(de pen. D.1 c.80) Idem.

Adam de paradyso statim post culpam Deus eiecit. Non distulit; sed statim separavit a deliciis, ut ageret penitentiam; statim tunica vestivit eum pellicea, non serica.

(de pen. D.1 c.81) Item Augustinus ad Felicianum.

Tres sunt autem actiones penitencie, quas mecum vestra eruditio recognoscit. Una est, quae novum hominem parturit, donec per baptismum salutare omnium preteritorum fiat ablutio peccatorum. Omnis enim, qui iam voluntatis sue arbiter constitutus est, cum accedit ad sacramenta fidelium, nisi eum peniteat vite veteris, novam non potest inchoare. Ab hac penitencia, cum baptizantur, soli parvuli immunes sunt. Nondum enim uti possunt libero arbitrio. Quibus tamen ad consecrationem remissionemque originalis peccati prodest eorum fides, a quibus offeruntur. **(§ 1)** Altera vero penitencia est, cuius actio per totam vitam istam, qua in carne degimus

mortali, perpetua supplicationis humilitate subeunda est. Primo, quia nemo vitam eternam, incorruptibilem inmortalemque desiderat, nisi eum vite huius temporalis, corruptibilis, mortalis peniteat. Non enim sic quisque in novam vitam per sanctificationem baptismi nascitur, ut, quemadmodum ibi deponit omnia peccata preterita, ita etiam statim mortalitatem ipsam carnis, corruptionemque deponat. (§ 2) Tertia est actio penitencie, quae pro illis peccatis subeunda est, quae legis Decalogus continet, et de quibus Apostolus ait: 'Si enim nos iudicemus, non a Domino utique iudicemur.'

(de pen. D.1 c.87) Item Iohannes Crisostomus.

Quis aliquando vidit clericum cito penitentiam agentem? et si deprehensus humiliaverit se, non ideo dolet, quia peccavit, sed confunditur, quia perdidit gloriam suam.

(de pen. D.1 d.p.c.87) ¶ His auctoritatibus asseritur, neminem sine penitencia et confessione proprie vocis a peccatis posse mundari. Unde premisse auctoritates, quibus videbatur probari, sola contritione cordis veniam prestari, aliter interpretande sunt, quam ab eis exponantur. Negationem namque Petri secuta est satisfactio lacrimarum, et trina confessio dominice dilectionis, qua penitus delevit peccatum trine negationis. Non ergo necessaria sibi erat certa satisfactio peccati, cuius totum vite tempus obedientie inpendebatur sui conditoris. Imitabatur enim illud propheticum: "Declina a malo, et fac bonum;" et illud Ysaie: "Derelinquat inpius viam suam, et vir iniquus cogitationes suas etc." Amplius horum a peccatore nichil exigitur. Non ergo illa auctoritate Leonis papae satisfactio penitencie negatur esse necessaria cuilibet delinquenti, sed ei tantum, qui beatum Petrum imitatus huic seculo penitus abrenunciat, et cunctorum vitiorum fomitem in se funditus mortificat. (§ 1) Item illud Iohannis Crisostomi: "Lavant lacrimae delictum, quod voce est pudor confiteri;" et illud aliud, quod scribit in epistola ad Ebreos: "Non tibi dico, ut te prodas in publicum, neque apud alios accuses; sed obedire te volo Prophete dicenti: Revela viam tuam ante Dominum. Ergo confiteri peccata tua, apud verum iudicem cum oratione delicta tua pronuncia, non lingua, sed conscientie tue memoria, et tunc demum spera, te misericordiam posse consequi, si habueris in mente

peccata tua continue, numquam malum in corde adversus proximum tenebis," non ita intelligendum est, ut sine confessione oris peccata dicantur dimitti, sed sine publica satisfactione. Secreta namque peccata secreta confessione et occulta satisfactione purgantur, nec est necesse, ut quae semel sacerdoti confessi fuerimus denuo confiteamur, sed lingua cordis, non carnis apud iudicem verum ea iugiter confiteri debemus. (§ 2) Similiter et illud Prosperi intelligitur: "Qui crimen suum ultro agnoscunt, et aut propriis confessionibus illud produnt, aut nescientibus aliis, quales occulti sunt etc." Aliis nescientibus, id est occulta confessione istis peccatum suum confitentibus, non publice illud manifestantibus. Item illud prophete: "Dixi: confitebor, et tu remisisti," id est remissibilem iudicasti, "inpietatem peccati mei." Ita et illud Augustini intelligitur: "Magna pietas Dei, ut ad solam promissionem peccata dimiserit," id est remissibilia iudicaverit. Item: "Votum pro opere reputatur, cum deest facultas operis." Unde votum confessionis reputatur pro opere vocis, cum deest facultas confessionis. Item: "Voluntas remuneratur, non opus," ita intelligitur: voluntas facit opus remunerabile, non opus voluntatem. Item illud: "In quacumque hora peccator conversus fuerit," converti dicitur qui omnino vertitur: omnino vertitur, cuius opus, vox et cogitatio ita mortificationi desudat peccati, sicut prius servierat iniquitati. Ita et illud intelligitur: "Convertimini ad me etc." Item: "Scindite corda vestra, et non vestimenta, "eis dicitur, qui nulla interiori satisfactione precedente, sed sola exteriori se Deum posse placare confidunt. Item cuncta, quae de leprosis mundatis vel de Lazaro suscitato inducuntur, ad contritionem cordis, non ad veniam remissionis referenda sunt. Obstinatio enim animi, et confessionis contemptus, quaedam mors est inpietatis et lepra superbie, a qua quisque reviviscit, dum sibi per gratiam dolor delicti et votum confessionis inspiratur. (§ 3) Ad hunc etiam articulum pertinent ea, quae de viventibus, vel in luce ambulantes, vel dilectionem Dei habentibus, vel de habitaculis Spiritus sancti factis dicta sunt, ut hec omnia quisque dicatur assecutus ex cordis contritione, quam habet, non ex plenaria peccati remissione, quam nondum invenit. Sicut enim in baptisate peccatum remittitur, et tamen eius pena reservatur, sic per contritionem cordis quisque a Deo resuscitari dicitur, licet adhuc peccati reatu

teneatur. Non ergo premissis auctoritatibus vel argumentis sine confessione oris et satisfactione operis aliquis probatur a peccato mundari. (§ 4) Econtra auctoritas illa Iohannis Crisostomi et Prosperi contra mentem auctoris extorta videtur. Non enim dicitur: “non tibi dico, ut te publice accuses,” sed: “non tibi dico, ut apud alios te accuses.” Sic et Prosper non ait: “omnibus,” sed simpliciter: “aliis nescientibus.” Unde evidentissime datur intelligi, quod sine confessione oris possunt peccata deleri. Ea vero, quae ad exhortationem penitencie et confessionis dicta sunt, non huic sentencie contraria videntur. Vel enim sunt verba exhortationis, non iussionis, sicut illud: “Confitemini alterutrum peccata vestra,” vel si qua iubendo dicta sunt, non ad oris confessionem, sed cordis, non ad exteriorem satisfactionem, sed ad interiorem referenda sunt. (§ 5) Est enim penitencia alia interior, alia exterior. Interior penitencia est illa, de qua Augustinus ait: “Omnis, qui sue voluntatis arbiter est constitutus, non potest inchoare novam vitam, nisi peniteat eum veteris vite.” Item de eadem Petrus in Actibus Apostolorum legitur dixisse: “Penitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum.” Quod de interiori penitencia, non de exteriori dictum accipitur. De exteriori vero penitencia Ambrosius ait super epistolam ad Romanos: “Gratia Dei in baptisate non requirit gemitum vel planctum, non opus aliquod, sed solam confessionem cordis, et omnia gratis condonat.” Quaecumque ergo de penitencia iubendo dicta sunt, non ad exteriorem, ut diximus, sed ad interiorem referenda sunt, sine qua nullus umquam Deo reconciliari potuit. (§ 6) Illud autem Augustini, quo quisque negatur veniam consequi, nisi prius quantulamcumque peccati solverit penam, non huic sentencie invenitur adversum. Nullus enim asseritur a peccato mundari, nisi penam peccati passus fuerit. Sed aliud est peccatum sacerdoti confiteri, et eius arbitrio de peccato satisfacere: atque aliud Deo confiteri corde, et secreta satisfactione in se ipso peccatum punire. Est enim penitencia (ut ait Augustinus) dolor cordis, quo quisque in se punit quod deliquit. De hac iterum satisfactione idem ait in Psalmo L. exponens: “Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. Tu ne punias, quia ego punio: ignosce, quia ego cognosco non dissimulo.” Et infra: “Sic Deus misericordiam dat, ut servet veritatem, ut nec peccata eius sint impunita, cui

Fr. 1186

ignoscit. Ignoscit enim se ipsum punienti. Misericordia est, quod homo liberatur; veritas, quod peccatum punitur." Idem in Psalmo LXXXIV: "Veritas de terra oritur, id est confessio de homine, ut se accuset, et sic iusticia de celo prospexit, ut publicanus confitens rediit iustificatus; iusticia prospicit, quasi Deus dicat: parcamus huic, quia non parcat sibi; ignoscamus, quia agnoscit. De celo ergo iusticia prospexit, id est, a Deo data est iustificatio penitenti." (§ 7) Hec ergo secreta satisfactio levium sive occultorum criminum Deo offerenda est, nec sine pena relaxari probantur quae sic expiari creduntur. Ea vero, quae de publica satisfactione vel oris confessione dicuntur, in publicis et manifestis criminibus intelligenda sunt. Peccata namque Nabuchodonosor, quae propheta misericordiis et elemosinis redimi suasit, peccata quoque Ninivitarum, quae publica satisfactione expiata sunt, cunctis nota erant. Et publica noxa (ut Augustinus testatur) publico eget remedio. (§ 8) Premissis itaque auctoritatibus pro manifestis criminibus manifesta probatur offerenda satisfactio et oris confessio. Latentia vero peccata non probantur sacerdoti necessario confitenda, et eius arbitrio expianda. (§ 9) Econtra ea, quae in assertionem huius sententiae dicta sunt, partim veritate nituntur, partim pondere carent. Sine contritione etenim cordis nullum peccatum posse dimitti, occulta vero peccata secreta satisfactione, publica quoque manifesta penitentia expiari debere, firmissima constat ratione subnixum. Porro sine confessione oris, si facultas confitendi non defuerit, aliquod grave delictum expiari, auctoritati penitus probatur adversum. Quomodo enim secundum auctoritatem Leonis papae sine supplicationibus sacerdotum indulgentia nequit obtineri, si sine confessione oris a peccato possumus emundari? Quis enim supplicabit pro peccato, quod nescit? (§ 10) Item, quomodo secundum Augustinum frustrat claves ecclesiae qui sine arbitrio sacerdotis penitentiam agit, si sine oris confessione criminis indulgentiam inpetrat? (§ 11) Item, quomodo secundum Ambrosium ius ligandi et solvendi solis sacerdotibus a Domino creditur esse permissum, si quisque suo arbitrio se ipsum peccando ligat, vel secreta penitentia, secundum Prosperum, in se ipsum sententiam profert excommunicationis, atque post satisfactionem absque sacerdotali iudicio se ipsum Deo vel altario eius reconciliat? (§ 12) Non sunt hec premissis

Fr. 1187

auctoritatibus consentanea: sed multorum exemplis probantur adversa. Filiam namque archisynagogi turbis eiectis Dominus resuscitavit: non tamen, nisi presentibus matre et patre puella, Petro quoque, Iacobo, et Iohanne, vite reddita est. In quo moraliter instruimur, ut secreta peccata, quae per mortem puella intelliguntur, non nisi supplicationibus ecclesiae, quae per matrem et patrem puella designantur, et sacerdotum ministerio, qui per Petrum et ceteros intelliguntur, a Domino existimentur dimitti. (§ 13) Item in Levitico: “Qui domum suam vel agrum Domino vovendo consecraverit, non potest eam redimere, nisi syclo sanctuarii, sacerdote quoque (non ipso) supputante annorum numerum usque ad iubileum.” In quo similiter docemur, quod quicumque domum conscientie vel agrum conversationis per penitentiam Domino offerre, atque precio bonorum operum de vana vite sue conversatione se ipsum redimere voluerit, non potest hoc facere, nisi syclo sanctuarii, id est operibus penitencie, sacra scriptura prefixis. Unde venientibus ad se turbis beatus Iohannes non ait simpliciter: facite penitentiam, vel fructus penitencie, sed addidit: “dignos,” ut pro qualitate videlicet peccatorum qualitas offeratur operum bonorum. Non par enim debet esse fructus boni operis eius, qui nichil vel parum deliquit, atque eius, qui grandia commisit. Ille tamquam nullius criminis sibi conscius usum sibi in rebus licitis prebet; hunc tamquam multis gravatum etiam a licitis temperare oportet. In iubileo plena remissio prestabatur. Unde per eum perfecta remissio peccati figuratur. Sacerdos ergo numerum annorum usque ad iubileum supputat, cum eius arbitrio penitencie tempora diffiniuntur, quibus quisque plenam peccati remissionem inveniat. Non enim (sicut Esicius ait super eundem locum) statim post diffinitam penitentiam quisque a peccato plene mundatur. (§ 14) Cum ergo, ut ex premissis colligitur, tempora penitencie sacerdotis arbitrio diffiniantur, evidentissime apparet, sine confessione proprie vocis peccata non dimitti. Quis enim tempora penitencie alicui prefiget, nisi primum peccata sua sibi manifestare curaverit? (§ 15) Item: Taciturnitas peccati ex superbia nascitur cordis. Ideo enim peccatum suum quisque celare desiderat, ne iniquitas sua aliis manifesta fiat, ne talis reputetur apud homines foris, qualem se iamdudum exhibuit divino conspectui. Quod ex

26 post **sibi** quaternione amissa deficit Bm

fonte superbie nasci nulli dubium est; species etenim
 superbie est, se velle iustum videri, qui peccator est; atque
 ypocrita convincitur qui ad imitationem primorum
 parentum vel tergiversatione verborum peccata sua
 5 levigare contendit, vel, sicut Cayn, peccatum suum
 reticendo penitus suppressere querit. Ubi autem superbia
 regnat, vel ypocrisis, humilitas locum habere non valet.
 Sine humilitate vero alicui veniam sperare non licet. Nec
 ergo, ubi est taciturnitas confessionis, venia speranda est
 10 criminis. Probatur hoc idem auctoritate Augustini, qui in
 libro de penitencia ait:

(de pen. D.1 c.88) Quem penitet omnino peniteat, et
 dolorem lacrimis ostendat, representet vitam suam Deo
 per sacerdotem, preveniat iudicium Dei per confessionem.
 15 Precepit enim Dominus mundandis, ut ostenderent ora
 sacerdotibus, docens corporali presentia confitenda
 peccata, non per nuncium, non per scriptum
 manifestanda. Dixit enim: 'Ora monstrate,' et: 'Omnes,'
 non unus pro omnibus; non alium statuatis nuncium, qui
 20 pro vobis offerat munus a Moyse statutum, sed qui per
 vos peccastis et vos erubescatis. Erubescencia enim ipsa
 partem habet remissionis. Ex misericordia enim hoc
 precepit Dominus, ut neminem eniteret in occulto. In hoc
 enim, quod per se ipsum dicit sacerdoti, et erubescenciam
 25 vincit timore offensi, fit venia criminis. Fit enim veniale
 per confessionem quod criminale erat in operatione, et, si
 non statim purgatur, et tamen vitale quod conmiserat
 mortale. Multum enim satisfactionis obtulit qui
 erubescencie dominans nichil eorum, quae conmisit,
 30 nuncio Dei denegavit. Deus enim qui misericors et iustus
 est; sicut conseruat misericordiam in iusticia, ita et
 iusticiam in misericordia. Opus enim est misericordie
 peccanti peccata dimittere: sed oportet, ut iustus iuste
 misereatur. Oportet enim, ut non solum quid, sed in quo
 35 doleat consideret, si dignus est, non dico iusticia, sed
 misericordia. Iusticia enim sola dampnat; sed dignus est
 misericordia qui spirituali labore petit gratiam. Laborat
 enim mens patiendo erubescenciam, et, quoniam
 verecundia magna est pena, qui erubescit pro Christo fit
 40 dignus misericordia. Unde patet, quia quanto pluribus
 confitebitur in spe venie turpitudinem criminis, tanto
 facilius consequitur gratiam remissionis. Ipsi enim
 sacerdotes plus iam possunt proficere, plus confitentibus
 parcere. Quibus enim remittunt remittit Deus. Lazarum

Fr. 1188

enim iam de monumento suscitatum obtulit discipulis
 solvendum, per hoc ostendens potestatem solvendi
 concessam sacerdoti. Dixit enim: 'Quodcumque solveritis
 super terram erit solutum et in celis,' hoc est: ego Deus, et
 omnes celestis milicie ordines, et omnes sancti in gloria
 mea laudant vobiscum et confirmant quos ligatis et
 solvitis. Non dixit: quos putatis ligare et solvere, sed in
 quos exercetis opus iusticie aut misericordie. Alia autem
 opera vestra in peccatores non cognosco. (§ 1) Quare, qui
 confiteri vult peccata, ut inveniat gratiam, querat
 sacerdotem scientem ligare et solvere, ne, cum negligens
 circa se extiterit, negligatur ab illo, qui eum
 misericorditer monet et petit, ne ambo in foveam cadant,
 quam stultus evitare noluit. (§ 2) Tanta itaque vis
 confessionis est, ut, si deest sacerdos, confiteatur
 proximo. Sepe enim contingit, quod penitens non potest
 verecundari coram sacerdote, quem desideranti nec locus,
 nec tempus. Et si ille cui confitebitur, potestatem solvendi
 non habeat, tamen fit dignus venia ex desiderio
 sacerdotis, qui confitetur socio turpitudinem criminis.
 Mundati enim sunt leprosi, dum ibant ostendere ora
 sacerdotibus ante, quam ad eos pervenirent. Unde patet,
 Deum ad cor respicere, dum ex necessitate prohibentur ad
 sacerdotes pervenire. Sepe quidem eos querunt sed sani et
 leti; dum querunt ante, quam perveniunt moriuntur. Sed
 misericordia est Dei ubique, qui et iustis novit parcere,
 etsi non tam cito, sicut solverentur a sacerdote. (§ 3) Qui
 ergo omnino confitetur, et sacerdoti meliori, quam potest,
 confiteatur, si peccatum occultum est, sufficiat referre in
 noticiam sacerdotis, ut grata sit oblatio muneris. Nam in
 resurrectione filie principis pauci interfuerunt qui
 viderent. Nondum enim erat sepulta, nondum extra
 portam civitatis delata, nondum extra domum in noticiam
 portata. Intus resuscitavit quam intus invenit, relictis
 solis Petro, et Iacobo, et Iohanne, patre et matre puelle, in
 quibus figuraliter continentur sacerdotes ecclesie. Quos
 autem extra invenit, animadvertendum est, quomodo
 suscitavit. Flebat enim turba post filium vidue. Flevit
 Martha et Maria, supplicantes pro fratre. Flebat et turba,
 quae Mariam fuerat secuta, lacrimis Marie admonita. In
 quo docemur peccantibus publice non proprium, sed
 ecclesie sufficere meritum."

Fr. 1189

(de pen. D.1 d.p.c.89) ¶ Quibus auctoritatibus, vel
 quibus rationum firmamentis utraque sententia

confessionis et satisfactionis nitatur, in medium breviter
 proposuimus. Cui autem harum potius adherendum sit,
 lectoris iudicio reservatur. Utraque enim fautores habet
 sapientes et religiosos viros. Unde Theodorus
 5 Cantuariensis Archiepiscopus ait in Penitenciali suo:

(**de pen. D.1 c.90**) “Quidam Deo solummodo confiteri
 debere peccata dicunt, ut Greci. Quidam vero
 sacerdotibus confitenda esse percensent, ut fere tota
 10 sancta ecclesia. Quod utrumque non sine magno fructu
 intra sanctam fit ecclesiam, ita dumtaxat, ut Deo, qui
 remissor est peccatorum, peccata nostra confiteamur, et
 hoc perfectorum est, et cum David dicamus: 'Delictum
 meum cognitum tibi feci, et iniusticiam meam non
 abscondi. Dixi, confitebor adversum me iniusticiam meam
 15 Domino, et tu remisisti impietatem peccati mei.' Sed
 tamen Apostoli institutio nobis sequenda est, ut
 confiteamur alterutrum peccata nostra, et oremus pro
 invicem, ut salvemur. Confessio itaque quae soli Deo fit,
 quod iustorum est purgat peccata. Ea vero, quae sacerdoti
 20 fit, docet, qualiter ipsa purgentur peccata. Deus namque,
 salutis et sanctitatis auctor et largitor, plerumque prebet
 hanc sue penitencie medicinam invisibili amministrazione,
 plerumque medicorum operatione.”

Fr. 1190

25 (DISTINCTIO 2)

(**de pen. D.2 d.a.c.1**) ¶ Alii dicunt penitenciam semel
 tantum esse utilem. Unica enim est, nec reiterari potest.
 Si vero reiteratur, precedens penitencia non fuit. Et si de
 30 sententia iudicis eius merito peccata videntur esse
 remissa, apud eius tamen presentiam, cui omnia futura
 presentia sunt, numquam habentur remissa: quia non est
 servata sententia illa veri sacerdotis: “Vade, et amplius
 noli peccare.” Item: “Ecce sanus factus es, iam amplius
 noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.”

35 (**de pen. D.2 d.p.c.1**) ¶ Item sine karitate nulli adulto
 peccatum remittitur. Non autem habet karitatem qui
 aliquando peccaturus est criminaliter. Unde Augustinus
 ad Iulianum comitem:

6 **Quidam** – 27 **operatione** Conc. Cabillonense (a. 813) 33, ed. Werminghoff, MGH Conc. 2.1.280. **Quidam** – 19 **mei** Cf. Capitula Theodulphi Aurelianensis 30, ed. Brommer, MGH Capp. episcoporum 1.127.1-4. 12 **'Delictum** – 19 **mei** Ps. 31:5

(de pen. D.2 c.2) Karitas, quae deseri potest, numquam vera fuit.

(de pen. D.2 c.3) Idem super epistolam Iohannis.

Radicata est karitas? securus esto; nichil mali procedere potest.

5

Fr. 1191 (de pen. D.2 c.4) Item Gregorius in Moralibus.

“Valida est, ut mors, dilectio.” Virtuti etenim dilectio comparatur, quia nimirum mentem, quam semel a delectatione mundi funditus occidit.

(de pen. D.2 c.5) Item Prosper in libro de contemplativa vita.

10

Karitas est, ut michi videtur, recta voluntas, ab omnibus terrenis ac presentibus prorsus aversa, iuncta Deo inseparabiliter et unita, igne quodam Spiritus S. a quo est et ad quem refertur, incensa, inquinamenti omnis extranea, corruptionis nescia, nulli vicio mutabilitatis obnoxia, supra omnia, quae carnaliter diliguntur, excelsa, affectionum omnium potentissima, divine contemplationis avida, in omnibus semper invicta, summa actionum bonarum, salus morum, finis celestium preceptorum, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum, sanctarum mentium anima, causa meritorum bonorum, premium perfectorum; sine qua nullus Deo placuit, cum qua aliquis nec potuit peccare, nec poterit; fructuosa in penitentibus, leta in proficientibus, gloriosa in perseverantibus, victoriosa in martiribus, operosa in omnibus omnino fidelibus, ex qua quicquid operis boni est vivet. Item: (§ 1) Hec est karitas vera germana, perfecta, quam excellentiorem viam nominat S. Apostolus. Sicut enim sine via nullus pervenit quo tendit, ita sine karitate, quae dicta est via, ambulare non possunt homines, sed errare. Item: (§ 2) Ergo si karitatem Deo exhibeamus, et proximo de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta, facile peccato resistimus, bonis omnibus habundamus, seculi blandimenta contempnimus, et omnia, quae difficilia humane fragilitati sunt, vel aspera etiam, cum dilectione perficimus, si tamen Deum karitate perfecta, quae nobis ab illo est, ex toto corde et ex tota

15

20

25

30

Fd 91rb

35

12 Karitas – 34 vivet Julianus Pomerius, *De vita contemplativa* 3.13, ed. PL 59.493B-C. 28 Hec – 892: 2 errare *Ibid.* 3.13, ed. PL 59.492C-D 29 Apostolus Cf. I Cor. 12:31. 32 Ergo – 21 diligunt *Ibid.* 3.15, ed. PL 59.496B-C.

anima, et ex totis viribus diligamus. Ex ea enim parte quis
 peccat, ex qua minus diligit Deum; quem si ex toto corde
 diligamus, nichil erit in nobis, unde peccati desiderii
 serviamus. Et quid est diligere Deum, nisi illi occupari
 5 animo, concipere fruende visionis eius affectum, peccati
 odium, mundi fastidium, diligere etiam proximum, quem
 in se censuit diligendum, in ipso amore servare legitimum
 modum, nec pervertere dilectionis ordinem constitutum?
 Ordinem dilectionis illi pervertunt, nec modum diligendi
 10 custodiunt, qui aut mundum, qui contempnendus est,
 diligunt, aut corpora sua minus diligenda plus diligunt,
 aut proximos non sicut se ipsos, aut Deum plus quam se
 ipsos forte non diligunt. Item: (§ 3) Corpus nostrum, qua
 15 pars nostri est, ad hoc nobis diligendum est, ut saluti eius
 ac fragilitati naturaliter consulamus, et agamus, quatinus
 spiritui ordinate subiectum ad eternam salutem accepta
 immortalitate et incorruptione perveniat. Item: (§ 4)
 Proximos autem tunc diligimus sicut nos, si non propter
 aliquas utilitates nostras, non propter speranda beneficia
 20 vel accepta, non propter affinitates vel consanguinitates,
 sed propter hoc tantum, quod sunt nature nostre
 participes, diligamus. Item: (§ 5) Non illi proximi nostri
 tantum credendi sunt, quos nobis gradus sanguinis iungit,
 sed proximi nostri credendi sunt omnes homines nature
 25 nostre, sicut dixi, participes. Item: (§ 6) Proinde,
 secundum nos proximos omnes diligimus, quando ad
 mores bonos, et ad eternam vitam consequendam, sicut
 nobis, eorum saluti consulimus; quando nos in eorum
 peccatis ac periculis cogitamus, et, sicut nobis subueniri
 30 optaremus, ita eis subuenimus, aut, si facultas defuerit,
 voluntatem subueniendi tenemus. Quapropter proximi
 tota dilectio est, ut bonum, quod tibi conferri vis, velis et
 proximo. Illi vero plus quam se diligunt Deum, qui pro
 eius amore sue ad tempus saluti non parcunt, se ipsos
 35 tribulationibus ac periculis tradunt, nudari facultatibus

Aa 154v

Fr. 1192

18 Proximos – 30 diligamus *Ibid.* 3.15, ed. PL 59.497A. **22 Non – 33 participes** *Ibid.* 3.15, ed. PL 59.497B. **25 Proinde – 893: 10 discedere** *Ibid.* 3.15, ed. PL 59.492B-D.

31 Quapropter quapropter est *Fr.*: quapropter haec est *orig.* **proximi**
AbGtBhCgMeMmMvSaSbVd *Fr.*: karissimi *Fd*: karissime *Aa*
AdBiBrErMzVa: carissime *LS*.^{R1} **32 dilectio est** *Aa BhCgMvSa^{ac}Sb* *LS*.^{R1}:
 dilectio *Fd orig.*: dilectione *Ab^{ac} GtMmVd*: dilectione satage
AdBiBrErMzVa *LS*.^{R2} **bonum]** malum *Aa* **vis]** non vis *Aa^p*
velis] nolis *Aa^{pc}* **33 plus]** plus// *Aa^{pc}*

propriis, patrie sue extorres fieri, parentibus, et uxoribus, ac filiis renunciare parati sunt, et, ut totum dicam, ipsam mortem corporis non solum non refugiunt, sed etiam libenter excipiunt, ambientes a corporis sui vita magis, quam a Deo vita vite sue discedere.

5

(de pen. D.2 c.6) Item Beda super Iohannem.

Querendum est interea, quomodo speciale filii Dei agnoscendi signum fuerit, quod super eum descenderit et manserit Spiritus. **(§ 1)** Quid magni est filio Dei, quod in ipso manere Spiritus astruatur? Notandum, quod semper in Domino manserit Spiritus sanctus; in sanctis autem hominibus, quamdiu mortale corpus gestaverint, partim maneat in eternum, partim rediturus secedat. Manet quippe apud eos, ut bonis insistant actibus, voluntariam paupertatem diligant, mansuetudinem consequantur, pro eterno desiderio lugeant, esuriant et sitiunt iusticiam, misericordiam, munditiam cordis, et tranquillitatem pacis amplectantur: sed et pro observatione iusticie persecutionem pati non vereantur, elemosinis, orationibus, ieiuniis, ceterisque Spiritus fructibus insistere desiderent. Recedit autem ad tempus, ne semper infirmos curandi mortuos suscitandi, demones eiciendi, vel etiam prophetandi habeant facultatem. Manet semper, ut possint habere virtutes, ut mirabiliter ipsi vivant. Venit ad tempus, ut etiam aliis per miraculorum signa, quales sint intus, effulgeant.

10

15

20

25

(de pen. D.2 c.7) Item Apostolus.

Karitas numquam excidit.

(de pen. D.2 c.8) Item Augustinus super epistolam Iohannis.

30

Unctio invisibilis Spiritus sanctus est, unctio invisibilis karitas est, quae, in quocumque fuerit tamquam radix illi erit, quamvis ardente sole arescere non potest, nutritur calore solis, non arescit.

Fr. 1193

(de pen. D.2 c.9) Item Gregorius super Ezechielem.

35

Pennata animalia, minime revertuntur, cum incedunt, quia sancti predicatorum, sic a terrenis actibus ad spiritualia transeunt, ut ad ea, quae reliquerant, ulterius nullatenus reflectantur. Et paulo post: "Nemo mittens

7 Querendum – 31 effulgeant Alcuinus, Commentarius in Iohannem, ed. PL 100.758A, citans Beda, Homiliae 1.15. CHECK!

manum suam in aratrum, etc.” Manum quippe in aratrum mittere est quasi per quendam conpunctionis vomerem ad proferendos fructus terram sui cordis aperire. Sed retro post aratrum aspicit, qui post exordia boni operis ad mala revertitur, quae relinquit. Quod quia electis Dei minime contingit, recte nunc per Prophetam dicitur: 'Non revertentur, cum incederent.' Et paulo post: Unde et Paulus: “Unum vero, quae retro sunt, oblitus, in ea, quae sunt ante, extendens me, sequor ad palmam superne vocationis.” In anteriora etenim extentus, eorum, quae retro sunt, oblitus fuerat, quia temporalia despiciens sola quae sunt eterna requirebat.

(**de pen. D.2 c.10**) Idem in eodem, omelia V.

“Non revertentur, cum incederent,” quia electi quique sic ad bona tendunt, ut ad mala perpetranda non redeant. 'Qui enim perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.' Et, sicut per Salomonem dicitur: 'Iustorum semita quasi lux splendens procedit, et crescit usque ad perfectum diem.' In eorum namque animo bonum desiderium atque intellectus lucis intime iam pars diei est; sed quia usque ad finem vite in virtute proficiunt, ad perfectum diem tunc veniunt, quando ad regna caelestia perducti, in ea luce, quam desiderant, iam minus aliquid non habebunt.”

(**de pen. D.2 c.11**) Idem in eodem omelia V.

Potest discursus atque mobilitas Spiritus sic intelligi. In sanctorum quippe cordibus iuxta quasdam virtutes semper manet; iuxta quasdam vero recessurus venit, et venturus recedit. In fide enim, spe atque karitate, et in bonis aliis, sine quibus ad caelestem patriam non potest perveniri (sicut est castitas, humilitas, iusticia atque misericordia) perfectorum corda non deserit. In prophetie vero virtute, doctrine facundia, miraculorum exhibitione, electis aliquando adest, aliquando se subtrahit. Et paulo post: (**§ 1**) In his itaque virtutibus, sine quibus ad vitam minime pervenitur, Spiritus sanctus in cordibus electorum suorum permanet, unde recte stabilis dicitur. In his vero, per quas sanctitatis virtus ostenditur, aliquando misericorditer presto est, aliquando misericorditer recedit.

(**de pen. D.2 c.12**) Unde Ambrosius super epistolam II ad Corinthios:

Ficta karitas est, quae deserit in adversitate.

(de pen. D.2 d.p.c.12) ¶ Ex premissis itaque apparet, quod karitas semel habita ulterius non amittitur. Qui autem karitatem semel habuerit criminaliter ulterius peccare non poterit, ut ad gratiam, non ad naturam impossibilitas referatur. Quod autem karitatem habens criminaliter peccare non possit, testatur Augustinus omelia 8. dicens: 5

Fr. 1194 **(de pen. D.2 c.13)** Quia radix omnium malorum est cupiditas, et radix omnium bonorum est karitas, et simul ambe esse non possunt, nisi una radicitus evolsa fuerit, alia plantari non potest. Sine causa aliquis conatur ramos incidere, si radicem non contendit evellere. 10

(de pen. D.2 d.p.c.13) ¶ Cum ergo qui criminaliter peccat karitatem numquam habuisse probatur, evidenter colligitur, penitenciam non agere, qui quandoque criminaliter peccavit. Unde Augustinus: 15

(de pen. D.2 c.14) Karitas est aqua, de qua Dominus ait in evangelio: “Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in eternum.” 20

(de pen. D.2 d.p.c.14) ¶ Reprobis ergo, cum eternis mancipatus incendiis in eternum sitiatis, quomodo bibet aquam vivam, aut quomodo potabit aquam salientem in vitam eternam, qui, quasi plumbeus demersus in ima, penas luit damnationis eterne? Item: Sine karitate quomodo veram contritionem cordis quis habere poterit? quomodo ergo delictorum remissionem? quae si non dimissa, quomodo non omnia prorsus ad penam exigenda? Item Dominus: “Amen, amen dico vobis, qui credit in me habet vitam eternam.” Qui ergo non habet vitam eternam non credit in Christum. In Christum vero credit qui karitatem habet. In Christum quippe credere est amando in ipsum tendere. Hec est fides, ut diffinit Apostolus, quae per dilectionem operatur; huic duntaxat delictorum remissio promittitur. Quod si karitas a fide Christianorum seiungi nequit, cui scilicet soli venia promittitur, quomodo qui karitatem non habuit fidem Christianorum habuit, id est in Christum credit? quomodo ergo veniam delictorum accepit? quam si non accepit, quomodo non omnia prorsus opera eternis sunt ferienda suppliciis? Item Dominus: “Ego sum panis vivus, qui de celo descendi; si quis manducaverit ex hoc pane, 25 30 35 40

vivet in eternum." Qui ergo non vivit in eternum non manducavit panem vivum: sed qui non manducavit in eum non credidit. Hoc est enim manducare panem vivum, quod credere in Christum, id est amando tendere in ipsum. Cum igitur reprobis in eum non crediderit, quem non manducavit, et ita fidem Christianorum (qua sola peccata relaxantur) non habuerit, quomodo, si vivit Dominus, cui omne iudicium dedit Pater, iudicium perpetue damnationis effugiet omnium non solum actualium, sed etiam originalium? (§ 1) Hec, quae de karitate dicuntur, de perfecta intelligi possunt, quae semel habita numquam amittitur. Exordia vero karitatis enutriuntur, ut crescant, et conculcantur, ut deficient. Nemo enim repente fit summus, sed in bona conversatione, quae sine karitate nulla est, a minimis quisque inchoat, ut ad magna perveniat. Sunt itaque gradus non solum inter virtutem et virtutem, sed etiam in eadem virtute. Unde Gregorius super Ezechielem scribit, dicens:

(de pen. D.2 c.15) Dum sanctam ecclesiam Dominus suscipit, in gradibus eius dinoscitur, quia eius gloria per illius incrementa declaratur. Quantum enim sancta ecclesia ascendendo proficit, tantum Deus hominibus ex eius virtute innotescit. De his quoque gradibus beatus Iob loquitur, dicens: 'Per singulos gradus meos pronuntiabo illum.' Omnipotentem quippe Dominum per singulos gradus suos pronunciat, qui per incrementa virtutum, quae accipit, ei semper laudem suae pietatis reddit. Si quidam gradus in cordis ascensione non essent, Psalmista non diceret: 'Ambulabunt de virtute in virtutem.' Nec mirum, si de virtute in virtutem gradus sunt, quando ipsa unaqueque virtus quibusdam quasi gradibus augetur, et sic per incrementa meritorum ad summam perducitur. (§ 1) Alia namque sunt virtutis exordia, aliud proventus, aliud perfectio. Si enim et ipsa fides ad perfectionem suam non gradibus quibusdam duceretur, sancti Apostoli minime dixissent: 'Auge nobis fidem.' Et quidam venit ad Dominum, qui curari voluit filium suum; sed requisitus, an crederet, respondit: 'Credo, Domine, adivua incredulitatem meam.' Pensate, rogo, quod dicitur. Si credebat, cur incredulitatem dicebat? Si vero incredulitatem habere se noverat, quomodo credebat? Sed quia per occultam inspirationem gratiae suorum meritorum gradibus fides crescit, uno eodemque tempore

Fr. 1195

is, qui necdum perfecte crediderat, simul et credebat, et incredulus erat. (§ 2) Hos nimirum gradus Dominus sub messis nomine describit, dicens: 'Sic est regnum Dei, quemadmodum si iactet homo semen in terram, et dormiat, et exurgat nocte ac die, et semen germinet, et crescat, dum nescit ille. Ultro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica; et cum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest tempus messis.' Semen homo iactat in terram, cum cordi suo bonam intentionem inserit, et post, quam semen iactaverit, dormit, quia iam in spe boni operis quiescit. Nocte vero surgit ac die, quia inter adversa et prospera proficit, et semen germinat et crescit, dum nescit ille, quia, et cum adhuc metiri sua incrementa non valet, semel concepta virtus ad propectum ducitur, et ultro terra fructificat, quia preveniente se gratia mens hominis spontanea ad fructum boni operis assurgit. Sed hec eadem terra primum herbam, deinde spicam deinde plenum frumentum producit in spica. Herbam quippe producere est inchoationis bone adhuc teneritudinem habere. Ad spicam vero herba venit, cum se virtus animo concepta ad propectum boni operis pertrahit. Plenum vero frumentum in spica fructificat, quando iam tantum virtus proficit, ut esse robusti et perfecti operis possit. Sed cum ex se produxerit fructum, statim mittit falcem, quoniam adest tempus messis. Omnipotens enim Deus producto fructu falcem mittit, et messem suam desecat, quia, cum unumquemque ad opera perfecta perduxerit, eius temporalem vitam per emissam sententiam incidit, ut granum suum ad celestia horrea perducatur. Cum igitur desideria bona concipimus, semen in terram mittimus. Cum vero operari recta incipimus, herba sumus. Cum autem ad propectum boni operis crescimus, ad spicam pervenimus, cumque in eiusdem operationis perfectione solidamur, iam plenum frumentum in spica proferimus. (§ 3) Herba etenim Petrus fuerat, qui, passionis tempore per amorem Dominum sequens, hunc confiteri ante ancille vocem timebat. Erat enim iam viriditas in mente, quia credebat omnium redemptorem; sed valde adhuc flexibilis pede conculcabatur timoris. Iam in spica surrexerat, quando eum, quem moriturum confiteri timuerat, nunciante angelo in Galilea viventem videbat. Sed ad plenum granum in spica pervenerat, quando veniente

Fr. 1196

desuper Spiritu, et suam mentem in illius amore
 roborante, ita solidatus est, ut vires persequentium cesus
 despiceret, et redemptorem suum libere inter flagella
 predicaret. (§ 4) Nullus itaque, qui ad bonum propositum
 5 adhuc in mentis teneritudine esse conspicitur, despiciatur,
 quia frumentum Dei ab herba incipit, ut granum fiat. Vir
 ergo venit ad portam, quia Dominus ac redemptor noster
 membris suis intransibilibus perducit ad se, et ascendit per
 gradus eius, quia nobis proficientibus eo amplius
 10 exaltatur, quo altus et inconprehensibilis esse
 cognoscitur. In virtutum quippe nostrarum gradibus ipse
 ascendere dicitur, quia tanto ipse nobis sublimior
 ostenditur, quanto noster animus a rebus infimis
 separatur.

15 (de pen. D.2 d.p.c.15) ¶ Hinc etiam Augustinus ait in
 libro de libero arbitrio:

(de pen. D.2 c.16) Qui vult facere Dei mandata, et non
 potest, iam quidem habet bonam voluntatem, sed adhuc
 parvam et invalidam. Poterit autem, cum magnam
 20 habuerit et robustam. Quando enim martires illa mandata
 magna fecerunt, magna utique voluntate, id est magna
 karitate fecerunt, de qua ipse Dominus ait: 'Maiorem
 karitatem nemo habet etc.'" Et paulo post: (§ 1) "Ipsam
 karitatem apostolus Petrus nondum habebat, quando
 25 timore Dominum ter negavit. Et tamen, quamvis parva et
 imperfecta, non deerat ei karitas, quando dicebat: 'Domine,
 animam meam pro te ponam.' Idem super epistolam
 Iohannis: (§ 2) "Si quis tantam habuerit karitatem, ut
 30 paratus sit etiam pro fratribus mori, perfecta est in illo
 karitas; sed numquid mox, ut nascitur, iam prorsus
 perfecta est? ut perficiatur, nascitur; cum fuerit nata,
 nutritur; cum fuerit nutrita, roboratur; cum fuerit
 roborata, perficitur; cum ad perfectum venerit, quid dicis?
 'Michi vivere Christus est et mori lucrum.'"

35 (de pen. D.2 c.17) In eadem.

Fr. 1197

Sicut seta introducit linum, ita timor karitatem; crescit
 karitas, minuitur timor, et e converso.

(de pen. D.2 c.18) In eadem.

40 Forte nata est in te karitas, sed nondum perfecta; noli
 desperare, nutri eam, ne forte suffocetur.

(de pen. D.2 c.19) Idem ad Ieronimum.

Karitas in quibusdam perfecta est, in quibusdam imperfecta: perfectissima autem in hac vita haberi non potest.”

(de pen. D.2 c.20) Item Gregorius.

Si sermo meus invenerit in cordibus vestris aliquam scintillam gratuiti amoris Dei, ipsam nutrite, ad hanc augendam vos advocare studete. Et paulo post: Flate, nutrite in vobis; ut cum creverit, et flammam dignissimam fecerit omnium cupiditatum ligna consumat.” 5

(de pen. D.2 d.p.c.24) ¶ (§ 1) Hec itaque karitas, quae in Petro ante negationem herba fuit, et in singulis nascitur ante, quam roboretur, ante sui perfectionem amittitur et reparatur. Unde Augustinus in libro de correctione et gratia: “Quicumque ab illa originali dampnatione ista divine gratie largitate discreti sunt, non est dubium, quin procuretur eis evangelium, et, cum audiunt, credunt, et in fide, quae per dilectionem operatur, usque in finem perseverant, et, si quando exorbitant, correcti emendantur, et quidam eorum, etsi ab hominibus non corripiantur, in viam, quam reliquerant, redeunt et cetera.” 10 15 20

(de pen. D.2 c. 25)

In eodem. “Firmum fundamentum Dei stat, immobile habens signaculum hoc: Scit Dominus qui sunt eius.’ Horum fides, quae per dilectionem operatur, profecto aut omnino non deficit, aut, si qui sunt, quorum deficit, reparantur ante, quam vita ista finiatur, et deleta iniquitate, quae intercurrerat, usque in finem perseverantia deputatur.” 25

(de pen. D.2 c.26) 30

In eodem. “Nullus eorum ex bono in malum conmutatus finit hanc vitam.”

(de pen. D.2 c.27)

In eodem. “Talibus Deus diligentibus eum omnia cooperatur in bonum, usque adeo prorsus omnia, ut etiam, si qui eorum deviant et exorbitant, etiam hoc ipsum faciet eis proficere in bonum.” 35

(de pen. D.2 c.28)

Item Apostolus ad Galathas. “Circumcisio non est aliquid, neque preputium, sed fides, quae per dilectionem 40

operatur. Et hoc olim in vobis, quia currebatis bene per opera fidei et ex dilectione.”

(de pen. D.2 c.29)

5 Item ad Ebreos. “Non est tam iniustus Deus, ut obliviscatur operis vestri etc.”

(de pen. D.2 d.p.c.29) ¶ Operis, quod omnia sua fecerunt communia, et hoc ex dilectione, et hoc ad gloriam Dei. Ecce triplex bonum, quasi diceret: olim multa operati estis, pro quibus, si penitetis de malis, benefaciet vobis Deus. Romanos quoque et Galathas dum Apostolus redargueret, merito fidei probat assecutos remissionem peccatorum, et sanctificationem in Spiritu sancto, et iusticiam bone operationis, quae omnia aut sine karitate numquam vere in eis fuerunt, aut veram karitatem habuerunt, a qua postea lapsi sunt qui de operibus legis gloriabantur. Item de quolibet adulto Augustinus ait: Fr. 1199

(de pen. D.2 c.30) Tolle karitatem, odium tenet.

Item:

(§ 1) Omnis, qui non diligit, odit.

20 Item in evangelio:

(§ 2) “Nemo potest duobus Dominis servire; aut enim unum odio habebit, et alterum diligit, aut unum sustinebit et alterum contempnet.”

(de pen. D.2 d.p.c.30) ¶ Adam vero, cum in virili etate a Domino creatus sit, ante, quam a diabolo temptaretur, dum de latere eius uxor formabatur, dum in extasi raptus angelice curie intererat, dum evigilans futura Christi et ecclesiae sacramenta vaticinabatur, aut karitatem, aut odium habebat. Si autem odium habebat, non fuit diabolus auctor nostri peccati. Item, si sine karitate a Deo creatus est, similitudinem eius nequaquam in sui creatione accepit. Item, si sine karitate creatus est, iustus et innocens a Deo factus non est; creatura namque, rationis capax et liberi arbitrii, iusticie et innocentie sine karitate particeps esse non potest. Colligitur ergo, quod Adam ante, quam peccaret, karitatem habuit, sine qua iustus et innocens esse non potuit. Unde Augustinus in Genesi ad litteram:

40 **(de pen. D.2 c.31)** Quomodo renovari dicimur, si non recipimus, quod perdidit primus homo? Hoc plane

recipimus, quia iusticiam, ex qua per peccatum lapsus est. Et paulo post: **(§ 1)** Expoliantes vos veterem hominem, induite novum, qui renovatur in agnitione fidei secundum imaginem eius, qui creavit eum. Hanc imaginem in spiritu mentis inpressam perdidit Adam per peccatum. Et post pauca: **(§ 2)** Stola illa prima ipsa iusticia est, unde lapsus est Adam. 5

(de pen. D.2 c.32) Idem in omelia XI

Princeps viciorum omnium, dum vidit Adam ex limo terre ad imaginem Dei factum, pudicitia ornatum, temperantia conpositum, karitate splendidum, primos parentes illis donis ac tantis bonis expoliavit, pariter ac peremit. Namque cum homini abstulisset pudicitiam, continentiam, suo dominio eum subiugavit. Et paulo post: **(§ 1)** Adam amissa temperantia factus est intemperans; perdita karitate malus inventus est. 10 15

Fr. 1200

(de pen. D.2 c.33)

Item Ambrosius ad Sabinum. "Quando Adam solus erat, non est prevaricatus, quia mens eius adherebat Deo."

(de pen. D.2 c.34)

Idem ad eundem. "Primus homo Dei opus recens, confabulator assiduus, qui sanctorum, conplantatus erat virtutibus." 20

(de pen. D.2 c.35)

Idem in Exameron. "Illa anima a Deo pingitur, quae habet in se virtutum gratiam renitentem, splendoremque pietatis. Illa anima bene dicta est, in qua elucet divine operationis effigies. Illa anima bene picta est, in qua est splendor glorie, et paterne imago substantie. Secundum hanc imaginem, quae refulget, pictura preciosa est. Secundum hanc imaginem depictus fuit Adam ante peccatum; sed ubi lapsus est deposuit." 25 30

(de pen. D.2 c.36)

Idem de fuga seculi. "Similem Dei esse est habere iusticiam, sapientiam, et in virtute esse perfectum." 35

(de pen. D.2 c.37)

Idem de vita beata. "Sapiens numquam inanis est, sed semper in se habens amictum prudentie, qui potest dicere: 'Iusticiam induebam, vestiebam iudicium.' Mentis namque

hec sunt interna velamina, quae nemo alius potest auferre, nisi cum aliquem sua culpa despoliat. Denique sic spoliatus Adam nudus inventus est.”

(de pen. D.2 c.38)

5 Idem in libro de Ysaac et anima. “Sed nec Adam primus nudus erat, quem innocentia vestiebat.”

(de pen. D.2 c.39)

10 Idem in libro de Paradyso. “Ut cognoverunt, quia nudi essent.’ Et ante quidem nudi erant; sed non sine virtutum tegumento.”

15 **(de pen. D.2 d.p.c.39) ¶** Opponitur etiam illud, quod omnis clamat auctoritas: si sic permansisset, ut erat ante peccatum, esset translatus in gloriam, quam habituri sunt sancti; sed nemo adultus sine karitate intrat: karitatem ergo habebat.

20 **(§ 1)** Item opponitur de Moyse, cuius fidem Apostolus in epistola sua ad Ebreos commendans, dignis preconiis eius merita predicavit, dum se negavit esse filium filie Pharaonis, malens affligi cum fratribus, quam perfrui iocunditate temporalis palatii; dum fratri conpatiens Egiptium sabulo obruit; dum veritus animositatem regis Egiptum reliquit; dum divino vallatus auxilio regis furorem contempsit, atque in virtute signorum populum de Egipto eduxit. quae omnia quibus laudibus sunt

25 efferenda, si tunc karitas in eo non erat, cum non habeat in se aliquid viriditatis ramus boni operis, nisi procedat ex radice karitatis? Quomodo autem karitatem non habebat, cui Dominus facie ad faciem loquebatur, sicut loqui solet homo cum amico suo? Quomodo karitatem non habebat,

30 qui pro populo supplicans dicebat: “Aut dimitte ei hanc noxam, aut dele me de libro tuo? “An non proximum diligebat, qui pro populo se obiciens, illum ab interitu liberavit? An non Deum diligebat, qui pro eo in vituli cultores deseuiens, ipsius vituli caput in pulverem

35 conminuit, atque, ut in secessum proiceretur, aque inmixtum Israelitis bibendum dedit, nonnullos ex eius cultoribus gladio feriri precipiens, ut populum, cuius erat interitus maior futurus, Deo reconciliaret? An non karitatem habebat, de cuius spiritu Dominus accepit, et super septuaginta seniores Israelis posuit? Qui tamen ad

40 aquam contradictionis de Dei potencia, sive de eius benignitate dubitans, cum cetera certa fide promisisset,

Fr. 1201

producturus aquam de petra, diffidenter excrepuit, dicens: "Numquid de petra hac potero vobis aquam educere?" Quod nulli leve videatur, cum in penam eius delicti sibi et Aaron a Domino dictum sit: "Quia non exaudistis vocem meam, ut glorificaretis me coram filiis Israel, non introducetis populum hunc in terram, quam dedi eis." (§ 2) An non karitatem habebat Aaron, quando fratri coadiutor datus est, ut esset os eius ad populum, ut fierent signa in Egipto per eum? Qui tamen in cultura vituli postea consensum populo adhibuit. An non karitatem habebat, quando ex omni multitudine filiorum Israel solus electus est a Domino, ut pontificatu ante eum fungeretur? Si karitatem non habebat, bonus non erat; si autem bonus non erat, cur pre ceteris a Domino in pontificem electus est? An non karitatem habebat, quando pro populo cum thuribulo incendio se opposuit, et iram placavit? Et tamen, ut premissum est, ad aquam contradictionis iram Domini adversum se postea provocavit. (§ 3) Numquid etiam David karitatem non habuit, super quem spiritus Domini a die unctionis directus est? An forte dicetur directus esse super eum, ut ex tunc gratiam prophetandi haberet, non ut ex eo gratiam divine dilectionis acciperet? Quod absurdum plane videtur de eo sentire, de quo Dominus ait: "Inveni hominem secundum cor meum." Quomodo etiam karitatem non habebat, qui querenti animam suam pepercit, et quia oram clamidis eius precepsit, postea cor suum graviter percussit, clamans: "Quem persequeris rex Israel, canem mortuum, et culicem unum?" Quomodo karitatem non habebat, qui mortem inimici sui tam gravissime tulit? Quomodo karitatem non habebat, qui aquam de cisterna Bethleem suorum periculo sibi oblatam non bibit, sed coram Domino libavit? Quomodo karitatem non habebat, qui irrisus a Michol filia Saul, eo quod ante archam Domini cytharam et psalterium percutiens saltasset, ait: "Ludam, et vilior fiam in oculis meis." Si karitatem non habebat, qua conscientia securus sibi ipsi inprecabatur dicens: "Si reddidi retribuentibus michi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis?" Si karitatem non habebat, qua temeritate iuste se iudicari rogabat, dicens: "Iudica me, Domine, secundum iusticiam meam, et secundum innocentiam meam super me?" Idem: "Iudica me, Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum?" Et tamen post tot et innumera alia divine et superne dilectionis iudicia quam

graviter deliquerit nullus ignorat, qui Bethsabee
 adulterium, et Urie homicidium audivit. Cuius
 penitenciam si sine karitate Domino obtulit, veram cordis
 contritionem non habuit. Quomodo ergo sacrificium
 5 contriti cordis et spiritus contribulati Domino promittere
 audebat, dicens: "Si voluisses sacrificium, dedissem utique;
 holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus
 contribulatus etc.?" Denique, cum false penitencie nulla a
 Deo promittatur remissio, quomodo a Propheta audire
 10 meruit: "Dimissum est peccatum tuum," si veram
 contritionem cordis non habuit? evidenter itaque apparet,
 eum tunc karitatem habuisse, et ex karitate sacrificium
 cordis contriti et spiritus contribulati Domino obtulisse;
 alioquin temerarie postulasset: "averte faciem tuam a
 15 peccatis meis," et cetera, quae in eodem Psalmo
 continentur, nisi odium mali et dilectio boni ad
 humilitatem penitencie illum provocasset. De quo etiam
 S. Ambrosius in libro de anima et Ysaac scribit, dicens:
 "Fugerat sanctus David odia Saul regis, non relinquens
 20 terras, sed declinans contagia regis inimitis et superbi,
 quia mens eius adhaerebat Deo" cui nullus adultus sine
 karitate adherere potest. Et tamen, quam graviter in
 populi dinumeratione postea deliquerit, ipsius delicti pena
 indicavit. (§ 4) Item, secundum hanc sentenciam qui
 25 criminaliter delinquit veram peccatorum remissionem in
 baptismo consecutus non est, sive in annis infantie sive
 adultus ad baptisma accessit, quia Dei amorem non
 habuit, sine quo nemo invenit umquam gratiam, atque ita
 secundum heresim Ioviniani, si vere ex aqua et Spiritu
 30 quis renatus est, ulterius criminaliter peccare non potest,
 vel, si criminaliter peccat, aqua tantum, non Spiritu
 probatur esse renatus. Cui sentencie illud epistole
 Iohannis consentire videtur: "Omnis, qui natus est ex
 Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo
 35 manet; et non potest peccare quia ex Deo natus est. In
 hoc enim manifesti sunt filii Dei, et filii diaboli." Et in fine
 epistole: "Omnis, qui natus est ex Deo, non peccat, sed
 generatio Dei conservat eum, et malignus non tangit
 eum." Verum hec auctoritas Apostoli quantum illi
 40 sentencie faveat, atque illa erroris secta quam veritati sit
 adversa, Ieronimus ostendit, scribens contra Iovinianum:

Fr. 1202

160r

(de pen. D.2 c.40) Si enim, 'omnis,' inquit, 'qui natus
 est ex Deo, non peccat, et a diabolo temptari non potest:'
 quomodo precipit, ut caveant, ne temptentur, dicens:

'Filioli, custodite vos a simulachris?' Et in eadem rursus epistola: 'Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est et iustus, ut remittat nobis peccata nostra, et emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, quoniam non peccavimus, mendacem facimus eum, et verbum eius non est in nobis.' Estimo, quod beatus Iohannes baptizatus ad baptizatos scripserit, et quod omne peccatum ex diabolo sit. Ille peccatorem se confitetur, et sperat remissionem peccatorum post baptismum. Et Iovinianus meus dicit: 'Ne tangas me, quoniam mundus sum.' Quid ergo? Contraria sibi Apostolus loquitur? Minime. In eodem quippe loco, cur hoc dixerit, statim edixit: 'Filioli mei, hec scribo vobis, ut non peccetis; sed et si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum, et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostri autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Et in hoc scimus, quoniam cognovimus eum, si mandata eius observemus. Qui dicit se nosse Deum, et mandata eius non custodit, mendax est, et in eo veritas non est. Qui autem servat verbum eius, vere in hoc karitas Dei perfecta est. In hoc scimus, quoniam in ipso sumus. Qui dicit, se in ipso manere, debet, sicut ille ambulavit, et ipse ambulare.' Propterea scribo vobis, filioli mei, omnis, qui natus est ex Deo, non peccat. Ideo dico vobis ut non peccetis, et tandiv vos sciatis in generatione Domini permanere, quamdiu non peccaveritis; immo, qui in generatione Domini perseverant peccare non possunt. quae enim communicatio luci et tenebris? Christo et Belial? Quomodo dies et nox misceri nequeunt, sic iusticia et iniquitas, peccatum et bona opera, Christus et antichristus. Si susceperimus Christum in hospicio pectoris nostri, illico fugamus diabolum. Si peccaverimus, et per peccati ianuam ingressus fuerit diabolus, protinus Christus recedit. Unde et David post peccatum: 'Redde michi,' ait, 'leticiam salutaris tui,' scilicet quam peccando amiserat. 'Qui dicit se nosse Deum, et mandata eius non custodit, mendax est, et in eo veritas non est.' Christus veritas appellatur immo est: 'Ego sum,' inquit, 'uia et veritas, et vita.' Frustra in eo nobis applaudimus cuius mandata non facimus. 'Scienti bonum et non facienti illud, peccatum est. Quomodo enim corpus sine spiritu

Fr. 1203

Aa 160r

3 nobis non no/bis // *Aa^{ac}*

mortuum est, sic et fides sine operibus mortua est.' Nec grande putemus unum Deum nosse, cum et demones credant et contremiscant. 'Qui dicit se in ipso manere, debet, sicut ille ambulavit, et ipse ambulare.' (§ 1) Eligat adversarius e duobus quod vult, optionem damus; manet in Christo, an non manet? Si manet, ita ergo ambulet, ut Christus. Si autem temerarium est similitudinem virtutum Domini polliceri, non manet in Christo, quia non ingreditur, ut Christus. Ille peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius, qui, cum malediceretur, non remaledixit, et tamquam agnus coram tondente se, sic non aperuit os suum; ad quem venit princeps mundi istius, et invenit in eo nichil; qui cum peccatum non fecisset, pro nobis peccatum eum fecit Deus. Nos autem iuxta epistolam Iacobi multa peccamus omnes, et nemo mundus a peccatis, nec infans, si unius diei quidem fuerit vita eius. Quis enim gloriabitur castum se habere cor? aut quis confidet mundum a peccatis se esse? tenemurque rei in similitudinem prevaricationis Ade. Unde et David: 'Ecce,' ait, 'in iniquitatibus conceptus sum, et in delictis peperit me mater mea.' Et beatus Iob: 'Si fuero iustus, os meum inopia loquetur, et si sine crimine, pravus inveniar, et si purificatus in nive, et lotus mundis manibus, satis me sorde tinxisti, et execratum est vestimentum meum.' Verum, ne penitus desperemus, arbitantes, nos post peccata baptismi non posse salvari, statim hoc ipsum temperat. 'Et si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum, et ipse est propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.' Hoc ad credentes post baptismum loquitur, et advocatum pro delictis eorum Dominum pollicetur. Nec dicit, siquid peccaveritis, advocatum habetis apud Patrem Iesum Christum, et ipse est propitiatio pro peccatis vestris, ne eos dices non plena fide baptismum consecutos; sed: 'advocatum,' inquit, 'habemus apud Patrem Iesum Christum, et ipse est propitiatio pro peccatis nostris,' et non solum pro Iohannis aliorumque peccatis, sed etiam, 'pro totius mundi.' In toto autem mundo et Apostoli sunt, omnesque credentes. Ex quibus liquido conprobatur, post baptismum posse peccare. Frustra enim advocatum habemus apud patrem Iesum Christum, si peccari non potest. Petrus apostolus, ad quem dictum fuerat: 'Qui lotus est, non habet necesse, ut iterum lavet;' et: 'Tu es Petrus, et super

Fr. 1204

hanc petram edificabo ecclesiam meam,' ab ancilla perterritus negat. Et ipse Dominus: 'Symon, ecce,' inquit, 'sathanas postulavit vos, ut cribraret sicut triticum; ego autem rogavi pro te, ne deficeret fides tua.' Et infra: **(§ 2)** Si non peccamus post baptisma, cur nobis poscimus peccata dimitti, quae in baptisate iam dimissa sunt? Aliud est autem, si ad catecuminos hec oratio pertinet, 'dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris' et non convenit fidelibus et Christianis. Paulus vas electionis castigat corpus suum, et in servitutem redigit, ne aliis predicans ipse reprobus inveniatur. **(§ 3)** Ad Ebreos quoque scribens ait: 'Impossibile est enim, eos, qui semel sunt illuminati, et gustaverunt donum celeste, et participes facti sunt Spiritus sancti, gustaverunt nichilominus bonum Dei verbum, virtutesque seculi futuri, et prolapsi sunt, renovari iterum ad penitentiam, rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei, et ostentui habentes.' Certe eos, qui illuminati sunt, et gustaverunt donum celeste, et participes facti sunt Spiritus sancti, gustaveruntque bonum Dei verbum, negare non possumus baptizatos. Si autem baptizati peccare non possunt, quomodo nunc Apostolus dicit: 'Et prolapsi sunt?' Verum ne Montanus et Novatus hinc redeant, qui contendunt, non posse renovari per penitentiam eos, qui crucifixerunt sibimet filium Dei, et ostentui habuerunt, consequenter hunc errorem solvit et ait: 'Confidimus autem de vobis, dilectissimi, meliora et viciniora saluti, tametsi ita loquimur. Non iniustus est Dominus, ut obliviscatur operis vestri, et dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis, et nunc ministratis.' Et revera grandis iniusticia Dei, si tantum peccata puniret, et bona opera non susciperet. Locutus sum, inquit Apostolus ita, ut a peccatis vos retraherem, et desperationis metu facerem cautiores. Ceterum confido de vobis, karissimi, meliora et viciniora saluti. Neque enim iusticie Dei est, ut obliviscatur bonorum operum, et ministerii, quod propter nomen eius exhibuistis et exhibetis in sanctos, et tantum meminerit peccatorum. Et paulo post: **(§ 4)** "Liberi arbitrii nos condidit Deus, nec ad virtutem, nec ad vicia necessitate trahimur; alioquin, ubi necessitas nec corona est. Sicut in bonis operibus perfectior est Deus: (non est enim volentis, neque currentis, sed miserentis Dei et adjuvantis, ut pervenire valeamus ad calcem), sic in malis

atque peccatis semina nostra sunt incentiva, et perfectio
diaboli. Cum viderit, nos super fundamentum Christi
edificasse fenum, ligna, stipulam, tunc supponit
incendium. Edificemus aurum, argentum, lapides
5 pretiosos, et temptare non audebit. Quamquam et in hoc
non sit certa et segura possessio. Sedet quippe leo in
insidiis, ut in occultis interficiat innocentem: et vasa figuli
probat fornax, homines autem iustos temptatio
tribulationis. Et in alio loco scribitur: 'Fili, accedens ad
10 servitum Dei, prepara te ad temptationem.' Rursus idem
Iacobus ait: 'Estote factores verbi, et non auditores
tantum. Si quis auditor est verbi, et non factor, iste similis
est viro, qui considerat vultum nativitatis sue in speculo;
15 consideravit illud, et statim recedens oblitus est, qualis
fuerit.' Frustra monuit, ut iungerent opera fidei si post
baptisma peccare non poterant. 'Qui totam,' inquit,
'legem, servaverit, et in uno peccaverit, factus est omnium
reus.' Quis nostrum est absque peccato? conclusit Deus
omnia sub delicto, ut omnibus misereatur. Petrus quoque:
20 'Novit,' inquit, 'Deus pios de temptatione eripere.' Et de
falsis doctoribus: 'Hi sunt fontes sine aqua, et nebule
turbiniibus exagitate, quibus caligo tenebrarum
reservatur. Superba enim vanitatis loquentes pelliciunt in
desideriis carnis luxurie eos, qui paululum effugerant, et
25 ad errorem conversi sunt.' Nonne tibi videtur pinxisse
sermo apostolicus novam imperitie factionem? Aperiant
enim quasi fontes scientie, qui aquam non habent
doctrinarum, promittunt imbrem, velut nubes propheticæ,
ad quas perveniat veritas Dei, et turbiniibus exagitantur
30 demonum atque viciorum. Locuntur grandia, et totus
eorum sermo superbia est, (inmundus autem est apud
Deum omnis, qui exaltat cor suum), ut qui paululum
refugerant a peccatis ad suum revertantur errorem, et
suadent in luxuria ciborum carnisque deliciis. Quis enim
35 non libenter audiat: Manducemus, et bibamus, et in
eternum regnabimus? Sapientes et prudentes pravos
vocant; eos vero, qui dulces sunt in sermonibus, plus
audiunt. Iohannes apostolus, immo in Iohanne Salvator
scribens Angelo ecclesie Ephesi: 'Scio,' inquit, 'opera tua,
40 et laborem, et patientiam tuam, et quia sustinuisti propter
nomen meum, et non defecisti; sed habeo adversum te,
quod karitatem tuam primam reliquisti. Memor esto,
unde cecideris, et age penitentiam, et prima opera fac. Sin
autem, venio tibi, et movebo candelabrum tuum de loco

Fr. 1205

suo, nisi penitenciam egeris.' Similiter ceteras ecclesias, Smirnam, Pergamum, Thyatiram, Sardis, Philadelfiam, Laodiciam, ad penitenciam provocat, et, nisi revertantur ad opera pristina, conminatur, et in Sardis paucos habere se dicit, qui non coinquinaverunt vestimenta sua, et ambulaturi sunt cum eo in albis, quia digni sunt. Cui autem scribit: 'Memento, unde cecideris,' et: 'Ecce, missurus est diabolus ex vobis in carcerem, ut temptemini,' et: 'Scio, ubi habitas, ubi est sedes sathane,' et: 'In mente habe, qualiter acceperis et audieris,' et: 'Serve, et penitenciam age,' et reliqua? utique dicit, qui crediderit, et baptizatus fuerit, et stans quondam corrui per delictum. (§ 5) Paulisper de veteri testamento exempla distuleram, quia solent, ubicumque contra eos facit, dicere: 'Lex et prophete usque ad Iohannem.' Ceterum quis ignoret sub alta dispensatione Dei omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nunc Christiani sunt? Quomodo ante Abraham placuit in coniugio, sic nunc placent virgines in perpetua castitate. Servivit ille legi et tempori suo, serviamus et nos legi et tempori nostro, in quos fines seculorum devenerunt. David electus secundum cor Domini, qui omnes eius faceret voluntates, et qui in quodam Psalmo dixerat: 'Iudica me, Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, et in Domino sperans non infirmabor. Proba me, Domine, et tempta me; ure renes meos, et cor meum,' postea temptatus a diabolo, et post peccatum penitens loquitur: 'Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam.' Magnum peccatum magna vult deleri misericordia. Salomon amabilis Domino, et cui bis fuerat Deus revelatus, quia amator mulierum fuit, a Dei amore discessit; Manassem impiissimum regem post captivitatem Babilonicam in pristinam dignitatem liber dierum restitutum refert. Et Iosias vir sanctus in campo Mageddon ab Egiptio rege confoditur. Iesus quoque filius Iosedech sacerdos magnus, quamquam in typo precesserit Salvatoris, qui nostra peccata portavit, et alienigenam sibi ex gentibus copulavit ecclesiam, tamen secundum litteram post sacerdotium sordidatus inducitur, et stat diabolus a dextris eius, et candida illi deinceps vestimenta redduntur. Superfluum est de Moyse et Aaron scribere, quod ad aquam contradictionis offenderint Deum, et terram repromissionis non intraverint, cum beatus Iob angelos quoque et omnem creaturam peccare posse

Fr. 1206

5 commemoret, dicens: 'Quid enim numquid homo mundus
 est coram Deo? aut ab operibus suis sine macula vir? si
 contra servos suos non credit, et adversos angelos suos
 pravam quid repperit: quanto magis habitantes in
 domibus luteis, de quibus et nos ex eodem luto sumus?
 10 Temptatio est vita hominis super terram.' Et cecidit
 lucifer, qui mittebat ad universas nationes, et ille, qui in
 paradyso deliciarum inter duodecim nutritus est lapides,
 vulneratus a monte Domini ad inferna descendit. Unde et
 15 Salvator in evangelio: 'Videbam,' inquit, 'sathanam, quasi
 fulgur de celo cadentem.' Si altissima illa sublimitas
 cecidit, quis cadere non possit? Si in celo ruine, quanto
 magis in terra. Et tamen, cum ceciderit lucifer, immo post
 casum coluber antiquus, virtus eius in lumbis est et
 20 potestas eius super umbilicum ventris. Obumbrantur in
 eo arbores magne, et dormit iuxta iuncum, et calamum, et
 caricem. Ipse est rex omnium, qui in aquis sunt, ubi
 scilicet voluptas, et luxuria, et propago et irrigatio
 nuptiarum." Et infra: **(§ 6)** "Transivimus ad secundam
 particionem, in qua negat eos, qui tota fide baptisma
 consecuti sunt, deinde posse peccare, et docuimus, quod
 excepto Deo omnis creatura sub vicio sit, non quod
 universi peccaverint, sed quod peccare possint, et
 similibus vina stantium metus sit.

25 **(de pen. D.2 d.p.c.40)** ¶ Evidenter itaque ex premissis
 apparet, nonnullos karitatem habere, quam postea
 criminaliter delinquendo amittunt. Quod si quis
 contendat non de virtute, sed de virtutis opere debere
 30 intelligi, deliberet quid respondeat de innocentia Ade, de
 iusticia David Moysi, et ceterorum, qui plena fide ad
 baptisma accedentes, licet postea prolapsuri sint, tamen
 celestia dona degustant, et Spiritus sancti fiunt participes,
 ut non solum ante humanos, verum etiam ante Dei oculos
 35 ex aqua et Spiritu sancto inveniantur renati; qui, si
 karitatem non haberent ante Dei oculos; aqua tantum
 regenerarentur, non Spiritu. Opera enim, seu
 sacramentorum participatio, nisi ex karitate procedant,
 apud Deum nec iusticiam, nec innocentiam prestant. "Si
 enim," inquit Apostolus, "habuero omnem finem, ita ut
 40 montes transferam, et si distribuero omnes facultates
 meas in cibos pauperum, et si tradidero corpus meum ita,
 ut ardeam, karitatem autem non habeam, nichil michi
 prodest." **(§ 1)** Sed quia de predestinatis ad vitam a
 nonnullis conceditur, quod karitatem amittant, et

amissam recuperent, de reprobis etiam videndum est, an ipsi karitatem habeant, qua amissa postea dampnentur. De his ita scribit Augustinus in libro de correctione et gratia:

- Fr. 1207 (de pen. D.2 c.41) Apostolus, sciens, nonnullos diligere Deum, et in eo modo usque in finem non perseverare, mox addidit: 'his, qui secundum propositum vocati sunt sancti etc.' In eodem: (§ 1) An adhuc et iste nolens corripitur poterit dicere: Quid ego feci, quod non accepi? quem constat accepisse, et sua culpa quod acceperat amisisse. Possum, inquit, possum omnino, quando me arguis dicere, quod ex bona vita in malam mea voluntate relapsus sum adhuc: quid feci, quod non accepi? Accepi enim fidem, quae per dilectionem operatur, sed in illa usque in finem perseverantiam non accepi." 5 10 15
- In eodem:
- (§ 2) "In bono illos volebam proculdubio manere; erant utique in bono, sed in eo non permanserunt."
- In eodem:
- (§ 3) "Propter huius utilitatem secreti credendum est, quosdam de filiis perditionis non accepto dono perseverandi usque in finem, fide, quae per dilectionem operatur, incipere vivere, et postea cadere" etc. 20
- (de pen. D.2 d.p.c. xxx) ¶ Multa similia de reprobis de evangelio etiam: "Qui perseveraverit usque in finem, etc." In eodem: "Iterum homo iste incepit, etc." 25
- (de pen. D.2 c.42)
- Item in eodem. "Mirandum est, quare Deus quibusdam filiis perditionis det fidem per dilectionem operantem, nec det in ea perseverantiam." 30
- (de pen. D.2 d.p.c. xxx) ¶ Item illud evangelii: "Non qui ceperit, sed qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit."
- (de pen. D.2 c.43)
- Item Gregorius. "Multi bene incipiunt, qui in malo vitam finiunt." 35
- (de pen. D.2 d.p.c.43) ¶ Non autem bene incipit qui numquam ex karitate operatur. Quod si ex karitate

aliquid agit, et karitatem aliquando in ipso necesse est esse.

(§ 1) Illud autem Gregorii: “Qui seduci possunt quandoque non reversuri etc.,” non de omnibus generaliter reprobis, sed de ypocritis specialiter intelligendum est. Quod ex verbis eiusdem evidenter datur intelligi. Cum enim questionem proponeret, cur misericors Deus ista fieri permittat, ut Leviathan seu nunc per suggestiones callidas, sive per dampnatum illum, quem replet, hominem, vel solis sibi radios, id est doctos quosque sapientesque subiciat, vel aurum, hoc est viros sanctitatis claritate fulgentes, quasi lutum sibi viciis coinquinando substernat, mox in eiusdem questionis solutione supposuit, dicens:

(de pen. D.2 c.44) “Citius ad hoc respondemus, quia aurum, quod pravis eius persuasionibus quasi lutum sterni potuerit, aurum ante Dei oculos numquam fuit. Qui enim seduci quandoque non reversuri possunt, quasi habitam sanctitatem ante oculos hominum videntur amittere, sed eam ante Dei oculos numquam habuerunt. Sepe namque homo multis occulte peccatis involuitur, et in una aliqua virtute magnus videtur, quae ipsa quoque virtus inanescens deficit, quia, dum innotescit hominibus, proculdubio laudatur, eiusque favor inhianter appetitur: unde fit, ut et ipsa virtus ante Dei oculos virtus non sit, dum abscondit quod displicet, prodit quod placet. quae itaque esse merita apud Deum possunt, quando et mala occulta sunt, et bona publica? Plerumque enim, sicut diximus, latet superbia, et castitas innotescit. Atque ideo ostensa diu castitas circa finem vite perditur, quia cooperta superbia usque ad finem incorrecta retinetur. Alius elemosinis vacat, propria distribuit, sed tamen multis iniusticiis servit, vel fortasse linguam in detractionibus exercet, et fit plerumque, ut is, qui misericors fuerat, iuxta vite sue terminum rapacitatis et crudelitatis stimulis inardescat. Quod valde iusto iudicio agitur, ut perdat et ante homines unde hominibus placuit, qui hoc, unde Deo displicuit, corrigere numquam curavit. Alius patientie studet, sed invidere aliis, et servare maliciam in corde non cavet, fit quandoque inpatientis, quia div latuit dolens. Hi itaque et per aliquid aurum sunt, et per aliquid lutum sunt. Atque hoc aurum quasi lutum

Fr. 1208

sternitur, quando occultis peccatis exigentibus etiam virtus, quae publice claruerat, dissipatur.

(§ 1) Sed opere precium credimus, si in his virtutem superni ordinis subtilius perpendamus. Sepe enim Deus omnipotens occulta eorum mala div tollerat, et aperta eorum bona electorum suorum usibus profutura dispensat. Nam nonnulli, mundum nequaquam funditus deserentes, non perseveraturi angustum iter arripiunt, sed ad querendam angustam viam exemplo suo eos, qui perseveraturi sunt, accendunt. Unde contingit plerumque, ut hoc ipsum, quod bene videntur vivere, non sibi, sed potius solis electis vivant, dum exemplis suis ad bene vivendi studia perseveraturos alios non perseveraturi provocant. Sepe enim quosdam videmus ad viam ingredi, ad locum propositum festinare, quos alii, quia euntes conspiciunt, secuntur, eundemque pariter locum petunt; sed fit plerumque, ut irruente aliquo implicationis articulo post se redeant qui preibant, et hi ad locum perveniant, qui sequebantur. Ita nimirum sunt qui non perseverant et viam sanctitatis arripiunt. Idcirco enim virtutis iter non perventuri inchoant, ut eis, qui perventuri sunt, viam, qua gradientur, ostendant, quorum etiam casus utilitate non modica electorum propectibus servit, quia illorum lapsum dum conspiciunt, de suo statu contremiscunt, et ruina, quae illos dampnat, istos humiliat. Discunt enim in superni adiutorii protectione confidere, dum plerosque conspiciunt de suis viribus cecidisse. Quando ergo bene agere videntur reprobi, quasi planum iter electis sequentibus monstrant. Quando vero in lapsum nequicie corruunt, electis post se pergentibus quasi cavendam superbie foveam ostendunt.”

(de pen. D.2 d.p.c. xxx) ¶ Quod vero reprobi negantur comedere panem, qui de celo descendit, vel bibere aquam vivam, non sic accipiendum est, ut a karitate penitus credantur alieni, sed ut in karitate radicem figere non intelligantur. Aliud est enim manducare vel bibere, atque aliud degustare. Unde in evangelio de Christo legitur: “Et cum gustasset, noluit bibere.” Bibit ergo aquam vivam, manducat panem, qui de celo descendit, qui in karitate radicem figit; degustat, qui ea aliquatenus communicat, a qua postea recedit delinquendo. De qualibus Apostolus ait: “Impossibile est, eos, qui semel illuminati sunt, et gustaverunt celeste

donum, et post hec omnia prolapsi sunt, rursus renovari ad penitenciam."

(§ 1) Hinc etiam diabolus in veritate stetit, non in ea creatus esse negatur. Fuit enim in veritate conditus; sed, dum de se superbiendo presumpsit, ab ea alienus factus est. In veritate autem quomodo creatus perhibetur, si sine dilectione sui conditoris creatus esse probatur? Aut quomodo bonus a Deo conditus asseritur, si nichil divine directionis in sui creatione accepit? Quomodo ante superbie motum sine vicio extitit, si conditorem suum nullatenus dilexit? Aut quomodo par, sive excellentior ceteris creatus dicitur, si, nonnullis eorum in Dei amore conditis, hic ab eius dilectione vacuus factus est? Unde autem hec differentia inter bonos et malos angelos processit? Si ex creante, iniustus videtur Deus, qui ante peccatum infert penam, vel qui hoc punit, quod creando infudit. Si autem non ex creante, cum non ex traduce, restat, ut ex proprie libertatis arbitrio vicium superbie in angelicam naturam processerit. Bona ergo condita est, quae suo vicio a bono in malum conmutata est. Sed quomodo bona esse potuit, si dilectione penitus caruit? Neque enim angelus nobis similis factus est, quos usque ad tempus etatis certum infirmitas gravat, ut neque virtus, neque vicium ullum in nobis obtineat locum. Accepit ergo dilectionem in sui creatione, sicut et ceteri, de quibus dicitur: "Angelice virtutes, quae in Dei amore perstiterunt." Non ait, quae Deum diligere ceperunt, sed: "quae in eius amore perstiterunt," quae ex creatione diligere ceperant, ut principium divine dilectionis omnibus credatur esse commune, perseverantia vero eorum tantummodo intelligatur, qui in retributione hoc accipere meruerunt, ut confirmati ulterius cadere non possent, et hoc de se certissime scirent. Unde bene apud Moysem prius celum, deinde firmamentum factum esse dicitur, qua nimirum angelica natura prius equaliter subtilis in superioribus est condita, postea in persistentibus in amore sui conditoris mirabiliter confirmata.

Fr. 1209

(§ 2) Hinc etiam Gregorius in Moralibus multa de perfectione angelice creationis replicans, karitate repletum negat, non ea penitus vacuum asserit, qua si penitus caruisset, numquam ea, quae de eius excellentia dicuntur, convenienter de eo intelligi possent.

(de pen. D.2 c.45) "Principium enim," inquit beatus Gregorius, "viarum Dei Behemoth dicitur, quia nimirum, cum cuncta creans ageret, hunc primum condidit, quem reliquis angelis eminentiorem fecit. Huius primatus eminentiam conspicit Propheta, cum dicit: 'Cedri non fuerunt altiores illo in paradyso Dei; abietes non adequaverunt summitatem eius; platani non fuerunt equales frondibus illius; omne lignum preciosum paradysi Dei non est assimilatum illi et pulchritudini eius, quoniam speciosum fecit eum in multis, condensisque frondibus.' Quid namque accipi in cedris, abietibus, et platanis potest, nisi illa virtutum celestium procere celsitudinis agmina, in eterne leticie viriditate plantata? quae quamvis exelsa sint condita, huic tamen nec prelata sunt, nec equata, qui speciosus factus in multis, condensisque frondibus dicitur, quia prelatum ceteris legionibus tanta illum species pulchriorem reddidit, quanta et supposita angelorum multitudo decoravit. Ista arbor in paradyso Dei tot quasi condensas frondes habuit, quot sub se positas supernorum spirituum legiones attendit. Qui et idcirco peccans sine venia est dampnatus, quia magnus sine comparatione fuerat creatus. Hinc ei rursum per eundem Prophetam dicitur: 'Tu signaculum similitudinis plenus sapientia, et perfectus decore, in deliciis paradysi Dei fuisti.' Multa enim de eius magnitudine locuturus, primo verbo cuncta complexus est. Quid namque boni non habuit qui signaculum Dei similitudinis fuit? De sigillo quippe annuli talis similitudo imaginaliter exprimitur, qualis in sigillo eodem essentialiter habetur. Et licet homo ad similitudinem Dei creatus sit, angelo tamen quasi maius aliquid tribuens, non eum ad similitudinem Dei conditum, sed ipsum signaculum Dei similitudinis dicit, ut, quo subtilior est natura, eo in illum similitudo Dei plenius credatur expressa. (§ 1) Hinc est, quod primatus eius potenciam adhuc insinuans idem Propheta subiungit: 'Omnis lapis preciosus operimentum tuum, sardius, et topazius, et iaspis, crisolitus, onix, et berillus, saphirus, carbunculus et smaragdus.' Novem dixit genera lapidum, quia nimirum novem sunt ordines angelorum. Nam cum per sacra eloquia angeli, archangeli, throni et dominationes, virtutes, principatus, potestates, Cherubim et Seraphim aperta narratione memorantur, supernorum civium quante sint distinctiones ostenditur; quibus tamen

39 ordines ordines sunt *Aa^{ac}*

Behemoth iste opertus fuisse describitur, quia eos quasi vestem ad ornamentum suum habuit, quorum dum claritatem transcenderet, ex eorum conparatione clarior fuit. (§ 2) De cuius adhuc descriptione subiungit: 'Aurum opus decoris tui, et foramina tua in die, qua conditus es, preparata sunt.' Aurum opus extitit decoris eius, quia sapientie claritate canduit, quam bene creatus accepit. Foramina vero in lapidibus idcirco fiunt, ut vinculati auro in ornamenti conpositione iungantur, et nequaquam a se dissideant, quos interfusum aurum repletis foraminibus ligat. Huius ergo lapidis in die condicionis sue foramina preparata sunt, quia videlicet capax karitatis est conditus, qua si repleri voluisset, stantibus angelis tamquam positus in regis ornamento lapidibus inherere potuisset. Si enim karitatis auro sese penetrabilem prebuisset, sanctis angelis sociatus in ornamento, ut diximus, regio lapis fixus maneret. Habuit ergo lapis iste foramina; sed superbie vicio karitatis auro non sunt repleta. Nam quia idcirco ligantur auro, ne cadant, idcirco iste cecidit, quia etiam perforatus manu artificis amoris vinculis ligari contempsit. Nunc autem ceteri lapides, qui hic similiter fuerant perforati, penetrantes se invicem karitate ligati sunt, atque hoc in munere, isto cadente, meruerunt, ut nequaquam iam de ornamento regio cadendo solvantur. (§ 3) Huius principatus celsitudinem adhuc idem Propheta intuens adiungit: 'Tu Cherub extentus, et protegens in monte sancto Dei, et in medio lapidum ignitorum perfectus ambulasti.' Cherub quippe plenitudo scientie interpretatur, et idcirco iste Cherub dicitur, quia transscendisse cunctos scientia non dubitatur, qui in medio lapidum ignitorum perfectus ambulavit, quia inter angelorum corda karitatis igne succensa clarus gloria condicionis extitit. Quem bene extentum ac protegentem dicit. Omne enim, quod extenti protegimus, obumbramus, quia conparatione claritatis sue obumbrasse ceterorum claritatem creditur, ipse fuisse extentus et protegens repperitur. Reliquos enim quasi obumbrando operuit, qui eorum magnitudinem excellentia maiore transscendit. (§ 4) Quod ergo illic speciosus in multis frondibus, quod illic signaculum similitudinis, quod illic Cherub, quod illic protegens dicitur, hoc hic voce dominica Behemoth iste principium viarum Dei vocatur. De quo idcirco tam mira, in quibus fuit, et quae amisit, insinuat, ut homini ostendat, quid ipse, si superbiat, de elationis sue culpa passurus sit,

si feriendo illi parcere noluit, quem creando in gloria tante claritatis elevavit. Consideret ergo homo, elatus quid in terra mereatur, et si angelis prelatus in celo prosternitur.”

Fr. 1211 (de pen. D.2 d.p.c.45) ¶ Karitas autem, quae in 5
adversitate deseritur, ficta, id est fictilis et fragilis, esse perhibetur, sicut fides, ex qua karitas procedit, ficta, id est fragilis, apud Apostolum esse negatur. Similiter karitas, quae in adversitate deseri potest, dicitur numquam vera fuisse. Sicut enim Ieronimus contra Iovinianum scribit: 10
“Omnis creatura sub vicio est, non quod omnis peccaverit, sed quia nulla est, quae peccare non possit.” Posse autem peccare, ut Augustinus ait, non est aliquid posse, immo aliquid non posse. Unde ille solus vocatur omnipotens, qui hoc non potest, quia omnia potest, quae posse est 15
aliquid posse. Sicut ergo eius conparatione, qui mutabilitatem nescit, omnis creatura viciosa dicitur, quia mutabilitatis est capax, iuxta illud: “Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens,” et: “Astra non sunt munda in conspectu eius:” sic conparatione eius creature, quae 20
mutationem non recipit, omnis creatura, quae permutatur, non vera sed vana esse probatur. Unde omnis homo mendax dicitur, et vanitati similis factus. (§ 1) Hinc etiam Ecclesiastes: Cuncta, quae sub sole sunt, id est quae temporum vicissitudinem recipiunt, non tantummodo 25
vanitas, quae omni creature ratione mutabilitatis inest, sed etiam vanitas vanitatum, varietate permutationis, quam recipiunt, esse dicuntur. Sic ergo conparatione divinae karitatis nulla virtus vera probatur, aut conparatione eius, quae non deseritur, illa, quae amittitur, 30
vera esse dicitur, sic et karitas, quae deseritur, suo modo vera esse negatur. Sicut autem omnis creatura suo modo bona et vera esse dicitur, sic et karitas, quae deseritur, suo modo vera esse monstratur: alioquin, si nullo modo in eo esset a nullo desereretur. Quod enim nullo modo vere est 35
nullo modo deseri potest. Quod si aliquo modo vere deseritur, et aliquo modo id vere esse oportet.

(DISTINCTIO 3)

Fr. 1211 (de pen. D.3 d.a.c.1) ¶ Hec de karitate breviter 40
scripsimus propter eos, qui penitentiam negant reiterari posse, asserentes, quod sicut karitas semel habita numquam amittitur, ita penitentia semel vere celebrata

5 nulla sequenti culpa maculatur; si vero criminalis culpa illam aliquando sequitur, vera penitencia non fuit, nec veniam a Domino inpetravit. Quod ex diffinitione ipsius penitencie, et multorum auctoritatibus probare contendunt. Ut enim ait Ambrosius in quodam sermone Quadragesime:

(**de pen. D.3 c.1**) “Penitencia est et mala preterita plangere, et plangenda iterum non committere.”

(**de pen. D.3 c.2**)

10 Idem in libro de unica penitencia. “Repperiuntur qui sepius penitenciam agendam putant, qui luxuriantur in Christo. Nam si vere in Christo penitenciam agerent, iterandam postea non putarent; quia, sicut unum baptisma, ita unica est penitencia. Verum preteriti nos
15 semper debet penitere peccati: sed hec delictorum leviorum. At ego facilius inveni qui recte servaverit innocentiam, quam qui congrue egerit penitenciam.”

(**de pen. D.3 c.3**)

20 Item Augustinus. “Satisfactio penitencie est peccatorum causas excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere.”

(**de pen. D.3 c.4**)

Idem in libro de penitencia. “Penitencia est quaedam dolentis vindicta, puniens in se quod dolet commisisse.”

25 Et infra:

(**§ 1**) “Continue dolendum est de peccato: quod declarat ipsa dictionis virtus. Penitere enim est penam tenere, ut semper in se puniat ulciscendo quod commisit peccando. Pena enim proprie dicitur lesio, quae punit et
30 vindicans quod quisque commisit. Ille penam tenet, qui semper vindicat quod commisisse dolet.”

Fr. 1212(**de pen. D.3 d.p.c. xxx**) ¶ Penitencia itaque est vindicta semper puniens in se quod dolet commisisse.

(**de pen. D.3 c.5**)

35 In eodem. “Si Apostolus etiam peccata per baptismum dimissa continue plorat, nobis super fundamentum Apostolorum positis quid preter plorare restat? quid, nisi semper dolere in vita? Ubi enim dolor finitur, deficit et penitencia. Si autem penitencia finitur, quid relinquitur de

venia? Tamdiv enim gaudeat et speret de gratia, quamdiv sustentatur a penitencia. Dicit enim Dominus: 'Vade, et amplius noli peccare.' Non dixit: ne pecces, sed: nec voluntas peccandi in te oriatur. Quod quomodo servabitur, nisi dolor in penitencia continue custodiatur? 5
Hinc semper doleat, et de dolore gaudeat, et de doloris penitencia, si contigerit, semper doleat, et non satis sit, quod doleat, sed ex fide doleat, et non semper doluisse doleat."

(de pen. D.3 c.6) 10

Item Gregorius in estivum tempus. "Penitentiam agere digne non possumus, nisi modum quoque eiusdem penitencie cognoscamus. Penitentiam quippe est agere et perpetrata mala plangere, et plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat, ut tamen alia committat, adhuc penitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat. Quid enim prodest, si peccata quis luxurie defleat, et tamen adhuc avaritie estibus anhelat?" 15

(de pen. D.3 c.8)

Item Iohannes Os aureum. "Perfecta penitencia cogit peccatorem omnia libenter sufferre." 20

Et infra: "In corde eius contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas. Hec est fructifera penitencia."

(de pen. D.3 c.9)

Item Smaragdus. "Ille penitentiam digne agit, qui sic preterita mala deplorat, ut futura iterum non committat. Fr. 1213 Nam qui plangit peccatum, et iterum admittit peccatum, quasi quis lavet laterem crudum: quem quanto magis abluerit, tanto magis lutum facit." 25

(de pen. D.3 c.10) 30

Item Augustinus. "Penitentes (si tamen estis penitentes, et non estis irridentes) mutate vitam, reconciliamini Deo, et vos cum catena pascetis. Qua, inquis, catena? 'quae ligaveritis in terra erunt ligata et in celo.' Audis ligaturam, et Deo putas facere inposturam? penitentiam agis, genua figis, et rides, subsannas patientiam Dei? Si penitentiam agis penitet; si non penitet, penitens non es. Si ergo penitet, cur facis quod male fecisti? si fecisse penitet, noli facere; si adhuc facis, certe non es penitens." 35 40

(de pen. D.3 c.11)

Item Ysidorus. de summo bono "Irrisor est, non penitens, qui adhuc agit quod penitet, nec videtur Deum poscere subditus, sed subsannare superbus; canis reversus ad vomitum est penitens ad peccatum. Multi enim indésinenter lacrimas fundunt, et peccare non desinunt. Quosdam accipere lacrimas ad penitenciam cerno, et affectum penitencie non habere, quia inconstantia mentis nunc recordatione peccati lacrimas fundunt, nunc vero reviviscente usu ea, quae fleverunt, iterando committunt. Ysaías de peccatoribus dicit: Lavamini, mundi estote. Lavatur, et mundus est, qui et preterita plangit, et flenda iterum non admittit. Lavatur, et non est mundus, qui plangit quae gessit, nec deserit, et post lacrimas ea, quae fleverat, repetit."

(de pen. D.3 c.12)

Item Augustinus in libro soliloquiorum. "Inanis est penitencia, quam sequens culpa coinquinat. Vulnus iteratum tardius sanatur, frequenter peccans et lugens veniam vix meretur. Nichil prosunt lamenta, si replicantur peccata. Nichil valet a malis veniam poscere, et mala denuo iterare. Persiste ergo in confessione; esto in penitencia fortiter confirmatus; vitam bonam, quam cepisti, tenere non deseras; propositum bone vite conserva iugiter."

(de pen. D.3 c.13)

Item Gregorius in Pastoralí. "Qui admissa plangunt, nec tamen deserunt, considerare sollicite sciant, quia flendo inaniter mundant qui vivendo se nequiter inquinant, cum idcirco lacrimis se lavant, ut mundi ad sordes redeant."

(de pen. D.3 c.14)

Item. "Qui admissa plangit, nec tamen deserit, pene graviori se subicit, quia ipsam, quam flendo inpetrare potuit veniam, contempnit."

(de pen. D.3 c.15)

Item. "'Lavamini, mundi estote.' Post lavachrum enim mundus esse negligit quisquis post lacrimas vite innocentiam non custodit. Et lavantur ergo, nec mundi

Fr. 1214

sunt, qui commissa flere non desinunt, sed rursus flenda committunt.”

(de pen. D.3 c.16)

Item. “Baptizatur quippe a mortuo qui mundat se fletibus a peccato; sed post baptismum tangit qui 5 culpas post lacrimas repetit.”

(de pen. D.3 c.17)

Item in Moralibus. “Incassum quippe bonum agitur, si ante terminum vite deseratur, quia et frustra velociter currit qui prius, quam ad metas veniat, deficit.” 10

(de pen. D.3 d.p.c.17) ¶ Sed verba diffinitionis non ad diversa tempora, sed ad idem tempus referuntur, videlicet, ut tempore, quo deflet mala, quae commisit, non committat quod adhuc eum flere oporteat. Quod ex subsequentibus verbis eiusdem auctoritatis datur intelligi, dum dicitur: 15 “Nam qui sic alia deplorat, ut tamen alia committat, adhuc penitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat.” Hinc Augustinus in Enchiridion:

Fr. 1215

(de pen. D.3 d.p.c.21) ¶ Ex persona huiusmodi penitentis etiam illud Smaragdi intelligitur: “Ille penitentiam digne agit etc.” et illud Augustini: “Penitentes etc.,” et illud Ysidori: “Irrisor est, et non penitens,” et illud Ysaie: “Lavamini mundi estote.” Item et illud Soliloquiorum: “Inanis est penitentia.” Similiter et 25 illud Gregorii: “Qui admissa plangunt,” et: “Baptizatur a mortuo.” Illud autem Ambrosii: “Repperiuntur etc.,” non secundum generalem, sed secundum specialem consuetudinem ecclesiae de solempni penitentia dictum intelligitur, quae apud quosdam semel celebrata non iteratur. Unde Augustinus scribit ad Macedonium: 30

(de pen. D.3 c.22) “Quamvis caute et salubriter provisum sit, ut locus illius humillime penitencie semel in ecclesia concedatur, ne medicina vilis minus utilis esset egrotis, quae tanto magis salubris est, quanto minus 35 contemptibilis fuerit, quis tamen audeat Deo dicere: quare huic homini, qui post primam penitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis?”

Aa 167v

(de pen. D.3 d.p.c. xxx) ¶ Hac auctoritate et illud Ambrosii determinatur, et iterum peccaturo per primam penitenciam venia dari monstratur; alioquin nequaquam iterum parceret Deus, qui nec dum pepercisset. 5 "Satisfactio quoque penitencie," et: "Vade, et amplius noli peccare," eundem cum diffinitione intellectum habet. Illud autem, quod in libro de penitencia dicitur, de perfecta intelligendum est. Sicut enim karitas alia est incipiens, alia est proficiens, alia perfecta: sic et penitencia alia est 10 incipientium, alia proficientium, alia perfectorum. Sicut autem karitati, licet nondum perfecte, in baptismo datur venia peccatorum, ut quamvis postea graviter aliquis sit peccaturus, tamen tunc intelligatur esse renatus, non aqua tantum (sicut Iovinianus tradidit), sed aqua et spiritu 15 (sicut Ieronimus contra eum scribit): sic et incipientium penitencie venia non negatur, quae quadam ratione perfecta dici potest, quia toto corde gemit et dolet, licet alia ratione potest dici imperfecta, quia non usque in finem duratura.

(§ 1) Secundum primum modum perfectionis intelligitur illud Iohannis Oris aurei: "Perfecta penitencia etc." Iuxta secundum modum perfectionis illud Augustini intelligitur: "Penitencia est vindicta semper puniens in se quod dolet commisisse." Illud autem: "Si penitencia finitur, 25 nichil de venia relinquitur," dupliciter intelligi potest. Si enim iuxta quorundam sententiam peccata dimissa redeunt, facile est intelligere, nichil de venia relinquitur, quoniam peccata, quae prius erant dimissa, iterum replicantur. Sicut enim ille, qui ex iusta servitute in 30 libertatem manumittitur, interim vere liber est, quamvis ob ingratitude in servitute postea revocetur: sic et peccata vere remittuntur penitenti, quamvis ob ingratitude venie eisdem postea sit implicandus. Si autem peccata dimissa non redeunt, dicitur nichil relinqui 35 de venia, quia nichil sibi relinquitur de vite mundicia, et spe eterne beatitudinis, quam cum venia assecutus est. Sicut enim argento perfecte purgato nichil sui decoris relinquitur, si sequenti erugine fedatur, non tamen prima, sed subsequenti sordidatur: sic expiato per penitenciam 40 nichil de venia dicitur relinqui, cum tamen iam non deletis, sed adhuc expiandis coinquinetur.

1 Hac] hauc *Aa*^{ac}

(§ 2) Quod autem per penitenciam non semel tantum, sed sepiissime peccata remittantur, multorum auctoritate probatur.

Fr. 1216

Ait enim Ieronimus ad Rusticum de penitencia:

(de pen. D.3 c.23) "Septies cadit iustus, et resurgit.' Si cadit, quomodo iustus? si iustus, quomodo cadit? sed iusti vocabulum non amittit qui per penitenciam semper resurgit. Et non solum septies, sed septuagies septies delinquenti, si convertatur ad penitenciam, peccata donantur. 'Cui plus dimittitur, plus diligit.'" 5
10

(de pen. D.3 d.p.c. xxx) ¶ David quoque per penitenciam adulterii simul et homicidii veniam inpetravit. De cuius penitencia in eodem libro Ieronimus ait:

(de pen. D.3 c.24) "Totam penitenciam peccatoris ostendit Psalmus quinquagesimus, quando ingressus est David ad uxorem Urie et a Nathan propheta correptus, respondit dicens: 'peccavi,' statimque meruit audire: 'et Dominus abstulit a te peccatum.' Adulterio enim iunxerat homicidium, et tamen conversus ad lacrimas: 'Miserere,' ait, 'mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.' Magnum enim peccatum magna indiget misericordia. Unde iungit et dicit: 'Multum lava me ab iniquitate mea, et a peccato meo munda me, quoniam iniquitatem meam ego agnosco, et peccatum, meum contra me est semper. Tibi soli peccavi,' (rex enim, alium non timebat,) 'et malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, et vincas, cum iudicaris.' Conclusit enim Deus omnia sub peccato, ut omnibus misereatur. Tantumque profecit, ut dudum peccator et penitens transierit in magistrum: 'Docebo iniquos vias tuas, et inpii ad te convertentur.' Confessio enim et pulchritudo coram eo, ut qui fuerit peccata sua confessus, et dixerit: Corrupte sunt et computruerunt cicatrices mee, feditatem vulnerum in sanitatis decorem conmutet." 15
20
25
30
35

Fr. 1217

(de pen. D.3 d.p.c.26) ¶ Ecce, cuius penitencia hic commendatur, cui venia etiam per prophetam data monstratur, quam graviter postea deliquerit, populi multitudo prostrata ostendit. Achab quoque (ut Ieronimus contra Iovinianum scribit) rex inpiissimus, ut sentenciam Dei subterfugeret, et eversio domus eius 40

differretur in posteros, ieiunio inpetravit et sacco. De quo ad eundem Rusticum scribit idem Ieronimus, dicens:

(**de pen. D.3 c.27**) "Achab rex inpiissimus vineam Nabuthe cruore possedit, et, cum Iezabel, non tam coniugio sibi quam crudelitate coniuncta, Helye increpatione corrigitur, hec dicit Dominus: 'Occidisti

et possedisti,' et iterum: 'In loco, in quo linxerunt canes sanguinem Nabuthe, ibi lingent sanguinem tuum. Et Iezabel canes comedent ante muros Iezrahel. Quod cum audisset Achab, scidit vestimenta sua, et posuit saccum super carnem suam, ieiunavitque et dormivit in cilicio. Factusque est sermo Domini ad Helyam, dicens: Quoniam reveritus est faciem meam Achab, non inducam malum in diebus eius.' Unum scelus Achab et Iezabel conmisertunt; tamen et converso ad penitentiam Achab pena differtur in posteros, et Iezabel in scelere perseverans presenti condempnatur iudicio."

(**de pen. D.3 c.28**) Item Iohannes Crisostomus de reparatione lapsi. "Talis, michi crede, talis est erga homines pietas Dei; talis nunquam spernit penitentiam, si ei sincere et simpliciter offeratur. Etiam si ad summum quis perveniat malorum, et inde tamen reverti velit ad virtutis viam, suscipit, libenter amplectitur; facit omnia, quatinus ad priorem revocet statum, quodque est adhuc prestantius et eminentius, etiamsi non potuerit quis explere omnem satisfaciendi ordinem, quantulumcumque tamen et quamlibet brevi tempore gestam non respuit penitentiam; suscipit etiam ipsam, nec patitur quamvis exigue conversionis perdere mercedem. Hoc enim michi indicat Ysaïas, ubi de populo Iudeorum talia quaedam dicit: 'Propter peccatum modice conturbavi eum, et percussi eum, et averti faciem meam ab eo; et contristatus est, et ambulavit tristis, et sanavi eum, et consolatus sum eum.' evidentius autem nobis testimonium dabit etiam rex ille inpius, qui cupiditatis sue quidem predam uxoris nequicia quesivit, sed perturbatus ipsius sceleris inmanitate penituit, et cilicio circumdatus facinus suum flevit, atque erga se ita Domini misericordiam provocavit, ut a cunctis absolveret eum peccatis. Sic enim Deus ait ad Helyam: 'Vidisti, quomodo conpunctus est Achab a facie mea? et quia flevit in conspectu meo, non inducam mala in diebus eius.'"

(de pen. D.3 d.p.c.29) ¶ Ninivite quoque, quos Dominus in evangelio commendat, penitentiam egerunt in predicatione Ione, et ex misericordia Domini indulgentiam consecuti subuersionis interitum subterfugere meruerunt. Sed qualis Achab post acceptam 5

Fr. 1219 veniam vixerit, textus libri Regum declarat, de quo etiam scribit Ambrosius, quod Iezabel uxor eius, cuius inflammabatur arbitrio, cor eius convertit, et nimis sacrilegiis execrabilem fecit, et hunc penitencie eius affectum revocavit. De Ninivitis autem in principio Ione scribit Ieronimus 10

(de pen. D.3 c.30) "Sicut ait Herodotus, Ninive a Rege Medorum subuersa est, regnante apud Ebreos Iosia. Unde patet, illam predicante Iona ex penitencia veniam meruisse, sed quia post ad vomitum rediit, ex ira Dei fuisse subuersam." 15

(de pen. D.3 c.31)

Item in principio Naum. "Naum prophetam ante adventum regis Assyriorum, qui populum Israel captivum in suas regiones transtulerat, fuisse, Ebreorum traditio confirmat. Siquidem in fine huius lectionis predicti regis adventum idem Propheta annunciare monstratur. Sed cum habitatores Ninive, Iona interitum civitatis predicante, ne divina ira denunciatum interitum sustinerent, peccatorum et impietatis penitentiam egissent, accepta Dei misericordia gravioribus se criminibus implicuerunt. Qua de causa memoratus Propheta, Spiritu sancto plenus iudicium Dei annuncians, ita est elocutus: 'Deus zelans et ulciscens Dominus.'" 20 25

(de pen. D.3 d.p.c. xxx) ¶ Item, quod frequenter penitenti venia frequenter prestetur, testatur Augustinus in libro de penitencia scribens contra quosdam hereticos, qui peccantibus post baptismum semel tantum dicebant utilem esse penitentiam, contra quos scribit Augustinus dicens: 30 35

(de pen. D.3 c.32) "Adhuc instant perfidi, quoniam sapiunt plus quam oportet, non sobrii, sed excedentes mensuram. Dicunt enim: etsi semel peccantibus post baptismum valeat penitencia, non tamen sepe peccantibus proderit iterata; alioquin remissio ad peccatum esset incitatio. Dicunt enim: quis non semper peccaret, si redire semper posset? Dicunt enim Deum incitatore[m] mali, si 40

semper penitentibus subuenit, et etiam ei placere peccata,
 quibus semper presto est gratia. Errant autem, immo
 multum constat ei displicere peccata, qui semper presto
 est ea destruere. Si enim ea amaret, non ita semper
 5 destrueret, sed conservaret, atque ut sua munera foveret.
 Semper destruit peccata, quae invenit, ne solvatur quod
 creavit, ne corrumpatur quod amavit. Sumunt ypocrite
 occasionem isti ex factis Domini. Quem enim bis
 illuminavit? quem leprosum bis mundavit? quem
 10 mortuum bis suscitavit? non Lazarum, quem dilexit; non
 filium viduae, quem misertus matri reddidit; non filium
 dissipatorem legitur bis suscepisse; non filiam Abrahae bis
 a demonio liberasse. In nulla persona iteravit factum,
 docens, ut aiunt, non sepe a Domino fieri remedium. Dixit
 15 multis: 'Vade, et amplius noli peccare, ne deterius tibi
 aliquid contingat,'

promittens penam, non amplius veniam.

Fr. 1220

(§ 1) Quod autem multos cecos et in diverso tempore
 illuminavit, et multos debiles confortavit, ostendit in
 20 diversis illis eadem sepe peccata dimitti, ut quem prius
 sanavit leprosum alio tempore illuminavit cecum. Ideo
 enim tot sanavit claudos, cecos, et aridos, ne desperet sepe
 peccator; ideo non scribitur aliquem nisi semel sanatum,
 ut quisque timeat iungi peccato. Videmus adhuc cottidie
 25 in ecclesia sepe febricitantes, sepe languidos, sepe
 passionibus captos sepe liberari, ut appareat tociens opus
 miserentis, quociens confessio fit penitentis. Quomodo
 enim corpus, quod vilius est et ab ipso dissimilius, sepe
 sanaret, et animam digniorem et redemptam tociens non
 30 liberaret? Medicum se vocat, et non sanis, sed male
 habentibus oportunitatem. Sed qualis hic medicus, qui malum
 iteratum nesciret curare? Medicorum enim est centies
 infirmum centies curare. Qui ceteris minor esset, si aliis
 35 possibilis ignoraret, memor est sui, qui promisit: 'Nolo
 mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat.' Quem
 enim peccatorem excludit? Qui omnibus promisit
 indulgentiam, aliis promissionibus declarat. 'Qui me
 confessus fuerit coram hominibus,' omnis
 quantumcumque et quociens peccator, cuiuscumque
 40 ordinis, etiamsi fuerit sacerdos, 'confitebor et ego eum.'
 Nam 'qui invocaverit nomen Domini,' (id est secundum
 quod nominatur Dominus, id est qui invocaverit eum ad
 se serviendo, et non contradicendo, ut forsitan sepe fecit.)

'omnis' (id est quicumque sit ille peccator,) 'salvus erit.'
Omnem enim animam iste promissor saturavit bonis,
etiam sedentes in tenebris et umbra mortis, nullam
excipiens animam.

(§ 2) Hunc magistrum intellexit discipulus ille, qui 5
Chorinthios per epistolas suas corrigere voluit, et, ut ipse
testatur, ter in litteris eos correxit. Oportebat enim, ut
quociens videbat eos cadere, tociens ivaret surgere.
Memor enim erat illius, qui dixerat: 'Quorum remiseritis
peccata, remittuntur eis.' Scimus autem, et primos patres, 10
et in omni tempore ecclesiam Dei semper usque in
septuagies septies (quod est semper) peccata remittere.
Quam potestatem isti ab ecclesia auferre conantur.
Oportet enim ecclesiam sic credere, quae confitetur se
peccare. Negant enim veritatem seductis esse, qui se 15
absque peccato audent iactare. In multis enim offendimus
omnes, nec infans unius diei absque peccato super terram
esse potest. Quapropter eliminandus est ab ecclesia, qui
umquam penitentibus negat indulgentiam. Non enim
inquiret quid Apostolus senserit, qui dixit: 'Nichil mihi 20
consciis sum, sed non in hoc iustificatus sum.' Sentiens
etiam iustis peccata solere contingere, non se confirmabat
absque peccato, qui se cognovit indissolubili vinculo
karitatis coniunctum Christo. Nisi enim sciret, iustos sepe
venire ad veniam, quomodo dubitaret, se peccare, qui se 25
sciebat spiritum Dei habere, et intentione mundissima ei
servire? Cur enim Dominus pedes lavisset Petri, et
ecclesiam hoc idem docuisset, nisi (quoniam cottidiana est
Fr. 1221 offensio) oportet, ut cottidiana sit remissio? Cur
docuisset orantes dicere: 'Dimitte nobis debita nostra,' 30
nisi ipse misericors perseveraret, qui nos ab hac petitione
non vult deficere?"

(1 DP)

Fr. 1221

(de pen. D.3 c.33) 35

Item Augustinus ad Macedonium. "In tantum autem
hominum iniquitas aliquando progreditur, ut etiam post
actam penitentiam, post altaris reconciliationem, vel
similia vel graviora committant. Et tamen facit Deus
etiam super tales oriri solem suum, nec minus tribuit, 40
quam ante tribuerat, largissima munera vite ac salutis; et
quamvis eis in ecclesia locus ille penitencie non

concedatur, Deus tamen super eos paciencie sue non obliviscitur. Ex quorum numero si quis nobis dicat dicite, utrum michi aliquid prosit ad vitam futuram, si in ista vita illecebrosissime voluptatis blandimenta contempsero, si
 5 me penitendo vehementius quam prius excruciavero, si miserabilius ingemuero, si flevero uberius, si vixero melius, si pauperes sustentavero largius, si karitate, quae operit multitudinem peccatorum, flagravero ardentius: quis nostrum ita desipit, ut huic homini dicat: Nichil tibi
 10 ista in posterum proderunt; vade, saltem huius vite suavitate frui? avertat Deus tam inanem sacrilegamque dementiam.”

(de pen. D.3 d.p.c. xxx) ¶ Sive autem quis dicat, primam penitentiam tantum post baptismum utilem esse,
 15 non sequentem, sive quis contendat, ultime tantum veniam dari, non precedenti, semper tamen auctoritati adversatur, quae sepius penitenti veniam repromittit. quae autem sit vera penitencia, cui numquam venia negatur, et quae sit falsa, cui numquam indulgentia promittitur, Adamantius et Esitius super Leviticum testantur. Adamantius:

(de pen. D.3 c.34) “Inter hec hyrcum, qui oblatus fuerat, etc.’ Non peccare solius Dei est: emendare sapientis. Sed raro invenias qui se corrigat. Rara confessio peccati, rara penitencia. Repugnat natura et verecundia,
 25 quia obnoxia est culpe omnis caro, et quisque erubescit peccatum confiteri, dum magis presentia cogitat quam futura. Vult Moyses peccati vacuum reperire animam, ut exuvias erroris deponat, et culpe nuda sine pudore sui discedat. Sed irrationabilis inpetus prevenit, et flamma celerrimi motus animam depascitur, exurit eius innocentiam. preponderant enim futuris presentia, seriis iocunda, et tristibus leta, et tardioribus prepropera. Velox enim iniquitas, quae ad nocendum occasionem suggerit;
 30 lenta virtus et cunctatrix ante iudicat, quam incipit, quid decorum, quid honestum; iniquitas omnia precipitat. Pigra ergo et verecunda penitencia, quia presentium pudore premitur. Solis enim intendit futuris, quorum spes sera, tardior fructus.

40 Interim precurrit inpudentia, et spe presentium penitencia excluditur, et affectus eius exuritur et aboletur. Querit eam lex, et non invenit, combusta est enim fervore et fumo iniquitatis. Inde irascitur, et dicit, devorandam

Fr. 1222

fuisse penitenciam in sanctis sanctorum; sacerdotes quasi segnes increpat.

(§ 1) Respondet Aaron, providum esse debere sacerdotale iudicium, nec male sane conscientie facile esse credendum id muneris, ne fiat error deterior priore. Vase enim fetido vel oleum vel vinum facile corrumpitur. Quomodo autem poterat, ubi ignis alienus erat, peccatum exuri et in conspectu Domini, cui cuncta sunt aperta? quasi non conplacet Deo qui iniusticiam corde inclusam tenet, et se penitenciam agere perhibet. Ignis alienus libido, avaricia, et omnis cupiditas prava. Hic ignis exurit, non mundat. In quibus enim est, si offerant in conspectu Domini, ignis eos celestis absumit, sicut Nadab et Abiud cum his, quae pro peccato fuerant oblata.

(§ 2) Qui ergo vult mundari ignem alienum removeat, et illi igni se offerat, qui culpam exurit, non hominem. Hic ignis siccavit emoruisse sanguinem profluentem; hic siccavit culpam latronis. Ignis enim consumens est; sanat simpliciter et pure confitentes. Iudas: 'Peccavi,' inquit, 'tradens sanguinem iustum;' sed in pectore habuit ignem alienum, quo inflammante cucurrit ad laqueum. Indignus autem remedio fuit, quia non pura mente penituit. Culpam ergo eius non auferunt sacerdotes, qui dolose offert se, nec in eo possunt epulari, quorum cibus est peccatorum remissio. Unde verus sacerdos ait: 'Meus cibus est, ut faciam voluntatem patris mei,' id est, ut peccatores conversi et penitentes salventur. Non est acceptum Deo sacrificium, nisi verum et sincerum."

(de pen. D.3 c.35)

Item Esitius. "Inter hec hyrcum, qui offertur etc.' Quia omne peccatum per penitenciam deletur, et qui predictum peccatum alterius doctrine et blasphemie commiserunt salvati non sunt, causam mortis eorum Legislator exponit: 'Inter hec hyrcum, qui oblatus fuerat etc.' Quia scilicet non comederunt filii Aaron quod pro peccato erat in loco sancto, id est, penitenciam commissi peccati in ecclesia peragi non fecerunt, quibus hoc preceptum est, quos Christus vicarios suos in ecclesia constituit. Ipse autem oblationis sue sanguinem, quae pro nostro sanguine oblata est, in sanctum, id est in celum, in conspectu patris obtulit. Debet autem comedi hoc

27 Deo Bm denuo incipit 28 sincerum Bm]

sacrificium in loco sancto, scilicet in ecclesia, in propitiationem peccatorum. Unde addit: 'quemadmodum preceptum est michi,' sic precepi. Moyses ergo gerit personam Christi. Exustum repperit, quia in Spiritum sanctum peccaverant; ab intelligibili igne Spiritus sancti oblatio pro penitencia ablata est. Voluntarie peccantibus non relinquitur hostia pro peccato. Nam sicut vera penitencia veniam promeretur, ita simulata irritat Deum, quia Spiritus sanctus discipline effugiet fictum. Hoc autem sancti Patres irremissibile

peccatum et blasphemiam in Spiritum sanctum dixerunt, in sceleribus usque ad finem vite perseverare, de potentia et misericordia Dei et redemptoris diffidere."

Fr. 1223

(de pen. D.3 d.p.c.39) ¶ His auctoritatibus, quae sit vera, quae falsa penitencia ostenditur, et false nulla indulgentia dari probatur; in quo illorum sententia destruitur, qua eum, qui pluribus irretitus fuerit, asseritur unius delicti penitencia eiusdem veniam a Domino consequi sine alterius criminis penitencia. Quod etiam multorum auctoritatibus probare conantur. Quarum prima est illa Naum prophete: "Non iudicabit Deus bis in idipsum." Sed quem sacerdos iudicat Deus iudicat, cuius personam in ecclesia gerit. Qui ergo a sacerdote semel pro peccato punitur, non iterum pro eodem peccato a Deo iudicabitur.

(de pen. D.3 c.40)

Item Gregorius super Ezechielem. "Pluit Dominus super unam civitatem, et super alteram non pluit, et eandem civitatem ex parte conpluit, et ex parte aridam relinquit. Cum ille, qui proximum odit, ab aliis viciis se corrigit, una eademque civitas ex parte conpluitur, et ex parte arida manet, quia sunt, qui, cum vicia quaedam resecant, in aliis graviter perdurant."

(de pen. D.3 c.41)

Item Ambrosius in XVIII octonario. "Prima consolatio est, quia non obliviscitur misereri Deus; secunda per punitionem ubi etsi fides desit, pena satisfacit et relevat."

Fr. 1225

(de pen. D.3 d.p.c. xxx) ¶ Item opponitur de Ieronimo, qui super Naum sentire videtur, quod, si infidelis adulterando interficeretur, de adulterio non

amplius a Deo puniretur. Item, si illa satisfactio non fuit, quam in adulterio vivens pro homicidio obtulit, cum adulterii eum penituerit, utriusque penitencia ei inponenda erit; quod a ratione alienum ecclesiastica probatur consuetudine, quae pro eodem peccato (nisi reiteratum fuerit) nulli penitenciam bis inponit. 5

(§ 1) Sed quod ei, qui crimen sibi reservat, de alio venia non prestetur, non solum premissis probatur auctoritatibus Esitii, Adamantii, Augustini, Smaragdi, Ysidori, Gregorii, verum etiam alia auctoritate eiusdem Augustini in libro de penitencia. Ait enim: 10

(de pen. D.3 c.42) "Sunt plures, quos penitet peccasse, sed non omnino, reservantes sibi quaedam, in quibus delectentur, non animadvertentes, Dominum simul mutum et surdum a demonio liberasse. Per hoc docet, nos numquam nisi de omnibus sanari. Si enim vellet peccata ex parte reservari, habentem septem demonia, perficere potuit sex expulsis. Expulit autem septem, ut omnia crimina simul eicienda doceret. Legionem autem ab alio eiciens, neminem reliquit de omnibus, qui liberatum possideret, ostendens, quod, etiamsi peccata sint mille, oportere de omnibus penitere. Laudatus est enim Dominus, quoniam eiecto demonio locutus est mutus. Numquam aliquem sanavit, quem non omnino liberavit. Totum enim hominem sanavit in sabbato, quia et corpus ab infirmitate, et animam ab omni contagione, indicans penitentes oportere simul dolere de omni crimine in anima orto et in corpore. Scio enim Dominum inimicum omni criminoso. Quomodo ergo qui crimen reservat de alio reciperet veniam? Sine amore Dei consequeretur veniam, sine quo nemo umquam invenit gratiam. Hostis enim Dei est, dum offendit perseveranter. Quaedam enim impietas infidelitatis est, ab illo, qui iustus et iusticia est, dimidiam sperare veniam. Nam sine vera penitencia inveniret gratiam? Penitencia enim vera ad baptismi puritatem confitentem conatur ducere. Recte enim penitens quicquid sordis post purificationem contraxit oportet ut abluat, saltim lacrimis mentis. Sed satis durus est cuius mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare; sed sciat culpabiliter se durum, qui deflet dampna temporis, vel mortem amici, et dolorem peccati non ostendit in lacrimis. Non itaque est, ut quis excuset se fontem non habere lacrimarum, qui umquam lacrimis 15
20
25
30
35
40

ostendit dolorem temporalium. Quem ergo penitet omnino peniteat etc.” -X Pars+

(de pen. D.3 d.p.c. xxx) ¶ Auctoritas illa Naum prophete: “Non iudicabit Deus bis etc.,” non ostendit omnia, quae temporaliter puniuntur, non ulterius a Deo punienda. Quamquam enim Sodomitas, Egyptios, Israelitas in heremo super eundem locum dicat Ieronimus temporaliter a Deo punitos, ne in eternum punirentur, non tamen intelligendum est de omnibus hoc generaliter; alioquin cuique sceleroso optandum esset, ut celesti fulmine percussus, aut aquis immersus, aut a serpentibus vulneratus pro peccatis suis divinitus interiret, ut eternos cruciatus brevis et pena momentanea terminaret. Illud etiam

Apostoli falsum esset, quod de prostratis in deserto in epistola ad Ebreos scribens ait: “Propter incredulitatem suam non intraverunt in terram promissionis.” Ubi probatur, quod sicut merito sue infidelitatis requiem illam amiserunt, ita propter eandem infidelitatem veram requiem eterne beatitudinis nullo modo intraverunt.

Fr. 1226

(§ 1) Intelligitur ergo illud Ieronimi de his tantum, qui inter ipsa flagella penitenciam egerunt, quam, etsi brevem et momentaneam, tamen non respuit Deus; sicut et illud Prophete: “Non iudicabit Deus bis in idipsum,” de his tantum intelligi oportet, quos supplicia presentia conmutant, super quos non consurget duplex tribulatio. Qui autem inter flagella duriores et deteriores fiunt, sicut Pharaon, qui flagellatus a Domino durior factus est, presentibus eterna connectunt, ut temporale supplicium sit eis eterne dampnationis initium. Unde Augustinus in Cantico Deuteronomii:

(de pen. D.3 c.43) “Ignis succensus est etc.’ Hoc est, vindicta hic incipiet, et ardebit usque ad extremam dampnationem.”

(de pen. D.3 d.p.c. xxx) ¶ Hoc contra illos notandum est, qui dicunt: “Non iudicabit Deus bis in id ipsum,” ad omnia pertinere flagella, quia quidam hic flagellis emendantur vel iudicantur, alii hic et in eternum puniuntur, sicut Antiochus et Herodes.

(§ 1) Quod autem super eundem locum de adultero infideli Ieronimus sentire videtur, ex verbis eiusdem falsum esse probatur. Exemplo enim illius, qui Israelitas

maledixerat, et qui ligna in sabbato collegerat, ostendit parva peccata brevibus et temporalibus suppliciis purgari, magna vero diuturnis et eternis suppliciis reservari. Ait enim:

(de pen. D.3 c.44) “Querat hic aliquis, si fidelis 5
deprehensus in adulterio decolletur, quid de eo postea fiat. Aut enim punietur, et falsum est hoc, quod dicitur: ‘Non iudicabit Deus bis in idipsum in tribulatione;’ aut non punietur, et optandum est adulteris, ut in presentiarum brevi pena puniantur ut frustrentur cruciatus eternos. Ad 10
quod respondemus, Deum, ut omnium rerum, ita suppliciorum quoque scire mensuras, et non preveniri sententia iudicis, nec illi in peccatorum exercende dehinc pene auferri potestatem, et magnum peccatum magnis diuturnisque lui cruciatibus; si quis autem punitus sit, ut 15
ille in lege, qui Israelite maledixerat, et qui in sabbato ligna collegerat, tales postea non puniri, quia culpa levis presenti supplicio compensata sit.”

(de pen. D.3 d.p.c. xxx) ¶ Illud autem Gregorii: 20
“Pluit Dominus super unam civitatem etc.,” non ad criminis veniam, sed ad eius detestationem referendum est, ut ideo pars civitatis dicatur esse conpluta, quia crimen, quod dilexerat, detestari incipit, non quod eius veniam consequatur. Criminis autem detestatio pluvia vocatur, quia ex fonte divine gratie cordi nostro 25
instillatur, ut vel sic quisque ad veram penitentiam perveniat, aut eo minus a Deo puniatur, quod diuturniori delectatione peccati maius sibi supplicium accumulasset. Si vero ad indulgentiam criminis pluvia referatur, 30
evangelice sentencie contraire videbitur. Si enim propter odium fraternum etiam quae dimissa sunt replicantur ad penam: multo magis quae non sunt dimissa ad vindictam reservari probantur.

(§ 1) Item, si secundum Augustinum arbiter sue voluntatis non potest inchoare novam vitam, nisi peniteat 35
eum veteris vite, quomodo ad novitatis indulgentiam perveniet qui odii vetustatem non deposuit? Ad detestationem ergo criminis, ut dictum est, non ad eius indulgentiam pluvia illa pertinere probatur.

(§ 2) Item illud Ambrosii: “Et si fides desit, pena satisfacit,” non de ea fide intelligitur, de qua dicitur: “fides sine operibus mortua est,” sed de ea, de qua Apostolus ait: “Omne, quod non est ex fide,” id est omne, quod contra 40

Fr. 1227

conscientiam fit, "peccatum est." Deest ergo fides, cum non subest conscientia peccati. Sed quia delicta omnia nullus intelligit, est aliquando in homine peccatum, cuius conscientiam non habet. Unde Apostolus: "Nichil michi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum." Cuius ergo peccati deest conscientia, illius pena, si patienter feratur, satisfacit, et relevat gravatum. Quod autem in fine obicitur: "Si satisfactio illa fuit, veniam inpetravit; si autem veniam non inpetravit, satisfactio non fuit; si autem satisfactio non fuit, adhuc sibi pena inponenda est," non procedit argumentatio; satisfactio namque est, dum exciditur illius peccati causa, et eius suggestionibus aditus non indulgetur, sed eius fructus non percipitur, inpeccato peccato, quod nondum deseritur. Percipietur autem, cum eius penitencia fuerit subsecuta, sicut ad lavacrum ficte accedens regenerationis accipit sacramentum, non tamen in Christo renascitur; renascitur autem virtute sacramenti, quod perceperat, cum fictio illa de corde eius recesserit veraci penitencia. Hinc etiam Augustinus scribit in libro de penitencia:

(**de pen. D.3 c.45**) "Pium est credere, et nostra fides hoc expostulat, ut, cum gratia Christi in homine destruxerit mala priora, etiam remuneret bona, et, cum destruit quod suum non invenit, amat et diligit bonum, quod in peccante plantavit."

(**de pen. D.3 d.p.c. xxx**) ¶ Ex hoc sensu etiam illud Ieronimi dictum videtur:

(**de pen. D.3 c.46**) "Si quando videris inter multa opera peccatorum facere quemquam aliqua, quae iusta sunt, non est tam iniustus Deus, ut propter multa mala obliviscatur paucorum bonorum."

(**de pen. D.3 d.p.c. xxx**) ¶ Quamquam memoria bonorum ad presentem remunerationem possit referri, sicut Gregorius in omelia de divite et Lazaro scribit:

(**de pen. D.3 c.47**) "Cavendum est nobis, ut, si forte aliquod bonum agimus, in presenti seculo remunerationem accipiamus, ne forte dicatur nobis: 'Receperunt mercedem suam.' Nisi enim dives iste aliquod bonum egisset, unde in presenti seculo remunerationem accepisset, nequaquam Abraham ei diceret: 'Recepisti bona in vita tua.'"

Fr. 1228

(de pen. D.3 d.p.c.48) ¶ Potest etiam memoria bonorum referri ad mitiorem penam habendam, ut bona, quae inter multa mala fiunt, non proficiant ad presentis vel future vite premium obtinendum, sed ad tollerabilius extremi iudicii supplicium subeundum, sicut de fide, et ceteris, quae sine karitate habentur Augustinus scribit in libro de patiencia dicens:

5

(de pen. D.3 c.49) “Si quis autem non habens karitatem, quae pertinet ad unitatem spiritus et vinculum pacis, quo catholica ecclesia congregata connectitur, in aliquo scismate constitutus, ne Christum neget, patitur tribulationes, angustias, famem, nuditatem, persecutionem, pericula, carceres, vincula, tormenta, gladium, vel flammam, vel bestias, vel ipsam crucem timore gehennarum et ignis eterni, nullo modo ista culpanda sunt; immo vero et hic laudanda patiencia est; non enim dicere poterimus, melius ei fuisse, ut Christum negando nichil eorum pateretur, quae passus est confitendo, sed estimandum est, fortasse tollerabilius ei futurum iudicium, quam si Christum negando nichil eorum pateretur. Ut illud, quod ait Apostolus: ‘Si tradidero corpus meum ita, ut ardeam, karitatem autem non habuero nichil michi prodest,’ nichil prodesse intelligatur ad regnum celorum obtinendum, non ad extremi iudicii tollerabilius supplicium subeundum.”

10

15

20

25

Et infra:

(§ 1) “Haec propter karitatem dicta sunt, sine qua in nobis non potest esse vera penitentia, quoniam in bonis karitas Dei est, quae tollerat omnia.”

(de pen. D.3 d.p.c.49) ¶ Penitentia ergo, ut ex premissis apparet, nulli in peccato perseveranti utilis est, non tamen alicui deneganda est, quia sentiet fructum eius, cum alterius criminis penitentiam egerit. Sic itaque penitencie diffinitio, et ceterae auctoritates sibi consonantes negant, eum agere penitentiam, qui perseverat in crimine, utilem videlicet sibi et fructuosam

30

35

(§ 1) Illud autem Ambrosii: “Penitentia semel usurpata, nec vere celebrata, et fructum prioris aufert, et usum sequentis amittit,” de solempni intelligitur, quae, cum non vere celebrata fuerit, et fructum prioris, id est sui ipsius secururam precedentis, amittit, (quia veniam, quam inpetrare potuit, contempsit), et usum sequentis

40

aufert, secundum consuetudinem quarumdam ecclesiarum, apud quas solemnitatis penitentie non reiteratur. De hac eadem penitencia etiam illud intelligitur: "Non est secundus locus penitencie."

5

(DISTINCTIO 4)

(de pen. D.4 d.a.c.1) ¶ Quia vero multorum auctoritatibus supra monstratum est, penitenciam vere celebrari, et peccata vere dimitti ei,

10

qui aliquando in crimen recasurus est: queritur, an peccata dimissa redeant? Huius questionis diversorum varia est sententia, aliis asserentibus, aliis econtra a negantibus, peccata dimissa ulterius replicari ad penam.

Fr. 1229

(§ 1) Quod autem peccata semel dimissa redeant, multorum probatur auctoritatibus; quarum prima est illa Prophete: "In memoriam redeat iniquitas patrum eius etc.;" secunda illa evangelii: "Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, etc." Deinde Augustinus in libro Psalmorum ait:

15

20

(de pen. D.4 c.1) "Si Iudas teneret illud, ad quod vocatus est, nullo modo ad eum vel sua preterita, vel parentum iniquitas pertineret. Quia ergo non tenuit adoptionem in familia Dei, sed iniquitatem vetusti generis potius elegit, rediit iniquitas patrum in conspectu Domini, ut in eo etiam ipsa puniretur."

25

Item Rabanus:

(§ 1) "'Tradidit eum tortoribus etc.' Considerandum est, quod dicit: 'universum debitum,' quia non solum peccata, quae post baptismum homo egit, reputabuntur ei ad penam, verum etiam peccata originalia, quae in baptismo ei dimissa sunt."

30

(de pen. D.4 c.2) Item Gregorius. "Ex dictis evangelicis constat, quia, si, in nos, quod delinquitur, ex corde non dimittimus, et illud rursus exigitur, quod nobis iam per penitenciam dimissum fuisse gaudebamus."

35

(de pen. D.4 c.3) Item Augustinus in omelia L. "Dicit Dominus: 'Dimitte et dimittetur tibi:' sed ego prius dimisi, dimitte vel postea. Nam si non dimiseris, revocabo te, et quicquid dimiseram replicabo tibi."

40

(de pen. D.4 c.4) Item. “Qui divini beneficii oblitus suas vult vindicare iniurias, non solum de futuris peccatis veniam non merebitur, sed etiam preterita, quae iam sibi dimissa credebat, ad vindictam ei replicabuntur.”

(de pen. D.4 c.5) Item Beda super Lucam. “Revertar in domum meam.’ Timendus est versiculus iste, non exponendus, ne culpa, quam in nobis exstinctam credebamus, per incuriam nos vacantes opprimat.” 5

(de pen. D.4 c.6) Item. “Quaecumque enim post baptisma sive pravitas heretica, seu mundana cupiditas arripuerit, mox prosternet in ima omnium viciorum.” 10

(de pen. D.4 c.7) Item Augustinus in libro questionum Deuteronomii. “Peccatum, quod ex Adam trahitur, temporaliter redditur, quia omnes propter hoc moriuntur, non autem in eternum eis qui fuerint per gratiam regenerati, si in ea usque in finem permanserint.” 15

Fr. 1230

(de pen. D.4 d.p.c.7 ¶) Eorum vero, qui hanc sententiam secuntur, alii dicunt, quod peccata reditura dimittuntur secundum iusticiam, sed non secundum prescientiam, sicut nomina discipulorum, qui retro abierunt, erant scripta in libro vite propter iusticiam, cui deserviebant, non secundum prescientiam, quae in numero salvandorum eos non habebat. Sic a latere Dei dicuntur mille casuri, et decem millia a dextris eius, quos tamen divina prescientia numquam suis annumeraverat. Hinc etiam Dominus ait Moysi: “Si quis peccaverit ante me, delebo eum de libro vite,” ut secundum iusticiam iudicis ille peccando dicatur deleri, qui secundum prescientiam numquam fuerat ascriptus. 20

(§ 1) Hinc Augustinus in epistola ad Corinthios: “Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo,” etsi in aliquibus. Communia omnia sacramenta, sed non communis gratia; ita et nunc baptismus communis est, sed non virtus baptismi. 25

(§ 2) Verum hoc de fecte accedentibus, vel de his, qui extra ecclesiam baptizantur, intelligitur, qui sacramenti quidem integritatem accipiunt, virtutem vero eius minime assecuntur. Parvulis vero, vel adultis plena fide accedentibus omnino peccata remittuntur, etsi aliquando a bono recessuri in malo vitam sint finituri. Unde Augustinus in libro de correctione et gratia: 35 40

(de pen. D.4 c.8) "Si ex bono in malum deficientes bona voluntate moriuntur, respondeant, si possunt, cur illos Deus, cum fideliter et pie viverent, non tunc de vite huius periculis rapuit, ne malicia mutaret intellectum eorum, et ne fictio deciperet animas eorum? Utrum hoc in potestate non habuit, an eorum mala futura nescivit? Nempe nichil horum nisi perversissime atque insanissime dicitur. Cur ergo non fecit? Respondeant qui nos irrident, quando in rebus talibus exclamamus: 'Quam inscrutabilia sunt iudicia eius, et investigabiles vie eius.' Neque enim hoc non donat Deus quibus voluerit, aut vero illa scriptura mentitur, quae de morte velut inmatura hominis iusti ait: 'Raptus est, ne malicia mutaret intellectum eius, et ne fictio deciperet animam eius.' Cur igitur hoc tam magnum beneficium aliis dat, aliis non dat Deus, apud quem non est iniquitas, nec acceptio personarum, et in cuius potestate est, quamdiu quisque in hac vita maneat, quae temptatio dicta est super terram? Sicut ergo coguntur fateri, donum Dei esse ut finiat homo vitam istam ante, quam ex bono mutetur in malum, cur autem id aliis donetur, aliis non donetur, ignorant: id tamen donum Dei esse in bono perseverantiam secundum scripturas (de quibus testimonia multa iam posui), fateantur nobiscum, et cur aliis detur, aliis non detur, sine murmure adversus Deum dignentur ignorare nobiscum.

(§ 1) Nec nos moveat, quod filiis suis Deus quibusdam non dat istam perseverantiam. Absit enim, ut ita sit, si de illis predestinatis essent, et secundum propositum vocatis, qui vere sunt filii promissionis. Nam isti, cum pie vivunt, dicuntur filii Dei; sed quia victuri sunt in pie, et in eadem impietate morituri, non eos dicit filios prescientia Dei. Sunt enim filii Dei, qui nondum sunt nobis, et sunt iam Deo, de quibus evangelista Iohannes ait: 'quia Iesus moriturus erat pro gente, nec tantum pro gente, sed etiam, ut filios Dei dispersos congregaret in unum,' quod utique credendo futuri erant per evangelii predicationem, et tamen ante, quam factum esset, iam filii Dei erant in memoriali patris sui inconcussa stabilitate conscripti sunt. Et sunt rursus quidam, qui filii Dei propter susceptam vel temporaliter gratiam dicuntur a nobis, nec tamen sunt Dei, de quibus ait idem Iohannes: 'Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis; quod si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum.' Non ait: ex nobis exierunt, sed quia non manserunt nobiscum, iam non sunt ex nobis; verum ait:

Fr. 1231

'ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis;' hoc est: et quando videbantur in nobis, non erant ex nobis. Et tamquam ei diceretur, unde id ostendis? 'Quod si fuissent,' inquit, 'ex nobis, permansissent utique nobiscum.' Filiorum Dei vox est: Iohannes loquitur in filiis Dei loco precipuo constitutus. Cum ergo filii Dei dicunt de his, qui perseverantiam non habuerunt: 'ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis;' et addunt: 'quod si ex nobis fuissent, permansissent utique nobiscum;' quid aliud dicunt, nisi non erant filii Dei, etiam quando erant in professione et nomine filiorum non quia iusticiam simulaverunt, sed quia in ea non permanserunt. Neque enim ait: nam, si fuissent ex nobis, veram, non fictam, iusticiam tenuissent utique nobiscum; sed: 'si fuissent,' inquit, 'ex nobis, permansissent utique nobiscum.' In bono illos volebat proculdubio permanere, erant itaque in bono, sed quia in eo non permanserunt, id est usque in finem non perseveraverunt, non erant, inquit, ex nobis, et quando erant nobiscum; hoc est: non erant ex numero filiorum, et quando erant in fide filiorum, quoniam qui vere filii sunt presciti et predestinati sunt conformes imaginis filii Dei et secundum propositum vocati sunt, ut electi essent. Non enim perit filius promissionis, sed filius perditionis. Fuerunt ergo isti ex multitudine vocatorum; ex electorum autem paucitate non fuerunt. Non igitur filiis suis predestinatis non dedit Deus perseverantiam. Haberent enim eam, si in eo filiorum numero essent, et quid haberent, quod non accepissent secundum apostolicam veramque sententiam? Ac per hoc tales filii filio Christo dati essent, quemadmodum ipse dicit ad patrem: 'Ut omne, quod dedisti michi, non pereat, sed habeat vitam eternam.' Hi ergo intelliguntur Christo dari, qui ordinati sunt in vitam eternam. Ipsi sunt illi predestinati et secundum propositum vocati, quorum nullus perit, ac per hoc nullus eorum ex bono in malum mutatus finit hanc vitam, quoniam sic et ordinatus, et ideo Christo datus, ut non pereat, sed habeat vitam eternam. Et rursus, quos dicimus inimicos eius, vel parvulos filios inimicorum eius, quoscumque eorum sic regeneraturus est, ut in ea fide, dilectionem operatur, hanc vitam finiant, iam et ante, quam hoc fiat, in illa predestinatione filii sunt eius, et dati sunt Christo filio eius, ut non pereant, sed habeant vitam eternam.

38 parvulos] *partim super ras. Aa filios Aa^{ac}(?): suos Aa^{ac}*

(§ 2) Denique ipse Salvator: 'Si manseritis,' inquit 'in verbo meo, vere discipuli mei estis.' Numquid in his computandi sunt illi, de quibus evangelium sic loquitur? ubi Dominus, cum commendasset manducandam carnem suam, et bibendum sanguinem suum, ait evangelista: 'Hec dixit in synagoga docens in Capharnaum. Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt: Durus est hic sermo, quis eum potest audire? Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurabant de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem, ubi erat prius? Spiritus est qui vivificat: caro autem non prodest quicquam. Verba, quae ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim Iesus ab initio, qui essent credentes, et quis esset eum traditurus, et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo venit ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro, et iam cum illo non ambulabant.' Numquid non et isti discipuli appellati sunt, loquente evangelio? et tamen non erant vere discipuli, quia non manserunt in verbo eius, secundum id, quod ait: 'Si manseritis in verbo meo, vere discipuli mei eritis.' Quia ergo non habuerunt perseverantiam, sicut non vere discipuli Christi, ita nec filii Dei vere fuerunt, etiam quando esse videbantur, et ita vocabantur. Appellamus ergo nos electos et Christi discipulos, et Dei filios, quia appellandi sunt quos regeneratos pie vivere cernimus. Sed tunc vere sunt quod appellantur, si manserint in eo, propter quod sic appellantur. Si autem perseverantiam non habent, id est in eo, quod ceperunt esse, non manent, non vere appellantur propter quod appellantur, et non sunt. Apud eum enim hoc non sunt, cui notum est quod futuri sunt, id est ex bonis mali."

Fr. 1232

(de pen. D.4 d.p.c.8) ¶ Finis huius auctoritatis eorum sententiae concordat, qui peccata dicunt remitti secundum iusticiam, et non secundum prescientiam. Alii vero, quamvis fateantur peccata redire, tamen seu per baptismum, seu per penitentiam asserunt omnino remitti peccata, et plena fide accedentem ad lavacrum renasci non aqua tantum, sed etiam Spiritu sancto, et, si postea peccaturus sit, deinde penitentem, etsi aliquando recasurus sit, tamen tempore sue penitentiae ita perfecte expiatum affirmant, ut, si tunc moreretur, salutem inveniret eternam. Quorum sententiae eiusdem auctoritatis principium consentit. Cum

enim questionem proponat, quare prescitos ad mortem, cum fideliter ac pie viverent, non tunc de vite huius periculis Deus rapuit, ne malicia mutaret intellectum eorum, et ne fictio deciperet animas eorum, cum de inmatura morte predestinati scriptura dicit: “Raptus est, ne malicia mutaret intellectum eius, et ne fictio deciperet animam illius,” evidenter ostendit, illos tales fuisse, qui, si fatali necessitate huius vite subducti essent periculis, profecto vitam consecuti essent eternam. Ut ergo finis principio conveniat, et ne sibi ipsi contraire videatur, diffiniendum est, quid sit scribi in libro vite, vel de eodem deleri secundum iusticiam, quid secundum prescientiam. Secundum prescientiam scribi est ad vitam preordinari; quod ab eterno factum est. Unde Apostolus in epistola ad Ephesios:

(de pen. D.4 c.9) “Benedictus Deus et pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in celestibus in Christo Iesu, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius in karitate; cui predestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum.”

(de pen. D.4 d.p.c.9) ¶ Similiter secundum prescientiam deleri est ad mortem, non ad vitam presciri, quod et ipsum ab eterno factum est. Unde Dominus in evangelio: “Qui credit in me, habet vitam eternam; qui autem non credit, iam iudicatus est.” Hinc etiam Augustinus ait:

Fr. 1233 **(de pen. D.4 c.10)** “‘Novit Dominus qui sunt eius.’ Ex his nemo seducitur. Nondum apparuit iudicium, sed iam factum est.”

(de pen. D.4 d.p.c.10) ¶ Porro secundum iusticiam scribi est Deo auctore ea operari, quorum merito sit dignus eterna salute. Hunc duplicem modum scribendi in evangelio Deus assignavit, discipulis dicens: “In domo patris mei mansiones multe sunt; si quo minus, dixissem vobis, quia vado parare vobis locum; et si abiero, et preparavero vobis locum, iterum venio, et accipiam vos ad me ipsum, ut ubi sum ego et vos sitis.” Dicens: “In domo patris mei mansiones multe sunt; si quo minus, dixissem vobis, quia vado parare vobis locum,” ostendit, eos, quibus loquebatur, scriptos in libro vite predestinatione. Subiciens: “si abiero, et preparavero vobis locum etc.”

ostendit, illos adhuc esse scribendos operatione. Hinc etiam Augustinus in eiusdem loci explanatione ait:

(**de pen. D.4 c.11**) “In domo patris mei mansiones multe sunt.’ Domus Dei, templum Dei, regnum celorum
5 sunt homines iusti, in quibus sunt multe differentie, et he sunt mansiones ipsius domus. He autem iam parate sunt in predestinatione, sicut ait apostolus: ‘Qui elegit nos ante mundi constitutionem,’ predestinando, parando autem in operatione. Unde: ‘Quos predestinavit, hos et vocavit,’
10 secundum hoc dicitur: ‘Fecit Deus quae futura sunt,’ id est quae facturus est.”

Et infra:

(**§ 1**) “Si quo minus,’ esse confirmat, quia, si non essent, dixisset: ibo et parabo, id est predestinabo. Sed
15 quia ibi sunt, non est opus aliqua parare. Quia vero nondum sunt in operatione, addit: ‘Et si abiero et preparavero.’ Abiens, sed non relinquens, parat, quia subtrahit se et latet, ut sit fides, quae non est de visa re, et inde est meritum fidei.”

(**§ 2**) “Ex hac vivit iustus, et mundatur ei cor, dum peregrinatur, et in ea desideratur quod nondum habetur. Hec preparatio mansionis est, quia sic parat nos sibi, et se nobis, ut maneat in nobis, et nos in eo, quantum quisque erit particeps eius plus vel minus pro diversitate
25 meritorum. Et hec est multitudo mansionum.”

(**de pen. D.4 d.p.c.11**) ¶] Secundum iusticiam deletur quia gratia subtracta ea operari permittitur, quibus eternam dampnationem meretur. Hinc Propheta loquens ex persona Christi ait: “Deleantur de libro viventium,”
30 hoc est: subtrahatur eis gratia, qua subtracta hi in profundum viciorum, deinde in eternam dampnationem precipitentur, “et cum iustis non scribantur,” id est: non apponatur eis gratia, quo fiant digni eterna salute. Sic itaque peccata secundum prescientiam remittuntur, cum
35 ab eterno gratia preparatur, qua vocatus iustificetur, iustificatus tandem eternaliter glorificetur. Secundum iusticiam vero peccata remittuntur, cum vel baptisma plena fide accipitur, vel penitencia toto corde celebratur, quae remissio et ipsa secundum prescientiam non
40 inconvenienter fieri dicitur.

(**§ 1**) Ut enim ex premissa auctoritate Apostoli datur intelligi, due sunt preordinationes; uno, qua quisque

preordinatur hic ad iusticiam et remissionem peccatorum percipiendam; altera, qua aliquis predestinatur ad vitam eternam in futuro obtinendam. Harum effectus sunt presens iustificatio, et futura glorificatio, quae omnia in premissa auctoritate convenienter distinguuntur. Prima 5
Fr. 1234 enim predestinatio qua preordinantur ad presentem iusticiam, designatur, dum dicitur: "Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem etc.," cuius effectus infra supponitur: "in qua gratificavit nos in dilecto filio suo etc." Secunda preordinatio ibi ostenditur: "qui 10 predestinavit nos in adoptionem filiorum etc." Eius effectus premittitur, dum dicitur: "qui benedixit nos in omni benedictione etc."

(§ 2) He due preordinationes et earum effectus ita se habent, ut prima et eius effectus natura precedant, lege 15 consequendi inferantur. Si enim est aliquis preordinatus ad vitam, consequenter infertur, ergo predestinatus est ad iusticiam, et, si consequitur vitam eternam, est ergo consecutus iusticiam; sed non convertitur. Unde multi sunt participes prime preordinationis et eius effectus, ad 20 quos secunda vel eius effectus minime pertinere probantur.

(§ 3) Iuxta hanc distinctionem intelligenda est auctoritas illa Iohannis: Ex nobis exierunt; sed non erant ex nobis." Nam si fuissent ex nobis, mansissent utique 25 nobiscum. "Ex nobis," inquit, "exierunt," id est: a nostra societate recesserunt, qua prime preordinationis et eius effectus nobiscum participes erant; "sed non erant ex nobis," id est secunde preordinationis et eius effectus societatem nobiscum non inierant. Quod ex eo videri 30 potest, quia, si fuissent ex nobis, id est, si illius preordinationis nobiscum participes essent, mansissent utique nobiscum, id est, a societate effectus eius preordinationis, quam nobiscum contraxerant, non recessissent. Si enim ad secundam preordinationem 35 utrumque referretur, non convenienter illud inferretur: 'mansissent;' immo cepissent utique esse nobiscum. Si vero ad primam, falsa esset propositio: 'si fuissent ex nobis etc.' Multi enim presentis iusticie et sanctitatis participes fiunt, qui tamen in ea non perseverant. Unde 40 Dominus in evangelio ait: "Non qui ceperit, sed qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit."

(de pen. D.4 c.12) Hanc societatem si quis solo nomine et professione, non autem rei veritate a dampnandis dicat contrahi, eiusdem auctoritatis testimonio convincitur. De his enim, qui prime, non secunde preordinationis sunt participes, ait: "Nec nos moveat, quod filiis suis quibusdam Deus non dat istam perseverantiam. Absit enim, ut ita sit, si de predestinatis essent," et cetera, quae in eadem auctoritate supra continentur. Oves namque, de quibus in evangelio ait Dominus: "Et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili," et filii, de quibus Iohannes ait: "ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum," ita prescientia erant oves et filii, ut qualitate presentium, non specie tantum, sed etiam ante Dei oculos essent filii ire et perditionis eterne. Unde Apostolus non ait: videbamus esse, sed: "eramus," inquit, "et nos natura filii ire." Nec ait: reputabimini ab hominibus, sed: "fuiſtis aliquando tenebre, nunc autem lux in Domino." De se quoque scribens ad Tymotheum non ait: videbar, sed: "fui blasphemus, et persecutor, et contumeliosus; nunc autem sum misericordiam consecutus." Omnes quoque, qui in Christo renascuntur, et qui eius sanguine a diabolo redimuntur, prius ex Adam peccatores nascuntur, et diabolice servituti obnoxii. Sicut ergo isti, quamvis sint futuri filii Dei, tamen prius sunt filii diaboli: sic hi, de quibus sermo habetur, quamvis recedendo a iusticia sint filii futuri perditionis eterne, tamen cum pie et fideliter vivunt, vere sunt filii Dei, et iusti, et eterna beatitudine digni. Unde auctoritas non ait: cum viderentur pie et fideliter vivere, sed: "cum pie et fideliter viverent." Ne veraciter a bono in malum conmutarentur qui numquam veraciter boni fuerunt. Dominus quoque non ait per Ezechielem: si averterit se iustus a iusticia, quam videbatur habere, sed: "sua," scilicet quam veraciter habet.

Fr. 1235

(§ 1) Quod autem in eadem auctoritate sequitur: "Non erant in numero filiorum, quando erant in professione filiorum," ita intelligendum est: filii Dei duobus modis appellantur. Dicuntur filii Dei participatione hereditatis eterne, sicut Iohannes ait in evangelio: "Quotquot crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri." Et Apostolus in epistola ad Romanos: "Expectatio creature revelationem filiorum Dei expectat."

Et infra: “Ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem glorie filiorum Dei.”

Et infra: “Ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes.” Hinc etiam Augustinus, eadem verba Apostoli exponens, ait: “Modo tantum creatura, cum nondum filiorum forma perfecta.” Hoc ergo modo non sunt filii, nisi participes beatitudinis eterne. 5

(§ 2) In presenti etiam dicuntur filii tribus modis, vel predestinatione tantum (sicut hi, de quibus Iohannes ait: “ut filios Dei, qui erant dispersi etc.,” vel predestinatione, et spe eterne beatitudinis (sicut illi, quibus Dominus ait: Filioli, adhuc modicum vobiscum sum),” vel merito fidei et presentis iusticie, non autem predestinatione, claritatis eterne, (sicut hi, de quibus Dominus ait: “Si dereliquerint filii eius legem meam, et in iudiciis meis non ambulaverint etc.)” Hi ergo, de quibus in presenti agitur, filii sunt merito fidei et presentis iusticie, non autem sunt filii adoptionis eterne. Qui ergo peccata dimissa redire fatentur, secundum iusticiam, non etiam secundum prescientiam ea dimitti necesse est ut confiteantur, sicut salvandis peccata secundum iusticiam ad eternam dampnationem inputantur, non secundum prescientiam, quia et illis a bono in malum deficientibus singula replicabuntur ad supplicium, et his usque in finem in bono perseverantibus nulla inputabuntur ad penam. 10 15 20 25

(de pen. D.4 d.p.c.12) ¶ Qui autem dicunt, quod peccata dimissa non redeant, auctoritate Gregorii et Prosperi sententiam suam affirmare conantur. Ait enim Gregorius in *Moralibus*, libro XV:

(de pen. D.4 c.13) “Quid est quod dicitur: ‘Qui reddis iniquitatem filiis ac nepotibus?’ Peccatum scilicet originale a patribus trahimus, et nisi per baptismi gratiam salvamur, etiam parentum culpam portamus, quia unum cum illis sumus. Reddet iniquitatem patrum in filiis, dum pro culpa parentis ex originali peccato anima polluitur prolis. Et rursus non reddit iniquitatem patrum in filiis, quia, cum ab originali culpa per baptismum liberamur, non iam parentum culpas, sed quas ipsi committimus habemus.” 30 35

(de pen. D.4 d.p.c.13) ¶ Item in responsionibus Prosperi: 40

(**de pen. D.4 c.14**) “Qui recedit a Christo, et alienus a gratia finit hanc vitam quid nisi in perditionem vadit? sed non in id, quod remissum est, recidit, nec in originali peccato dampnabitur; qui tamen ea morte afficitur, quae ei propter dimissa, debebatur.”

(**de pen. D.4 d.p.c.14**) ¶ Finis huius auctoritatis principio contraire videtur. Neque enim est aliud peccata dimissa redire, vel in originali peccato dampnari, quam penam peccato debitam post eiusdem remissionem excipere. Auctoritates vero sibi contrarias assertores huius sententiae ita determinant: peccata dimissa redire dicuntur, quia quisquis post acceptam remissionem ad vomitum redierit tanto gravius punietur, quanto magis benignitate Dei abusus singulorum remissionis acceptae ingratus extitit.

(§ 1) Verum illa sententia favorabilior videtur, quia pluribus roboratur auctoritatibus, et evidentiori ratione firmatur. Ut enim Dominus ait per Ezechielem:

(**de pen. D.4 c.15**) “Si averterit se iustus a iusticia sua, et fecerit iniquitatem secundum omnes abhominaciones, quas operari solet impius, numquid vivet? omnes iusticie eius, quas fecerat, non recordabuntur; in peccato suo morietur, et non erunt in memoria iusticie eius, quas fecit.”

(**de pen. D.4 c.16**) Item Gregorius in eiusdem loci explanatione. “Hoc nobis maxime considerandum est, quia, cum mala committimus, sine causa bona nostra transacta revocamus, quoniam in perpetratione malorum nulla debet esse fiducia bonorum preteritorum.”

(**de pen. D.4 c.17**) Idem. “De pertuso quippe sacco aliunde exit quod aliunde inmittitur, quia indiscrete mentes mercedem, quae ex bono opere acquiritur, non aspiciunt, quomodo ex malo opere perdatur.”

(**de pen. D.4 c.18**) Item Petrus in epistola II “Si refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri et salvatoris Iesu Christi, his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam iusticie, quam post cognitionem retrorsum converti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato.”

23 iusticie eiusticie *Aa^{ac}*, ut vid.

(de pen. D.4 d.p.c.18) ¶ Paulus quoque scribens ad Ebreos ait:

(de pen. D.4 c.19) “Intermittentes sermonem inchoationis Christi feramur ad eius perfectionem, non rursus iacentes fundamentum penitencie ab operibus mortuis.” 5

(de pen. D.4 d.p.c.19) ¶ Dicens opera mortua, priora bona significat, quae per sequens peccatum erant mortua, quia hi peccando priora bona irrita fecerunt. Hec, sicut peccando fiunt irrita, ita per penitenciam reviviscunt, et ad meritum eterne beatitudinis singula prodesse incipiunt etiam illa, quae peccatis inveniuntur admixta. Unde Augustinus: “Pium est credere etc.” et Ieronimus: “Non est iniustus Deus etc.” Apostolus etiam scribens ad Ebreos, cum fidem, et dilectionem, et bona opera eorum breviter commemorasset, horum omnium mercedem, quam peccando amiserant, post penitenciam a Domino eos recepturos ostendit. Porro, qui per Prophetam dixit: “Si averterit se iustus a iusticia sua etc.,” ipse per eundem prophetam promisit dicens: “Si inpius egerit penitenciam ab omnibus peccatis suis, quae operatus est, et custodierit universa precepta mea, et fecerit iudicium et iusticiam, vita vivet, et non morietur; omnium iniquitatum eius non recordabor, quas operatus est; in iusticia sua, quam operatus est, vivet.” Filiis quoque Israel per Assyrios captivandis veteris ydolatrie peccatum per Osee Dominus inproperat, et peccatum, quod Moyse supplicante patribus fuerat dimissum, hoc in filiis revixisse ostendit, dicens: 10 15 20 25

(de pen. D.4 c.20) “Ve eis, quoniam recesserunt a me; vastabuntur, quia prevaricati sunt in me. Ego tamen redemi eos, et ipsi locuti sunt contra me mendacia, et non clamaverunt ad me in corde suo, sed ululabant in cubilibus suis; super triticum et vinum ruminabant, et recesserunt a me, et ego erudivi eos, et confortavi brachia eorum, et in me cogitaverunt maliciam; reversi sunt, ut essent absque iugo; facti sunt quasi arcus dolosus; cadent in gladio principes eorum a furore lingue sue.” 30 35

(de pen. D.4 d.p.c.20) ¶ Antiqua peccata parentum filiis inproperat sermo divinus, et propterea principes eorum in gladio casuros predicit. Sed per eundem Prophetam contra se Dominus facere ostendit, dicens: 40

(de pen. D.4 c.21) “Ne forte dicant in cordibus suis, omnem maliciam eorum me recordatum, nunc circumdederunt eos adinventiones sue; coram facie mea factae sunt.”

5 (de pen. D.4 c.22) Ieronimus. “Cum ita puniantur, ne cogitent, quod pro veteribus peccatis patrum puniam eos, quia nunc, id est in presenti, pro maliciis suis, quas invenerunt, circumdati sunt pena, et mala eorum, sicut putant, non possunt me latere; sed potius ipse
10 adinventiones aperte sunt coram facie mea, quae omnia clare videt.”

(de pen. D.4 c.23) Idem. “Heretici non possunt vetera peccata contra Deum causari, cum antiquis operibus novam addant impietatem, et suis ligentur peccatis, et,
15 cum Deum celare se putant, oculos eius vitare non possunt, quia vultus Domini super facientes mala.”

(de pen. D.4 d.p.c.24) ¶ Sed his auctoritatibus docentur filii, ab originali peccato expiati, non ideo puniendi, quia patres peccaverunt, sed ideo peccata
20 patrum in eos redire, quia eorum culpam secuntur. Sic et bona, quae peccato moriuntur, non proficient ad premium, quia facta sunt, sed quia per penitentiam reviviscunt. Tale est et illud Augustini in libro Psalmorum: “Si Iudas teneret adoptionem etc.” Sic etiam illud Gregorii in
25 Moralibus intelligitur: “Quid est quod dicitur: ‘Reddis iniquitatem patrum etc.’” Illis namque parentum iniquitas redditur, qui propterea puniuntur, quia in radice traxerunt amaritudinem peccati. Illis autem non reddi
30 dicitur, in quibus merito sue iniquitatis non reviviscunt parentis peccata. Sicut ergo bona, quae peccato moriuntur, per penitentiam reviviscunt ad premium: sic et mala, quae per penitentiam delentur, reviviscunt ad
35 supplicium. Unde Propheta ex persona penitentis deplorat dicens: “Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee,” id est plage per baptismum sanate. Hinc etiam idem propheta, quamvis fide et sacramento circumcisionis ab originali peccato se mundatum cognosceret, tamen
40 adulterio et homicidio, quod commiserat, illud revixisse intelligens, non sine causa inter cetera ipsum confitetur, et dicit: “Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum etc.”

Fr. 1238

(DISTINCTIO 5)

(de pen. D.5 d.a.c.1) ¶ In penitencia autem, quae peccatorem considerare oportet, Augustinus in libro de penitencia docet, dicens:

(de pen. D.5 c.1) “Consideret qualitatem criminis in loco, in tempore, in perseverantia, in varietate persone, et quali hoc fecerit temptatione, et in ipsius vicii multiplici executione. Oportet enim penitere fornicantem secundum excellentiam sui status aut offitii aut secundum modum meretricis, et in modo operis sui, et qualiter turpitudinem suam peregit, si in loco sacro, aut cui debuit excellentiam fidei (ut sunt domus dominorum, et aliorum multorum), si in tempore orationi constituto, ut festivitates sanctorum et tempora ieiunii. Consideret, quantum perseveraverit, et defleat quod perseveranter peccavit, et quanta fuerit victus inpugnatione. Sunt qui non solum non vincuntur, sed ultro se peccato offerunt, nec expectant temptationem, sed preveniunt voluptatem, et pertractet secum, quam multiplici actione vicii delectabiliter peccavit. Omnis ista varietas confitenda est et deflenda, ut, cum cognoverit quod peccatum est multum, cito inveniat Deum propitium.

(§ 1) In cognoscendo augmentum peccati inveniat se, cuius etatis fuerit, cuius sapientie, et ordinis, et statum omnem alterius non peccantis. Inmoretur in singulis istis, et sentiat modum criminis, purgans lacrimis omnem qualitatem vicii.

(§ 2) Defleat virtutem, qua interim caruit. Dolendum enim est, et dolore purgandum, non solum quia peccavit, sed quod se virtute privavit. Nam, licet speret se consecuturum veniam, dolere tamen potest, quia non promeruit unde remunerari confidat.

(§ 3) Anxietur et doleat, quod modo effugiens de preteritis penam, miser non inde exspectet gloriam, cuius omne tempus, quoniam brevissimum est, debuit decertavisse ad consequendum premium.

(§ 4) Defleat etiam, quoniam offendens in uno factus est omnium reus. Ingratus enim extitit qui plenus virtutibus Deum non omnino timuit. In hoc enim quisque

5 Consideret – 20 inpugnatione *Coll. 9 libr. 9.5.105.*

23 post cognoscendo tres litterae, fort. ihi, eras. Aa

peccator fit culpabilior, quo est Deo acceptior. Ideo enim Adam plus peccavit, quia omni bono habundavit. Etiam alio modo offendens in uno est omnium reus, quia omnis virtus patitur detrimentum ab uno vicio. Nam si quis
 5 cadit in avariciam, largitatem destruit, et etiam castitatem minoravit. Amore enim pecunie vel violaret castitatem, vel saltim minus amaret. Si enim tanta propter Deum adhuc castitas inest, ut nolit eandem perdere, tamen saltim minori gaudio, minori affectione tuetur eam, ubi
 10 videt inde procedere dampnum pecunie, sicque et in aliis, quae, etiamsi non expellantur, tamen perceptione unius vicii vel satis vel parum minuuntur, vel intentione deteriorantur. Unde omnis virtus cuicumque crimini est deflenda, et de omnibus indulgentia est petenda.

Fr. 1239

15 **(§ 5)** Animadvertere etiam oportet, et animadvertendo deflere animam proximi, quam fornicator Deo eripuit, vel ereptam in malo confirmavit; etiam quod exemplum extitit mali in operatione sui criminis; cui magis profuisset, si aliis causa fuisset conversionis. Gemat itaque aliorum vitam in sua corruptam, vel incorruptam conservatam, et commodum proximi, quod dedisset exemplo boni. Doleat de tristitia, quam bonis peccando intulit, et de leticia, quam eis non adhibuit. Et non solum cogitet quid et qualiter fecerit, sed quam iniuste Deum, ut
 20 diximus, peccando offenderit. Timeat illam sententiam veritatis: 'Non potestis duobus dominis servire.' Timeat ergo, ne omnia bona, quae fecit, dum in uno peccato perseveraverit, excommunicatione mali perdiderit, ut qui servivit diabolo per crimen, Deo, quas obtulit, virtutes amiserit. Pium tamen est credere, ut recepta gratia Dei, quae in eo destruit mala priora, etiam remuneret bona, ut, cum destruxerit quod suum non invenit, amet et diligat bonum, quod etiam in peccante plantavit.

35 **(§ 6)** In omnibus dolens aut seculum derelinquat, aut saltim illa, quae sine ammixture mali non sunt amministrata, ut mercatura, et milicia, et alia, quae utentibus sunt nociva, ut amministrazionies secularium potestatum, nisi his utatur ex obedientie licentia. Ponat se omnino in potestate iudicis, in iudicio sacerdotis, nichil
 40 sibi reservans sui, ut omnia eo iubente paratus sit facere pro recipienda vita anime, quaecumque faceret pro evitanda corporis morte, et hoc cum desiderio, quia vitam

10 inde unde(?) *Aa^{ac}*

recuperat infinitam, ut Deus. Cum gaudio enim facere debet immortalis futurus quae faceret pro differenda morte moriturus. Semper deprecetur Deum, certus de venia, qui omnibus modis et sine tedio dubius rogaret potestatem terrenam. Abstineat a multis licitis qui in libertate arbitrii conmisit illicita. Semper offerat Deo mentem, et cordis contritionem, deinde et quod potest de possessione; tunc quod offerat securus offerat. 'Respexit enim Dominus ad Abel, et ad munera eius.' Sed prius dicit ad Abel, quam ad munera. Sumens enim mentem, quam cognovit humilem et puram, remuneravit eius largitatis munera. Ad Cayn vero non respexit, neque ad munera eius. Mentem enim eius, quam viderat, quoniam non cognovit, eius munera non recepit. In iudicio itaque cordis consideranda est elemosina tribuentis, nec iam considerandum est quantum, sed qua mente, qua affectione dat quod potest. Vidua enim duobus, quae habuerat, minutis larga, plus omnibus posuit. Qui igitur peccata sua redimere vult temporalium oblatione, caveat prius offerat mentem.

Fr. 1240 **(§ 7)** Cautus sit, ne verecundia ductus dividat apud se confessionem, ut diversa diversis velit sacerdotibus manifestare. Quaedam enim uni celant quae alii manifestanda conservant, quod est se laudare, et ad ypocrisim tendere, et semper venia carere, ad quam per frusta totam putat pervenire.

(§ 8) Paveat preterea quem vera delectat penitencia; non prius ad corpus Domini accedat, quam confortet bona conscientia. Sed in hac separatione tremendum iudicium cogitet ubi maius et terribilius inpenitentes separabit in ignem. Doleat, quod nondum audet sumere, quem multum desiderat, cibum salutarem. Isti sunt digni fructus penitencie, animam captivam elaqueantes et in libertate servantes.

(§ 9) Cohibeat se preterea a ludis, a spectaculis seculi, qui perfectam vult consequi gratiam remissionis. Nam Dina, si se cohibuisset, si inter suos remansisset, ab extraneo raptore corrupta non esset. Tanto itaque magis sibi anima caveat et cohibeat se, quae sepe vel semel rapta est et corrupta; timeat iam docta experimento, quod ignoravit virgo; eligat quem imitetur; non sequatur quem animus suus dampnat. Se enim iudicat qui penitencie

21 Cautus – 33 pervenire *Coll. 9 libr. 9.5.104.*

fructus non habentem a se non elongat. Laudat enim et
amat quos digne fructificare non ignorat; querat fructus
dignos etsi non dignos penitencie. Sunt enim digni
fructus virtutum fructus, qui non sufficiunt penitentibus.
5 Penitencia enim graviores expostulat, ut sic pacetur
ecclesia, ut, pacata dolore et gemitibus, mortuis vitam
inpetret.”

(DISTINCTIO 6)

Fr. 1242

10 (D.6)

(de pen. D.6 d.a.c.1) ¶ Cui autem debeat fieri
confessio, vel qualem illum oporteat esse, qui aliorum
crimina iudicat, ex eodem libro docetur, cum dicitur:

15 (de pen. D.6 c.1) “Qui vult confiteri peccata, ut
inveniat gratiam, querat sacerdotem scientem ligare et
solvere, ne, cum negligens circa se extiterit, negligatur ab
illo, qui eum misericorditer monet et petit, ne ambo in
foveam cadant, quam stultus evitare noluit.”

20 Et infra: “Tanta itaque vis confessionis est, ut, si deest
sacerdos, confiteatur proximo. Sepe enim contingit, quod
penitens non potest verecundari coram sacerdote, quem
desideranti nec locus, nec tempus offert, et, si ille, cui
confitebitur, potestatem solvendi non habet, fit tamen
25 dignus venia ex desiderio sacerdotis qui socio confitetur
turpitudinem criminis. Mundati enim sunt leprosi, dum
ibant ostendere ora sacerdotibus ante, quam ad eos
pervenirent. Unde patet, Deum ad cor respicere, dum ex
necessitate prohibentur ad sacerdotes pervenire. Sepe
quidem eos querunt sed sani et leti; dum querunt ante,
30 quam perveniant moriuntur. Sed misericordia Dei est
ubique, qui et iustis novit parcere, etsi non tam cito, ut
solverentur a sacerdote. Qui ergo omnino confitetur,
sacerdoti meliori, quam potest, confiteatur; si peccatum
occultum est, sufficiat referre in noticiam sacerdotis, ut
35 grata sit oblatio muneris.”

Et infra: (§ 1) “Laboret itaque penitens in ecclesia esse,
et ad ecclesiae, unitatem tendere; nisi enim unitas
ecclesiae succurrat, nisi quod deest peccatori sua
operatione compleat, de manibus inimici non eripietur
40 anima mortui. Credendum est enim, et fidei pietas
expostulat credere, quod omnes elemosine totius

Fr. 1243

19 Tanta – 33 criminis *Coll. 9 libr. 9.5.106.*

ecclesiae, et orationes, et opera iusticie, et misericordie succurrant recognoscenti mortem suam ad conversionem. Ideoque nemo digne penitere potest, quem non sustineat unitas ecclesiae, ideoque non petat sacerdotes per aliquam culpam ab ecclesiae unitate divisos. Iudas enim qui penitens ivit ad Phariseos, relinquens Apostolos, nichil invenit auxilii nisi augmentum desperationis. Dixerunt enim: 'Quid ad nos? tu videris;' si peccasti, tibi sit; non tibi succurrimus, non peccata tua karitative suscipimus, non conportanda promittimus, non qualiter deponas onus docemus. Quid enim nobis et misericordie, qui nec opera sequimur iusticie? Isset ad fratres, isset ad illos, qui oraverant pro socru Petri febricitante, qui Cananeam inprobam misericordie obtulerant. Interrogasset Petrum pro se effundentem lacrimas; non fugisset Mariam et Martham, quae vitam Lazaro inpetraverant; non turbam plorantem, quae unicum filium adquisierat vidue. ivit ad divisos, et divisus periit."

Et infra: **(§ 2)** "Sacerdos itaque, cui omnis offertur peccator, ante quem statuitur omnis languor, in nullo eorum sit iudicandus, quae in alio est iudicare promptus. Iudicans enim alium, qui est iudicandus, condempnat se ipsum. Cognoscat igitur se, et purget in se quod alios videt sibi offerre. Caveat, ut a se proiecerit quicquid in alio dampnosum repperit; animadvertat quod dicitur: 'Qui sine peccato est primus in illam lapidem mittat.' Ideo enim liberavit peccatricem, quia non erat qui iuste proiceret lapidem. Quomodo lapidaret qui se lapidandum cognosceret? Nullus enim erat sine peccato: in quo intelligitur, omnes fuisse reos. Nam venialia semper remittebantur per ceremonias. Si quod ergo in eis erat peccatum, criminale erat. Deteriores itaque in hoc sacerdotes sunt, se prius non edificantes, illis, qui Dominum observabant insidiis. In hoc itaque patentissimum est crimen sacerdotum et ultra modum detestabile, qui non prius se iudicant, et alios alligant. Deberent enim timere crimen, quod timuerunt, et detestabile esse senserunt. Hi qui adeo erant ceci, quod summam sapientiam sperabant capere suis insidiis. Quod illis patuit, quod tunc quisque vitavit, vitet sacerdos, qui in hoc errore peior illis Iudeis extitit."

(§ 3) Caveat spiritualis iudex, ut, sicut non commisit crimen nequicie, ita non careat munere scientie. Oportet,

ut sciat cognoscere quicquid debet iudicare. Iudiciaria
 enim potestas hoc exoptulat, ut quod debet iudicare
 discernat. Diligens igitur inquisitor subtilis investigator
 sapienter et quasi astute interroget a peccatore quod
 5 forsitan ignoret, vel verecundia velit occultare. Cognito
 itaque crimine varietates eius non dubitet investigare, et
 locum, et tempus, et cetera, quae supra diximus in
 exponenda eorum qualitate. Quibus cognitis adsit
 benivolus, paratus erigere, et secum onus portare; habeat
 10 dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimine,
 discretionem in varietate; adiuvet confitentem orando,
 elemosinas faciendo; et cetera bona pro eo faciendo;
 semper eum iuvet leniendo, consolando, spem
 promittendo, et, cum opus fuerit, etiam increpando.
 15 Doceat loquendo, instruat operando, sit particeps laboris
 qui vult particeps feri gaudii: doceat perseverantiam;
 caveat, ne corruat, ne iuste perdat potestatem iudiciariam.
 Etsi enim penitencia ei possit acquirere gratiam, non
 tamen mox restituit in primam potestatem. Etsi enim
 20 Petrus post lapsum restitutus fuerit, et sepe lapsis
 sacerdotibus reddita sit dignitatis potestas, non tamen est
 necesse, ut omnibus concedatur quasi ex auctoritate.
 Invenitur auctoritas, quae concedit et quasi imperat;
 invenitur alia, quae minime concedit, sed vetat; quae
 25 scripture non repugnant, sed concordant, si tempus et
 locus, et modus penitencie pacem adhibeant. Cum enim
 tot sunt qui labuntur, ut pristinam dignitatem ex
 auctoritate defendant, et quasi usum peccandi sibi faciant,
 recidenda est spes ista. Si vero locus est, ubi ista non
 30 concurrant, restitui possunt qui peccant. Itaque pontifex
 iustus atque discretus non cogitur suos sacerdotes semper
 abicere, nec mox restituere, nisi statutum fuerit a Romano
 pontifice."

Fr. 1244

(de pen. D.6 d.p.c.2) ¶ Quod autem dicitur, ut
 35 penitens eligat sacerdotem scientem ligare et solvere,
 videtur esse contrarium ei, quod in canonibus invenitur,
 ut nemo videlicet alterius parrochianum iudicare
 presumat. Sed aliud est favore vel odio proprium
 sacerdotem contempnere, quod sacris canonibus
 40 prohibetur; aliud cecum vitare, quod hac auctoritate
 quisque facere monetur, ne, si cecus ceco ducatum prestat,
 ambo in foveam cadant.

- Fr. 1244 (DISTINCTIO 7)
 (de pen. D.7 d.a.c.1) ¶ Tempus vero penitencie est usque in ultimum articulum vite. Unde Leo papa:
 (de pen. D.7 d.p.c.1) ¶ Quamquam de differentibus penitentiam Augustinus scribat: 5
- Fr. 1245 (de pen. D.7 c.2) “Si quis positus in ultima necessitate sue egritudinis voluerit accipere penitentiam, et accipit, et mox reconciliabitur et hinc vadit: fateor vobis, non illi negamus quod petit, sed non presumimus, quia bene hinc exit. Si autem vis agere penitentiam, quando iam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa.” 10
 (de pen. D.7 d.p.c.4) ¶ Hoc autem quare Augustinus dixerit, Ciprianus ostendit, dicens:
 (de pen. D.7 c.5) “Idcirco, frater karissime, penitentiam non agentes, nec in dolore delictorum suorum toto corde manifestam lamentationis sue professionem testantes, prohibendos omnino censuimus a spe communionis et pacis, si in infirmitate atque periculo ceperint deprecari, quia rogare illos non delicti penitencia, sed mortis urgentis ammonitio compellit, nec dignus est in morte accipere solatium qui se non cogitavit moriturum.” 15 20
- Fr. 1246 (de pen. D.7 c.6)
 Item Augustinus in libro de penitencia. “Nullus expectet, quando peccare non potest. Arbitrii enim querit libertatem, ut delere possit commissa, non necessitatem. Qui prius itaque a peccatis relinquitur, quam ipse relinquat, ea non libere, sed quasi necessitate condempnat. Licet enim latro veniam meruisset in fine de omni crimine, non tamen dedit baptizatis peccandi et perseverandi auctoritatem. Tunc enim baptizatus est qui tunc primum in cruce Christum confessus est. Penitencia enim, si in extremo hiatu vite advenerit, sanat et liberat in ablutione baptismi ita, quod nec purgatorium sentiunt qui in fine baptizantur; sed ipsi ditati bonis sanctae matris ecclesiae recepturi sunt multiplex bonum in vera beatitudine. Illi autem, qui, cum potuerunt, numquam converti voluerunt, confitentes, cum iam peccare nequeunt, nec sic facile acquirunt, quod volunt. Oportet enim, ut penitencia fructificet, ut vitam mortuo inpetret. Scriptum est, sine karitate salvum neminem esse. Non itaque in solo timore vivit homo. Quem ergo sero penitet, oportet non solum timere Deum iudicem, sed iustum 25 30 35 40

diligere; non tantum penam timeat sed anxietur pro gloria. Debet enim dolere de crimine, et de omni eius predicta varietate. Quod quoniam vix licet, de eius salute Augustinus potuit dubitare.

5 **(§ 1)** Credo quidem illi, qui dixit: 'Quacumque hora peccator ingemuerit, et conversus fuerit, vita vivet.' Dixit conversum, non tantum versum vivere. Versum quidem puto qui dolet de crimine; conversum, qui dolet de omni eius, quam exposuimus, varietate. Vertitur a peccato qui
10 iam vult dimittere peccatum; convertitur id est totus et omnino vertitur, qui iam non penas tantum non timet, sed ad bonum Deum festinat tendere. quae conversio si contigerit alicui etiam in fine, desperandum non est de eius remissione. Sed quoniam vix vel raro est tam iusta
15 conversio, timendum est de penitente sero. Quem enim morbus urget et pena terret, vix ad veram veniet satisfactionem, maxime cum filii, quos illicite dilexit, sint presentes, uxor et mundus ad se vocet. Multos solet serotina penitencia decipere. Sed quoniam Deus semper
20 potens est, semper, etiam in morte ivuare valet quibus placet. Cum itaque opus sit non hominis, sed Dei fructifera penitencia, inspirare eam potest, quandocumque vult, sua misericordia, et remunerare ex misericordia quos dampnare potest ex iusticia. Sed quoniam multa sunt,
25 quae inpediunt et languentem retrahunt, periculosissimum est, et interitui vicinum, ad mortem protrahere penitencie remedium. Sed magnum est, cui Deus tunc inspirat veram penitenciam qui exspectat, Dei clementiam, maiorem sentiens Dei bonitatem sua nequicia. **(§ 2)** Sed si etiam sic conversus fuerit, vita vivat et non moriatur non promittimus, quod evadat omnem penam. Nam prius purgandus est igne purgationis qui in aliud seculum distulit fructum conversionis. Hic autem
30 ignis, etsi eternus non sit, miro modo est gravis. Exellit enim omnem penam, quam umquam passus est aliquis in hac vita. Numquam in carne tanta inventa est pena, licet mirabilia martires passi sint tormenta, et multi nequiter quanta sepe sustinuerunt supplicia. Studeat ergo quisque sic delicta corrigere, ut post mortem non oporteat penam
35 tollerare. **(§ 3)** Quaedam enim peccata sunt, quae mortalia, in penitencia sunt vitalia, non tamen statim sanata: Sepe enim est qui moreretur, nisi medicaretur. Non statim sanatur; languet victurus qui prius erat moriturus. Qui autem inpenitens moritur omnino

Fr. 1247

moritur, et eternaliter cruciatur. Qui enim inpenitens finitur, si semper viveret, semper peccaret. At Dei est miserentis, quod operatur finem peccanti; ob hoc etiam sine fine torquetur, quia numquam virtute ditatur; semper plenus iniquitate, semper sine karitate, torquetur sine fine.” 5

(QUAESTIO 4)

(C.33 q.4 d.a.c.1) ¶ Quod autem orationis tempore coniugali operi alicui vacare non liceat, beatus Ieronimus, scribit in quodam sermone ita dicens: 10

(C.33 q.4 c.1) Tempore, quo uxori debitum redditur, a carnibus agni abstinere oportet. Sciatis, fratres karissimi, quoniam quicumque uxori debitum reddit vacare non potest orationi, nec de carnibus agni comedere. Item: (§ 1) Si panes propositionis ab his, qui uxores suas tetigerant, comedi non poterant, quanto magis panis ille, qui de celo descendit, non potest ab his, qui coniugalibus paulo ante complexibus hesere, violari atque contingi? non quod nuptias condempnemus, sed quod eo tempore, quo carnes agni manducaturi sumus, vacare a carnalibus operibus debeamus. 15 20

(C.33 q.4 c.2) Item Augustinus.

A CONIUGALI CONCUBITU IN SANCTORUM SOLEMPNITATIBUS EST ABSTINENDUM. 25

Quocienscumque aut dies natalis Domini, aut relique festivitates advenerint, non solum ab infidelium concubinarum consortio, sed etiam a propriis uxoribus abstinere debemus.

Fr. 1248 (C.33 q.4 c.6) Item Iohannes Crisostomus. 30

NON VERE AGIT PENITENCIAM QUI CONTINENTIAM NON SERVAT.

Qui in castigatione victus se dicit agere penitentiam, frustra hoc sermone promittit, nisi egrediatur de cubili suo, et ieiunio continentiam addat. 35

Fr. 1250 (C.33 q.4 d.p.c.11) ¶ Hec autem servanda sunt, si uxor consensum adhibere voluerit; ceterum sine eius consensu nec causa orationis continentia servari debet. Unde Augustinus in libro de adulterinis coniugiis:

Aa 184r

16 Si pre si Aa^{ac} 36 Hec paragraphum om. Aa

(C.33 q.4 c.12)

Nisi ex consensu communi orationi coniuges vacare non possunt. Apostolus nec ad tempus, ut vacent orationi, nisi ex consensu voluit coniuges invicem carnali fraudari debito.

(QUAESTIO 5)

(C.33 q.5 d.a.c.1) ¶ Quod autem sine consensu uxoris vir continentiam vovere non possit, multis auctoritatibus probatur. Ait enim Augustinus super Psalmum CXLVI:

(C.33 q.5 c.1)

Non potest vir continentiam servare, nisi uxoris teneat assensum. Si dicat vir: continere iam volo; nolo iam uxorem; non potest. Quod enim tu vis illa non vult. Numquid per tuam continentiam debet illa fieri fornicaria? si alii nupserit te vivo, adultera erit. Non vult tali lucro Deus tale dampnum compensari. Redde debitum, et, si non exigis, redde. Pro sanctificatione perfecta Deus tibi computabit, si non quod tibi debetur exigis, sed reddis quod uxori debetur.

(C.33 q.5 c.2) NON DEBET EXTORQUERI MULIERIS CONSENSUS AD CONTINENTIAM DEO VOVENDAM.

Item Alexander II Landulpho in Corsica. Notificasti, te morte tenus infirmatum, et peccatorum tuorum recordatione et terrore valde pavefactum anxie quesisse monachum fieri, et a tua uxore minis et terroribus eam occidendi ad hoc licentiam extorsisse, et sic te monachicam vestem sine abbate sumpsisse, et monasterium petisse; postea vero, cum sanus factus esses, tue uxoris reclamationibus, eiulatibus et planctibus, tueque familie dispersionibus, utpote penitens devictus, domum remeasse, et post multos dies quorundam sapientum consilio ad iam dicte mulieris cubile rediisse. Nunc autem, si tua uxore uti liceat, nostrum requiris consilium. Si ita denique est, ut tuus nuncius narrat, non videtur nobis rationabiliter iuste factum, quoniam, cum omni homini ad monachicam vitam tendenti legaliter, sanctae et iuste sit peragendum, tu contra leges minaciter et violenter a tua uxore partim terrore mortis, partim tue infirmitatis doloribus exanimatus, devia secutus, nulla, ut dicitur, licentia accepta recessisti, et monasterium petisti. Non enim violentia, sed ex pari voluntate et consensu

Fr. 1251

(sicut sancti Patres dicunt) hoc fieri debet, neque vir monasterium eligere, aut professa continentia habitum cum festinatione debet mutare.

(C.33 q.5 c.3) VIR POTEST ABNUERE VOTA CONTINENTIE, QUAE SINE EIUS CONSENSU DEO UXOR OBTULERIT. 5

Item ex concilio apud Compendium. Mulier, si sine licentia mariti sui velum in caput miserit, si viro placuerit, recipiat eam iterum ad coniugium.

(C.33 q.5 c.4) NON POTEST VIR CONTINENTIE VOTA RESCINDERE, QUAE EIUS ASSENSU MULIER DEO PROMISIT. 10

Item Augustinus ad Editiam. Quod Deo pari consensu voveratis perseveranter usque in finem reddere debuistis. A quo proposito si ille lapsus est, tu saltim instantissime persevera. Quod non te exhortarer, nisi quia tibi ad hoc ipse consensit. Nam si numquam tenuisses eius assensum, numerus te nullus defendisset annorum. 15

Fr. 1252 **(C.33 q.5 c.6)**

Vota continentie sine uxoris consensu reddi non possunt. 20

Idem ad Armentarium, et Paulinam. Una sola causa esse potest, qua te ad id, quod vovisti, non solum non hortaremur, verum etiam prohiberemus implere, si forte tua coniunx hoc tecum suscipere animi seu carnis infirmitate recusaret. Nam et vovenda talia non sunt a coniugatis, nisi ex consensu et voluntate communi, et, si prepropere factum fuerit, magis est corrigenda temeritas, quam persolvenda promissio. Neque enim Deus exigit, si quis ex alieno aliquid voverit, sed potius usurpare vetat alienum. 25 30

(C.33 q.5 c.10)

Non licet illi uxorem ducere, qui suam velare permiserit.

Item ex concilio Remensi. Qui uxorem suam velare permiserit aliam non accipiat, sed similiter convertatur. 35

(C.33 q.5 c.11)

Vota abstinentie, quae mulier permittente viro permiserit, illo prohibente servare non cogitur.

Item Augustinus in Questionibus Numeri. Manifestum est, ita voluisse legem feminam sub viro esse, ut nulla eius 40

vota, quae ab continentie causa voverit, reddantur ab ea, nisi auctor vir fuerit permittendo. Nam cum ad peccatum eiusdem viri pertinere voluerit, si prius permiserit, et postea prohibuerit etiam hoc tamen non dixit, ut faciat
 5 mulier quod voverat, quia permissa iam prius a viro fuerat. Viri dixit esse peccatum, quia abnuvit quod prius concesserat; non tamen mulieri ex hoc iussum dedit, ut cum prius vir ei concesserit, postea si prohibuerit, contempnatur.

Fr. 1254

10 **(C.33 q.5 d.p.c.11)** ¶ Ex premissis apparet, quod continentie vota nec mulier sine viri consensu, nec vir sine mulieris consensu Deo reddere potest. Si autem consensu alterius eorum ab altero promissa fuerit, et si postmodum in irritum deducere voluerit qui permisit, non
 15 tamen valet, quia in debito coniugii eque mulier habet potestatem viri, sicut et vir mulieris; atque ideo, si quilibet eorum alterum a suo iure absolverit, ad preteritam servitutem ipsum revocare non poterit. Quia vero in ceteris vir est caput mulieris, et mulier corpus viri,
 20 ita vota ab continentie viro permittente mulier potest promittere, ut tamen eodem prohibente repromissa non valeat implere, et hoc, ut diximus, propter condicionem servitutis, qua viro in omnibus debet subesse. Unde Augustinus ait in libro questionum Genesis:

25 **(C.33 q.5 c.12)**

Mulieres viris suis debent subesse. Est ordo naturalis in hominibus, ut femine serviant viris, et filii parentibus, quia in illis hec iusticia est, ut maiori serviat minor.

(C.33 q.5 c.13) VIR EST CAPUT MULIERIS.

30 Idem in Questionibus Veteris et Novi Testamenti. Hec imago Dei est in homine, ut unus factus sit ex quo ceteri oriantur, habens imperium Dei, quasi vicarius eius, quia unius Dei habet imaginem, ideoque mulier non est facta ad Dei imaginem. Sic etenim dicit: "Et fecit Deus hominem; ad imaginem Dei fecit illum." Hinc etiam
 35 Apostolus: "Vir quidem," ait, "non debet velare caput, quia imago et gloria Dei est; mulier ideo velat, quia non est gloria aut imago Dei."

40 **(C.33 q.5 c.14)** Item in eodem. Satis hinc apparet, quemadmodum viris feminas subditas, et pene famulas lex esse voluerit uxores, dum constituit ut diceret adversus uxorem vir testimonium, unde lapidaretur illa, si hoc

- verum esse demonstraretur, ipse tamen non vicissim lapidatur, si hoc falsum esse constiterit; sed tantummodo castigatur, et dampnificatur, eique perpetuo iubetur adherere, qua carere voluerat. In aliis autem causis eum, qui testimonio falso cuiquam nocuerit, quod si probaretur, iussit occidi, eadem plecti iubet pena, qua fuerat, si verum esset, ipse plectendus. 5
- Fr. 1255
- (C.33 q.5 c.15) DE EODEM.**
 Item Ieronimus super epistolam ad Titum. Cum caput mulieris vir sit, caput autem viri Christus, quaecumque uxor non subicitur viro, hoc est capiti suo, eiusdem criminis rea est, cuius et vir, si non subiciatur capiti suo. Verbum autem Domini blasphematur, vel cum contempnitur Dei prima sententia, et pro nichilo ducitur, vel cum Christi infamatur evangelium, dum contra legem fidemque nature ea, quae Christiana est, et ex lege Dei subiecta, viro inperare desiderat, cum gentiles etiam femine viris suis serviant communi lege nature. 10 15
- (C.33 q.5 c.16) ARBITRIUM VIRI MULIEREM SEQUI OPORTET OMNIBUS.** 20
 Item Augustinus in Questionibus Numeri. Noluit itaque lex aliquid vovere Deo adversus animam suam, ut non in aliquarum rerum licitarum atque concessarum abstinentia in eisdem votis femine valeat auctoritas, sed virilis. Ita, ut si adhuc innupte concesserat pater vota persolvere, si ante, quam persolverit, nupserit, et viro eius hoc cognitum non placuerit, non persolvat, et hoc omnino sine peccato quia Deus mundavit eam, sicut dicit, id est mundam iudicavit. Neque hoc contra Dominum fieri putandum est, cum ipse Deus hoc preceperit, hoc voluerit. 25 30
- (C.33 q.5 c.17) ITEM AMBROSIUS IN LIBRO QUESTIONUM VETERIS TESTAMENTI.**
 Nulla est mulieris potestas, sed in omnibus viri dominio subsit.
 Mulierem constat subiectam dominio viri esse, et nullam auctoritatem habere; nec docere potest, nec testis esse, neque fidem dare, nec iudicare. 35
- Aa 185v **(C.33 q.5 c.18) IDEM IN EXAMERON IN TRACTATU DIEI QUARTE:**
 Adam per Evam deceptus est, non Eva per Adam. 40

Quem vocavit ad culpam mulier, iustum est, ut eam in gubernationem assumat, ne iterum femina facilitate labatur.

5 (C.33 q.5 c.19) Idem super primam epistolam ad Corinthios.

MULIER DEBET VELARE CAPUT, QUIA NON EST IMAGO DEI.

10 Sed ut ostendatur subiecta, et quia prevaricatio per illam inchoata est, hoc signum debet habere, in ecclesia propter reverentiam episcopalem non habeat caput liberum, sed velamine tectum, non habeat potestatem loquendi quia episcopus personam habet Christi. Quasi
15 vicarius Domini est, propter peccatum originale debet subiecta videri.

Fr. 1256

(C.33 q.5 c.20) Idem in libro de Paradyso.

20 Nec illud otiosum est, quod non de eadem terra, de qua plasmatus est Adam, sed de ipsius Ade costa facta sit mulier, ut sciremus, unam in viro et muliere corporis esse naturam, unum fontem generis humani. Ideo non duo a principio facti vir et mulier, neque duo viri, neque due mulieres; sed primum vir, deinde mulier ex eo. Unam enim naturam hominum volens constituere Deus, ab uno principio creature hoc incipiens, multarum et disparium
25 naturarum eripuit facultatem.

30 (C.33 q.5 d.p.c.20) ¶ Evidentissime itaque apparet, ita virum esse caput mulieris, ut nulla vota abstinence vel religiose conversationis liceat sibi sine eius licentia Deo offerre; etiamsi viro permittente repromissa fuerint, non licet ei votum opere conplere, cum vir voluerit revocare permissum. Vota vero continentie ita alterius permissu ab altero valent offerri, quod post permissionem non valent in irritum deduci.

(CAUSA 34)

Fd 100rb **(C.34) ¶** Quidam vir in captivitatem ductus est. Postea
 Aa 185v uxor eius audiens illum mortuum nupsit alii. Demum ille
 Sg 185b de captivitate rediens repetit uxorem suam. Illa
 Fr. 1256 posterioris amore capta aspernatur thorum prioris. Nunc 5
 Fd 100va PRIMUM queritur, an sit rea adulterii, quae vivente viro
 suo alteri nupsit? SECUNDO, an redeunte primo sit
 cogenda recedere a secundo et redire ad primum?

(QUAESTIO 1 ET 2)

10

(C.34 q.1&2 d.a.c.1) ¶ Utraque questio terminatur
 auctoritate Leonis papae, qui scribens Nicete Aquilegiensi
 episcopo ait:

**(C.34 q.1&2 c.1) QUAE ALII NUPSERIT PUTANS VIRUM
 SUUM MORTUUM ESSE, ILLO REDEUNTE AD PRIOREM
 REDIRE COGATUR.** 15

Cum per bellicam cladem et per gravissimos
 Aa 186r hostilitatis incursus ita quaedam dicatis esse divisa
 coniugia, ut abductis in captivitatem viris femine eorum
 remanserint destitute, quae viros proprios interemptos 20
 Fr. 1257 putarent, aut ab iniqua dominatione numquam crederent
 liberandos et in aliorum coniugio sollicitudine cogente
 transierunt. Cumque statu rerum auxiliante Domino in
 meliora converso nonnulli eorum, qui putabantur perisse,
 remearunt, merito caritas tua videtur ambigere, quid de 25
 mulieribus, quae aliis sunt iuncte viris, a nobis debeat
 ordinari. Set quia novimus scriptum, "quod a Domino

17 Cum – 968: 5 laudande Leo I, *Ep.* 159 (JK 536)1-4 (ed. PL 54.1136A-1137B). *Coll. Trip.* 1.45.28-31; **Panormia* 6.87-88; *Coll. 3 libr.* 3.11.10 (ed. Motta, 2.103-104); Cf. Anselmus 10.22 (ed. Thaner, 492-493). **Cum – 967: 21 priventur** Ivo *Decr.* 8.244; *Polycarpus* 6.4.11. **27 a – 967: 1 mulier** Prov. 19:14 (VL).

2 Quidam [*AaFd BiMcMv*]

2 Quidam – 8 primum] *Sg v. App.* **vir om. Mv** **captivitatem**
 captivitate *BiMc* **3 illum mortuum om. Aa** **5 thorum prioris]**
 prioris thorum *Aa* **6 sit] sit ista Mc** **7 alteri] alteri Aa**
12 Nicete Nicerie *vel* Nicene (*ut vid.*) *Mv*: Nice *Bi^{ac}*: **14 Quae – 16**
cogatur om. Sg **18 esse divisa]** *divisa esse Fr.* **divisa di Aa^{ac}**
19 coniugia *gia Aa^{ac}* **20 remanserint]** *supra lin. Aa* **propriis add. in**
margin. Fd: suos *Mv* **21 ab iniqua]** *aliqua Mv* **dominatione]**
 dampnatione *Mc* **crederent om. Sg** **22 coniugio FdMv**: coniugia *Sg*:
 coniugium *McFr.* **26 sunt iuncte]** *iuncte sunt Aa*: sunt adiuncte *Sg*:
 sunt coniuncte *BiMcMv* **27 quod – 967: 1 preceptum bis scr. Mc**

iungitur viro mulier", et iterum agnovimus preceptum ut
 "quae Dominus iunxit homo non separet", necesse est, ut
 legitimarum federa nuptiarum redintegranda credamus et
 remotis his, quae hostilitas intulit, unicuique id, quod
 5 legitime intulit, reformetur omnique studio procurandum
 est, ut recipiat unusquisque quod proprium est. (§ 1) Nec
 tamen culpabiles iudicentur, si in ius alienum transire
 potuerunt, et tamen plene iustitiae est, ut eisdem reversis
 10 propria reformentur. Quod si in mancipiis vel in agris aut
 etiam domibus ac possessionibus recte servatur, quanto
 magis in coniugatorum redintegratione faciendum est, ut
 quod clade bellica turbatum est pacis remedio reformetur?
 Et ideo si viri post longam captivitatem reversi ita in
 dilectione suarum coniugum perseverant, ut eas cupiant
 15 redire in suum consortium, obmittendum est et
 inculpabile iudicandum est, quod necessitas intulit, et
 restituendum, quod fides poscit. Et infra: (§ 2) Sin autem
 aliquae mulieres ita posteriorum virorum amore sunt
 20 capte, ut malint his coherere quam ad legitimum transire
 consortium, merito sunt notande ita, ut ecclesiastica
 communione priventur, quae de re excusabili
 contaminationem criminis elegerunt ostendentes sibi
 pro sua incontinentia placuisse, quod iusta remissio
 poterat expiare. Redeant ergo in suum statum voluntaria

Sg 186a

Mc 290vb

Bi 317va

2 quae – separet Matt. 19:6.

AaFdBiMcMv

1 iungitur – mulier Bi: viro iungitur mulier AaMv: iungitur mulier viro
 Fr. **2 quae]** quod Fr. **iunxit]** coniunxit Sg **separet]** separat Sg^{ac}
3 legitimarum] legitima Aa **4 intulit om. Sg** **id om. Fr.**
5 legitime] liberatio unicuique Sg **procurandum]** curandum Sg
6 quod – est²] propriam Mv **proprium]** propitium Fd^{ac} **7 tamen]**
 tam Fr. **culpabiles iudicentur** AaFdPan.: culpabilis iudicetur
 SgBiMcMvFr.Polyc. Trip. **si** AaFd^{ac} Pan.: sed Fd^{ac}: et tamquam alieni
 iuris pervasor habeatur qui (ex quod corr. Bi) personam eius mariti qui
 iam non esse estimabatur (ex estimabantur corr. Mc) assumpsit (om. Mv).
 Sic enim multa que ad eos (corr., ut vid. Mc) qui in captivitatem ducti sunt
 (om. Mv) pertinebant Sg BiMcMv Fr. Trip.: et tamquam alieni iuris
 pervasor habeatur, qui personam eius mariti, qui iam non esse
 estimabatur, assumpsit Polyc. **in – 17 infra om. Polyc.** **8 potuerunt**
 Sg (ut vid.) BiMvFr.Pan. Trip. potuerint AaFd^{ac} Mc: potest Fd^{ac} (ut vid.
eisdem] eis Aa **9 in² om. Mv** **10 domibus]** in domibus McFr. **ac]**
 ceterisque Sg **11 coniugatorum]** coniugiorum Mc
15 obmittendum – et om. Sg **obmittendum]** ommittendum Mc:
 admittendum Mv **est]** non est Aa **17 restituendum]** rest. est A
Et infra om. Sg **19 malint]** maluerint McFr. **22 contaminationem**
criminis] criminis contagionem Sg

redintegratione coniugia neque ullo modo ad opprobrium male voluntatis trahatur, quod conditio necessitatis extorsit, quia sicut he mulieres, quae ad viros suos reverti noluerint, impie sunt habende. Ita ille, quae in affectum ex Deo initum redeunt, merito sunt laudande.

5

(C.34 q.1&2 c.2) Item Innocentius Probo.

VIRO VEL UXORE DE CAPTIVITATE REDEUNTIBUS PRIORA REDINTEGMENTUR CONIUGIA.

Fr. 1258 Cum in captivitate Ursa mulier teneretur, aliud coniugium cum Restituta Fontanum commisisse cognovimus. Set favore Domini reversa Ursa nos adiit et nullo diffiniente uxorem se esse memorati perdocuit. Qua de re, domine fili karissime merito illustris, statuimus fide catholica suffragante coniugium illud esse, quod erat primitus gratia divina fundatum, conventumque secunde mulieris priore superstita nec divortio eiecta nullo pacto esse legitimum.

Aa 186v

10

15

9 Cum – 17 legitimum Innocentius I, *Ep.* 36 (JK 313), ed. PL 20.602B-603A.Ivo, *Decr.* 8.245; * *Panormia* 6.89.

AaFdBiMcMv **17 legitimum** *AaFd BiMcMv*]

1 coniugia – 5 laudande *om. Sg* **3 ad – reverti]** reverti ad viros suos *Fr.* **4 ille – 5 initum]** in affectum ex deo initum ille *Fd*
6 Innocentius] Inn. Papa *Fr.* **Probo]** papa *Mc* **7 Viro – 8 coniugia** *om. Sg* **vel]** et *Mv* **8 redintegrentur coniugia** *om. Bi*
11 Ursa *om. Mc^{ac}* **12 diffiniente]** diffitente *Fr.* **se** *om. M*
memorati perdocuit perdocuit memorati *Mv* **memorati]** memoranti *Fd: commemorati Mc* **13 domine – illustris]** karissime fili *S*
domine *om. McMv* **15 primitus – divina]** gratia divina primitus *Fr*
fundatum] fundamentum *Fd* **secunde]** seculum *Mc* **16 ante mulieris littera p eras. Aa**

(CAUSA 35)

(C.35) ¶ Quidam mortua uxore sua aliam sibi matrimonio copulavit, quae uxori defuncte quarto gradu consanguinitatis, viro autem sexta linea adherebat. Post triennium vero, susceptis ex ea liberis, accusatur apud ecclesiam; iste pretendit ignorantiam. Hic PRIMUM queritur, si liceat aliquam ex propria cognatione duci in uxorem? SECUNDO, si ex consanguinitate uxoris aliqua possit in coniugem duci? TERTIO, usque ad quem gradum quisque debeat abstinere sive a propriis, sive ab uxoris sue consanguineis? QUARTO, quare usque ad septimum gradum consanguinitas computatur, ita quod nec ultra protenditur, nec infra subsistit? QUINTO, quomodo gradus consanguinitatis computandi sunt? SEXTO, qui iureiurando propinquitatem firmare debeant? SEPTIMO, an illi, qui de incestuosis nati sunt, filii reputentur? OCTAVO, si ignoranter aliqua de consanguinitate vel affinitate in uxorem ducta est, an ex dispensatione viro suo possit adherere? NONO, si contigerit ecclesiam decipi, et causa consanguinitatis aliquam a viro suo separare, quae post quadriennium nuptiis hinc inde celebratis deprehenditur non fuisse consanguinea prioris, an secunda coniugia sint rescindenda, et priora sint redintegrandae? DECIMO, si relicta alicuius de propria cognatione ad secundas nuptias transierit, an proles ex eis suscepta possit pertingere ad consortium alicuius de cognatione prioris viri?

Fr. 1261
Aa 187v**(QUAESTIO 1)¹**

(C.35 q.1 d.a.c.1) ¶ Quod consanguineas nostras sive uxoris nostre in coniugium nobis ducere liceat, exemplis et auctoritatibus probatur. Abraham namque Sarai filiam fratris sui, sororem videlicet Loth, in uxorem duxit. Ysaac Rebecam in coniugem accepit, quae erat filia consobrini matris sue. Iacob duas sorores, Liam videlicet et Rachel filias Laban avunculi sui, sibi matrimonio sociavit. (§ 1) In lege quoque precepit Dominus Moysi, ut nullus duceret uxorem, nisi de propria tribu et familia. Item si aliquis absque liberis moreretur, precepit Dominus, ut frater eius uxorem defuncti sibi copularet, et ex ea semen fratri suo suscicaret. Porro, ad quoscumque lex ipsa pervenit, eius preceptis probantur obnoxii, nisi quae vel

¹ 25 eis eas A^{ac}: ea A^{ac}

evangelicis mandatis vel apostolicis institutis evacuata monstrantur. Nullo autem evangelii precepto vel apostolico instituto consanguineorum coniunctiones prohibite inveniuntur. Unde sicut ab inicio, ita et nunc licite probantur.

5

(§ 2) His ita respondetur: Consanguineorum coniunctiones alias causa necessitatis permisse, alias causa iuste rationis inveniuntur inperate. Cum enim unus ab inicio vir, atque una ex latere eius mulier formaretur a Deo, necessario sorores fratribus copulabantur. Quod autem necessitate cogente fit cessante necessitate pariter cessare oportet. Tanto ergo nunc dampnabilius usurpatur consanguineorum coniunctio, quanto minus necessaria probatur. Unde huiusmodi copula postea lege prohibita invenitur, Domino dicente per Moysen: “Turpitudinem sororis tue non revelabis.”

10

15

(C.35 q.1 c.1) Hinc Augustinus ait in libro de civitate Dei:

QUARE CONSTITUTUM FIT, NE CONSANGUINEAS DUCAMUS UXORES.

20

Cum igitur genus humanum post primam copulam viri facti ex pulvere, et coniugis eius ex viri latere, marium feminarumque conmixtione opus haberet, ut gignendo multiplicarentur, nec essent ulli homines nisi qui ex illis duobus nati fuissent, viri coniuges sorores suas acceperunt. Quod profecto quanto est antiquius compellente necessitate, tanto postea dampnabilius factum est religione prohibente. Habita enim est ratio certissima karitatis, ut homines, quibus esset utilis atque honestissima concordia, diversarum necessitudinum vinculis necterentur, nec unus in uno multas haberet, sed singule spargerentur in singulos, ac sic ad socialem vitam diligentius plurime plurimos obtinerent. Pater quippe et socer duarum sunt necessitudinum nomina. Dum ergo quis alium habet patrem, alium socerum, numerosius se karitas porrigit. Utrumque autem unus Adam esse cogebatur et filiis et filiabus suis, quando fratres sororesque coniugio iungebantur. Sic et Eva uxor eius utrique sexui filiorum fuit et socrus et mater; quae si due

25

30

35

40

16 Lev. 18:9

22 Cum – 971: 19 evadat Augustinus, *De civitate Dei* 15.16, ed. Dombart et Kalb, CCSL 48.476.1-477.19, 23-27, 46-478.52, 84-88.

fuissent femine, altera mater altera socrus, copiosius se
 socialis dilectio colligaret. (§ 1) Sed hoc unde fieret, tunc
 non erat, quando nisi fratres et sorores ex illis duobus
 primis nulli homines erant. Fieri ergo debuit, quod potuit,
 5 ut existente copia unde ducerentur uxores, quae iam non
 erant sorores, non solum illud non fieret ubi nulla
 necessitas esset. (§ 2) Quod humano genere crescente
 etiam inter inpios deorum multorum falsorumque
 cultores sic observari cernimus, ut etiamsi perversis
 10 legibus permittantur fraterna coniugia, melior tamen
 consuetudo ipsam malit exhorre licentiam, sicque
 adversetur, quasi numquam licere potuerit. (§ 3)
 Copulatio igitur maris et femine, quantum attinet ad
 genus humanum, quoddam seminarium est karitatis;
 15 celestis vero civitas opus habet, ut noxam generationis
 evadat.

(C.35 q.1 d.p.c.1) ¶ Hac itaque consuetudine, quae ab
 ipso exordio humane propagationis originem habuit,
 quam nulla lex contra iubendo evacuaverat, excusantur
 20 Abraham, Ysaac, et Iacob, et ceteri, qui de propria
 cognatione ducebant uxores. Quamvis etiam alia causa
 rectissime rationis, qua id factum sit, possit intelligi.
 Ceteris idolatria fedatis, sola familia Heber in cultu unius
 Dei remansit. Unde Abraham a Chaldeis cum fratre suo in
 25 ignem quem adorare noluit, proiectus est, ut numen sue
 divinitatis exurendo sentiret, quem venerando colere
 contempsit. Ne ergo ex coniunctione infidelium fideles ad
 idolatriam prolaberentur, et ita Deum offenderent, sicut
 quondam ante diluvium filii Dei, conmixti filiabus
 30 hominum, ipsum ad iracundiam provocaverant,
 rectissime cautum est, ut patriarche viri sanctissimi
 nonnisi de propria cognatione, id est de familia fidelium,
 sibi uxores acciperent. Hinc etiam, cum filii Israel
 intraturi terram promissionis a Domino audirent, ne filias
 35 Chananeorum sibi in uxores acciperent, nec suas eis
 nuptui traderent, statim subiunxit Dominus: "Ne faciant
 vos recedere a Deo vestro, et fornicari cum diis alienis."
 Hinc etiam Hesdras Idumeas atque aliarum mulieres
 nationum, per quas filii Isr el ibant ad deos alienos, ab eis
 40 separari iussit.

Fr. 1263

(§ 1) Est etiam alia causa, quare coniunctiones
 consanguineorum in populo Dei permisse primum, vel

36 Ne] nec *A^{ac}*

potius inperate fuerint. Deus sic ab inicio salutem humani generis dispensavit, ut primitivam ecclesiam in populo illo institueret, qui sibi carnis consanguinitate erat propinquus. Unde de plebe Iudaica primum Apostolos elegit, quos quasi fundamentum ecclesiae instituit, quorum predicatione de eadem plebe multi ad Deum conversi, in se ipsis originem ecclesiae prestiterunt. Deinde in cecitate sue perfidie Iudaica plebe relicta ad gentes, quae tam fide quam cognatione carnis a Christo erant aliene, predicatio evangelica translata est, et quasi consanguineae copulam Christus aspernatus, de aliena cognatione sibi uxorem elegit, adimplens illud, quod per prophetam predixerat: “In peccatis vestris dimisi matrem vestram quasi adulteram et repudiatam.” Et item per alium Prophetam: “Vocabo non plebem meam plebem meam.” In huius ergo rei sacramentum consanguineorum coniunctiones primum in populo permissae sunt, nunc autem prohibite. Et quia non in una tantum familia, sed in omni multitudine gentium fidelium populus invenitur, non de propria cognatione, sed de qualibet alia cuique uxorem ducere conceditur. (§ 2) Illud autem, quod precepta legis servanda dicuntur, quae nec evangelicis, nec apostolicis institutis evacuata probantur, verum quidem est; sed cum omnia figuralia Apostolus probet ad tempus esse data, atque ideo veniente veritate affirmet illa non ultra esse servanda, hoc autem, ut supra monstratum est, causa sacramenti a Deo institutum esse probetur: et hoc cum ceteris figuralibus evocatum certissime constat; quamquam, sicut Apostolus quaedam consulendo addidit, quae evangelicis preceptis non inveniebantur diffinita, nec ideo tamen tamquam temeraria vel superflua ab aliis Apostolis sunt repudiata; sic et ecclesia post apostolica instituta quaedam consilio perfectionis addidit, utpote de continentia ministrorum, de confectione misteriorum, de celebratione offitiorum, quae nullatenus sunt repudianda, sed diligenti veneratione suscipienda. Consanguineorum ergo coniunctiones, quamvis evangelicis et apostolicis preceptis non inveniantur prohibite, sunt tamen fugiende, quia ecclesiasticis institutionibus inveniuntur terminate.

5

10

15

20

25

30

35

40

(QUAESTIO 2 ET 3)

(C.35 q.2&3 d.a.c.1) ¶ Quia ergo a consanguineorum coniunctionibus, sicut probatum est, abstinere oportet,

videndum est, usque ad quem gradum a consanguineis propriis abstinere oporteat, vel si ex cognatione proprie uxoris aliquam duci in coniugem liceat? De his ita scribit Gregorius papa in concilio Meldensi:

Fr. 1264

5 (C.35 q.2&3 c.1) Usque ad septimam generationem nullus de sua cognatione ducat uxorem. De affinitate consanguinitatis per gradus cognationis placuit usque ad septimam generationem observare. Nam et hereditas rerum, per legales instrumentorum diffinitiones sancita,
10 usque ad septimum gradum protendit heredum successionem. Non enim succederent, nisi eis de propagine cognationis deberetur.

(C.35 q.2&3 c.3) Item Fabianus papa.

15 AFFINES IN QUINTA GENERATIONE COPULARI POSSUNT; IN QUARTA, SI INVENTI FUERINT, NON SEPARANTUR.

20 De propinquis, qui ad affinitatem per virum et uxorem veniunt, defuncta uxore vel viro, in quinta generatione coniungantur; in quarta, si inventi fuerint, non separantur. In tertia tamen propinquitatem non licet uxorem alterius accipere post obitum eius. Equaliter vir coniungatur in matrimonio eis, qui sibi consanguinei sunt, et uxoris sue consanguineis post mortem uxoris.

(C.35 q.2&3 c.4) Idem.

25 Qui propinquam sanguinis ducunt uxorem, et separantur, non licebit eis, sibi in coniugio sociare alias uxores, quamdiu utrique vivunt.

(C.35 q.2&3 d.p.c.6) Unde Iulius papa:

Fr. 1265

30 (C.35 q.2&3 c.7) Ex propinquitatem sui sanguinis vel uxoris usque in septimum gradum nullus ducat uxorem. Nullum in utroque sexu permittimus ex propinquitatem sanguinis sui vel uxoris usque in septimum generis gradum uxorem ducere, vel incesti macula copulari. Preterea illud quoque adiecimus, quia, sicut non licet
35 cuiquam Christiano de sua consanguinitate, sic etiam nec licet de consanguinitate uxoris sue coniugem ducere propter carnis unitatem.

Fr. 1266

(C.35 q.2&3 c.10) Item Gregorius papa ad Felicem, Missene civitatis episcopum.

NULLUS DUCAT UXOREM A CONSANGUINEO SUO
COGNITAM, VEL ALIQUA POLLUTIONE MACULATAM.

Nec eam, quam aliquis ex propria consanguinitate
coniugem habuerit, vel aliqua illicita pollutione
maculaverit ulli Christianorum in coniugium ducere licet
vel licebit, quia incestuosus est talis coitus, et
abhominabilis Deo et cunctis hominibus.

(C.35 q.2&3 c.12) Item Iulius papa.

NULLUS DUCAT IN CONIUGEM RELICTAM
CONSANGUINEORUM UXORIS SUE USQUE IN TERTIAM
PROGENIEM.

Et hoc quoque statutum est, ut relictam patris uxoris
sue, relictam fratris uxoris sue, relictam filii uxoris sue
nemo sibi in matrimonium sumat; relictam
consanguineorum uxoris sue usque in tertiam progeniem
nemo in uxorem sumat; in quarta autem et in quinta si
inventi fuerint, non separentur.

(C.35 q.2&3 c.13) Idem.

A CONSANGUINEIS PROPRIIS VEL SUE UXORIS PARITER
CUIQUE EST ABSTINENDUM.

Equaliter vir coniungatur consanguineis propriis, et
consanguineis uxoris sue.

(C.35 q.2&3 c.14) Item Ysidorus ex concilio
Maticensi.

IN PARENTELA PROPRIA ET CONIUGIS EADEM
CONSANGUINITAS EST OBSERVANDA.

Sane consanguinitas, quae in proprio viro conservanda
est, hec nimirum in uxoris parentela de lege nuptiarum
custodienda est. Quia constat eos duos fuisse in carne una,
ideo quae communis illis utraque parentela credenda est,
sicut scriptum est: "Erunt duo in carne una."

(C.35 q.2&3 c.16) Item Gregorius episcopus Gallie.

USQUE AD SEPTIMAM GENERATIONEM PROGENIEM
SUAM UNUMQUEMQUE SERVARE OPORTET.

Progeniem suam unumquemque usque ad septimam
decernimus observare generationem, et, quamdiu se
agnoscunt affinitate propinquos, ad coniugalem copulam
accedere denegamus. Quod si fecerint, separentur.

31 Gen. 2:24; Eph. 5:31

27 Sane – 975: 2 una Conc. Cabillonensne (a. 813) 29, ed. Werminghoff,
MGH Conc. 2.1.279.7-10.

(C.35 q.2&3 c.18) Item ex concilio Wormaciensi.

QUOUSQUE INTER ALIQUOS GENERATIO RECORDATUR
AUT IN MEMORIA RETINETUR, SIBI INVICEM NON
COPULENTUR.

5 In copulatione fidelium generationis numerum non
diffinimus, sed statuimus, ut nulli Christiano liceat de
propria consanguinitate seu cognatione accipere uxorem,
usque dum generatio recordatur et cognoscitur aut in
memoria retinetur.

10 (C.35 q.2&3 c.19) Item ex concilio Lugdunensi.

EX PROPINQUITATE SUI SANGUINIS USQUE AD
SEPTIMUM GRADUM NULLUS DUCAT UXOREM.

15 Nulli ex propinquitate sui sanguinis usque ad
septimum gradum uxores ducant, neque sine benedictione
sacerdotis. Qui autem nupturi erunt, a sacerdote benedicti
nubere audeant.

20 (C.35 q.2&3 d.p.c.19) ¶ Premissis auctoritatibus
quique prohibentur a coniunctione consanguineorum
usque in septimam generationem. Sed obicitur illud
Gregorii ad Augustinum, Anglorum episcopum:

(C.35 q.2&3 c.20) Anglis permittitur, ut in quarta vel
in quinta generatione copulentur. Quaedam lex Romana
permittit, ut sive frater et soror, seu duorum fratrum
25 germanorum, seu duarum sororum filius et filia
misceantur. Sed experimento didicimus, ex tali coniugio
sobolem non posse succrescere. Unde necesse est ut
quarta vel quinta generatio fidelium licenter sibi
iungantur. (§ 1) Sed idem humillimus Pater Gregorius,
post multum temporis a Felice Messine Sicilie presule
30 requisitus, utrum Augustino scripserit, ut Anglorum
quarta generatione contracta matrimonia minime
solverentur, inter cetera talem rationem reddidit: Quod
scripsi Augustino Anglorum gentis episcopo, alumno
videlicet, ut recordaris tuo, ipsi, etiam Anglorum genti,
35 quae nuper ad fidem venerat, ne a bono, quod ceperat,
metuendo austeriora recederet, specialiter, et non
generaliter me certissime scripsisse cognoscas. Unde et
michi omnis Romana civitas testis existit. Nec ea

Fr. 1269

5 In – 18 retinetur Conc. Wormatiense (a. 868) 8, ed. Hartmann, MGH
Conc. 4.266.18-267.2. Cf. Nicolaus I, *Ep.* 156 Karolo archiep. Moguntino
(JE 2709; a. 858-863), ed. Perels, MGH Epp. 6.672.34-673.2, 5-7.Ivo,
Decretum 9.39.

intentione hec eis scripsi mandata, ut post, quam firma radice in fide fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inventi fuerint, non separentur aut infra affinitatis lineam, id est usque ad septimam generationem, iungantur. Sed quod adhuc illis neophitis existentibus, eis primum illicita consentire et eos, et verbis ac exemplis instruere oportet. Nam iuxta Apostolum, qui ait: “Lac vobis potum dedi, non escam,” illis modo, non posteris, ut prefixum est, temporibus tenenda indulsumus, ne bonum, quod infirma radice plantatum erat, exureretur, sed aliquantulum firmaretur et usque ad perfectionem custodiretur.

(C.35 q.2&3 d.p.c.20) ¶ Item obicitur illud Cabilonensis Concilii.

(C.35 q.2&3 c.21) IN QUINTA VEL SEXTA GENERATIONE NULLUS AMPLIUS COPULETUR CONIUGIO. 15

Contradicimus, ut in quarta, vel quinta sextaque generatione nullus amplius coniugio copuletur. Ubi autem post interdictum factum fuerit inventum separetur.

(C.35 q.2&3 d.p.c.21) ¶ Hac auctoritate dum sexta generatione coniugium interdicitur, in septima permitti videtur. Sed gradus cognationis secundum quosdam varie computantur. Alii namque patrem in primo gradu, filios in secundo ponunt. Alii primum gradum filios appellant, negantes gradum cognationis inter patrem et filium esse, cum una caro probentur pater et filius. Auctoritates ergo, quae consanguinitatis cautelam usque in septimum gradum prohibent, patrem ponunt in primo gradu; ille vero, quae usque ad sextum gradum prohibent, primum gradum filios appellant, atque ita fit, ut eedem persone secundum hanc diversitatem inveniantur in sexto vel septimo gradu.

Fr. 1270

(§ 1) Item illud Fabiani, quo affines in quinta generatione copulari iubentur, videtur esse contrarium illi decreto Iulii papae: “Sicut non licet ulli Christiano de sua consanguinitate, sic etiam non licet de consanguinitate uxoris suae coniugem ducere propter carnis unitatem.” Similiter invenitur etiam contrarium illi capitulo

17 Contradicimus – **32 separetur** Conc. Moguntinum (a. 813) 41, ed. Werminghoff, MGH Conc. 2.1.273.1-3. Cf. Conc. Maguntinum (a. 847) 30, ed. Hartmann, MGH Conc. 3.175.22-176.1; Capitula conc. Wormatiensi (a. 868) attributa 78, ed. Hartmann, MGH Conc. 4.290.14-16. **33 Fabiani** C.35 q.2&3 c. 3. **35 Iulii** C.35 q.2&3 c. 7.

Gregorii: "Nec eam, quam ex propria consanguinitate
 coniugem habuit etc." Sed illud Fabiani intelligendum est
 de duabus personis inter se affinitate coniunctis, ut sunt
 uxores duorum fratrum; si contigerit unam earum alicui
 5 matrimonio copulari, post mortem eius vir non poterit
 affinem superstitem in coniugem ducere, nisi in quinto
 gradu affinitatis inveniatur. Unde, qui novercam alicuius
 in uxorem duxerit, post mortem eius uxorem privigni
 ducere non poterit. Hinc etiam idem Iulius papa alibi ait:
 10 "Relictam consanguineorum uxoris sue" (non ait
 consanguineam uxoris sue, sed relictam
 consanguineorum) "usque in quartam generationem
 nullus ducat in uxorem." (C.35 q.2&3 d.p.c.22) Illud
 autem Gregorii et Iulii intelligitur de consanguinitate viri
 15 vel uxoris, ut post mortem alicuius eorum nulli de
 cognatione defuncti superstes matrimonio copuletur.

Demonstratum est, usque ad quem gradum quisque a
 propria consanguinitate vel cognatione sue uxoris
 abstinere debeat.

20

(QUAESTIO 4)

(C.35 q.4 d.a.c.1) ¶ Modo queritur, quare usque ad
 sextum gradum consanguinitatis coniunctio prohibeatur?
 De his ita scribit Ysidorus Ethimologiarum libro XI c. 6.:

Fr. 1271

25

(C.35 q.4 c.1) Quare usque ad sextum gradum
 consanguinitas observetur. Consanguinitas dum se
 paulatim propaginum ordinibus dirimens usque ad
 ultimum gradum se subtraxerit, et propinquitas esse
 desierit, tunc primum lex in matrimonii vinculum eam
 30 recipiet, et quodammodo revocabit fugientem. Ideo autem
 usque ad sextum gradum generis consanguinitas
 constituta est, ut sicut sex etatibus mundi generatio, et
 hominis status finitur, ita propinquitas generis tot
 gradibus terminetur.

35

(QUAESTIO 5)

(C.35 q.5 d.a.c.1) ¶ De gradibus vero
 consanguinitatis, quomodo computandi sint, beatus
 Ysidorus sic loquitur:

1 Gregorii C.35 q.2&3 c. 10. **2 Fabiani** C.35 q.2&3 c. 3. **9 Iulius** C.35
 q.2&3 c. 12. **14 Gregorii** C.35 q.2&3 c. 10. **Iulii** C.35 q.2&3 c.

(C.35 q.5 c.1) Quomodo dirimuntur gradus consanguinitatis. Series consanguinitatis sex gradibus hoc modo dirimitur: filius et filia, quod est frater et soror, sit ipse truncus; illis seorsum seiunctis ex radice illius trunci egrediuntur isti ramusculi: nepos et neptis: primus; pronepos et proneptis: secundus; abnepos et abneptis: tertius; atnepos et atneptis: quartus; trinepos et trineptis: quintus; trinepotis nepos et trineptis neptis: sextus. 5

(C.35 q.5 c.2) Item Alexander II

QUOMODO SINT COMPUTANDI GRADUS CONSANGUINITATIS. 10

Neapolitanis clericis et omnibus episcopis atque iudicibus per Italiam constitutis scribit de huiusmodi ita dicens. Ad sedem apostolicam perlata est questio noviter exorta de gradibus consanguinitatis, quam quidam legum et canonum inperiti excitantes, eosdem propinquitatis gradus contra sacros canones et morem ecclesiasticum numerare nituntur, novo et inaudito errore affirmantes, quod germani fratres vel sorores inter se sint in secunda generatione, filii eorum vel filie in quarta, nepotes vel neptes eorum in sexta. Talique modo progeniem computantes, et in huiusmodi sexto gradu eam terminantes, dicunt, deinceps viros ac mulieres inter se nuptialia iura posse contrahere. Et ad huiusmodi profanum errorem confirmandum in argumento assumunt seculares leges, quas Iustinianus inperator promulgavit de successione consanguineorum. Quibus confisi ostendere moliuntur, fratres in secundo gradu esse numeratos, filios eorum in quarto, nepotes et neptes in sexto. Sic seriem genealogie terminantes, numerationem sanctorum patrum et antiquam ecclesiae computationem ad nos usque perductam perversa quadam calliditate disturbare nituntur. Nos vero Deo annuente hanc questionem discutere curavimus in sinodo habita in Lateranensi consistorio, convocatis ad hoc opus episcopis, et clericis, atque iudicibus diversarum provinciarum. (§ 1) Denique diu ventilatis legibus et sacris canonibus distincte invenimus, ob aliam atque aliam causam alteram fieri legum, alteram canonum computationem. In legibus siquidem ob nichil aliud ipsa graduum mentio facta est, nisi ut hereditas vel successio ad alteram ab una personam inter consanguineos deferatur. In canonibus vero ob hoc 35 40

Fr. 1272

8 nepos] nep(ti?)s *Aa^{ac}*

progenies computatur, ut aperte monstretur, isque ad
quotam generationem a consanguineorum sit nuptiis
abstinendum. Ibi prescribitur, ut hereditas propinquis
modo legitimo conferatur; hic vero, ut rite et canonicè
5 inter fideles nuptie celebrentur. In legibus distincte non
numerantur gradus, nisi usque ad sextum; in canonibus
autem usque ad septimam distinguuntur generationem.
Hac igitur de causa, quia hereditates nequeunt deferri nisi
de una ad alteram personam, idcirco curavit secularis
10 inperator in singulis personis singulos perficere gradus.
Quia vero nuptie sine duabus non valent fieri personis,
ideo sacri canones duas in uno gradu constituere
personas. (§ 2) Utamque tamen computationem, si
attente ac subtiliter perspecta fuerit, idem sensisse, et
15 eandem in eis sententiam esse, atque ad eundem
terminum convenire manifestissimum erit. Iustinianus
namque usque ad quem gradum consanguinitas ipsa
perduret, in suis legibus non diffinivit. Canones vero ultra
septimam nullam numerant generationem. Sexto quippe
20 gradu determinato, in ipsis legibus subintulit inperator:
"Hactenus ostendisse sufficiat, quemadmodum gradus
cognitionis numerentur. Namque ex his palam est
intelligere, quemadmodum posteriores gradus numerare
debeamus. Generata quippe persona gradum adicit." Ecce
25 in his verbis aperte ostenditur, tales gradus, quales isti
computant, non tantum usque ad sextum, verum etiam
ultra numerari debere, quippe cum ultra sextum
posteriores gradus numerandos esse decernat. Ubi enim
posteriores nominat gradus, aperte indicat, non sex
30 tantummodo esse gradus, sed sex finitis adhuc alios
numerandos. Nec mirum, cum in precedentibus ipse
firmaverit inperator, decimo etiam gradu, quod dicendo,
non esse tantummodo sex, luce clarius confitetur. (§ 3) Hi
ergo evigilent, et aciem mentis, si possunt, intendant,
35 quos hactenus istiusmodi perculit error. Enimuero, ubi
secundum leges inter agnatos vel cognatos defertur
successio, consanguineos esse non dubium est. Neque
enim sibi succederent, nisi inter se, teste Iustiniano, in
decimo gradu sibi attinerent; consanguinei igitur sibi sunt
40 qui sic sibi succedunt. Quod si in decimo gradu
consanguinei sibi existunt, non est terminata
consanguinitas (ut isti fatentur) in sexto tantummodo
gradu. Quid igitur dicent? Computatis namque gradibus,
sicut isti numerant, aut finitur consanguinitas in sexto

gradu, aut non. Si autem finitur, fallaces erunt leges,
 quibus isti nituntur, quae in decimo gradu sibi succedere
 consanguineos iubent. Quod si non finitur consanguinitas
 Fr. 1273 in huiusmodi sexto gradu, falsidici erunt isti, qui ultra
 illum sextum gradum nolunt computare 5
 consanguinitatem. Igitur aut leges erunt false, aut isti, qui
 sic finiunt generationem. (§ 4) Sed, ut veridice leges et
 veraces sint canones, dicamus id, quod veritas habet,
 scilicet, quod non terminatur consanguinitas in
 huiusmodi sexto gradu, et terminatur in septimo 10
 secundum canones gradu. Utraque enim computatio, sicut
 superius diximus, uno fine concluditur. Namque duo
 gradus legales unum gradum canonicum efficiunt. Fratres
 itaque, qui secundum leges seculares dicuntur in secundo 15
 gradu, iuxta canones numerantur in primo. Filii fratrum,
 qui illic numerantur in quarto, hic computantur in
 secundo; nepotes vero, qui ibi in sexto, istic numerantur
 in tertio; sic deinceps, qui legibus scribuntur in octavo et
 decimo, in canonibus diffiniuntur in quarto et quinto.
 Atque hoc modo de reliquis sciendum est, ut qui 20
 secundum canones dicuntur in sexto vel in septimo,
 secundum leges accipiantur in duodecimo vel in
 quartodecimo. (§ 5) Hanc computationem intelligens
 prudentissimus papa Gregorius, dum quereretur, in quota 25
 generatione fideles coniungi debeant, ipsas seculares leges
 in testimonium adducens, Augustino Anglorum episcopo
 sic rescripsit: "Quaedam terrena lex in Romana republica
 permittit, ut sive fratris et sororis, seu duorum fratrum
 germanorum, vel duarum sororum filius et filia 30
 misceantur. Sed experimento didicimus, ex tali coniugio
 sobolem non posse succrescere. Unde necesse est, ut iam
 in tertia vel quarta generatione copulatio fidelium licenter
 sibi coniungi debeat. Nam a secunda, quam prediximus,
 omnimodo debet abstinere." Ecce hic aperte monstratur, 35
 filios et filias fratrum in secunda generatione numerari. Et
 si fratrum filii vel filie numerantur in secunda, fieri non
 potest, ut ipsi fratres non sint in prima. Quod si fratres
 computantur in prima, filii eorum in secunda, dubium non
 est, quin eorum nepotes sint in tertia, pronepotes in
 quarta, et sic de reliquis usque ad septimam. (§ 6) Sed 40
 sunt quidam, qui ex his sancti Gregorii verbis, quibus ait,
 ut in tertia vel in quarta generatione copulentur fideles,
 occasionem accipiunt illicita matrimonia contrahendi,
 dicentes, se hoc iuste facere posse, quod tam

prudentissimus doctor sua sententia diffinivit. Isti itaque,
 qui se hoc velamento defendere nituntur, advertant in
 eiusdem patris sententiis, non hoc generaliter cunctis, sed
 specialiter Anglorum genti mandasse. Nam postmodum a
 5 Felice Messane Sicilie presule requisitus, si hoc, quod
 Augustino mandaverat, generaliter cuncte ecclesiae
 tenendum esset, apertissime monstravit, non aliis hoc,
 quam illi genti mandasse, ne bonum, quod ceperant,
 metuendo austeriora desererent; sed illis, postquam in
 10 fide essent firma radice solidati, et universali ecclesiae
 censuit semper esse tenendum, ut nullam de propria
 consanguinitate vel affinitate infra septimam
 generationem aliquis sibi audeat coniugio copulare. **(§ 7)**
 Ecce aperte monstratum est et ex verbis ipsius legis et
 15 auctoritate prudentissimi papae Gregorii, quid de
 gradibus consanguinitatis numerandis sentire debeamus.
 Quamvis alia quoque ratio pari modo ipsos revincat
 adversarios. Nam si, ut ipsi fatentur, in illo sexto gradu
 20 consanguinitas finiretur, omnes personarum ramusculos,
 qui ultra gradum illum in pictura arboris continentur,
 velut superfluos oporteret detruncari. Sed quia omnes, qui
 in pictura arboris predictae numerantur, ex una parentela
 consistunt, numquam sine diminutione consanguinitatis a
 se poterunt separari, veluti non sine dampno cuiusque
 25 persone valent a proprio corpore manus, brachia et pedes
 truncari. **(§ 8)** Illa quoque sacrorum preceptio canonum,
 quae iubet a propria abstineri consanguinitate, quamdiu
 generatio recordatur aut in memoria retinetur, nec a
 predicta parentele discrepat computatione. Nam si in
 30 septem gradibus, canonice et usualiter numeretur, ultra
 quos nec consanguinitas invenitur, nec nomina graduum
 reperiuntur, nec successio potest amplius prerogari, nec
 memoriter ab aliquo generatio recordari. **(§ 9)** Ne vero in
 hac consanguinitatis computatione aliqua dehinc
 35 ambiguitas valeat remanere, aliam, quam quidam faciunt,
 numerationem in hac etiam disputatione duximus
 discutiendam. Sunt enim quidam, qui non a fratribus, sed
 a filiis eorum, id est patruelibus vel consobrinis,
 genealogiam numerare incipiunt, dicentes, filios fratrum
 40 in prima generatione computari debere, quia fratres quasi
 quidam truncus, ex quo ceteri ramusculi oriantur,
 existunt. Sed nec ista graduum computatio, si bene
 intellecta fuerit, ab ea, quam superius exposuimus, in
 sententia poterit esse diversa. Isti enim, qui numerandi

Fr. 1274

initium sumunt a filiis fratrum, non progrediuntur ultra
 sextam generationem; sed sicut totius mundi sex etates
 existunt, et humane vite itidem sex, ita et in
 consanguinitate sex tantummodo autumant computandas
 esse generationes, quibus finitis nove coniunctionis dicunt
 posse fieri initium, ut quasi fugientem possint revocare
 consanguinitatem. (§ 10) Hec itaque computatio, quae
 incipit a fratrum filiis, et numeratur usque ad sextam,
 tantumdem valet, quantum, quae incipit a fratribus, et
 computat usque ad septimam. Nec ulla in sensu consistit
 diversitas, quamvis in numero graduum videatur varietas.
 Ultima enim generatio, si a fratribus sumat initium
 numerandi, septima invenitur; si a filiis fratrum, sexta
 reperitur. Taliter igitur determinatis gradibus
 consanguinitatis, apostolica auctoritate monemus vos,
 fratres et filii, ut omnibus sic seriem genealogie
 computandam esse intimetis, quemadmodum sancti patres
 numerandam esse sanxerunt, et antiquus mos sanctae et
 universalis ecclesiae per longa tempora olim computasse
 monstratur. Nam, si quis perversa et obstinata mente a
 recto tramite apostolice sedis deviare voluerit, et aliter,
 quam nos, in nuptiis celebrandis gradus parentele
 numerare contenderit, primum pro sua temeritate celesti
 pena plectetur, postmodum vero gladio perpetui
 anathematis noverit se iugulandum.

(C.35 q.5 c.3) Item Gregorius.

QUARE CONSANGUINEI UXORIS AD VIRUM PERTINERE
 DICANTUR, ET QUOMODO AFFINITATES SINT
 COMPUTANDE.

Fr. 1275 Porro autem de affinitate, quam dicitis parentelam
 esse, quae ad virum ex parte uxoris, seu quae ex parte viri
 ad uxorem pertinet, manifestissima ratio est, quia, si
 secundum divinam sententiam ego et uxor mea sumus
 una caro, profecto michi et illi mea suaque parentela
 propinquitatis una efficitur. Quocirca ego et soror uxoris
 mee in uno et primo gradu erimus, filius vero eius
 secundo gradu erit a me, neptis vero tertio; idque
 utrinque in ceteris agendum est successionebus. (§ 1)
 Uxorem vero propinqui, cuiuscumque gradus sit, ita
 oportet me attendere, quemadmodum ipsius quoque
 gradus aliqua femina proprie propinquitatis sit. Quod
 nimirum uxori mee de propinquitatis sui viri in cunctis
 cognationis gradibus convenit observari. Qui vero

aliorum sentiunt antichristi sunt, a quibus tanto vos sollicitius oportet cavere, quanto apertius deprehenditis illos divinis legibus oppugnare.

(C.35 q.5 c.6) Item Ysidorus.

5 NOMINA GRADUUM SUPERIORUM, SIVE INFERIORUM.
SIVE EX LATERE VENIENTIUM.

Primo gradu superiori linea continentur pater et mater: inferiori filius et filia; quibus nulle alie persone iunguntur. (§ 1) Secundo gradu continentur superiori
10 linea avus, avia; inferiori neptis; in transversa frater, soror; quae persone duplicantur. avus enim et avia tam ex patre quam ex matre accipiuntur. quae persone sequentibus quoque gradibus similiter pro substantia eorum, quae in quo gradu consistunt, ipso ordine duplicantur. (Iste persone in secundo gradu ideo duplices appellantur, quia duo avi sunt, et paternus et maternus. Item duo sunt genera nepotum, sive ex filio sive ex filia procreati. Frater et soror ex transverso veniunt, id est, aut frater patris, aut frater matris, qui aut patruus, aut avunculus nominatur; qui et ipsi hoc ordine duplicantur.)
15 (§ 2) Tertio gradu veniunt supra proavus, proavia; infra pronepos, proneptis. Ex obliquo fratris sororisque filius vel filia, patruus, amita, id est patris frater et soror, avunculus, matertera, id est matris frater et soror. (§ 3)
20 Quarto gradu veniunt supra abavus abavia; infra abnepos, abneptis. Ex obliquo fratris et sororis nepos, neptis, patruelis frater, soror patruelis, id est patruus filius vel filia; consobrinus, consobrina, id est avunculi et matertere filius vel filia; amitinus, amitina, id est amite filius vel filia;
25 itemque consobrini, qui ex duabus sororibus nascuntur; quibus accrescit patruus magnus, amita magna, id est avi paterni frater et soror, avunculus magnus, matertera magna, id est avie tam paterne quam materne frater et soror. (§ 4) Quinto gradu, veniunt, supra quidem atavus, atavia, infra atnepos atneptis. Ex obliquo fratris et sororis pronepos, proneptis, fratris patruelis, sororis patruelis, amitini, amitine, consobrini, consobrini filius vel filia, propius sobrinus, proprius sobrina, id est patruus magni, amite magne, avunculi magni, matertere magne filius vel
30 filia; quibus accrescunt propatruus et proamita. Hii sunt proavi paterni frater et soror, proavunculus, promatertera. Hii sunt proavie paterne, maternaeque frater, et soror, proavieque materni. (Hec species nec aliis

Fr. 1276

gradibus, quam scripta est, nec aliis declarari vocabulis potest.) (§ 5) Sexto gradu veniunt supra tritavus tritavia; infra trinepos, trineptis. Ex obliquo fratris et sororis abnepos, abneptis, fratris patruelis et sororis patruelis amitini, amitine, consobrini, consobrinerum patrum magni, amite magne, avunculi magni, materterae magne nepos, neptis, propioris consobrini filius vel filia, ab patruus, ab amita. Hi sunt ab avi patrum frater et soror; ab avunculus, ab matertera. Hi sunt ab avie patrum maternae frater et soror, ab avie maternae. (Hec quoque explanari amplius non possunt quam ipse auctor disseruit.) (§ 6) Septimo gradu qui sunt cognati recta linea supra infraque propriis nominibus non appellantur; sed ex transversa linea continentur fratris sororis atnepos, atneptis, consobrini filii filiaeque. (§ 7) Successionis idcirco gradus sex constituti sunt, quia ulterius per rerum naturam nec nomina inveniri, nec ultra successio potest prorogari (In his sex gradibus omnium propinquitatum omnia nomina continentur, ultra quos nec affinitas inveniri, nec successio potest amplius propagari.)

Fr. 1277

(C.35 q.5 d.p.c.6) ¶ De gradibus consanguinitatis vel affinitatis, quot sint, et quomodo computandi, quibus etiam nominibus appellentur, auctoritate beatorum Ysidori, atque Gregorii, et Alexandri sufficienter monstratum est.

(QUAESTIO 6)

(C.35 q.6 d.a.c.1) ¶ Nunc queritur, quibus accusantibus vel testificantibus consanguineorum coniunctio dirimenda sit? De his ita decrevit Fabianus papa:

(C.35 q.6 c.1) Consanguinei tantum, vel, si progenies defecerit, antiqui et veraces propinquitatem in synodo computent. Consanguineos extraneorum nullus accuset, vel consanguinitatem in synodo computet; sed propinqui, ad quorum noticiam pertinet, id est pater et mater, soror frater, patruus, avunculus, amita, matertera, et eorum procreatio. Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus et veracioribus, quibus eadem propinquitatis nota sit, episcopus canonice perquirat, et, si inventa fuerit propinquitatis, separentur.

Fr. 1278

(C.35 q.6 c.3) Item Urbanus Richario Genuensi episcopo.

QUI IURANDO PROPINQUITATEM FIRMARE DEBEANT.

5 Notificamus tibi, ut post, quam duo aut tres ex propinquieribus iam defuncte uxoris vel vive eius, qui accusatur, hanc propinquitatem iureiurando firmaverint, vel si tres aut duo ex antiquioribus Genuensibus, quibus hec propinquitas nota sit, qui bone fame et veracis testimonii sint, remoto amore, timore, precio et omni malo studio, supradicto modo consanguinitatem firmaverint, sine omni mora coniugia dissolvantur. Quod 10 si propinqui vel extranei verbis tantum propinquitatem testantur, et iuramento probare noluerint, vel nequiverint, coniugium nullatenus dissolvatur; sed 15 competens eis penitencia propter infamiam vel peccati maculam (si forte in hoc contraxerint aliquam) iniungatur.

(C.35 q.6 d.p.c.4) ¶ Ecce, quibus accusantibus vel 20 testificantibus consanguineorum coniunctiones sunt dirimende. Cuiusmodi vero iuramentum ab accusatore sit exigendum, ex Romano Ordine habetur. Est autem huiusmodi:

(C.35 q.6 c.5) IURAMENTUM ACCUSATORIS.

25 De parentela illa, quam dicunt esse inter N. et istam eius coniugem N., quicquid inde scis aut audisti a tuis vicinis, aut a tuis propinquis antiquioribus, tu per nullum ingenium, nec propter timorem aut propter amorem, aut propter premium, aut propter consanguinitatem celabis tuo episcopo, aut eius misso, cui hoc requirere iusserit, 30 quandocumque te ex hoc interrogaverit. Sic te Deus adiuvet, et istorum sanctorum reliquie.

Fr. 1279

(C.35 q.6 c.6) IURAMENTUM TESTIUM.

35 Illud sacramentum, quod iste iuravit de parentela illa, quae inter filium et eius coniugem N. computatur, quod tu illud observabis, in quantum sapis. Sic te Deus adiuvet!

Fr. 1280

(C.35 q.6 d.p.c.11) ¶ Quod autem unius testimonio 40 coniugia apud quosdam dirimuntur, nulla ratione ratum habetur. Cum enim Dominus dixerit: "Omne verbum stabit in ore duorum vel trium testium." Item cum in concilio Ylerdensi dicatur: "Omnis controversia, quae de ecclesiasticis rebus fit, secundum divinam legem sub duobus vel tribus testibus terminetur, Domino dicente:

Fr. 1281

'Non unus stet contra alium, sed in ore duorum vel trium testium stet omne verbum;' item cum alibi dicatur: "Nullius persone quantumlibet exercitate testimonio aliquid credatur:" evidentissime apparet, unius assertione coniugia non esse dirimenda.

5

(QUAESTIO 7)

(C.35 q.7 d.a.c.1) ¶ Quod autem queritur, si illi, qui de incestuosis nascuntur, filii reputentur, Augustinus in libro questionum super Leviticum capitulo 77. determinat, ita dicens:

10

(C.35 q.7 c.1) Non appellantur filii, qui de incestuosis nascuntur. Quid est: "Quicumque dormierit cum cognata sua, sine filiis morietur," cum filii ex huiusmodi coniunctionibus et ante nati sint, hodieque nascantur? An hoc intelligendum est lege Dei constitutum, ut quicumque ex eis nati fuerint non deputentur filii, et nullo parentibus iure succedant?

15

(QUAESTIO 8)

(C.35 q.8 d.a.c.1) ¶ De his vero, qui ignoranter coniuncti sunt, in quo gradu consanguinitatis vel affinitatis ex dispensatione ecclesiae relinquuntur, Gregorius in Registro diffinivit, dicens:

20

(C.35 q.8 c.1) Non separentur qui infra septimam generationem ignoranter copulantur. De gradibus vero cognationum, qui infra septimam generationem in matrimonio sunt inventi, si nescienter fecerunt, et multa curricula annorum sunt revoluta, ita ut filios habeant, in sexto qui inventi sunt, aut fortasse in quinto, huiusmodi non separentur, donec nos permittente Domino ore ad os loquamur. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum inperium. Qui vero de his duobus gradibus novas contraxisse nuptias videntur, idem infra anni coronam, modis omnibus separentur. De cetero vero generalia per omnem provinciam taliter percurrens statuta firmentur, ut nullus audeat deinceps tale scelus perpetrare, et qui fecerint sine retractionis misericordia acrius puniti ultionibus separentur. Hi vero, qui propinquas sanguinis uxoris sue in matrimonio sibi sociaverunt, sicut iam dudum vobis scripsimus, qui in eodem gradu inventi sunt, separentur, aut suspendatur

25

30

35

40

Fr. 1282

eorum causa, usque dum nos insimul Domino auxiliante conveniamus. Idem: (§ 1) De his, qui mortua uxore secundas contrahere nuptias volunt, iuste et honeste et rationabiliter prospeximus, ab earum consanguineis usque
 5 ad quartum gradum genealogie abstineri. Hec nos secundum indulgentiam sanctae matris ecclesiae mitius prelibavimus. Ceterum iuxta legum secularium censuram dignis coercionibus gravibusque discipline invectionibus hec omnia mala et illicita modis omnibus refutanda sunt,
 10 ut futuro deinceps tempore cuncta quiescant.

(C.35 q.8 c.2) Idem Felici, Messane civitatis episcopo.

IN QUARTO VEL QUINTO GRADU QUI CONIUNCTI INVENTI FUERINT SEPARANTUR.

Hec salubriter precavenda sancimus, ne quis fidelium
 15 propinquam sanguinis sui, usquequo affinitatis liniamenta generis successione cognoscuntur, in matrimonio sibi desideret copulari sed, sicut a maioribus nostris diffinitum est, ita modis omnibus observetur, quoniam usque ad
 20 septenarium numerum parentele nulli umquam copulam contrahere licentiam damus, his videlicet, qui ex patre et matre consanguinitatis descendunt parentela. Qui autem et quae in quarto vel quinto gradu coniuncti inventi fuerint, separantur, quoniam scriptum est: "Omnis homo
 25 ad proximam sanguinis sui non accedat, ut revelet turpitudinem eius;" et iterum: "Anima, quae fecerit quippiam ex istis, peribit de medio populi sui." Sane quibus coniunctio interdicitur illicita, habebunt ineundi coniugii melioris libertatem.

Fr. 1283

(C.35 q.8 d.p.c.3) ¶ Hac auctoritate qui in quarto vel
 30 in quinto gradu consanguinitatis coniuncti inventi fuerint ab ecclesia separari iubentur.

(QUAESTIO 9)

(C.35 q.9 d.a.c.1) ¶ Unde queritur, si ecclesia fraude
 35 testium aut ignorantia eorum decepta aliquos separaverit, qui post separationem alia coniugia contraxerint, si postea deprehensa fuerit calliditas vel falsa opinio testium, an priora coniugia sint redintegrandae? Quod fieri non posse argumentis et auctoritate probatur. Sententia

12–14 Lev. 18:6. 14–15 Lev. 18:29.

14 Hec – 6 copulari Conc. Toletanum II (a. 527) 5 (ed. Vives, 44). 23
 quoniam – 15 sui Conc. Toletanum II 5, ed Vives, 44-45.

namque, nisi per appellationem infra terminum lege constitutum relevata fuerit, irrevocabile robur obtinebit. Hinc etiam beatus Gregorius scribit, dicens:

(C.35 q.9 c.1) QUAE RATIONABILITER DECISA SUNT MUTARI NON EXPEDIT.

5

Omnibus modis ecclesiastice discipline vel moderationi conveniens est, ut quae rationabiliter ordinata fuerint vel decisa nulla in posterum debeant refragatione turbari.

(C.35 q.9 d.p.c.2) ¶ Quia ergo hec sententia rationabiliter data est, nec per appellationem infra certum terminum relevata, apparet, quod nequaquam priora

10

Fr. 1284

coniugia sunt redintegrandi. His ita respondetur: Aliud est sententiam rescindere et rationabiliter decisa turbare, atque aliud quae per surreptionem eveniunt deprehensa

15

corrigere; suum namque errorem cuique corrigere licet, atque ideo quae a quolibet illicite committuntur, sive a decessoribus admissa inveniuntur, in melius revocari oportet. Porro illicite uxor a viro suo separata est, et illo

vivente alii copulata, cum Dominus solius fornicationis causa uxorem a viro suo separari iubeat. Sicut ergo, si

20

aliqua, cuius vir putaretur defunctus, alicui copularetur, et qualibet occasione interveniente ab eius consortio discederet, quamvis iudicio ecclesiae cogatur redire ad eum, quem reliquerat, tamen, si post triennium virum, qui

mortuus putabatur, redire contigerit, priora coniugia redintegrabuntur: sic, cum deprehenduntur non fuisse

25

consanguinei qui causa consanguinitatis ab invicem separati sunt, prioris consortii federa sunt reparanda. -II Pars+ **(§ 1)** Quod autem quae illicite admittuntur, vel admissa inveniuntur, corrigenda sint, vel quod sententia

30

etiam Romane sedis in melius conmutari valeat, auctoritate Hilarii papae, et Nykolai monstratur. Ait namque Hilarius episcopus Urbis Rome Sinodo presidens:

(C.35 q.9 c.3) Corrigendum est quod illicite admittitur, aut a predecessoribus admissum invenitur.

35

Quod quis commisit illicite, aut a predecessoribus suis invenit admissum, si proprium periculum vult vitare, dampnabit.

Fr. 1285

(C.35 q.9 c.6) Item Nykolaus papa.

SENTENCIAM ROMANE SEDIS IN MELIUS CONMUTARI
POTEST.

5 Sententiam Romane sedis non negamus posse in
melius conmutari, cum aut surreptum fuerit aliquid, aut
ipsa pro consideratione etatum, et temporum, seu
10 gravium necessitatum dispensatorie quiddam ordinare
decrevit, (quoniam et egregium apostolum Paulum
quaedam fecisse dispensatorie legimus, quae postea
reprobasse legitur); quod tamen observandum est quando
15 illa, Romana videlicet ecclesia, disertissima consideratione
hoc fieri delegerit, non quando ipsa quae bene sunt
diffinita retractare voluerit.

Fr. 1286

(C.35 q.9 c.7) Sicut ergo sententia Romane sedis in
15 melius conmutari valet, sic cuiuslibet ecclesiae sententia,
cum per surreptionem data cognoscitur, rationabiliter
revocari poterit.

(QUAESTIO 10)

20 (C.35 q.10 d.a.c.1) ¶ De ea autem, quae ad secundas
nuptias transit, utrum in eadem affinitate
consanguineorum prioris viri remaneat, an soboles ex
secundis nuptiis suscepta consanguineis prioris viri
copulari possit, merito queritur.

25 (C.35 q.10 c.1) De his ita scribit Gregorius Venerio,
Caralitano episcopo:

AFFINITAS IN SUPERSTITE NON DELETUR.

30 Fraternitatis vestre studiose sagacitati, frater amande,
quas debeo refero grates. Quoniam quesisti quae debuisti,
iocundum me reddidisti. Unde placide ad inquisita
respondeo. Sedem apostolicam consulere decrevistis, si
mulier copula nuptiali extraneo viro coniuncta cognationi
eius pertineat, si eo defuncto cognatio maneat, vel si sub
altero viro cognationis vocabula dissolvantur, vel si
35 suscepte soboles possunt legitime ad prioris viri
cognationis transire copulam. Est enim verbum Dei
validum et forte, et durabile, et perseverabile, et
inmutabile, non momentaneum, non transitorium. Ait
enim per se ipsa veritas, quae Deus est et verbum Dei est:
40 "Celum et terra transibunt, verba autem mea non
transibunt." Ante, quam Deus in carne appareret inter
homines, eo inspirante dixit Adam: "Quamobrem
relinquet homo patrem suum et matrem, et adhaerebit

uxori sue, et erunt duo in carne una." Deinde cum veritas oriretur de terra in terram, et visibilis appareret in humanitate, interrogatus est, si licitum esset homini uxorem relinquere. Quod prohibens vetuit, nisi forte fornicatio excluderet maritalem copulam. Unde statim protulit in medium eandem ipsam sententiam, quam ante secula manens cum Patre verbum inspiraverat Ade, ipse confirmans quod ipse primus protulit homo: "Quamobrem relinquet homo patrem et matrem, et adhaerebit uxori sue, et erunt duo in carne una." Si una caro fiunt, quomodo potest aliquis eorum propinquus uni pertinere nisi pertineat alteri? Hoc minime fieri posse credendum est. Porro uno defuncto in superstite affinitas non deletur, nec alia copula coniugalis affinitatem prioris copule solvere valet. Sed neque alterius coniunctionis soboles placet ad affinitatis prioris viri consortium transire, pro eo, quod verbum Domini validum est et forte, et, ut inquit dixit Propheta: "Verbum Domini stabit in eternum." Et alius Propheta: "Quoniam ipse dixit, et facta sunt, ipse mandavit, et creata sunt; statuit ea in eternum, et in seculum seculi; preceptum posuit, et non preteribit." Nam post verbum atque preceptum effecit duo carnem unam (id est masculum et feminam), qui innumeram multitudinem utriusque sexus non destitit unum facere secum, sicut per se veritas dixit: "Non pro his rogo tantum, sed etiam pro his, qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut unum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint." Si quis ergo sacrilego et temerario ausu in defuncto querit propinquitatem extinguere, vel sub altero affinitatis vocabulo dissipare, vel susceptam sobolem alterius copule propinquitati prioris credit legitime sociari, hic negat Dei verbum validum esse et forte, et qui tam facile vel tam velociter querit dissolvere, hic non credit verbum Dei in eternum manere. Confice terram ex quatuor locis magna intercapedine a se distantibus, confecta et conglutinata finge cuiuscumque figure vel immensitatis corpus volueris, numquid erit humanum ingenium, quod ipsas quatuor partes ab invicem valeat segregare, ut unaqueque per se possit agnosci? Sic a quatuor avis duo conficiuntur in unum, et de duobus fit una concreatio. Hanc similitudinem de quatuor elementis, unde homo concreatus est, colligere potes, si eorum unamquamque speciem, quae in multis divisionibus partita est, per

discretas inter se assignaveris partes. Fit idem in metallis; hoc etiam in liquoribus probatur in coloribus pictor prosequitur, arte colores admiscendo, ex visibilibus fucis corpora fingens.

5 (C.35 q.10 c.2) Item Innocentius.

SOBOLES EX SECUNDIS NUPTIIS GENITA Aa 196v
CONSANGUINEIS PRIORIS VIRI COPULARI NON DEBET.

10 Si cuius patruus vel avunculus uxoratus obierit, et illa virum alium postea duxerit, filios filiasue ex illo genuerit, cum his modis omnibus commisceri prohibemus, quia vir et mulier una caro est.

Fr. 1288

(C.35 q.10 c.3) Item ex Romana Sinodo.

15 Si qua mulier ad secundas nuptias transierit, et ex eis sobolem genuerit, nullo modo potest ad consortium cognationis prioris viri pertingere.

12 Item – 10 pertingere *Hoc capitulum in fere omnibus codicibus inventum haud recte paleam esse contendit Rambaud, cf. Buchner, n. 193 et. p. 301-303.*

(CAUSA 36)

Fr. 1288

(C.36) ¶ Filiam cuiusdam patre ignorante quidam muneribus illexit, ad convivium invitavit; finito convivio iuvenis virginem oppressit. Quo conperto a parentibus iuveni traditur puella, ac more nubentium a iuvene dotatur, et publice in uxorem ducitur. QUERITUR, an ille raptum admiserit? SECUNDO, an rapta raptori nubere possit, patre assensum prestante?

5

(QUAESTIO 1)

(C.36 q.1 d.a.c.1) ¶ Quod autem ille raptum admiserit, probatur auctoritate multorum.

10

(C.36 q.1 c.1) Ait enim Ysidorus in II libro Ethimologiarum c. 33:

QUID SIT RAPTUS.

Raptus quoque est illicitus coitus a corrumpendo dictus; unde qui rapto potitur stupro fruitur.

15

(C.36 q.1 c.2) Item Gelasius papa:

UBI RAPTUS ADMITTITUR.

Lex illa preteritorum principum ibi raptum dixit esse commissum, ubi puella, de cuius ante nuptiis nichil actum fuerat, videatur abducta.

20

Fr. 1289

(C.36 q.1 d.p.c.2) ¶ Cum ergo hec illicito coitu sit corrupta, cumque ita sit abducta, id est a domo patris ducta, quod de eius nuptiis nichil actum ante fuerit, raptam appellandam negari non potest. Sed non omnis illicitus coitus, nec cuiuslibet illicita defloratio raptus appellatur. Aliud enim est fornicatio, aliud stuprum, aliud adulterium, aliud incestus, aliud raptus. (§ 1) Fornicatio, licet videatur esse genus cuiuslibet illiciti coitus, qui fit extra uxorem legitimam, tamen specialiter intelligitur in usu viduarum, vel meretricum, vel concubinarum. (§ 2) Stuprum autem est proprie virginum illicita defloratio, quando videlicet non precedente coniugali pactione utriusque voluntate virgo corrumpitur, patre iniuriam ad animum statim post cognitionem non revocante. (§ 3) Adulterium vero est alieni thori violatio. Unde adulterium dicitur quasi ad alterius thorum accessio. (§ 4) Incestus est consanguinearum vel affinium abusus. Unde

25

30

35

15 Raptus – **16 fruitur** Isidorus, *Etymologiae* 5.26.14, ed. Lindsay, 3-4.

19 Lex – **21 abducta** Gelasius I, *fragm.* 47 (JK 692; J³ 1333; ed. Thiel, *Epistolae*, 508; cf. *Ewald in Neues Archiv* 5, 1880, 562, n. 73). Cf. *C.27 q.2 c. 49*. Anselmus 10.9, ed. Thaner, 485; *Polycarpus* 6.4.35.

incestuosi dicuntur qui consanguineis vel affinibus suis abutuntur. (§ 5) Raptus admittitur, cum puella a domo patris violenter ducitur ut corrupta in uxorem habeatur, sive puelle solummodo, sive parentibus tantum, sive utrisque vis illata constiterit; hic morte mulctatur. Sed si ad ecclesiam cum rapta confugerit, privilegio ecclesiae mortis impunitatem promeretur. Unde in concilio Aurelianensi legitur:

Aa 197r

(C.36 q.1 c.3) SI RAPTOR CUM RAPTA AD ECCLESIAM CONFUGERIT, QUID FIERI DEBEAT.

De raptoribus autem id constituendum esse censuimus, ut, si ad ecclesiam raptor cum rapta confugerit, et feminam ipsam violentiam pertulisse constiterit, statim liberetur de potestate raptoris, et raptor, mortis vel penarum impunitate concessa, aut ad serviendum subiectus sit, aut redimendi se liberam habeat facultatem. Si vero quae rapitur patrem habere constiterit, et puella raptori consenserit, potestati patris excusata reddatur, et raptor patri superioris condicionis satisfactione teneatur obnoxius.

(C.36 q.1 d.p.c.3) ¶ Ex hac auctoritate liquet, quod aliquando vis infertur parentibus, et non puelle, cum dicitur: “si puella raptori consenserit.” Aliquando utrique violentiam perferunt, cum premititur: “si raptor cum rapta confugerit, et feminam ipsam violentiam pertulisse constiterit.” Puelle autem et non parentibus vis infertur, cum voluntate patris puella violenter abducitur, ut eius patiatur concubitus, cuius copule numquam adhibuit consensum. Hic autem neque parentibus, neque puelle vim intulisse videtur, cum neque illis prohibentibus, neque illa renitente violenter abducta sit. Aliud enim est promissionibus aliquam seducere, aliud vim sibi inferre. Unde, quia neutri vis illata probatur, raptor hic iure dici non debet.

Sed rapina dupliciter fieri dicitur; aliquando enim res ipsa rapitur, aliquando ipsius rei usus tantummodo violenter eripitur. Res ipsa tunc rapitur, cum violenter domino eripitur, ut in perpetuum teneatur; aliquando vero non res ipsa affectatur, sed usus eius domino prohibente

11 De – 22 obnoxius Conc. Aurelianense (a. 511) c. 2, ed. De Clercq, CCSL 148A.5.29-37.

4 sive³ solummodo Aa

violenter usurpatur. Hic ergo raptum admisit, quia florem virginitatis puelle renitenti violenter eripuit.

(QUAESTIO 2)

- Fr. 1290 (C.36 q.2 d.a.c.1) ¶ Nunc queritur, an purgato vicio rapine raptor in uxorem possit raptam accipere? Quorum coniunctio auctoritate sanctorum canonum penitus prohibetur. Legitur namque in concilio Calcedonensi c. 27.: 5
- (C.36 q.2 c.1) RAPTORES PUELLARUM ET CONSENTIENTES EXCOMMUNICENTUR. 10
- Eos, qui rapiunt puellas sive mulieres sub nomine simul habitandi, cooperantes, aut conniventes raptoribus, decrevit sancta synodus, ut, si quidem clerici sunt, decidant gradu proprio; si vero laici, anathematizentur. 15
- (C.36 q.2 c.4) Item ex concilio Cabilonensi.
- DE EODEM.
- De puellis raptis, necdum desponsatis, in Calcedonensi concilio scriptum est, eos, qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandi, cooperantes et conniventes raptoribus, decrevit sancta synodus, ut, si quidem clerici sunt, decidant a proprio gradu; si vero laici, excommunizentur. 20
- Aa 197v Quibus verbis datur intelligi, qualiter huius mali auctores dampnandi sunt, quando participes consilii et conniventes tanto anathemate feriuntur et iuxta canonicam auctoritatem ad coniugia legitima raptam sibi iure vindicare nullatenus possunt. 25
- (C.36 q.2 c.5) Item Gregorius.

12 Conc. Chalcedonense (a. 451), c. 27, versio Dionysiana, ed. Schwartz, *Acta conc. oecumen.* 2.2.2.60, ed. Mühlberg, *Conc. oecumen. gen. decreta* 1.150.848-853. 18 De – 30 possunt Hludowicus Pius, *Capitulare ecclesiasticum* (818-819), c. 23, ed. Boretius, MGH Capit. 1.278.38-44. Cf. Ansegis, *Collectio capitularium* 1.98, ed. Schmitz, MGH Capit. N.S. 1.490.6-491-2. 19 eos – 25 excommunizentur Capitula conc. Wormatiensi (a. 869) attributa 77, ed. Hartmann, MGH Conc. 4.290.11-13. Cf. Conc. Calcedonensis (Versio Dionysiana) 27, ed. Schwartz, *Acta Conc. Oecum.* 2.2.2.60.22-??. Cf. C.36 q.2 c. 1.

EXCOMMUNICENTUR RAPTORES VIDUE VEL VIRGINIS,
CUM SIBI FAVENTIBUS.

Si quis virginem vel viduam, nisi desponsaverit,
rapuerit, vel furatus fuerit in uxorem, cum sibi faventibus
5 anathema sit.

(C.36 q.2 d.p.c.6) ¶ His auctoritatibus evidenter datur Fr. 1291
intelligi, quod raptor in uxorem raptam ducere non valet.
Sed raptor et rapta nomina sunt viciorum, non
personarum. Vicia autem cum per penitenciam purgata
10 fuerint, nomina eorum abolentur. Unde in quadam omelia
Gregorius ait:

(C.36 q.2 c.7) Apud omnipotentem quippe Dominum
nec ille fallax habebitur, qui culpam mendacii per
penitenciam delet.

(C.36 q.2 d.p.c.7) ¶ Prohibetur ergo premissis
15 auctoritatibus rapta copulari raptori ante, quam vicium
rapine aboleatur, donec ille raptor, et illa iure rapta
appellatur. Ceterum, cum illa patrie potestati restituta
fuerit, et raptor sue rapine penitenciam, egerit, cum
20 voluntas parentum utriusque in unum convenerit, non
prohibentur ad invicem copulari. Unde Ieronimus ait:

(C.36 q.2 c.8) QUOT SINT LEGITIMA CONIUGIA, ET
QUOD VOLUNTATE PATRIS RAPTA RAPTORI NUBERE
POTEST.

Tria legitima coniugia in scripturis leguntur. Primum
25 legitimum est, virgo casta in virginitate data viro
legitime, et reliqua, quae secuntur in predictis. Secundum,
virgo in civitate deprehensa a viro, et illi per vim
copulata. Si voluerit pater eius, dotabit eam iste vir,
30 quantum iudicaverit pater, et dabit precium pudicitie eius.
Tertium, filia predicta deprehensa. Si non fuerit voluntas
patris, trahet eam a predicto viro, et tradet eam alii, et
dotabit eam, et legitima erit ei. Sed primum his duobus
preferitur.

35 (C.36 q.2 c.10) Item ex concilio Meldensi.

3 Si – 5 sit Conc. Romanum (a. 721), ed. Mansi 12.264. 12 Apud – 14
delet Gregorius I, *Homiliae in Evangelia* 29.3, ed. Etaix, CCSL
141.247.70-74. Cf. C.32 q.2 c. 10. 25 Tria – 34 preferitur *Caput*
incertum. Anselmus A' 10.74; Ivo, *Decr.* 8.40; *Coll. Trip.* 3.15.34; *Panormia*
6.33. .

POST PENITENCIAM RAPTORI VEL RAPTE LICITA
CONIUGIA CONCEDANTUR.

Fr. 1292 Si autem necdum eas, quas rapuerant, cum voluntate
parentum sub desponsationis vel dotalitii nomine in
coniugium duxerunt, quando hec constitutio omnibus 5
fuerit promulgata, ab eorum coniunctione separentur, et
publice penitencie subigantur; rapte autem parentibus
legaliter restituantur. Peracta vero penitencia publica, si
etas incontinentiam exegerit, ex utrisque partibus placito
coniugio socientur. Non in his regulam constituimus, sed 10
(ut verbis magni Leonis utamur) quid sit tollerabilius
estimamus. Quod si unus ex coniugatis obierit, et is, qui
publicam penitenciam exegerit et superstes extiterit,
iterare coniugium non presumat, nisi episcopus aliquam 15
concesserit indulgentiam, ut graviolem possit amovere
offensam.

Aa 198r **(C.36 q.2 d.p.c.10) ¶** Hac auctoritate Meldensis
concilii non permittitur rapte raptori post penitenciam
copulari, sed permittitur utrique post penitenciam
legitimo coniugio copulari, ut rapta videlicet non raptori, 20
sed alii post penitenciam nubat. Similiter raptor post
penitenciam non eam, quam rapuit, sed aliam permittitur
habere uxorem. Cum enim raptor et rapta penitencie
subici precipiantur, si utriusque copulam auctoritas illa
permitteret, frustra circa finem capituli diceretur: “Quod 25
si unus ex coniugatis obierit, et is, qui publicam
penitenciam exegerit, superstes extiterit, iterare
coniugium non presumat.” Eorum namque quolibet
decedente, qui penitenciam exegit superstes remanebit.
Non ergo hac auctoritate raptor probatur in coniugium 30
rapta posse accipere.

Potius invenitur in concilio apud Aquasgrani, quod nec
etiam voluntate parentum possunt adinvicem copulari. Sic
enim in prefato concilio legitur:

(C.36 q.2 c.11) NEC ETIAM VOLUNTATE PARENTUM 35
RAPTORES RAPTRAS POSSUNT HABERE CONIUGES.

Placuit, ut hi, qui rapiunt feminas vel furantur, aut
seducunt, eas nullatenus habeant uxores, quamvis eis
postmodum convenient, aut eas dotaverint vel nuptialiter
cum consensu parentum suorum acceperint. 40

3 Si – 16 offensam Conc. Meldense (a. 845) c. 65, ed. Hartmann, MGH
Conc. 3.115.12-21. **37 Placuit – 998: 2 acceperint** Benedictus Levita
3.395, ed. Pertz, MGH Leges 2.2.127.

(C.36 q.2 d.p.c.11) ¶ Hec auctoritas non preiudicat auctoritati Ieronimi, maxime cum illa testimonio divine legis nitatur. Legitime igitur post peractam penitenciam raptor poterit sibi copulare quam rapuit nisi pater puelle
5 illam raptori detrahare voluerit.

5 voluerit] Explicit liber decretorum *add. FaCgPt, cf. Weigand, "Chancen und Probleme," BMCL 22 (1998), 61.*